ISAACI

CASAVBONI COMMENTARIVS ET CASTIGATIONES AD LIB. STRABONIS GEOGRAPH. XVII.

EXCVDEBAT
EVSTATHIVS VIGNON ATREBAT.
M. D. LXXXVII.

DE STRABONE, ET EIVS SCRIPTIS.

STRABO genere Cappadox (vt eum Iosephus nominat) natus est in vrbe clarissima, Amasia, sicut ipse libro xiiij. testatur: quo loco Amasiam eo studio & cura depingit, vt quanta fuerit ipsius erga patriam charitas testatum satis superque fecerit. Neque dubium est, patrem eius fuisse vnum aliquem è principibus eius vrbis viris: quanquam ipse paternum suum genus reticet. Nullus est enim in his quidem libris locus, vbi eius facta reperiatur mentio. Nam quòd in editione Xylandri lib. xi. legitur, Moapherně fuisse patris Strabonis patruũ: nos eum locum, esse corruptũ ex veteribus libris docuimus: in quibus legitur ὁ τῆς μητρὸς ἡμῶν θεῖος. non τοῦ πατρός. vt primus Xylander edidit: qui non meminerat iterum lib. xij. sic scriptum esse, Ὁ δὲ Μοαφέρνης ὁ θεῖος τῆς μητρὸς ἡμῶν. Itaque de paterno eius genere quod dicamus amplius nihil habemus. Maternum, vt ipse non vno loco docet, traxit à Dorylao tactico, viro forti & claro, qui fuit vnus è Mithridatis Evergetæ amicis ac ducibus. Huius Dorylai stirpem ex varijs Strabonis locis infrà descripsimus.

DORYLAVS ὁ τακτικὸς, Mithridatis Evergetæ amicus. Hic in vrbe Cretæ Cnosso è Macedonissa muliere Sterope sustulit filios duos

Lagetan. cui fuit

Stratarchan. Hic in extrema senectute Strabonis visus.

Filia, quæ nupsit fratri Moaphernis. Ex hoc coniugio nata est

Filia, cui filius STRABO.

Philetærus Dorylai tactici frater. Huic filius fuit.

Dorylaus, vnus è Mithridatis Eupatoris ducibus regi charissimus.

Atque hæc de Strabonis parentibus, qui quidem vel eo nomine laude dignissimi sunt, quod filiũ suũ tanto studio instituendum & erudiendum curarint. Vix enim vllus fuit illis tẽporibus in vlla Asiæ schola clarus doctrina & literarũ nomine vir, cuius STRABO γνώριμος & auditor non fuerit: idque à teneris annis, vt ipse testatur. Nam admodum iuuenis cum esset, Nysam (quæ fuit minoris Asiæ vrbs.) studiorũ causa profectus, Aristodemo Aristarchi filio magna cum laude tunc duas scholas obtinenti (quũ quidẽ mane Rhetoricam, vesperi Grammaticam profiteretur) operam nauauit: postea etiam Tyrannionem, celebrem & ipsum Grammaticum audiuit. Atque ita in Rhetoricis & Grammaticis horum opera eruditus, ad studia philosophiæ se contulit. Atque vt variæ tunc fuere Philosophorum sectæ, ita variorum opera in philosophiæ studijs vsus est. Ipse aliquot ex suis præceptoribus commemorat. vt libro xiiij. Xenarchum Seleucensem peripateticũ. & lib. xvi scribit, se τὰ Ἀριστοτέλεια συμφιλοσοφῆσαι, hoc est, exercuisse se in philosophia Aristotelis cum Boetho Sidonio. Vnde adductus est Xylander, vt putaret peripateticæ sectæ fuisse addictum Strabonem: idque (inquit) ex sparsis hoc opere disputationibus varijs licet intelligere. Sanè si doctè & subtiliter scribere ac disputare, solis peripateticis conuenire & proprium esse concedimus: concedam ego quoque libens peripateticum Strabonem fuisse, & quidem ἐν τοῖς μάλιστα. Sed profectò non ita est: neque verè hoc à Xylandro est annotatum. Ipse Strabo multis locis stoicum se fuisse satis apertè nisi ἰδὲ λογοσοφῶν, indicat: & veteres ferè Strabonem quum laudant, Stoicum semper nominant. Et verò id vt non esset, disputationes quas Xylander ait, ipsum iugulant: in quibus nihil non στωϊκώτατον, & ex penitissimis Stoicæ disciplinæ fontibus haustum reperies: quod quia suis locis à nobis est annotatum, non refellemus hoc loco pluribus insignem hunc Xylandri errorem. Porro quo vitæ genere vsus sit, & vbi potissimum vixerit, itémque eius mortem, quum nemo veterum ea de re scriptum quicquam reliquerit, nos hodie ignorare necesse est: nisi quod ipse de se, & suis peregrinationibus (quæ maxima fuere, in Italiam, in Aegyptum, in Aethiopiam, & alias longinquas regiones) multa, prout dabatur occasio, literis mandauit: quæ cum omnibus obuia sint hos libros voluentibus, non teram frustra tempus pluribus hoc loco ea commemorans. Scrip. præter Geographicum hoc opus etiam historicos Commentarios: quod opus si Suidæ credimus in libros xliij. fuit distinctum: videtur autem mihi

eius pars proprium nomen habuisse Τὰ μετὰ Πολύβιον. Sic enim puto accipienda eius verba lib. xi. quibus ait de Parthis plura se scripsisse ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἱστορικῶν ὑπομνημάτων βίβλῳ, δευτέρᾳ δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον. vt idem liber intelligatur, qui fuerit sextus totius operis, secundus autem τῶν μετὰ Πολύβιον. Meminere autem Strabonis aliqui è veteribus: sed admodum pauci, &, vt opinor, præter Plutarchum, Iosephum & Tertullianum, nemo. Nam Iulianum quidem Architectum, Suidam, Eustathium, Iornandem, & reliquos id genus, prætermitto. Iam quod scribit Strabo libro secundo se ὑπομνηματίσασθαι τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις, nescio an ita debeamus accipere, vt fuisse ab eo historiam Alexandri conscriptam intelligamus: Non enim alibi factam reperio eius operis mentionem: & videntur posse illa accipi de ijs quæ cum alibi multis locis, tum maximè libris tribus postremis, de rebus gestis Alexandri scribit. Illud constat, post conscriptos historicos Commentarios tum demum appulisse Strabonē animum ad scriptionē huius operis, cum iam ætatem eam esset assecutus, quæ scientiam & experientiam rerum quàm plurimarum afferre (studiosis quidem certè hominibus) potest, solétque. Id enim ipse testatur libro primo. Quanquam quum attentiùs hos libros lego, venio in hanc sententiam, vt putem multis antè annis de hoc opere eum cogitasse, primáque eius lineamenta duxisse, sempérque in eo exornando perseuerasse, donec ad extremā senectutem peruenit: quo quidē tēpore opus ita limatum & perpolitum in vulgus edidisse videtur. Id ex eo maximè intelligimus, quod multa narret Strabo, vt recens facta, vel quæ adhuc gerantur, quæ tamen historiæ eorū temporū testantur non mediocri temporū interuallo fuisse disiuncta: vnde constat, non vno aut altero mense conscriptum hoc opus fuisse: sed longo annorum spatio magna cura & diligentia elaboratum: vt iam mirum non sit, tantam eius esse præstantiam, quantam docti viri & sani iudicij, vno ore agnoscunt omnes & profitentur. Restabat vt de Strabonis ætate aliquid diceremus: quæ quidem quæstio, & per se satis est difficilis (maximè ob locum Athenæi) & quorundam tenebrionum culpa ita nonnullis obscura fuit, vt non defuerint qui negarint Strabonem esse qui hodie in studiosorum manibus versatur: sed alium nescio quem, quem ipsi Stratonem indigitant. Primus huius sententiæ autor, Franciscus Patricius, homo Italus: qui in suis Peripateticis discussionibus longa digressione hoc paradoxum probare conatus est, & si stamus quorundam sententiæ, abundè probauit. Deinde secuti sunt alij, qui vt omnia sibi esse lecta ostenderent, hunc præstantissimum autorem non Strabonem, vt reliqui mortales, veteres, recentiores, omnes: sed Stratonem appellare ceperunt. Ac quanquam non ita diffidimus doctorum hominum iudicijs, vt longa oratione ad horum sententiam refellendam opus esse putemus: diceremus tamen ea de re quid nobis videatur, & Achillea illa Patricij argumenta dilueremus: nisi, & temporis premeremur angustijs, & factum id à nobis esset, in coscripto quod aduersus Patricij librum paramus: quodque breui faciente Deo Opt. Max. edemus. Interea testatum hoc volumus, non recusare nos vt inepti, nullius iudicij, ac planè stulti habeamur: si vel vnicum verbum in hanc sententiam ab illo magno Critico, aut magno potius errorum hamaxario, prolatum sit, quod falsum non sit, ineptum, & prorsus eo homine dignum, qui nullo iudicio in bonis scriptoribus versatur: idque ita esse suo loco vt iam diximus, manifestissimè probabimus. Sed & ad librum xij. notare nos meminimus, videri Strabonem diem suum obijsse (aut desiisse certè scribere, ac paullò post obijsse) ante annum A. V. C. DCCLXXVIII. qui fuit annus Tiberij xi. vel xij. quo anno Cyzicenis ademptam fuisse libertatem Tacitus autor est, quē ipse disertus verbis eis tribuit. Atque hoc antè me obseruasse scripsisséque eruditissimū Taciti interpretem video.

VETERVM SCRIPTORVM QVI IN HIS COMMENTARIIS CITANTVR ILLVSTRANTVR & emendantur Catalogus.

RERVM ET VERBORVM QVÆ IN HIS COMMENTARIIS EXPLICANTVR, (PRAETER EA QVAE IN STRABONIS INDICE CONTINENTVR,) INDEX.

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS ET CASTIGATIONES IN LIBRVM I. GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

***

BIBΛΙ'ON πρῶτον) Libri duo isti priores, vt inter se optimè cohærent, ita magnam partem diuersum argumentum habent à reliquo corpore cuius sunt veluti caput: Placuit enim Straboni antequam ad singularum orbis partium descriptionem accederet, de quibusdam prius disserere, quæ partim ad operis commendationem, partim ad eorum intelligentiam quæ sequentibus deinceps libris exponentur, faciunt Sunt autem tria in summa, quæ duobus istis libris, tractantur. Primũ docet Geographię tractationem argumentum esse philosopho vt si quod aliud, dignum. Deinde, causas explicat quibus adductus fuerit, vt post tot tantósque viros qui in hoc studio se exercuerant, ipse quoque in eodem sibi laborandum existimaret: Estque hæc pars omniũ maximè prolixa: Nam vt obtrectatorum calumniis obuiam iret, qui dicturi erant, nihil fuisse causæ, cur post Eudoxos, Dicæarchos, Ephoros, itémque post Eratosthenes, Polybios ac Posidonios hoc argumentum quisquam attingeret: & posse se noui aliquid afferre docet, quod illis prioribus notum ne potuerit quidem esse: Et hoc amplius, aliquot insignes horum errores recenset arguítque Strabo. Sic Ptolemæus, antequam ipse sua promat, Marini placita & errores prius confutat. Ac Ptolemæo quidem cum vno Marino res est: Straboni, primum cum Eratosthene, cuius tres Γεωγραφικῶν libros à capite percurrit, singula annotans ἐπανορθῶν, in quibus peccasse videbatur: primum quidem & secundum hoc libro: tertium verò initio sequẽtis: vbi simul & in Hipparchum inquirit. Deinde ad Posidonium, tum ad Polybium stylum conuertit: quorum similiter aliquot errores profert atque corrigit. Est enim tota fermè hæc pars, ἀνασκευαστική. Tertia deinceps sequitur, quæ est κατασκευαστική: continétque hæc portio, præclaram totius Geographiæ χωρογραφικὴν ὑφήγησιν. Ac primum, huius σκέψεως (liceat enim ita appellare, aut cum Ptolemęo μέθοδον) principia & ὑποθέσεις explicat: quod etiã à Ptolemæo simillima ratione factũ est, libro primo. Deinde rudem omnium orbis totius cogniti partium descriptionem eodẽ proponit ordine, quo deinceps singulas est explicaturus. Postremò, de vniuersa terra eiusque forma, & aliis id genus, quædam μαθηματικώτερον disputat. Hæc est duorum istorum librorũ series, hęc τάξις. Nunc de prima parte agamus, de reliquis suo loco dicturi.

A

¶ PAG. 1. Τῆς δὲ φιλοσόφου.) Proponit istis verbis id quod probandũ ac rationibus confirmandũ initio huius libri suscipit: Est autẽ hoc, Geographiã argumentum esse philosopho dignum. Prius autem rationes simul omnes profert, quibus id vult probare: Deinde sigillatim, argumẽta omnia expẽdit, ac fusius explicat.

Οἵ τε γὰρ πρῶτοι) Hoc est primũ argumentum; Nam si & ij qui primi in hoc argumento se exercuerunt, & quotquot deinceps in eodẽ cũ laude sunt versati, philosophi omnes fuerũt, iniquũ fuerit & ineptũ negare philosopho dignum esse hoc argumentum: Iam verò philosophos eos fuisse, longa potest inductione probari. Quis enim philosophum Homerum fuisse neget? Quis Anaximandrum? quis Hecatæum? &c. Porro hos omnes insignes fuisse Geographos, hîc quidem sumit: mox verò rationibus idipsum euincet: si quis de quoquam dubitet, vt de Homero. Cum ait θαρρήσαντες rei difficultatem innuit: & verbo vtitur aptissimo ἅψασθαι: Nam leuiter Geographiam illos veteres attigisse indicat: fuerúntque ea veluti incunabula Geographiæ ἐν σπαργάνοις ἔτι οὔσης καὶ γάλακτι, quæ postea adoleuit: nec dum tamen ad perfectam eius cognitionem est peruentum: licet nostra ætate tantum ei accesserit, quantum potuisse accedere, nunquam veteres credidissent.

B C

Ἀναξίμανδρος) De Anaximãdro & Hecatæo vt & de Homero mox plura. Democriti Κοσμογραφίην Laertius commemorat: itémque Γεωγραφίην. Eudoxi autem Γῆς περίοδον passim veteres laudant.

D

καὶ Δικαίαρχος) Scripsit hic varios libros. Suidas vero ait scripsisse Dicæarchum Καταμέτρησιν τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν: quod opus ad Geographiam maximè pertinet. Plinius libro secundo capite LXV. *Cui sententiæ adest Dicæarchus vir inprimis eruditus, regum cura permensus montes.*

καὶ Ἔφορος) Scripserat Ephorus historiam rerũ tam à Barbaris quam à Gręcis gestarum annis fermè septingentis & quinquaginta: eámque historiam totam libris XXX. erat complexus. Orsus enim à reditu Heraclidarum, ad annum vsque vltimũ Olympiadis CIX. cõtinuam rerum seriem pertexuerat. Hos libros quin hic innuat Strabo non est dubium: Ephorus enim, vt & Polybius fecit, in suos historicos Commentarios plurimarum orbis partium descriptionem inseruerat. Vide initium libri VIII. De Eratosthene, Stra-

E

bo mox plura & libro XVII. Scripsit in omni ferme scientiarum genere non pauca, tum soluta oratione, tum adstricta. Polybij autem libros habemus in manibus: nec de eius studiis Geographicis dubitabit qui eos euoluerit. Posidonij qui historiarum volumen ingens ediderat, habemus nihil praeter ea fragmenta, quae apud Athenaeum & alios extant.

Ἡ τε πολυμάθεια) Alterum argumentum. Geographia absque rerum quamplurimarum cognitione parari nequit, Haec non nisi philosopho conuenit: Ergo & Geographiae tractatio philosopho conuenit. Potes ita breuius concludere, Ἡ πολυμάθεια philosophi est propria: Geographia est πολυμάθεια Ergo & Geographia est philosophi.

ἐκ ἄλλε τινὸς ἦν.) Ait πολυμάθειαν philosopho propriam esse: Sed eorum qui ita sentiunt opinionem oppugnat Socrates in Ἐρασταῖς quem vide.

ἢ τῶ τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἐπιβλέποντος) hoc est quàm philosophi: Posuit enim philosophi definitionem, quae cum suo definito debet ἀντιστρέφειν. Itaque contemplari res humanas ac diuinas, ἰσοδυναμεῖ τῷ philosophari, ea eorum sententia qui philosophiam definiunt scientiam rerum diuinarum & humanarum. φασὶν autem, Plato videlicet & Stoici.

Ὡς δ' αὔτως καὶ ἡ ὠφέλεια.) Tertia ratio. Quae plurimũ possunt, & ad rerum cognitionem inuestigandam conducere, & ad res bene gerendas, ea tractare philosophi est: Geographia autem est eiusmodi. Quid inde sequatur, manifestum est. Est autem animaduertendum, parum differre hoc argumentum à superiore, si vtriusque vim spectes. Ibi probabatur Geographiam philosophicum esse argumentum, quia ἄνευ τῆς πολυμαθείας, quae philosophi est, parari non potest: hic idẽ probatur, quia philosophia absque iis constare nequeat, quae plurima complectitur ἡ Γεωγραφία.

ἡ μὲν περὶ τὰ πολ.) hoc est, περὶ τὸν πρακτικὸν βίον.

ἡ δὲ περὶ ἐπιστήμην) hoc est περὶ τὸν θεωρητικὸν βίον.

τῶν τε οὐρανίων) Quomodo hic locus sit accipiendus, ipse Strabo pluribus infrà explicat. Nam etsi & ita haec verba accipi possunt, vt dicatur Geographia conducere ad rerũ coelestium cognitionem, quomodo infrà dicitur habere θεωρίαν μαθηματικήν: & cum ζώων etiã coniungi, sicut apud Graecos passim ζῶα diuiduntur εἰς τὰ ἐν γῇ, ἐν θαλάττῃ, ἐν οὐρανῷ (οὐρανὸν enim pro aere, & eo quod μεσουράνημα vocat Ioannes Apoca. 19. 17. accipiunt.) tamen quia versatur Geographus περὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν, non περὶ τὸν οὐρανόν, nõ dubito posteriorem interpretationem magis esse ex mente Strabonis.

τῆς περὶ τὸν βίον τέχνης) hoc est philosophiae. Ars est enim inquit Cicero *philosophia vitae*. Βίος autem κατ' ἐξοχὴν ὁ πολιτικός. Nam alioquin tot sunt artes vitae, quot vitae genera: qua de re vide philosophum, Nicomacheorum primo. Addit, καὶ εὐδαιμονίας: vbi τὸ καὶ est ἐξηγηματικόν. Nam tractare de vita bene instituenda, & de beatitudine ταὐτόν.

Ἀναλαβόντες δ') Nunc singula accuratius expendere aggreditur: Vtitur autẽ verbo Aristotelico: Sic ille nõ procul ab initio primi Nicom. λέγωμεν δ' ἀναλαβόντες.

ἔτι μᾶλλον) Libri manu exarati habent, ἔτι δὲ μᾶλλον. Lego ἔτι καὶ μᾶλλον. Nam quod Latinis est etiam atque etiam, vel, magis ac magis, Graecis est ἔτι καὶ μᾶλλον vel ἀεὶ καὶ μᾶλλον: Dicunt & μᾶλλον μᾶλλον, ἀσυνδέτως, vt annotat Suidas afferens ex Atthide Alcaeidis exemplum. Euripides Iphig. in Tauris.

μᾶλλον δὲ μᾶλλον περὶ πέτραις ἥξει στόλος.

Dicunt & μᾶλλον ἔτι καὶ μᾶλλον, vt Strabo lib. XI & Laertius in Epigrãmate Anaxarchi. D. Paulus dixit ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον.

Καὶ πρῶτον ὅτι ὀρθῶς) Probat nũc quod in primo argumento sumere eum indicauimus: Homerum Geographiae esse principem. Affert primum Hipparchi & aliorum qui ita senserunt autoritatem: Deinde ait,

A Homerum non poetices arte tantum excelluisse: sed etiam cognitione eius partis philosophiae, quae Πολιτικὴ vocatur: cuiusmodi sunt quae vulgò Ethica, Politica, & Oeconomica nuncupantur: Nam haec omnia itẽmque Rhetoricam vnius Πολιτικῆς nomine cum alij philosophi complectuntur, tum ipse in primis Aristoteles. Huius igitur peritissimum vult fuisse Homerum. Iam vero id assequi non potuit absque rerum Geographicarum cognitione: vnde efficit, Etiam harum notitia poetam excelluisse. De propositione, itẽ-
B que de assumtione infra pluribus quaeritur. Sequitur conclusionis demonstratio.

τὸν πολιτικὸν) Ver. lib. τῶν πολιτικῶν. quod nõ probo. Quid sit autem vita ciuilis disces ex Aristotele: ita enim hic accipitur: Alibi vero opponit Strabo τὸν πολιτικὸν βίον militiae: Sed hic latius patet.

ὁ γὰρ ἄγχιστα, Non displiceret ita legere, ὁ γὰρ, τί cũ interrogationis nota post vocem ποιῶν Vt probet Homerum rerum Geographicarum fuisse peritissimũ, orditur ab ipsis principiis huius siue θεωρίας siue ἱστορίας.
C Nam qui de Geographia scribunt, non antè singulas partes exponunt, quàm eidem totius orbis cognitionem in animo discentis informarint. Simili ratione probat nunc Strabo, nouisse Homerum totam terram Oceano circunfundi. De tribus plagis orientali, occidentali, & meridionali, quia res erat perspicua, simul agit: de septentrionali non seorsim.

Pag. 1. Τῶν δ' ἑσπερίων) Probat, non hoc tantũ sciuisse Homerũ, plagam occidentalem Oceano circunfundi:
D sed & quae sint illius tractus ἰδιώματα. Ὠκεανὸς apud bonos scriptores est aër. ἀκεανὸς autem est legẽdum, vt est apud Eustathium, qui hunc locum profert in IIII Odysseae commentario.

τὴν Ἰβηρικὴν πλεῖν) Legendũ est πλεῖον. Ἰβηρικὴν πλεῖον dixit Strabo etiam lib. III. vbi pluribus hanc eandem quaestionem tractat. Ibi igitur ait Homerum πυνθανόμενον τὴν πλείω καὶ τὰς ἀκρότητας Hispaniae, ἐπιστῆσαι τὴν τῶν εὐσεβῶν ἀοίκησιν χώραν. Vide locum. Nec verò me mouet quod apud Eustathium quoque πλεῖν legi-
E tur. Nam Eustathius quidẽ certe πλεῖον scripserat: quod acutus lector ex eius verbis facile intelliget. Quis autẽ ita loquitur: στρατεῦσαι ἐπὶ πλεῖον. Item verò qui dicit Herculem στρατεῦσαι ἐπὶ πλεῖον Ἰβηρίαν, intelligit τὸ ἐπὶ τὰς Τυρίων ἐκεῖ στρατεύειν vt loquitur lib. III. vides in eadem re, idem esse seruatum loquendi genus. Quare legendum est, vt dixi πλεῖον, non πλεῖν.

Καὶ αἱ τῶν Μακάρων δὲ νῆσοι) Haec ad Homerum propriè non pertinent: Nam apud Homerum quidem nullae sunt Fortunatorum insulae: Sed hoc addit, vt doceat mirum non esse, si Homerus vir tantus Hispaniae ha-
F buerit cognitionem, cum reliqui poetae qui Homerũ proximè secuti sunt, quorum μετάφραι sunt istae Μακάρων insulae, idem cognouerint. Nam quia de foelicitate illarum regionum plurima eáque mira audiuerant, ideo Beatorum insulas ibi confinxerunt. Sic hunc locum esse accipiẽdum apparet ex lib. III & Eustathius quoque ita accipit. Xylander vt ex eius interpretatione apparet, non vidit quò haec pertinerent.

περὶ δὲ ὧν) Testantur hoc scriptores quam plurimi. Quod autem beatorum istas insulas ad septentrionẽ
G collocat Tzetzes in Hesiodum, id vero plane est ridiculum, nec alio quàm Tzetze dignum, aut eo qui vanissimi hominis nugas tanti fecit, vt bene longam narrationem illiũ, in suas Lectiones, retulerit. Fuerunt verò aliae quoque insulae Μακάρων appellatae. Pomponius Mela lib. III. *Et quae decem ad promontorium Tauri exposita, quae quidam dixerunt Μακάρων, siue quod fortunatis admodum solique sunt, siue quod ea sua suorumque regno Macar accipanerat. In Troade Lesbos*, &c. Eadẽ prorsus habet Diodorus Siculus lib. V. vbi de Lesbo & vicinis insulis loquitur. *At de vicinis ait, d amte-*

dum

ρῆσαι. Sed locum indicasse sufficit.

ἀπὸ δὲ τοῦ ὀνόματος δῆλον) Vocantur enim istæ insulæ non Μάκαρες, (etsi Horat. diuites insulas vocat) sed Μακάρων νῆσοι, siue Beatorũ insulæ, hoc est quas obtinerent homines beati. Fere autẽ fit, vt insulæ vicinæ cõtinenti in potestate sint eorũ qui oppositam orã habent. Itaque Μακάρων νήσους quum dicimus, intelligimus insulas eorũ qui extremas cõtinentis partes ad Oceanum occiduum incolũt: quorum quia nota erat fœlicitas & rerum omnium copia, ideo propinquas ipsis insulas veteres vocarunt Beatorum insulas. Sic interpretor locum obscurum, & interpretibus haud intellectum.

A B

Ὅτι δὲ καὶ ἡ πρὸς ταῖς ἄρκτοις) De quarta orbis plagã, nimirum septentrionali agit: docétque hanc quoque nouisse Homerum Oceano circunfundi. Id colligit ex isto Homeri loco Οἴη δ᾽ ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο. quem locum ita accipit Strabo, vt per ἄρκτον & ἅμαξαν totus arcticus circulus, qui τὰ ἀεὶ φανῆ τῆς ἀφανοῦς περιλαμβάνει, intelligatur. Quid sit in sphæra arcticus, non est huius loci exponere: & verò, res vulgò nota. Homeri autem locum, obiter interpretatur Strabo, quia multi in eo exponendo & laborarunt & errarũt.

C

ἢ γὰρ οὐ ποιητὴν) Probat, arcticum circulum, non vrsarum alteram, à poeta esse intellectum.

ὡς ἐπὶ τὴν ἀπειρίαν αὐτοῦ καταφεύγουσιν) Lego, ὡς ἐπί non ὡσπερ: nisi quis ita malit legere, ὥστε ἐπὶ τὴν ἀπειρίαν αὐτοῦ καταφεύγειν τινάς. Sic alibi, οὐδὲ πανυμάζειν τὸ ποιητοῦ, ὡς τὸ ποιητοῦ. Illud tamen malo. Castigat obiter eos qui poetæ rerum cœlestium ignorantiã obiiciebant, quòd in superiori loco vnius vrsæ meminisset, quũ sint duæ. Respondet, Homerum vrsarũ alteram nõ nominasse, quia hondum eius sidus constitutũ & nomine aliquo fuerat insignitum. ἀστροθετεῖν est, ex multarum stellarũ positura, vnũ aliquod sidus (imaginem vocant Astrologi) cõstituere: cuiusmodi hactenus obseruarunt XLVIII. rerum cœlestium studiosi.

D

τὴν ἑτέραν) Cynosurã. Cynosuræ ait poetæ scholiastes vetus, nõ meminit Homerus; ὡς ὕστερον ὑπὸ Θάλητος ἀποδειχθείσης. Autor Callimachus huius sententiæ. Eius verba sunt,

Καὶ τῆς δ᾽ ἀμάξης ἐλέγετο σταθμήσασθαι
τοὺς ἀστερίσκους, ᾗ πλέουσι Φοίνικες.

Alteram autem, nempe Helicem, inuenit Nauplius. Vide Arati interpretes.

E

τὴν διὰ τῶν ἄστρων) Veteres libri tres habebãt διάταξιν: quod annotandum duxi, non sequendum.

τὸν Βερενίκης πλόκαμον) Conon κατηστέρισε: quod præter alios testatur Achilles Statius. Callimachus verò eleganti elegia hoc sidus nobilitauerat: quam Latinam fecit Catullus.

καὶ τὸν Κάνωβον) Astrũ est splendidissimũ, quod tendentibus versus meridiẽ, Rhodi incipit apparere ἐν τῷ παράπλῳ τῆς Αἰγύπτου. Vide Proclum, Cleomedem, Strabonem lib. II. alios.

F

ἐχθὲς καὶ πρώην κατωνομασμένων) Χθὲς καὶ πρώην vulgatissimũ apud Græcos prouerbium. Dicũt & νῦν καὶ χθές. Plut. περὶ συμπ. ζητ. Οὐ γάρ τοι νῦν γε καὶ χθές, ἀλλ᾽ ἀεί ποτε ζῇ ταῦτα. Hoc Catullus expressit, non illud;

Sordebant tibi villicæ
Concubinæ, hodie atque heri.

καθάπερ καὶ Ἄρατος φησὶν) Veteres lib. ἐφη. Respicit Arati hæc verba: ——ἀλλ᾽ ἄρα πάντες

G

Ἄπλαστοι ἄλλυδις ἄλλος ἀνώνυμοι φορέονται.

Sed aut deest hîc verbum, aut ὄντας pro ὄντα Attico more posuit.

Οὐδ᾽ ὁ Κράτης ὀρθῶς γράφει) Ne videretur poeta alteram vrsam ignorasse, quum dixit οἴη, locum poetæ emẽdabat Crates Mallotes, insignis sua ætate grãmaticus, qui Grãmaticam primus inuexit Romã. Reponebat autẽ οἶμος pro οἴη, vt intelligeretur, ὁ ἀρκτικὸς, non ἡ ἄρκτος. Sed totum Homeri locum expendamus.

Ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα, τά τ᾽ οὐρανὸς ἐστεφάνωται,
Πληϊάδας θ᾽ Ὑάδας τε, τό τε σθένος Ὠρίωνος,
Ἄρκτον θ᾽, ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν·
Ἥ τ᾽ αὐτοῦ στρέφεται καί τ᾽ Ὠρίωνα δοκεύει,
οἴη δ᾽ ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.

Hîc igitur pro οἴη reponit Crates οἶμος, ἀρκτικὸν intelligẽs. Straboni hæc emẽdatio nõ probatur, nec videtur necessaria: quum constet vetustissimos illos scriptores ἄρκτον cum dicerent, sæpe non vrsæ sidus, sed arcticum intellexisse. Atque hoc probat allato Heracliti loco; vbi vocẽ ἄρκτος hac notione vsurpauit. Sic & Aratus interdum vsurpat, vt isto loco,

——τὰ μὲν ἐς κεφαλὴν μάλα πάντα
βάλλοντ᾽ ὠκεανοῖο· τὸ δ᾽ οὐχ ὅσον· ἀλλὰ τά γ᾽ αὐτοῦ
Ἄρκτοι κωλύουσι.

Nam ἄρκτους hic vocat τὸν ἀρκτικὸν κύκλον. Sanè si scripsisset poeta οἶμος cum arcticum vellet intelligi, ambiguè admodum & obscurè videri posset locutus. Oriõ porro cuius hic poeta meminit, vel est Arctophylax, qui & Arcturus, & Bootes, & Icarus à nonnullis nuncupatur: vel etiã vetus Orion qui inter signa austrina primus ab Arato, & Manilio, vt vrsæ ἐν τοῖς βορείοις, & omniũ maximè fulgens, recensetur. Theon de hoc Homeri loco, Ἐν βραχεῖ γὰρ ὁ ποιητὴς ὑπὸ δύο ζωδίων ὑπέγραψε, τά, τε νότια καὶ τὰ βόρεια ἐδήλωσε· καὶ ὅτι ὥσπερ ἀντίθετα ἀλλήλοις, ὑπὸ τῶν ὅλων τὸ ἄρκτον μάχεσθαι Ὠρίων, ἀμφοτέρωθεν εἰπών, Ἥ τ᾽ αὐτοῦ στρέφεται καί τ᾽ Ὠρίωνα δοκεύει. Atque hæc vera est meo iudicio Homerici loci interpretatio: quã etiã sequitur elegãtissimus poeta Manilius lib. I. cũ ita canit.

Iam tum cum Graia verterunt pergama gentes,
Arctos & Orion aduersis frontibus ibant.
Hæc contenta suos in vertice flectere gyros.
Ille ex diuerso vertentem surgere contra
Obuius, & toto semper decurrere mundo.

Vult docere Manilius cœli faciem non mutari, sed eandẽ semper esse quæ fuit olim: id probat exemplo Orionis & Vrsæ: quorum syderum ait eandem nũc esse χῶραν quæ fuerit belli Troiani temporibus. Vnde autẽ Manilius eorum χώραν qualis fuerit Troiani belli temporis scire potuit, nisi ex hoc Homeri loco? Quare ad Homeri locum Manilius cum ista cecinit sine dubio respexit.

οὕτως ἀντὶ τοῦ ἀρκτικοῦ τὴν ἄρκτον ὀνομάζων) Quatuor mũdi cardines notare voluit Heraclitus istis verbis, Ἠοῦς καὶ ἑσπέρας τέρματα ἡ ἄρκτος, καὶ ἀντίον τῆς ἄρκτου οὖρος αἰθρίου Διός. Ergo ἠοῦς καὶ ἑσπέρας τέρματα, sunt ortus & occasus: ἄρκτος vt explicat Strabo, circulus est arcticus, & locus ille in terra quẽ radit & stringit ὁ πρὸς αὐτὸν circulus arcticus, qui est cardo septentrionalis. οὖρος autẽ αἰθρίου Διὸς est meridies siue cardo vnde spirat νότος: qui erit hoc modo αἰθρηγενέτης, siue sudificans. Horatius,

Albus vt obscuro deterget nubila cælo
Sæpe Notus.

Poeta vero Noto contrarium Boream ita solet appellare aut etiam Zephyrum.

Ἠλθ᾽ αἴθριος Ζέφυρος μέγας, αἴθριος ἐκ Διὸς αἴρης.

Non me fugit summo viro non probari Strabonis sententiam super interpretatione vocis ἄρκτος apud Heraclitũ: mihi verò non aliter quàm vt supra dixi, videtur ille locus accipiendus.

¶PAG. 3. διὰ δὲ τοῦ ὠκεανοῦ τὸν ὁρίζοντα) Veteres quũ terrã describebãt, faciebãt eã rotundã, ὡς ἀπὸ τόρνου, vt ait Herodotus: superius autem hemisphæriũ ab inferiori, mari distinguebant, quod totam terram in orbẽ circundaret: Id mare, Oceanum postea appellarunt: quæ vox licet vsurpetur sæpissimè ab antiquissimis poetis, Homero & Hesiodo, videtur tamen Herodoti temporibus parum adhuc fuisse cognita. Is enim lib. II. disertè ait nullum sibi notum esse Oceanum: & lib. IIII. geographos suæ ætatis dum reprehendit, id quoque notat. Cæterum oceanum vsurpasse veteres pro horizonte, notant & grammatici, quorum hæc sunt, Ὠκεανὸς ἐστι κύκλος διχάζων τὸ συνοματικὰς τῆς ὀρατῆς σφαίρας κατὰ τὸ ἥμισυ τῆς γῆς· ὅτι τῆς ἡμέρας καὶ γυκτὸς διχῇ κατατέμνει αὐτὸ, εἴς τε τὸ ὑπὲρ γῆν, καὶ εἰς τὸ ὑπὸ γῆν ἡμισφαίριον, καὶ διὰ τοῦτο ὁρίζων λεγόμενος.

οἷς ἐστι καὶ ἐξ οὗ) Oceanus siue Horizõ, duo efficit: Occu-

A
sit enim is, & ostendit nobis sidera occidētia & orientia. Volūt tamen grāmatici oceanū à præstantiori effectu nomen inuenisse: quippe dictum esse τὸν ὠκεανὸν, ὡς δι' αὐτοῦ τῶν ἀστέρων ὠκέως ἀνιόντων καὶ γενομένων. Obiter obseruabis elegās σχῆμα τῆς λέξεως in verbis Strabonis: εἰδὼν, καὶ τὰς δύσεις καὶ τὰς ἀνατολὰς ποιεῖται. Cic. III. in Catilinā, *Vrbem & ciues integram incolumésque seruaui*. Falluntur autem summi viri qui hoc σχῆμα cū chiasmo confundūt.

εἰδὼν ὅτι κατὰ σημεῖον τὸ ἀρκτικὸν τέλος τοῦ ὁρίζοντος) Hæc est arctici definitio. Est enim ὁ ἀρκτικὸς κύκλος ὁ μέγιστος τῶν ἀεὶ φαινομένων κύκλων, ὁ ἐφαπτόμενος τοῦ ὁρίζοντος καθ' ἓν σημεῖον. Hanc arctici definitionem fuisse poetæ cognitam, ait Strabo.
B

ἀπολιπὼν δὲ ταῦτα) Postquam de expositione carminis Homerici quid sit sentiendum docuit, redit nunc ad institutum prius sermonem. docétque Homerum cognouisse septentrionalem quoque partem Oceano circumfundi.

τὸ ποιητικὸν ἁρμόσαντας) Manuss. προσαρμόσαντας.

τὸ ἐπὶ τῆς γῆς ἀκαίνως τοῦ ὠκεανοῦ) Veteres cod. habent, τὸ ἐπὶ τῆς γῆς. quæ lectio mihi magis placet. Ita igitur totus locus legendus & interpungendus: τὸν μὲν ὁρίζοντα οἰκείως ἐδέξατο, τὸ ἐπὶ τῆς γῆς, οἰκείως τῷ ὠκεανῷ. Explicat Strabo quomodo terræ sint accommodanda quæ canit poeta de cœlo: Sumatur igitur pro horizonte terrestri id quod respondet in terra oceano Homerico, quē diximus esse horizōtem: nimirum mare ipsum, quod tellurem totam ambit, vt ille Homericus Oceanus totū cœlum, & similiter vocatur Oceanus. Iam vero sumamus arcticum circulū, eum qui (vt quidem sensui videtur) terræ prætereadit pūctum illud, quod omnium maximè ad septentrionem accedit: Cū igitur ait poeta arcticum non tingi oceano, satis indicat statuere se ibi esse Oceanū, id est mare quo reliqua sidera quæ nō ἐμπεριλαμβάνεται τῷ ἀρκτικῷ omnia tinguntur. Ο'ρίζοντα τὸν ἐπὶ τῆς γῆς dixit, vt infra ζωδιακὸν τὸν ἐν τῇ γῇ & lib. II. τὸν ἐπὶ γῆς τροπικόν.
C

κατὰ τὸ ἀρκτικώτατον) Manuss. ἀρκτικώτερον. Minus probo.
D

κατ' αὐτὸν δὲ, καὶ τοὺς ἀνθρώπους οἶδε) Legendū & distinguendum cū veteribus libris, κλύζεσθ' αὖ τῷ ὠκεανῷ κατ' αὐτόν. Καὶ τοὺς ἀνθρώπους δὲ οἶδε. Docet, etiam idiomata regionum septentrionaliū nota fuisse Homero: affértque in eam rem poetæ locum ex Ιλ. ν. quem locum tractat cum cura lib. VII.
E

καὶ ἄλλως δ' ἐμφαίνει) Probat ex alio poetæ loco, nouisse eū terram Oceano circūfundi. Nā cum omnibus ἀψόρροον dicat Oceanum: sunt autem ἄψορρα quæ ἐσχάτῳ κύκλῳ περίκειται, manifestissimum est sensisse eum terram mari esse circundatam.

τὰ δ' ἔσχατα περὶ τῷ κύκλῳ περίκειται) Veteres cod. vocē ἔσχατα nō agnoscūt: nec prior interpres τὸ, ἄψορρα. quod censeo retinendum, quū illud videatur abesse posse.
F

Ἔστι τῆς πλεονεξίας) Tertium est argumentū, quo idē probat. De Hesiodo idem aliquis iure dicat: Nam eius sunt hæc in descriptione Scuti Herculis,

> Α'μφὶ δ' ἴτυν ῥέεν Ὠκεανὸς πλήθοντι ἐοικώς·
> πᾶν δὲ συνεῖχε σάκος πολυδαίδαλον.

Ἔχεται δὲ τῆς αὐτῆς φιλοπραγμοσύνης) Oceani quoque æstus poetæ fuisse cognitos probare aggreditur. φιλοπραγμοσύνην vocat studiū ac cupiditatem cognoscēdi res quàm plurimas. Vet. cod. habent πολυπραγμοσύνης: quam lectionem confirmat Polybij hic locus è lib. v. Ἐκ τῆς ἱστορίας καὶ πολυπραγμοσύνης περὶ τὴν Ἰταλίαν ἐμπειρίας. Parū refert vtro modo legas: Nā vt docet Aristoteles, πολυπραγμοσύνης & φιλοπραγμοσύνης vocibus, idē significatur. Et lib. XIIII. φιλομαθίαν perspicuè vsurpat pro πολυμαθίᾳ, siue studio rerum multarū cognoscendarum, quando Pythagoram in Ægyptum esse profectum refert φιλομαθίας χάριν.
G

περὶ τὰς πλημμυρίας) Vett. lib. πλημμυρίδας: & ita legendum.

λέγοντα) Scripti lib. λέγοντι.

τάχα τὰς ἱστορίας συνηγμένας) Vett. lib. συνηγμένας.

A
videlicet τοῦ ποιητοῦ. Nihil censeo mutandum. Idem alibi repetit esse vel χωρογραφικὸν ἁμάρτημα vel ἱστορικόν: idque ex Polybij sententia. Nam Strabo infra hoc eodē libro summa dexteritate locum poetæ explicat.

τὸ ὑπέβαινε προχοῆς) Nam veteribus, ἄμαλον idem erat quod προχοήν. Hesych.

οὐ πλήρως ῥεῦσαν) non ita impetuosam, vt quum per angustos locos ruit magis quàm fluit. Thucydid. de freto Siculo, ἐπιστενόυμένη ἡ θάλαττα καὶ ῥοώδης οὖσα, εἰκότως χαλεπὴ ἐνομίσθη.
B

Ποσειδώνιος δὲ καὶ ἐκ τοῦ) Posidonius vt probaret Homero fuisse cognitos Oceani æstus, duorū locorū testimonio vtebatur: alter est, Οδ. μ. vbi sic loquitur poeta,

> ἤτοι ὅτ' ἐξεμέσειεν λέβης ὣς ἐν πυρὶ πολλῷ
> πᾶσ' ἀναμορμύρεσκε κυκωμένη· ὑψόσε δ' ἄχνη
> ἄκροισι σκοπέλοισιν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔπιπτεν.
> ἀλλ' ὅτ' ἀναβρόξειε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ
> πᾶσ' ἔντοσθε φάνεσκε.

Nam quòd scopulos istos modo nudari, modo oculis eripi ait poeta, Posidonius de maris accessu ac recessu id interpretabatur: Atque hoc & Straboni probatur.
C
Alter locus est, vbi Oceanus à poeta vocatur fluuius, vt Ιλ. ξ. Πείρατα ἐπιστρέψαμαι καὶ αὖ ποταμοῖο ῥέεθρα

> Ὠκεανοῦ, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

Sed hoc Strabo improbat. Æstus namque maris adeo nihil habent cum fluuiorum æstu commune, vt prorsus sit, ἐξ ἰσοῦ πρὸς. qua de re infra pluribus.

ὑποβαίνειν δ' ἔλεγε τῆς πλημμυρίδος) Elegantior est vetus lectio, ὑποβαίνειν τὸ τῆς πλημμυρίδος ἔδαφος.

ὅ,τι τοῦ Κράτητος λόγος) Cratetis sententia plana est. Vide Eustathium ad finem Οδ. λ.
D

Ο'τι δ' ἡ οἰκουμένη νῆσος) Vt probaret poetam Geographiæ principem fuisse, docuit hactenus, ita ab eo terram describi quasi magnam aliquam insulam, quæ ab omni parte Oceano sit circumfusa. Nunc docet, rem ita se habere: & poetam quum ita sensit, rectè sentire. Id primum probat ἐκ τῆς αἰσθήσεως, καὶ τῆς πείρας: deinde affert alia argumenta probabilia. Porro hāc fuisse veterum de terra quam incolimus sententiam, satis, credo, vel pueri sciunt. Non defuere tamen, qui è cōtrario mare quasi magnū lacū in suo sinu contineri putarēt.
E
Sanè Ptolemæus σύρροιαν Oceani vehemēter improbat.

ἐστι πάντ' οὖν) Sic legendum cum vett. lib. non ἐστιν. In iisdem legitur παρ' ἧς δεῖν, pro παρ' ἧς δεῖ. & mox, Καὶ ὅπου δὲ τὸ, pro ὅπου δὴ.

¶ Pag. 4. ὁ λόγος δείκνυσι) ratio probabilis suadet: nulla necessaria demōstrat. Cum enim extrema terrarū vndique fere nota sint, id est, aqua cingi terram notum sit, præter illud exiguum interuallum quod nauigari hactenus non potuit, vero per quàm simile est (ait Strabo) id quod nondum est exploratum, cingi & ipsum Oceano.
F
Philosophus vt hoc ipsum probet, nempe externum mare σύμπλουν, aliam affert rationem, sed oppidò quàm infirmam. Sic ille libro II de Cælo. διὸ τοὺς ὑπολαμβάνοντας συνάπτειν τὸν περὶ τὰς Ἡρακλείους στήλας τόπον τῷ περὶ τὴν Ἰνδικὴν, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἶναι τὴν θάλατταν μίαν, μὴ λίαν ὑπολαμβάνειν ἄπιστα δοκεῖν. λέγουσι δὲ τεκμαιρόμενοι καὶ τοῖς ἐλέφασι &c.

ἐκ τῶν περιπλευσάντων διαστημάτων τῆς ἑτέρας τῶν ἠπείρων) Sic libro VII. de mari Germanico loquens, ait nauigantibus in Oceano orientem versus, occurrere τὰ κατὰ τὸν Βορυσθένη, & τὰ πρὸς βορρᾶν μέρη τοῦ Πόντου: atque hoc posse intelligi ait ἐκ τῶν παραλλήλων διαστημάτων. Vide locum.
G

τὸ πέλαγος τὸ Ατλαντικὸν) Mare Atlanticum quoties legis apud Strabonem, Oceanum intellige: sic enim loqui solet post Eratosthenem: quem & Cicero sequitur in Sōnio. licet Mela, & plerique omnes Atlanticum mare, non Oceanum, sed eius tantum partem occiduā appellari tradant.

ἀντιπίπτοντες τὴν ἐπι.) Debemus restitutionē huius loci veteribus lib. Legendum enim, ἀντιπεσόντες καὶ κωλύοντες τὴν ἐπικαταπλοῦν: cum vulgata lectio ne græca quidē sit.

Τοῖς τε φάσει) Aliud argumentum, ad astruendam τὴν πε-

τὰ πελάγη συῤῥεῖν. Si varia essent maria, etiam æstus ratio esset diuersa ac varia: atqui eadem est vbique: itaque idem est quoque mare.

ὁ πολὺ παραλλάττων) Re vera παραλλάττει ac variat nonnullis in locis, vt in mari Balteo.

ἱκανῶς διαγεγωνισμένους τῷ περὶ τούτων λόγῳ) qui abundè satis firmis argumentis euicerunt id ita esse. Posidoniū de Oceano accuratè scripsisse etiam ex libro sequenti discimus.

τό τε μεγάλα συνέχειν αὖ κρεῖττον) Affert aliud argumētum ad probandam Oceani συῤῥοιαν. Nolo, inquit, super hoc pluribus disputare: tantū dicā, quòd & ὁμοιοπάθεια de qua dictum modò, id suadet: & hoc amplius, ἡ τῶν οὐρανίων συνέχεια. Nā cū alantur sidera maris Atlātici exhalationibus, probabilior est eorum sentētia qui nullis isthmis eius tenorē frangi putāt: quòd sic plus erit aquæ, & plus exhalationum ex aquis orietur ad alēda sidera. Memineris lector, Strabonē ex suæ αἱρέσεως principiis disputare. Stoicus enim fuit non Academicus Strabo. Stoicorum autē dogma erat, relatum à M. Tullio, & aliis sexcētis, Ali corpora cœlestia, aquarum exhalationibus. Nihil igitur causæ erat cur Xylander vir eruditus, de huius loci obscuritate quereretur: minus etiam causæ erat, cur diceret ex plerisque disputationibus Strabonis posse intelligi eū fuisse peripateticū: quo nihil potuit dici à docto viro alienum magis à veritate. Ac miror equidē cum nō semel profiteatur Strabo se auspiciis Zenonis militare: tamē id Xylādio persuadere eum nequiuisse. Iā quod ad disputationes attinet: exemplo sit ea quæ est præ manibus. Sumit Strabo quasi certum, Ali sidera aquarū exhalationibus: & erat nimirū ratū id apud Stoicos, cuius familiæ vnus hic alumnus. Vide Ciceronem, Laertiū, Porphyrium, alios. Quid Peripatus? Audiamus philosophum, hāc opinionem irridentē, atque adeo ridiculorū esse hominum asserentem. Locus est Μετεωρ. lib. II. Διὸ καὶ γελοῖοι πάντες, ὅσοι τῶν πρότερον ὑπέλαβον τὸν ἥλιον τρέφεσθαι τῷ ὑγρῷ. Meminit & alibi.

ὥσπερ καὶ τὰ ἔσχατα) Lege cum vett. ὥσπερ δὲ. Trāsit ad nouū argumētum, quo demōstrat peritiā Homeri rerū Geographicarū, Mare, inquit, internum, nō minus quā externū, nouit poeta, quod ex eo intelligere est, quòd gentes quibus id mare prætexitur plerasque omnes commemoret.

ἀπὸ στηλῶν ἀρξαμένη) Vett. quatuor cod. habebant ἀρξαμένη. quam lectionem minus probo: quum vulgata lectio infinitis prope locis huius operis confirmetur.

ὧν ἁπασῶν μέμνηται) Lego ἁπάντων: vt non ad insulas tātum referatur, sed ad ea omnia quæ sunt enumerata.

καὶ τὸν Κιμμέριον βόσπορον) quæ est mediterranei maris pars. De Cimmeriis, eorumque in Asiā eruptione, lege Herodotum. Cōtigisse eā ante Homeri ætatē, infra auctoritate Chronographorum confirmat Strabo.

οἱ κατ' αὐτὸν, ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ) Sic loquitur, cum hîc, tum libro tertio, quia de tempore quo vixerit Hom. nō constat inter autores. Nā vt alios missos faciā, Herodotus, à se ipso dissentit ac variat: qui quū lib. II. scribat vixisse Homerum & Hesiodum annis ante ætatem suā quadringentis, non amplius: tamen in libro de Homeri vita sic scriptum reliquit. Ἀφ' οὗ δὲ Ὅμηρος ἐγένετο ἐπὶ τὰ ἔτη ἑξακόσια εἴκοσι δύο μέχρι τῆς Ξέρξου διαβάσεως, nisi alterutro loco est ἡ γραφὴ διημαρτημένη. quod doctissimos viros existimare, cū hæc scripsissem animaduerti.

μέχρι Ἰωνίας ἐπιδραμεῖν) Cur dicat ἐπιδραμεῖν scire licet ex Herodoto: qui lib. I. ait Cimmeriorum hanc in Ioniam expeditionem, non fuisse καταστροφὴν πολίων, sed ἐξ ἐπιδρομῆς ἁρπαγήν.

Ἠδὲ καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι) Solet Strabo Homeri verba interdum ita proferre, vt suo tamen sermoni ea accōmodet: Quare cum præcedat ζοφώδης ὤν, legendū arbitror κεκαλυμμένον. Mutare tamen quicquā nolui: præsertim ob ea quæ sequuntur.

καὶ Ἄξιον) Vett. cod. Ἄξον. perperam: Vide ad lib. VII.

καὶ γὰρ οἱ γεωγραφοῦντες) Scribe, καὶ γὰρ καὶ ὁ γεωγρ.

A ¶ PAG. 5. πολλὰ παρεῖναι τῶν ἐν μέρει) Ex lib. I. γεωγ. ὑφηγ. Ptol. scire licet quænam sint ea quę tutò prętermittere queat (aut debeat potius) geographus. Inde etiā intelliges hos Strabonis libros admixtū quid habere χωρογραφίας τῇ γεωγραφίᾳ. Sed & χωρογράφον cum γεωγράφῳ passim confundit, quos multum inter se differre docet Ptole.

ἢ διδασκαλίας χάριν) Vox χάριν non est τῶν πάντων: id est nec Strabonis nec Eratosthenis, cuius verba referuntur. Eam igitur ἐξέλιξε. quæ melius infra vbi eadem Eratosthenis verba repetūtur abest. Interpres vero qui

B putat dici posse Græcè στοχάζεσθαι χάριν ψυχαγωγίας, aut διδασκαλίας, errat errorem non ferendum.

Νυνὶ δὲ ὅτι μὲν Ὅμηρος τῆς γεωγραφικῆς ἦρξεν) Conclusio est eorum omnium quę hactenus sunt disputata, ab illo loco, Καὶ πρῶτον ὅτι ὀρθῶς. Transit deinde ad probationem reliquæ partis argumenti primi.

γνώριμοι) Γνώριμοι, discipuli, & vt Suidas explicat, φοιτηταί. Hesychius, γνώριμοι, μαθηταί.

καὶ πολῖται) Nam vterque Milesius. Laertius.

τὸν μὲν οὖν ἐκδοῦναι πρῶτον γεωγραφικὸν πίνακα) Laertius

C ait Anaximandrum omnium primum γῆς καὶ θαλάσσης περίμετρον edidisse.

καταλιπεῖν γράμμα) In Epitome, σύγγραμμα. Citatur passim Hecatæi περιήγησις siue περίοδος Ἀσίας καὶ Εὐρώπης.

πιστούμενον) Manuss. πιστούμενον, & ita lege. Quod autem ait, ἐκ τῆς γραφῆς apparere non falsò fuisse Hecatæo attributum eum librum qui terræ descriptionem continebat, Eratosthenem sequitur. Nam alij aliter sentiebāt: Athenæus autē refert, fuisse id opus à Callimacho, in recensu omnium scriptorū, alij quā Hecatæo tributū.

D Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε δεῖ πρὸς ταύτῃ πολυμαθείας) Secundum argumentum explicare & confirmare aggreditur: Id erat, Geographiam absque rerum quam plurimarum cognitione parari nō posse. Hipparchi primum rationibus vtitur: deinde suas ipse profert.

αὐδὲ τῶν οὐρανίων καὶ τῆς τῶν ἐκλ.) Vide ad hunc locum quæ docet Ptolemæus lib. I. ὑφηγ. cap. secundo, & seq. Ait autem diligenti obseruatione opus esse τῶν οὐρανίων & τῶν ἐκλείψεων: vtriusque mox proponit exemplum. Nā quod de latitudine regionum dignoscenda per obser-

E uationem climatum additur, pertinet ad prius membrum: quod de longitudine, ad posterius.

ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ ἐν Αἰγύπτῳ) Manuss. τῇ πρὸς Αἰγύπτῳ quam lectionem, & rei veritas, & consuetudo loquēdi familiaris Straboni confirmant. Infra eodem lib. Ἡμεῖς δ' ἐπιδημοῦντες ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἰγύπτῳ.

πότερον ἀρκτικωτέρα Βαβυλὼν ἢ νοτιωτέρα) Ex obseruationibus Ptolemæi facile id intellectu. Latitudo Alexandriæ ab eo ponitur graduum XXXI. Babylonis XXXV. Australior igitur Alexādria totis gradib. IIII.

ἢ διὰ τῶν κλιμάτων) Vtraque vrbs in eodem sita est cli-

F mate, nempe III. qui διὰ Ἀλεξανδρείας nūcupatur: differentia à varietate parallelorum pendet.

καλῶς ἡ διὰ τῶν ἐκλειπτικῶν ἡλίου καὶ σελήνης συζυγιῶν) Nā etsi eodem momento vbique apparet ἡ ἔκλειψις: tamen non apparet vbique κατὰ τὰς αὐτὰς ὥρας: nec eadem est tunc temporis vbique seu diei seu noctis hora. Quibus igitur in locis maior pars vel diei vel noctis fuerit tūc peracta, ij loci intelliguntur esse orienti propiores. Exempla pete è Plinio lib. secundo, cap. LXX. & Ptolemæo, Ὑφηγ. lib. primo, cap. IIII.

οὕτως δὲ δὴ τοιαῦτα ἐστίν) Lege ὄντος τι δή. Sic lib. XIII.

G ὄντος τι δὴ ὁ ὀνόματος ἄξιον. nec bene vett. cod. ὡς δὴ.

ἅπαντες ὅσοι) Post allatas Hipparchi rationes, nunc alias incipit afferre. Sensus huius period est, Cûm igitur Hipparchus hoc ait, (quod videlicet iā dixi) tū omnes ita sentiunt, vt nimirum exponam mox. Legēdū autē ἅπαντες δ' ὅσοι: quam leuē mēdam nō animaduertēs interpres peccat grauiter. Existimat enim etiā quæ sequuntur ex Hipparchio afferri: quod non puto.

καὶ γεωμετρίας χρῆμα τι, Ita edidimus. quia hac distinctionē secutus est interpres. Legēdum verò, σχήματα τι καὶ τῶν οὐρανίων καὶ γεωμετρίας, σχήματα, μεγέθη, ἀποστήματα καὶ κλίματα διδάσκοντες. In vett. lib. verba illa: καὶ μεγέθη καὶ ἀπο-

σύμματα, desiderabantur: fortasse non malè. Sensus est, eos qui locorū ἰδιότητας describere, siue χωρογραφεῖν instituūt, cogi saltem leniter τὰ οὐράνια & τῆς γεωμετρίας attingere, dū situm, figurā, magnitudinē, distantiā ab aliis locis, ac partium inter se σχέσιν declarant. Paullo post ait, qui scripsere Λιμένας & Περίπλους nec adhibuere quæ erant ἐκ τῆς οὐρανίων, καὶ τῶν μαθημάτων addenda, reliquisse ἀτελῆ τὴν ἐπίσκεψιν. Aliter Ptolemæus sentire videtur, qui pronuntiat τῇ χωρογραφίᾳ μὴ δεῖν μεθόδου μαθηματικῆς. A

οἴκων κατασκευάζων οἰκοδόμος) Vitruuius lib. VI. *Hæc autē ita erunt rectè disposita, si primò animaduersum fuerit, quibus regionibus aut quibus inclinationibus mundi constituantur. Namque aliter Aegypto, aliter Hispania, non eodem modo Pōto, dissimiliter Romæ, item cæteris terrarum & regionū proprietatibus oportere videntur constitui genera ædificiorum: quod alia parte Solis cursu premitur tellus, alia longe ab eo distat, alia, per medium temperatur.* Pertinent eòdem, quæ ex Iuliano architectonico profert Harmenopulus l. b. II. B

καὶ πόλιν κτίζων ἀρχιτέκτων) Vide præcepta hac de re apud Aristotelem, Πολιτικῶν lib. VIII. cap. XI. & Vitruuium lib. I. cap. IIII.

μή τί γε ὅλην ἐπισκοπῶν τὴν οἰκουμένην ἀνήρ) nedum Geographus. Sic lib. II. μή τί γε τὴν ὅλην οἰκουμένην τοπογραφῶν. Hesychius, μή τί γε, πόσῳ γε μᾶλλον. sæpius tamen legas μὴ ὅτι γε. C

πρόσω δὲ τινὰ καὶ ἀντίποδας ἀλλήλοις εἶναι) ait πρόσω τινὰ quia nec totis CLXXX. gradibus lōgitudinis à se inuicē sunt dissiti Indi Hispanique: nec propriè Antipodes vocari possunt, qui sint in eadē ἡμισφαιρίῳ: Ἀντίποδας enim definiūt τοὺς ἐν τῷ ἀντικειμένῳ τὸ ὑπὸ γῆς ἔχοντας κλίμα &c.

καὶ ἔτι τῆς ἐπὶ τὸ μέσον φορᾶς) Cōstans hæc est rectè philosophantium opinio: quam tamē euertere conatus est Epicurus, & eum secutus Lucretius. lib. I. φέρεσθαι antè εἰς τὸ μέσον, niti in medium solet Lucretius optimus Latinitatis autor dicere. Cicero: *Omnes partes mundi vndique medium locum capessentes nituntur æqualiter.* φορὰ Lucretio *nisus*. Porro hoc referendum censeo ad id quod dixerat modò de antipodibus. Hęc nāque vnica ratio est, quæ euincat esse Antipodas. Cum enim omne graue deorsum vergat: τὸ κάτω autem in corpore rotundo nihil aliud sit quàm centrum: sequitur ex omni parte habitari terram posse: quippe verum erit de iis qui vbicunque terrarū siti fuerint, deorsum eos vergere, quæ est rerum granium natura: Deorsum autem, est πρὸς τὸ μέσον. Quare non dubito quin antipodas esse posse facile esset admissurus Strabo: quanquam essent necne nusquam ab eo affirmatur. D E

καὶ τοῦ πολιτικοῦ παρακολουθεῖν δυνατὸν) hoc est, quātum is capere potest, qui in Reip. administratione versatur. Παρακολουθεῖν eleganti metaphora, animo consequi & percipere quod doceatis: familiaris D. Paulo vox. Ptolemæus ὡς ἂν οἱ μὴ πάνυ καὶ ἐπὶ πᾶσιν παρηκολουθηκότες δυνάμενοι παρακολουθεῖν. Vide quæ notauimus ad Lucam Act. I. 2. F

¶ PAG. 6. μηδὲ ὁποση) Quam rationē habeat magnitudo terrę, ad magnitudinē cælorum: aut potius quod nulla inter eas magnitudines sit proportio: Tūc enim dicitur magnitudo ad magnitudinem λόγον ἔχειν, quando id quod maius est, ab eo quod minus est potest καταμετρεῖσθαι. quod de cælis & terra dici non potest. Vide Ptolem. lib. I. cap. Quod terra sit centrum mundi.

ὁποία τις) qualis sit terræ figura. An πλατεῖα, an σφενδόνῃ similis, an τυμπανοειδὴς, qualis denique figura Qua de re, lege Aristotelē De cælo, lib. II. cap. XIII. & Ptolem. lib. I. cap. ὅτι σφαιροειδὴς ἡ γῆ. quæ sententia, autorem habuit primum Parmenidem. G

καθ' ὅπου κεῖσθαι τοῦ συμπαντος) Vtrum sit μέση τοῦ οὐρανοῦ, vt est: an extra axem quidem, sed æqualiter tamē ab vtroque polo distans: an in axe sita ad alterū polū magis accedat: an denique neque in axe sit, nec ab vtroque polorum æqualiter distās. De quibus lege Aristotelem dicto loco: & Ptolemæum lib. I. cap. Quod Terra sit μέση τοῦ οὐρανοῦ: & Plinium lib. II. ca. LXIX. Atque hoc quoque inuentum esse Parmenidis legimus.

μετεωρολογικῇ τινι πραγματείᾳ) Μετεωρολογικὴν πραγματείαν vocat, non quæ est de meteoris & iis quæ infra lunā gignuntur: sed τὴν περὶ τῶν οὐρανίων, quæ est pars τῆς ἀστρονομικῆς. Proclus in Euclidem docet, μετεωροσκοπικὴν esse partem astrologiæ, ac docere τὰς τῶν ἐξαρμάτων διαφορὰς, καὶ τῶν ἄστρων τὰς ἀποστάσεις, aliáque id genus, astrologica theoremata. Ptolemæus eandem cum Strabone sententiam ita extulit: τὸ ὅλον κεφάλαιον ... τὸ μὲν ἐστι γεωμετρικὸν, τὸ δὲ μετεωροσκοπικόν. Achilles autem Statius eruditè quid inter μετέωρα & μετάρσια sit differentiæ, sic explicat. Τὰ μὲν μετέωρα ἐν οὐρανῷ καὶ αἰθέρι ἐστὶν, ὡς ἥλιος καὶ τὰ λοιπὰ, καὶ οὐρανὸς καὶ αἰθήρ· μετάρσια δὲ τὰ μεταξὺ τοῦ ἀέρος καὶ τῆς γῆς, οἷον, ἄνεμοι, νεφέλαι, ὄμβροι, ἀστραπαί. Quare si hos sequimur autores, libri Aristotelis Meteorologici, nō περὶ μετεώρων, sed περὶ μεταρσίων fuerint inscribēdi. A B

ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης) Homeri sunt verba,

τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

& Hesiodi in Theog.

τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

Φέρε δ' ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ πολυμαθείᾳ) Transit ad tertium argumentum: Id erat de vtilitate quæ è cognitione geographię percipitur maxima. Tractat hanc quæstionem duplici via: Primùm generaliter id probat: idque bifariam. veterum autoritate, & Ratione. Deinde accuratius, atque vtilitatem hāc partitur in duas species: altera est πρὸς τὰς πράξεις: altera est πρὸς τὴν θεωρίαν: quam diuisionem etiam supra innuerat, vt ibi monuimus. De vtraque vtilitate seorsim deinde agit. C

Ἐπεὶ δὲ τῆς Αἰγυπτίων Θηβῶν) Etiā in manu exaratis cod. ita legitur aut etiam corruptius. Puto autem totum locum esse sic legendum. Ἐπεὶ δὲ τῆς Αἰγυπτίων,

———τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

καὶ ἐπὶ τῆς Αἰγυπτίων Θηβῶν. Αἵθ' ἑκατόμπυλοι &c.

Mirum est enim quàm multos locos in hoc autore similiter corruptos obseruauerimus, & emēdauerimus? Et est sanè procliuis error, vt quū vicinis in locis bis posita est aliqua dictio, ab vna ad alteram transiliat festinans scriba. Alioquin fatendū est esse ἁμάρτημα Strabonis μνημονικόν. Quid si pro isto carmine D

Αἰγυπτίῃ, τῇ πλεῖστα,

quod Thebis non conuenit, istud reponamus?

Αἰγυπτίης, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται.

quod à superiori parum differt, & Thebis conuenit. vtrunque ex Οδ. δ. E

Παρασκευάζει τινὰς εἰς φρόνησιν μεγάλαι) Eruditè Strabo, vt omnia: Confer cum iis quæ docet philosophus Nicomach. VI. cap. VIII. Hæc autem est probatio ἐκ τοῦ λόγου, quæ sequitur, τὴν ἐκ τῆς παλαιᾶς μνήμης.

ἐκ δὲ ἂν) Lego, εἰ γ' ἂν δὲ ἂν, etsi atticum est, tamen hic nō potest admitti: Est enim conclusio probationis tertij argumenti.

Διαφερόντως δ' ἐνάργειαν δηλοῖ.) Hic incipit seorsim agere de ea vtilitate, quæ percipitur ab hac sciētia πρὸς τὰς πράξεις. Estque hoc veluti corollarium quoddam superioris disputationis. F

χώρα γὰρ τῶν πράξεων ἐστὶ γῆ καὶ θάλασσα) Orbis terrarum & geographiæ est subiectum, & actionū humanarum: sed diuersa ratione: illius, vt ὑποκείμενον γένος, & subiectum quo de agat: harum, vt locus in quo ipsæ peragātur. Omnis enim actio certo loco agitur. Hæc ratio est cur in politicis de loco & situ vrbis agat Arist.

πάσας ἐπὶ τὰς πρ.) Probo Aldinam lectionem πάσας. At in lib. scriptis constanter legitur πᾶσαν. Vetus verò interpres legisse videtur, πάντας. G

διατιθέντα ἐπιμέρες) διατίθεσθαι est conspiciendum dare, & ob oculos ponere hoc est, describere, & enarrare. Verbum mercatoribus proprium: nam φόρτον διατίθεσθαι est, merces vœnum exponere, non vendere vt vulgò putant, quanquam id à consequenti sæpe intelligitur. Strabo lib. XIII. καὶ ἴσα ποιήσαντες ἐν οἷς τά τε οὐράνια διατίθενται, καὶ τὰς ἠπείρους γεωγραφοῦσι. Plutarchus. historici, ait, omnes, ἀλλοτρίων γεγόνασιν ἔργων ὥσπερ δραμάτων ὑποκριταὶ τὰς τῶν στρατηγῶν, καὶ βασιλέων πράξεις διατιθέμενοι.

πρὸς τούτοις δὲ ὁ διαθεὶς) Neuter interpres hūc locum intellexit, quia nec vidit esse corruptum. Legēdum est πρὸς τούτους. Ad eos, inquit, pertinet hæc orbis habitati accuratior descriptio, quorū interest, eius partes hoc

aut

aut illo modo esse affectas,& hæc nota esse vel nõ nota. Quorum autem obsecro hoc interest? Eorum nimirum qui versantur circa τὰς πολιτικὰς πράξεις. hoc est, eorum omnium qui in quocunque genere Reip. clauũ tenent. Sic probat quod disputabat hoc loco. At interpretes διάθεσιν affectionem significare putarunt, nihilo melius quàm si paulò antè διατίθεσθαι afficere essent interpretati. Nam vtrunque est vt dixi à mercatoribus translatum aut pictoribus. Sic διαθέτας χρησμῶν vocat Herodotus eos qui oracula explicat. διάταξιν pro eodẽ mox dicit in simillimo loco: ἡ διάταξις (ait) πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν τῇ ὑπεροχῇ qui locus istum explicat & emendationem nostram confirmat. Ptolemæo ἐκτίθεσθαι τὴν οἰκουμένην, & ἔκθεσις τῆς οἰκουμένης est quod Straboni διατιθέναι & διάθεσις. Idẽ Ptolem. διάθεσιν quoque interdum vocat vt lib. I. cap. XV. καὶ τὰς κατὰ μέρος δὲ τῶν πόλεων διαθέσεις πολλαχῇ διηρθρώσεις ἐξηύρομεν, ἐφ' ὧν μαχομένας ἢ μὴ ἀκολούθους ἐποίησε πεποίηται. Idem cap. XVIII. ποιεῖσθαι τὴν τῆς οἰκουμένης διάθεσιν.

Ἄλλων δὲ κατ' ἄλλα μέρη) Orbis partes inter se comparat,& quæ quibus debeant esse notiones explicat.

καὶ ἀπ' ἄλλης ἑστίας καὶ ἀρχῆς) Mirum est vett. cod. constãter retinere lectionem quam in suis libris reperit prior interpres ἀπ' ἄλλης αἰτίας. Legendum vero ἑστίας. vt Aldus edidit Ἑστία siue focus, sæpe ædes totas notat, ac locum habitationis, vt βωμὸς siue ara totum tẽplum. Aeschylus de Dario, ὅπως δ' εἶλε πόλεις

πόρον οὐ διαβὰς Ἄλυος ποταμοῦ, οὐδ' ἀφ' ἑστίας συθείς; Plane ita vsurpat Æschylus τὸ ἀφ' ἑστίας, vt hic Strabo. Præterea prouerbiũ est Græcorũ, ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι. quo etsi non vtitur Strabo, eò tamen videtur alludere. Plutarchus, εἰ δὲ ὥσπερ ἀφ' ἑστίας ἀρξάμενοι τὰ καθεστῶτα κινεῖν.

¶ PAG. 7. Γνῶσις περιεκτικὸς χωρογράφος) Quid differant Geographia & chorographia, docet Ptolem. At noster nullũ inter eas voces discrimen ponit. Itaque modò γεωγράφον vocat quem hic χωρογράφον.

τὰ δὲ παρ' Ἰνδοῖς οὔπω) Lectio manusc. τὰ δὲ παρ' Ἰνδοῖς ὄντα, καὶ τὰ καθέκαστα. Optima sane lectio. Bœotiæ minima quæque (ait) cognita habere Indis nihil profuerit: nobis multum. Et è contrario, minima quæque Indorũ & singula loca omnia tenere, nobis fuerit inutile. Ratio in promptu: Dictum est enim Geographiæ accuratam cognitionem vtilem esse πρὸς τὰς πράξεις τὰς πολιτικάς. Nemo autem ait philosophus deliberat πῶς ἄριστα πολιτεύοιντο οἱ Σκύθαι, aut Indi. Mutaret vterque sententiam si reuiuisceret: quippe, Hispanus etiam de iis quę in altera οἰκουμένῃ agenda sint, hodie deliberat.

Μέτεστι δ' αὐτῇ μάλιστα τῆς τοιαύτης ἐμπειρίας) ait μάλιστα, non temerè: neque enim negat posse geographũ quędam inserere quæ magis πρὸς τέρψιν καὶ γνῶσιν faciant, quàm πρὸς χρείαν: de quo mox dicet. Et re vera hominis est vt rectè censet Aristoteles, pusilli animi & abiecti τὰς χρείας ita sectari, vt nihil velis scire nisi quo statim sit vsurus. Atqui oculus corporis ea vidẽdo delectatur, quorum scit nullum sibi fore vnquam vsum. Quare causa non erat cur tam superbè & impotenter triumpharet nouus philosophus, si quid sibi videretur in accuratissimis philosophi disputationibus animaduertisse cuius vsum nõ statim deprehẽderet. Sed valeat nouus philosophus, ὁ κακοδαίμων, cum suis Animaduersionibus & quas euomit πικραῖς χολαῖς.

Ἀγαμέμνονος στόλος) historia ab interpretibus poetæ refertur ad illa,

——παλιμπλαγχθέντας οἴω ἀψ ἀπονοστήσειν.

Πέρσαι δὲ) Xerxes cum exercitu.

καὶ Λίβυες) Hannibal profugus Syriam petens, Mela & Valerius Max. lib. IX. cap. VIII. alij.

τοὺς πορθμοὺς ὑπονοήσαντας εἶναι τοὺς τῶν πλεῦ στενωποὺς) Atqui ego quoque idem putabam: nempe τοὺς πορθμοὺς εἶναι τοὺς πλεῦ στενωποὺς & ita video loqui bonos quosque scriptores. Sic Homerus Ὀδ. μ. vocat fretum angustum inter Scyllã & Charybdin, στενωπόν, sic Æschylus in Prometheo στενωπὸν vocat fretum Siculum, & Apollonius fretum Bosphori πόρου στενωποὺς disertim appellat. Nisi igitur mens mea vehementer cæcutit, aut obscurè id

A quod voluit elocutus est Geographus, aut ille aliter scripsit. Sed profectò Strabo scriptor accuratissimus omni culpa liberandus est. Quare legendum est nõ τοῦ πλεῦ, sed τυφλούς. Τυφλὸν στενωπὸν maris appellat, locos in mari angustos vbi sunt breuia ac syrtes, & cęca vada. Vocem τυφλὸς quam sæpe sic vsurpet hic author non libet hîc adnotare: tantum proponam verba eiusdẽ Strabonis è lib. X. vbi de Salganeo iterũ sic scribit. νομισθέντος κακουργεῖν ὡς ἐξ ἀπάτης ἐμβαλόντα τὸν στόλον εἰς τυφλὸν τῆς θαλάσσης στενωπόν. Ergo hic quoque sic legẽdum.

B πόνημα τῆς ἀνοίας κατέλιπον) Lege ἀγνοίας: exprobrat enim non desipientiam qua innocentes per magnum scelus occiderunt, sed imperitiam locorum: atque hoc est quod modo appellabat ἁμάρτημα ἐκ τῆς ἀπειρίας. Sic Diodorus de Atheniensium insano populo qui bene de se meritos duces mortis, fraude quorundã inductus dãnauerat. Οἱ μὲν γὰρ (ait) ἐξαπατηθέντες, ὀλίγῳ ὕστερα τῆς ἀγνοίας ἐβάδισαν οὐ πολλῷ χρόνον. Ita legit etiam vetus interpreter. Verumtamen alteri lectioni fauẽt hæc verba Valerij. *Igitur angusti atque æstuosi maris alto e tumulo specula-*

C *trix statua, tam memoriæ Pelori quam Punicæ temeritatis vltra citraque nauigantium oculis expositum indicium est.*

τοῦ στόλου) Veteres quinque cod. τὸν στόλον.

κατὰ τὴν εὐνοίαν αἰτίαν) Aliter causam explicat Mela: & aliter Valerius Max. quicum sentit Seruius in III. Æneid. Idẽ vero notat legi, angulum illum Siciliæ etiã antè ita fuisse dictum.

ὁ Ἐφιάλτης λέγεται) Historia est nota. Vide Herodotũ lib. VIII. & Diodorum lib. XI.

δείξας τὴν διὰ τῶν ὀρῶν ἀτραπὸν) Ἀτραπὸς est via recta & an-

D gusta, μὴ ἔχουσα ἐκτροπάς. Videtur autem nomen istud de appellatiuo vt grammatici vocãt, factum proprium isti loco. Appianus, Μήπως λάθοι κατὰ τὴν λεγομένην Ἀτραπὸν περιελθὼν ἡ ἐν Λακεδαιμονίοις τοῖς ἀμφὶ Λεωνίδαν &c.

τῆς τῶν Ῥωμαίων στρατείας) Testantur id Romanæ historiæ. De bello Parthico, & fraude Artauasdis, vide lib. XII. & XVI. De Gallis quod ait, referendum est ad ea quæ infra de Morinis lib. IIII. narrantur, & apud Cæsarem de Nerniis.

καὶ τὰς χρείας) hoc est & ipsa rerum experimenta, siue πρὸς τὸν πρακτικὸν βίον.

E Ἔτι δὲ καὶ τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας καὶ πολιτικῆς) Legẽdum est, Ἔστι δὲ καὶ Nunc docet etiam Ethicem ac Politicum aliquid iuuari à geographia. Nam cum vterque circa eos potissimum versetur qui pręsunt rebus agendis, ad quem propriè spectare harum rerũ cognitionẽ supra disputatum est: videtur omnino necessariũ esse vt nec ethicus nec politicus, harum rerum sint rudes. Ac sanè si horum est moderari ac quasi præscribere iis qui in Reip. administratione versantur res agendas, res autẽ geri sine locorum in quibus gerendæ sunt cognitione

F nequeunt, nemo non videt vt rectè præscribatur quid sit agendum quid non, aliqua saltem locorum cognitione opus esse. Hic quærat fortasse aliquis, qua ratione dictum sit à Strabone Ethicam philosophiã versari circa τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους. Nã de politica minus est obscurũ, & explicat ipse. Videtur igitur existimasse Strabo, quicquid Ethicus philosophus de virtutibus, & actionibus secundũ virtutẽ, aut potius secundũ naturã, quod est σωματικώτερον, disputat, etsi generaliter ad omnes, propriè tamẽ ad eũ pertinere, qui primas in Rep. obti-

G net: quia is vnus est quẽ Reip. potissimũ intersit vel bonis vel prauis moribus esse imbutum. De vno quũ loquor, intelligo πᾶν τὸ κυριεῦον τῆς πόλεως, siue is sit vnus, siue sint plures vno, sed ὀλίγοι, siue multi. Ac possunt opinor ista dici non ineptè, verior tamen expositio huius loci hæc est, Ἠθικὴν φιλοσοφίαν cũ dicit, nomen generis pro nomine speciei vsurpat, quod quũ esset obscurum & ambiguum addidit καὶ πολιτικῆς. vbi τὸ καὶ est ἐξηγηματικόν. Quare etsi vtrunque nomen cõiunxit, tamẽ vnã intellexit τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας partẽ, τὴν πολιτικήν. paret id ex sequentibus, si quis nõ oscitanter ea legat.

σημεῖον δὲ) Qui hæc probatio ad philosophiã ἠθικήν?

τὰς γὰρ τῶν πολιτειῶν διαφορὰς ἀπὸ τῶν ἡγεμονιῶν διακρίνομεν) Cõmune hoc igitur Stoicis & Peripateticis. Aristote-

A les enim nō aliunde inuestigat quot sint πολιτειῶν genera. Eū vide & cōfer cum istis quæ ab eo docentur in libris De Rep. tum alibi passim, tum lib. III cap. Semel lectorē monitum volo, has disputationes & reliquas huiusmodi, apud Strabonem, ex principiis apud Stoicos ratis esse explicandas: quoniam vero veterum Stoicorū libros Zenonis, Cleanthis, Chrysippi, aliorū, amisimus, mirū non est multa esse quę nō facile intelligi queat vnde sumat Strabo.

ὁμωνύμως καλοῦντες) Nam vbi ἀρχὴ ἢ βασιλεὺς, dicimus ibi esse eam πολιτείας formam quam βασιλείαν appellamus, vbi ὀλίγοι, ὀλιγοκρατίαν. vbi ὁ δῆμος, δημοκρατίαν. aut etiam δῆμον. Attici enim scriptores δῆμον sæpe ἀντὶ δημοκρατίας & statu populari vsurpant: vnde illud, καταλύειν τὸν δῆμον, & alia multa. Hæc igitur est ὁμωνυμία quā intelligit: quùm sit potius παρωνυμία, si sequamur τοὺς ἐκ τοῦ περιπάτου. Idem alibi obseruabis.

B τὴν ἀρχὴν ἐχόντων τὸ εἶδος ποιοῦντες) hoc est, τὸ εἶδος ποιοῦν διαφοράν.

καὶ τὸ τοῦ δήμου) Ex superioribus apparet legendū esse καὶ ἄλλο τὸ τοῦ δήμου. Imperitus librarius & iners ægrè tulit vocē ἄλλος toties repeti. Porro, etiam Iurisconsulti distinguunt accuratè inter legem, plebiscitum, Senatusconsultum, & Principis constitutionem.

C τοῦτο δὲ καὶ χρῆμα πολιτείας ὁ νόμος) Platonis est sententia, νόμον εἶναι εἶδος τι τῆς πολιτείας. Aristoteles in libris Πολιτικῶν paullò aliter videtur sentire. Eius verba sunt, πρὸς γὰρ τὰς πολιτείας τοὺς νόμους δεῖ τίθεσθαι, καὶ τίθενται πάντες, ἀλλ' οὐ τὰς πολιτείας πρὸς τοὺς νόμους. Mox Νόμοι δὲ κεχωρισμένοι τῶν δηλούντων τὴν πολιτείαν &c.

τὸ δίκαιον εἶπον πρὸς τὸ τοῦ κρείττονος συμφέρον) Plato lib. I. de Rep. Μὴν ἄρα δίκαιον ἐστὶ κατὰ τὸν λόγον, τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον ποιεῖν. & in IIII. de legibus, τὸ φύσει ὅρον τοῦ δικαίου λέγεσθαι ὀρθότατα οὕτω ait hospes Atheniensis τὸ τοῦ κρείττονος συμφέρον.

D Ἔχει δὲ τινα καὶ θεωρίαν οὐ φαύλην) Altera vtilitatis pars, quæ est πρὸς θεωρίαν καὶ ἐπιστήμην.

¶ PAG. 8. τὴν μὲν τεχνικὴν) θεωρίαν τεχνικὴν vocat καταχρηστικῶς, quam supra ἐπιστήμην dixit meliùs. sed & apud Aristotelem hæc interdum confunduntur.

οἷον εἴ τις λέγοι) Exemplū θεωρίας τῆς ἐν μύθοις, quam quidē negat afferre aliquid vtilitatis (nisi eo casu quē exprimit) ei qui rebus agēdis operā det, quē vocat πρακτικόν: afferre tamē ait delectationē liberali homine dignam.

E διαγωγὴν δ' ὅμως παρέχει οὐκ ἀγεννῆ) Sic ait philosophus Πολιτ. lib. VIII. Musicam esse διαγωγὴν τὴν ἐν σχολῇ. Διαγωγὴν autem eodem lib. ita definit, vt sit ἡ διὰ τῆς πόνων λύπης ἰατρεία τις, habens non solum τὸ καλὸν, sed etiam τὴν ἡδονὴν. vocat & ἀνάπαυσιν: quæ duo coniūxit Polybius de historiarū lectione loquens lib. V. ἵνα μηδεὶς ὑπολαμβάνῃ ἀπειρίαν ἅμα καὶ διαγωγήν. Idē Aristoteles lib. I. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ scribit, τῶν εὑρισκομένων τεχνῶν, τὰς μὲν πρὸς τἀναγκαῖα, τὰς δὲ πρὸς διαγωγὴν οὔσας. Vetus interpres qui vertit *fecerat* secutus est lectionē quæ in manusc. plerisque reperitur χαρίζει. Verum nihil est mutādū. Sic πορίζειν ἡδονὴν apud philosophum.

F καὶ γὰρ τοῦτο) Lego καὶ γὰρ καὶ τοῦτο. Nam & ista cognoscere (ait) quærit ὁ πράττων, idque duplicem ob caussam: & quia celeberrimæ sunt huiusmodi fabulę poetarum: & quia earum scientia est iocunda ac suauis. Potes & ita τὸ ἔνδοξον accipere: quia præclarū est & iocundum ista tenere: Xylander hic mentem autoris non vidit.

G ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολὺ) Ὁ πράττων etiam τὸ ἡδὺ venatur ex historiarum & geographicorum librorū lectione: sed id intra modum: potius enim quærit τὸ χρήσιμον πρὸς τὰς πράξεις: vnde intelligitur in quo potissimum, & in quo minus debeat immorari Geographus, qui suam scriptionem ad rationes τοῦ πολιτικοῦ accommodat.

οὐκ ἐκεῖνο) Vett. cod. ἐκείνων. videlicet τῶν ἐνδόξων καὶ τῶν ἡδέων.

αὕτη τῆς τοιαύτης μεθόδου) quam Ptolemæus μέθοδον μαθηματικὴν appellat. ἐκείνη μὲν οὖν δεῖ μεθόδου μαθηματικῆς, ἐν ταύτῃ δὲ πάντα μᾶλλον προηγεῖται τὸ μέρος. Dicit Ptolemæus idem quod Strabo.

ὑποθέσεις δὲ) De his suo loco, libro secūdo tractat Geographus. Illinc petantur quæ huc faciunt. Hic tantū significare voluit, eū qui ad Geographiam accedat, non debere rudem esse prorsus & imperitum eorum quæ apud Geometras & Astronomos partim demonstrantur, partim etiam supponuntur.

αὐτὸ μόνον ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν) Locus obscurus & corruptus. Lego, αὐτὸ γὰρ μὲν ἐν τὸ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν ὃ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, ἐγγύς ἐστι. Sed videtur aliquid desiderari. Docet Strabo duplicem esse viam argumentorum quibus ea probētur quæ ait hic supponi: altera via est, quā vocat ἐκ τοῦ ἐγγύθεν, quùm ea afferūtur quę sunt ipsis sensib. nota: atque hæ sunt, quas γραμμικὰς δείξεις siue ἀποδείξεις Ptolemæus & Cleomedes vocant: altera est, quam appellat ἐκ τοῦ πόρρωθεν ὑπομνήσεων, quum ea afferuntur quorum fides aliunde pēdeat. Quare nō rectè hunc locum interpretantur, qui putant τὸ ἐπὶ τὸ κοινὸν φέρειν, esse argumentum τῶν ἐγγύς. Ipse mox cōtrarium dicit. Sed manifestò locus est corruptus: quod sanè doleo: est enim illustris & philosophicus. Lectio quam reponimus minus videtur à mente Strabonis discedere.

εἰ ἄρα ἐπιτομωτέρων ἐν κεφαλαίῳ μικρῷ) Et hæc corrupta sunt. Lego, ἐν ἄρα ἐπιτομωτέρων ἐν κεφαλαίῳ μικρῷ, οἷον Exēplo vult illustrare quod modo dicebat: perinde est igitur ac si diceret, εἰ δὲ δεῖ ἐπιτομωτέρως ἐν κεφαλαίῳ μικρῷ εἰπεῖν, ὁ λόγος τοιοῦτός ἐστιν οἷον & c. ἐπιτομωτέρως, ἐν κεφαλαίῳ, est summarim, & quasi per indicē aliquid delibare. tertij autem casus hic vsus, frequens est apud græcos: vt in illis ἐν βραχεῖ δὲ συλλήβδην, συντόμῳ τε λόγῳ. Eubulus apud Athenæum, ——συντόμως δ' ἐκβαλεῖν ἡμᾶς

ῥαγονται ἐπὶ δεῖπν' ἐξ ἀλλοτρίων. Sed omnium maximè hoc genere loquendi Strabo delectatur. Quid quod non aliter legisse videtur vetus interpres?

παρ' αὐτῶν ὑπομνήσεις Videtur respicere Platonis dogma, Scientias nihil esse aliud quam ἀναμνήσεις.

ἐπὶ τὸ αὐτοῦ ἄρτημα κεῖσθαι) hæc ita videntur interpretanda. αὐτοῦ scilicet τοῦ μέσου. estque sy διὰ δυοῖν. Nā κεῖσθαι ἐπὶ τὸ τοῦ μέσου ἄρτημα, est κεῖσθαι ἐπὶ τὸ μέσον ὡς ἠρτημένον. Verū est enim, Terram in medio τοῦ κόσμου ita esse collocatam, quasi aliqua Homerica catena suspensa teneretur. At vetus interpres, ἔρεισμα legit: ineptè. Vide Aristotele De cælo lib. II. cap. XIIII. & Manilium lib. I.

ἐκ δὲ τῶν κατὰ τὰ πελάγη) Vulgo deest τὰ post κατὰ. & est hic error millies in Strabone commissus. Vide Ptol. lib. I. μεγάλης συντάξ. & Plin. II. cap. LXV. necnō Cleomedē.

τοῖς πόρρω τὸν φέγγει) Præfero lectionem veterem, φέγγους quam & vetus interpres sequitur.

ἐκ τε οὐρανοῦ ὁ σφαιροειδὴς ἐναργὴς) Alia ὑπόθεσις. Probatur à Ptolemæo lib. I. Μεγ. συντ. cap. Ὅτι σφαιροειδῶς ὁ οὐρανὸς φέρεται. Est autem σφαιροειδὴς φορὰ, ἡ κυκλικὴ φορά.

ἐρριζωμένης εἰς ἄπειρον τῆς γῆς) Xenophanis hæc fuit opinio. Aristoteles De cælo, lib. II. Οἱ μὲν γὰρ διὰ ταῦτα, ἄπειρον τὸ κάτω τῆς γῆς εἶναι φασὶν, ἐπ' ἄπειρον αὐτὴν ἐρριζῶσθαι λέγοντες, ὥσπερ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος, ἵνα μὴ πράγματα ἔχωσι ζητοῦντες τὴν αἰτίαν. Achilles Statius ipsius Xenophanis super hac re versus profert. Ξενοφάνης δ' οὐκ αἰωρεῖσθαι, ἀλλὰ κάτω εἰς ἄπειρον καθήκειν τὴν γῆν· φησὶ γὰρ

Γαίης μὲν τόδε πεῖρας ἄνω παρὰ ποσσὶν ὁρᾶται,
Καὶ ῥεῖ προσπλάζον· τὸ κάτω δ' ἐς ἄπειρον ἱκνεῖται.

οὐκ ἂν ἡ τοσαύτη περιφορὰ) Idem Manilius ad verbum:

Quod nisi librato penderet pondere tellus
Non ageret cursus mundi subeuntibus astris Phœbus.

καὶ τὰ περὶ κλιμάτων δὲ) Alia est ὑπόθεσις. Nam quæ de tota ratione climatum dicūtur, ea à meteorologis seu astronomis probantur ac demonstrantur. Vide Ptole. μεγ. συντ. lib. II. At Geographus ea sumit & iis vtitur vt certis.

νυνὶ δ' ἐξ ἑτοίμου δεῖ λαβεῖν ἔνια) Nunc, hoc est, in hac πραγματείᾳ quædam pingui Minerua sunt delibanda, neque id temerè, sed ea tantum quæ &c. λαμβάνειν ἐξ ἑτοίμου solet Strabo de iis dicere, qui aliquid ὑποτίθενται nec probāt. Infra de Hipparcho. Ἰδίᾳ τι περὶ αὐτοῦ λεγέτω, καὶ μὴ ἐξ ἑτοίμου λαμβανέτω. Familiaris Strabonis locutio. Sic χρᾶσθαι ἐξ ἑτοίμου lib. XV. vti iis quæ alibi sūt probata.

ὁ ἥλιος γὰρ) Locū hunc accuratè explicat Strabo li. X.

τῶν ἀρξόντων ἅμα, καὶ τῶν ἀρκτικῶν) Ait ἅμα, quia vt ori-

A vt orizõtes, sic & circuli arctici pro locorum inclinatione alij sunt atque alij: Cleomedes. καὶ αὐχλ ἀρκτικοὶ ἄλλοι παρ᾽ ἄλλοις γίνονται, κατὰ τὰς τῶν ὁριζόντων μεταπτώσεις.

¶Pag. 9. ἅπαντα τὰ μὲν περὶ τὸν οὐρανὸν, τὰ δὲ καὶ τὰ φύσει γνωρίζειν ἅπαντα) Qui hũc locũ nõ animaduerterũt esse corruptũ, mirum non est non eum intellexisse. Est autẽ ita legendum, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα κατὰ τὰς &c. διαφέροντα ἀπαντᾷ, τὰ μὲν περὶ τὸν οὐρανὸν, τὰ δὲ καὶ τῇ φύσει, γνωρίζειν ἅπαντα. Nõ peto, inquit, tãtam in homine politico rerum cœlestium cognitionem, vt rationẽ omnium quæ de corporibus cælestibus demonstrari à mathematicis solẽt, B omniúmque mutationum quæ siue in speciem tãtum, siue etiam re vera contingunt, horum inquã omnium rationẽ possit reddere. Ergo legendum ἀπαντᾷ, non ἅπαντα. quod ratione vlla ferri non potest. Sic vsus est eodem verbo infra, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἀπαντᾷ id est συμβαίνει videre est: & item alibi

τὰ μὲν περὶ τὸν οὐρανὸν) Mutato orizõte mutatur & cæli facies: Nouæ apparent stellæ: quæ prius videbantur, videri posse desinũt. Exẽpli gratia, Canopus in Græcia non videtur: Rhodi videri incipit. Sic de aliis.

C τὰ δὲ καὶ τῇ φύσει) Nam mutato orizonte natura locorũ alia atque alia reperitur: vt si quis ab Ægypto proficiscatur in Britanniam.

ὑμῶν ὁδ᾽ ἔστω) Quod facit Aristoteles primo Ethicorũ, vt explicet quis sit idoneus ad percipienda quæ in ethicis libris docẽtur: id hoc loco facit Geographus.

καὶ ἀργὸν) tã ignauũ & ab omni rerum honestarũ cura alienũ: qualis videlicet fuit Margites Homericus. Id genus homines, vocãt Græci ἀνδρὶφρονας. Iustinianus in Nouella de Testibus. καὶ μάρτυρας ἀνδρὶφρονας μηδὲ χαμερπεῖς μηδὲ παντοίως ἀσήμους εἶναι μαρτυρεῖν εἶναι: Grammatici, ἀνδρὶφρονας, ἀργὸς, γυναικώδης.

D κλιμάτων τε καὶ ἀέρων) Si quid esset mutandum quod videtur Xylandro, legerem non vt ille καὶ καιρῶν, sed καὶ ἀέρων. Ἀέρας vocant græci qualitatem locorũ ac regionis. Sic lib. XVII. λυπρότητα τόπων καὶ ἀέρων dicit: Et ita apud Vitruuium aeres locorũ. *Disciplinam verò ait, medicinæ nouisse oportet propter inclinationes locorum*: vbi vides κλίματα & ἀέρας coniungi. Quare, vti dixi, si quid mutãdum esset, ita potius legendum censerem. Sed nõ placet vt quicquã mutetur. Nam sic iterũ hoc ipso libro E κλίματα & ἀέρας coniunctim posuit. & libro secundo ita scribit, ἀπὸ τῶν αὐχλων τῶν τε ὑπαλλαγῶν καὶ τῶν μεταβολῶν, ὡς τά τε κλίματα καὶ τοὺς ἀέρας διαφορεῖν. qui locus vulgatam lectionem apertè confirmat.

κατὰ τὴν πρώτην ἀγωγὴν) Vocat πρώτην ἀγωγὴν quũ traduntur initia harũ scientiarũ: huiusmodi libellos vocant Latini Institutiones: Græci Εἰσαγωγὰς, Στοιχειώσεις & Ὑποτυπώσεις: itemque ἐγκύκλια μαθήματα. Strabo ἐγκύκλιον ἀγωγὴν.

F κατανοήσας τις ἄλλως) Si quis malè hæc animó conceperit. Ignorantia duplex est: vna quũ res prorsus ignoratur: ea vocatur κατ᾽ ἀπόφασιν: altera quum res nõ ignoratur. sed perperã scitur: ea est κατὰ διάθεσιν, de priori superius dixit: nunc alteram tangit. Vtranque Homerus suo Margiti elegãtissimis carminibus tribuisse videtur: priorem intellexit cum dixit

> τὸν δ᾽ οὔτ᾽ ἂρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔτ᾽ ἀροτῆρα:
> οὔτ᾽ ἄλλως τι σοφόν.

G posteriorem hoc eleganti carmine expressit.

> Ὅς γ᾽ ἠπίστατο πολλὰ, κακῶς δ᾽ ἠπίστατο πάντα.

οὐ χρὴ δὲ ἐν αὐτῶν γεωγραφίας εἰσαι) Sic Aristoteles, διὸ τῆς πολιτικῆς, οὐκ ἔστιν οἰκεῖος ἀκροατὴς ὁ νέος.

ἁπλῶς δὲ) Confert Geographiam cum historia: ac suũ in vtraque parte studium commemorat.

οἱ τοὺς λιμένας καὶ τοὺς περίπλους καλουμένους πραγματευθέντες) Περίπλους scripserant apud veteres quã plurimi: extant hodiéque Arriani & Annonis Περίπλοι. laudatur sæpe à veteribus. Ἄννων ἐν περίπλῳ. Eiusdẽ videtur fuisse argumẽti Varronis liber qui à Solino laudatur, De Littoralibus. Λιμένας scripserat Timagenes siue Timagetus, teste scholiaste Apollonij: & Timosthenes poeta ac nauarchos Ptolemæi: de quo Strabo lib. IX.

ἀσυμβάτων πρᾶγμα) Ita est etiam in vett. cod. Veruntamen, aut τὸ ἀ est inducendum, aut, quod potius puto ita est legendum, ὅσα &c. ἐκ τῶν ἱστοριῶν ὄντα, ἀσυμ.

τὰ μεγάλα φροντίζομεν πῶς ἔχει, καὶ τὰ ὅλα) Bene vet. cod. καὶ τὰ ὅλα. Sic paullo post τὰ ὅλων.

Ὅτι μὲν οὖν ἀπόδειξιν) Cõclusio generalis eorũ omnium quæ hactenus disputata sunt. Atque hic desinit prima pars.

Εἰ δὲ πολλῶν προεκπονησάντων) Sequitur pars horum librorũ secunda, omnium vt initio diximus longissima. Docet iustas sibi non defuisse causas describendi etiam post summos viros τὴν οἰκουμένην.

οὐ μὲν καὶ τὸ αὐτὸν πάντων διαλεχθῆναι ἐκείνοις ἅπαντα λέγοντας) Vel cæcus videat legendũ, διαλεχθῶμεν. nisi (inquit) cõuincar omnia eodẽ modo dixisse vt alij: Tunc enim merito me aliquis actũ agere diceret, ac iure reprehenderet. Quid igitur eo homine facias cui placet Strabonẽ post Stratonẽ, idem argumentum, totidẽ libris, eodẽ ordine, ac verbis penè iisdem tractasse? Nimirum bonã ei à Deo mentẽ aut certè silentium optãdum. At si reuiuiscat hodie Strabo, profectò hominem ἀπορράτους ἀποκαρώσειεν ἄν. Porro διαλεχθῶμεν habuerũt & Aldi codices, vt ex eius editione conijcere est.

¶Pag. 10. Μιθριδάτης) Vide lib. XII. & alios.

ἐγὼ πείθομαι περὶ ἅπαντος ἀντιλέγειν) Verè & elegãter Christianus philosophus Athenagoras, hominis esse stulti, imperitos responsione dignari. ἠλίθιον (inquit) ὡς ἀληθῶς, τὸ, τοῖς ἐπιπολαίως καὶ ματαίως ἀντιλέγειν.

Περὶ πρώτου δ᾽ Ἐρατοσθένους) Eratosthenẽ primũ aggreditur quædã de eo prius præfatus: Hũc miris laudibus effert lib. XVII: hic minus honorificè videtur de eo sentire ac loqui: neque id studio obtrectãdi. Nã & aliorũ doctorũ virorũ idẽ fuit de Eratosthene iudicium: & notat autor Epitomes, Eratosthenẽ vulgo dici solitũ Βῆτα τῶν φιλοσόφων: vt qui facile secundas in quauis philosophiæ parte obtineret, in nulla primas. Sic apud Martialem Alpha & Beta vocantur, qui primas vel secundas in aliqua re obtinet.

> *Quem non lacernis Publius meus vincit*
> *Non ipse Codrus Alpha penulatorum.*

μίαν πόλιν) Athenas. Fuit & Archimedes σύγχρονος Eratostheni vt ex ipsius testimonio notat Proclus.

ὡς φησι πρῶτον θεάσασθαι τινα περιβλέψαι σοφίας) Iampridem admonuimus ad Laertiũ nostrum, quem pene pueri emendauimus, corruptum hunc locum sic esse legendũ & restituendũ, ὥς φησι πρῶτον αὐτὸν περιβλέψαι σοφίας. Sic enim refert Laertios dicere solitum Eratosthenem ὡς πρῶτος Βίων τὴν φιλοσοφίαν ἀνθινὰ ἐνέδυσε. Non fuisse autẽ me quum illa scripsi vanum cõiectorem, didici postea ex lib. manu exaratis. In plerisque enim cod. erat αὖ τινά. In vno disertè αὐτινὰ vt didici post editum fere Strabonem: quod prius si scissem vulgatam lectionem minime retinuissem. Præterea sciendum est in vett. lib. scriptum esse φιλοσοφίας non σοφίας: quã etiam lectionẽ Laertius cõprobat. Legebatur autẽ in quibusdã libris εἰπεῖν ἄν τινα. vt sit loquẽdi genus ellipticũ, pro, *posset dicere aliquis* Antè legebã εἴποις ἂν ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦτο. quomodo alibi eum loqui memini. vt ad Bionem referantur hæc verba: de quo ait Οἷον ἐκ ῥακίων ὁ Βίων. eleganter παρῳδῶν locum poetæ qui sic habet Od. σ.

> οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει.

quo in versu quũ ἐπιγουνίδα Aristarchus exponeret, τὸ ὑπεράνω τοῦ γόνατος: Crates τὴν ἰσχυρίδα: Chares vero τὴν ἐφ᾽ ὅλου τοῦ σώματος εὐσαρκίαν, Strabo ita παρῳδῶν secutus videtur Cratetis expositionem.

ὡς τε Ζήνωνος τε Κιτιέως) Dolet Straboni prælatũ esse Aristonẽ Zenoni: quẽ vnũ autorẽ Stoicorum cohors tota, sequitur, colit, admiratur. Sed videamus quã sit æqua Strabonis hæc querela: Mihi quidẽ videtur Eratosthenes nõ leuẽ causam habuisse cur in Aristonẽ esset propensior: eo enim vsus erat magistro: credo quia paullò [illegible] quã ille Athenas venit fato functus est Zeno Aristonis magister. Pietatis igitur officio functus videri po[illegible]t, cum præceptorem suum commendarit

Et tamen nun ita Aristoni fuit deditus vt eius γνώριμος, in suis scriptis taceret Eratosthenes. Docet id nos Athenæus ex cuius libro septimo verba Eratosthenis de Aristone adscribam, quia sunt elegantissima. Sic igitur ille in dialogo quem inscripserat Aristo. Ἤδη δέ ποτε καὶ τοῦτον πεφώραχα τὸν τῆς ἡδονῆς καὶ ἀρετῆς μεσότοιχον διορύττοντα, καὶ ἀναφαινόμενον μετὰ τῆς ἡδονῆς.

τοῦ δ' ἐπὶ τοῦ ποιεῖν δεῖν) Vide Laertium in Zenone.

ἐν διαλεκτικοῖς ἐσήμηνε) Ex Diogene Laertio intelligimus, vix ac ne vix quidem obtinuisse Aristonem vt αἱρεσιάρχης diceretur: idem tamen testis est, quosdam ab eo fuisse Ἀριστωνείους nuncupatos: M. Tullius Tusculanarum lib. v. autor est, Aristonis sententias & placita euanuisse.

εἰς τὴν ὑπόθεσιν ταύτην) Legi malim ὑπόθεσιν ταύτην Sic lib. I. κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην. Illud enim lib. x. ὁ δ' ἀγαθὸς ἀνὴρ τὴν ὑπόθεσιν τοῦ ἀνθρώπου, nō est simile.

διαγωγὴν ἢ καὶ παιδείαν) Philosophus πολιτικῶν lib. VIII. distinguit diligenter inter διαγωγὴν, παιδείαν, & παιδιάν.

Καὶ σοφὸν) Prima Eratosthenis reprehensio: Malè dixisse eum, Poetam omnem delectare solum velle, non etiam docere. Probat non ita fuisse dicendum, sed hoc modo, Poetam omnem, partim delectare, partim docere velle.

ὅτι ἀρέσκει τοῖς Στωικοῖς) Supra, illo loco Οὐδὲ γὰρ ἀλλ' ὄσα ἔστιν.

¶ Ρ Α Ο. τὸ δ' αὐτὸν ἡ μὲν πασῶν τὴν ἴσασι τῶν φιλοσόφων) Nō potuit clarius profiteri se esse Stoicū. Annō enim Stoici fuerūt, qui dicerent, Solū sapientē bonum, pium, doctum, regem etiam, omnium denique rerum solum esse dominum? Itaque solus sapiens secundum Stoicos erit poeta, solus orator. Laertius. Οὐ μόνον δὲ ἐλευθέρους εἶναι τοὺς σοφοὺς, ἀλλὰ καὶ βασιλέας, καὶ μάντεις καὶ ποιητικοὺς μόνους εἶναι. Notum est illud Sophili comici elegans dicterium, Στωικὸς δόγμα ἐστὶν, ὅτι πάντα τῷ σοφῷ, καὶ εὐθὺς ἄφρονας ἀφίστησι. Vide Athenæum lib. IIII. & Ciceronem. In vett. quibusdam cod. legitur, καὶ ἡ ποίησις prorsus malè. Sic enim alibi de Zenone, ὁ δὲ ποιητὴς.

ἀναλέγειν) Manuscr. ἀναλέγειν. vt & in συνάγειν Planudæ ex hoc libro. Legitur etiam in manuscr. ἐπιπολαιῶς non ἐπιπολαίως.

ὅπου γε καὶ Ἀριστοξενόν) De musica præter Aristotelem, Platonē, Plutarchū, & alios, lege Athenæū lib. XIIII.

καὶ Ὅμηρος δὲ τοὺς ἀοιδοὺς σωφρονιστὰς εἴρηκε.) Athenæus libro primo, vt probaret veterum ἀοιδοὺς fuisse viros temperantes, & philosopho dignam vitam vixisse, (quod hic voluit Strabo demonstrare) eadem planè vtitur ratione: vt mihi quidem videatur Athenæus hunc Strabonis locum habuisse in animo eum illa scriberet. Verba eius sunt: σώφρονες δὲ ἦσαν οἱ ἀοιδοὶ καὶ φιλοσόφων διάθεσιν ἐπεῖχον. Ἀγαμέμνων γοῦν τὸν ἀοιδὸν φύλακα καταλείπει τῆς Κλυταιμνήστρας, φυλακῆς καὶ ἐπιτροπῆς ἀξιώσας.

Τὸν τε Αἴγισθον οὐ πρότερον αὐτῆς περιγενέσθαι) Athenæi verba quibus ista expressit sunt hæc: ὁ δὲ Αἴγισθος οὐ πρότερον διεφθάρη τὴν γυναῖκα, πρὶν τὸν ἀοιδὸν ἀποκτείνας ἐν νήσῳ ἔρημῃ. Quod ait Athenæus occisum ab Ægistho istum cantorem, id etsi Homerus disertè non dicit: tamen ex eius verbis facile intelligitur.

Κάλλισται τὴν δ' ἐθέλων) More suo mutat rationem verborum poetæ: Sed in vet. cod. locus ita legebatur vt extat apud poetam: quem vide Od. γ.

κατακρατεῖν τὴν ψυχὴν) Falsa lectio. Scribe κατακηλοῦν. Κατεχειροῦντο enim nunquā ita Græci vsurpant: sed κατεχώριζον: quod quia parū hactenus fuit obseruatū placet aliquot exēplis confirmare. Hipparchus lib. II. Τον μὲν γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἀεὶ αὐτοῦ λόγοις τὰ ἐμφαινόμενα προστίθεσθαι. Dionysius Halicarn. ἐν δὲ ἱερὰ ἐν χερσὶν πῦρ ἐν αὐτοῖς κατεχώρισαν. Diod. Sicul. L. v. de Carcino poeta, κατεχώρισεν ἐν τοῖς ποιήμασι τοιαῦτα. Idem lib. XIII. paullò aliter dixit ἐκ τῆς ἰδίας ἀρχῆς ἐξήνεγκαν ἐν καταχωρίσει. vtitur & alibi Grammatici in huiusmodi locis χωρίζειν explicant λέγειν. Hesychius, χωρίζει, λέγει. Lege χωρίζει. Nam idem παραχωρίζειν explicat, λέγειν & χωρίζειν. Dicunt Græci & τὰ τοπικὰ proeodem. Polyb. lib. II. ἵνα τούτων καὶ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι ποιησώμεθα.

πλησιάζουσα τῶν Θετταλῶν) Poetam imitatus est Æschylus, Persis. Οἱ δ' ἀμφὶ νῆσον τὴν Σαλαμινίαν. de Salamine loquitur, quæ erat in Veneris tutela vt docet nos Homerus: ideo probabile est columbam Veneri sacram ibi abundasse.

θυμήρεις πελειάδων) nullum epitheton.

διάλυσιν τὸ δὲ ἄλλα) Legendum mutata distinctione, διάλυσιν τὸ δια ἀλλά. Nam τὸ Δια fere initio obiectionum poni solet. Sic mox, Νὴ Δία, ἀλλ' ἴσως φαίνεται ποιητικά. Præterea non puto esse distinguēdum post εἴρηκε: sed ita hanc sententiam esse legendam: τὸ Δια ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἴρηκε, τὸ δ' ἔξω τῆς αἰσθήσεως, καὶ ἄλλοις ἢ ἄλλοι τερατολογίας μυθικῆς πεποιήκασι.

τοσοῦτο τοῦς αὐτῶν τὰ μὲν) In vet. lib. desiderabātur verba illa τοῦς αὐτῶν. puto autē inducta fuisse ab aliquo qui offenderetur sermonis nouitate: cùm potius videretur dicendum, τῶν ποιητῶν τὰ μὲν. Sed is frustra fuit. Sic sæpe Græcos loqui studiosis huius linguæ notius esse puto quam vt autoritatibus sit agendum. Priscianus libro XVIII. notat, Latinos hoc dicendi genus à Græcis esse mutuatos Liuius. *Perin religionem vtrique publius, quomà duo ordinary consules eius anni, alter morbo, alter ferro periisset, &c.*

καὶ σοφιστεύοντα γε, Lege vt est in manuscr. σοφιστεύοντα γε. vel σοφίσματα ζητοῦντα. vt fere Aldus. Ἐπεὶ τὸ ἀρχαῖον enim id appellatur, aut etiam περὶ στρατηγίας, non στρατηγία.

σοφιστὰ πλεῖστον αὖ τις δοῦς τῇ φιλοτιμίᾳ.) Mendosa lectio: quod ipsa φράσις satis indicat. Legendum, σοφῆς ἐπιτιθέμενος δοῦναι cum patrio casu, ita dictum vt τὸν σοφῆς quæ est ἰσί αὐτοπρόσωπος φράσις. Sophocles.

——ἡ σοφὴ κατὰ σοφῶν,

δράσει πλεῖστος σοφῆς τυφλοῖς πάντων.

Sensus est, velle nihil non Homero tribuere, meritò diceret aliquis, esse hominis, qui præ studio erga Homerum nimio, aberrat à veritate. Nam ἐκπίπτειν, pro ἐκπίπτει τοῦ λόγου dictum, vt ἐξάγειν ἑαυτὸν pro ἐξάγειν ἑαυτὸν τοῦ δέοντος. quod est vsitatissimum. φιλοτιμία autem, non aliud est hoc loco quàm studium ardēs erga aliquem: vnde φιλοτιμίας liberali manu largiri interdum significat. Mirum vero eruditum interpretem non potuisse huius loci sententiam videre.

ἐπιβοῦ ἐμφαίνεται κατηγορεῖν) Eruditè hunc locum explicat Xylander. Nota sunt de Ἐπιβοᾶται Atheniensium festo quæ tradunt grammatici, & Plutarchus: quos consule. Tātùm moneo, versus Sophoclis hac de re quos apud Clementē corruptos Xylāder ait, sic esse legēdos.

ὑμῖν μὲν γὰρ τοῖς μάλλοις δὲ ἀμφ' αὐτοῖς

στρόφιον τις καὶ ῥοὰς ἐπισταρκευμένα

ἐλαίου ἀμυρέσι δίκας ἐπεχρόσας

δεσπόταις ἐλλας, ἢ τὸ πειλαιὸν πυρὶ

ξαθὸς μαλλοῖς ὡς ἐκ πλάσει τῆρῳσι.

Κατηγορεῖν, est καταλέγειν, ἢ ἀγορεύειν. autē in hac voce vel aduersus significat, vt apud oratores, vel idē fere quod κατὰ, vt apud philosophos. Illud est loqui aduersus aliquē, & accusare: hoc aliquid alicui attribuere. In scholis peripateticis etiā pueris nota vox. Sic & Ptolemæus. καὶ γὰρ τοῦτο εἰκὸς καὶ κατηγορεῖν τῆς πόλεως. Aeschylus ita fere vsurpat Agamemnone.

εὖ γὰρ φρονοῦντι ὄμμα σοῦ κατηγορεῖ.

Ἔτι δ' ἐπὶ πλείστον αὐτοῖς λογίζεται) Videtur Strabo sentire cū Ciceroni, qui Vlyssem solū ab Homero appellari πολύτροπον ait: à quorū sentētia nō multū absūt Eustathius, qui libro primo & secūdo obseruat, hoc epithetū esse Vlyssis apud Homerū proprium: Achilli autem, ἀμφὶ ποτὲ fuisse attributum. Sed falli eos vehemēter (nisi nos libri nostri potius fallant, constabit eis qui leget libros Il. ε, θ, π. in quibus omnibus, Achilles πολύτροπος appellatur: vnde Virgilius,

A

B

C

D

E

F

G

Priams

—— *& Priami regnorum euersor Achilles.*

A βουλῇ, καὶ μύθοισιν) In libris ms. ita legitur, βουλῇ, καὶ τέχνῃ ἐπὶ πᾶσι, καὶ μύθοις. Nec refert quod aliter Homerus: sic multa ἐν πᾶσι non πᾶσι.

Pag. 12. ἐν τῇ διαπείρᾳ) Longè fallitur vir eruditus cũ hæc aliò putat referẽda, quàm ad ea quæ libro secũdo leguntur. Cum enim ῥητορικῆς φράσεως exempla proponat geographus, nec potuit nec debuit eam omittere partem in qua consumtũ omne rhetorũ artificiũ docti semper putarunt: quod præclarè explicat ac demonstrat Dionysius Halicarnassensis, quẽ omnino vide. Hanc autẽ libri secundi partẽ, διάπειραν vocabant græci, vel ἀπόπειραν. Dionysius. τοῦτο τοίνυν τὸ λόγου παράδειγμα, ὃ τῷ Ὁμήρῳ εἶπεν Ἀγαμέμνων ἐν τῇ ἀποπείρᾳ τῶν Ἑλλήνων. At in explorandis animis suorum, etsi magna vsus est prudẽtia Vlysses: tamen nego eam esse ῥητορικὴν φράσιν: nego etiam illã Odysseæ partem vocatam legi à quoquam Διάπειραν. Sciendum est autem huiusmodi inscriptiones singularum partium vtriusque ποιήματος Homerici, fuisse tunc in vsu maximè cum nõdum in duo corpora Ilias & Odyssea fuerant redacta: Ac licet distinctis iam partibus, ac suis nominibus insignitis, videri poterat commodius alia ratione Homeri locos indicare: tamen vix tandem apud Grammaticos obtinuit vt ita laudarent poetam, quẽadmodum nos hodie facimus Ιλ. aut Ὀδ. α. β. γ. Scriptores verò alij antiquam rationẽ seruarunt. Sic apud Herodotũ ἐν Διομήδεος ἀριστείῃ. hoc est, libro Ιλ. ζ. apud Athenæum, ἐν τῷ ἐπιπωλήσει. pro Ιλιάδ. Δ. Infra lib. I X. ἐν τῇ ἐπιπωλήσει, hoc est Ιλιάδ. libro quarto. Huiusmodi sunt quæ commemorat Ælianus, Ἡ ἐπὶ ναυσὶ μάχη, Δολώνεια, Ἀριστεία Ἀγαμέμνονος, Νεῶν κατάλογος, Πατρόκλεια, Λύτρα, Ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα. Ὁρκίων ἀφάνισις. quæ omnia ad Iliadem pertinent. ad Odysseam verò hæc, Τὰ ἐν Πύλῳ, Τὰ ἐν Λακεδαίμονι, Καλυψοῦς ἄντρον, Τὰ περὶ τὴν σχεδίαν, Ἀλκινόου ἀπόλογοι, Κυκλώπεια, Νεκυία, Τὰ τῆς Κίρκης, Νίπτρα, Μνηστήρων φόνος, Τὰ ἐν ἀγρῷ, Τὰ ἐν Λαέρτου.

ἐν ταῖς Λιταῖς) hoc est Ιλ. ι. Eustathius. Λιταὶ ὁ ῥαψῳδία ἐπιγράφεται αὕτη, ἀπὸ μιᾶς πλατυσμένα λέξεως. Idem alibi, Πάτροκλος καὶ Ἀχιλλεὺς ἐν ταῖς Λιταῖς. Sic Athenæus libro primo.

ἐν τῇ πρεσβείᾳ) Quãdo Menelaus & Vlysses ad Troianos ad repetendam Helenam iuerunt legati: quę legatio non extat apud poetam, sed eius fit mentio à Troiano Antenore Ιλ. γ.

εἰσάγει μεταβάλλοντας ἄλλους) Libri vet. habent ἑτέρους quod mutatum ab iis videtur qui perpetuam esse illã differentiam credebant quam notant Grammatici inter ἄλλος & ἕτερος: quam constat Atticos scriptores negligere.

ἡ τὴν μιμητικὴν προσάγει) Omnis enim poeta μιμητής. quod à Platone ita fusè disputatur, vt ne locum quidem indicari opus sit.

καὶ οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν) Probat Stoicum dogma, Solum sapientem esse poetam posse: Sed alia ratione probat quam apud Stoicos soleret fieri. Sanè, non solum Stoici sed & alij philosophi de poeta & oratore ita pronunciarunt, habétque hæc sententia authores maximos. Sed ignoscat mihi Strabo, ἐγὼ δὲ πείθομαι οὐδέν. Didici enim in schola peripateticorum, vt bonus aliquis iure dicatur, non tam boni ac virtutis desiderari cognitionem, quam προαίρεσιν. Præterea τὸ ἐπιστήμων bifariam dicitur: & de eo qui præditus sit scientia nec ea tamen vtatur: & de eo qui præter scientiæ cognitionem habet hoc amplius, vt possit ἐνεργεῖν τῇ ἐπιστήμῃ. Quis igitur non videt, vt sit aliquis poeta, priorem cognitionem posse sufficere: vt sit vir bonus, id parum esse, aut nihil potius, quum altera scientia sit necessaria?

πολλοὺς ἀφιδρυμένους οὐδὲν ἔτι.) ἀφελῶν est ἀμαθῶν. Sic dicimus Gallicè, *se moquer des lecteurs.* καταφρονεῖν pro eodem posuit Athenæus. Strabo alibi κατειρωνεύεσθαι.

τί γὰρ ὑπὸ ῥητορικὸν εἰς φράσις) Sic disputat: Φράσις est aliquid ῥητορικόν. φράσις est etiam ποιητικόν. Ergo aliquid ῥητορικὸν est ποιητικόν. In tertia figura. Stoici rhetorices partem vnam faciebant τὴν φράσιν.

τίς δ' ἄμεινον Ὁμήρου φράσαι τι δυνατὸς) Lege, φράσαι: Νὴ Δία, ἀλλ' &c. Probat minorem superioris syllogismi.

νὴ Δία, ἀλλ' ἑτέρα φράσις ἡ) Poterat Eratosthenes respõdere, φράσιν esse & ῥητορικόν quid & ποιητικόν: sed aliã esse elocutionem oratorum aliam poetarũ, nec quicquam esse inter hæc commune. Respõdet Strabo, φράσιν omnem ad rhetoricam pertinere: Eius diuersas esse species τὴν ῥητορικὴν seu πεζὴν, & τὴν ποιητικήν: quæ nõ genere inter se differant, sed τῷ ἰδίῳ. hoc est differentia specifica, vt loquuntur in scholis. Nã quod est vtrique ἴδιον, id ipsũ est, quo inter se discernũtur. sed malè inde colligi docet hæc nihil commune habere inter se: quum sint duæ species eodem genere contentæ. Id igitur ait simile esse, ac si quis dicat τὴν τραγικὴν & τὴν κωμικὴν φράσιν nihil habere inter se cõmune, quia differunt hæc quoque τῷ ἰδίῳ cũ re vera eiusdem generis sint species, nempe τῆς ποιητικῆς. vt ἡ ἱστορικὴ & δικανικὴ, τῆς πεζῆς. Ex his intelligitur φράσιν ῥητορικὴν vel esse genus quod diuidatur in duas species πεζὴν & ποιητικήν. vel esse speciem alteram quando nimirum φράσιν ῥητορικὴν dicimus pro πεζῇ. Neque nouum est generis & alterius speciei communem esse appellationem.

τῷ γε ἰδίῳ) Lectionis deprauatio patua, magnas huic loco tenebras offudit. Lege vt habent veteres libri, & ratio docet. τῷ γε ἰδίῳ quod iam exposuimus.

Ἀλλ' ἔστι γὰρ ὁ λόγος) λόγον hic vocat, quam modo φράσιν appellabat. An (inquit) dicet Eratosthenes, vel nullum esse commune genus quo comprehendantur legibus adstricta, & soluta oratio? An hoc quidem non dicet, sed negabit orationem in generis significatione acceptam ad rhetoricam pertinere? Λόγον, φράσιν, ἀπαγγελίαν λόγου, pro eodem ponit.

ὁ πεζὸς λόγος ὅ γε κατεσκευασμένος) Non dicit omnem orationem solutam, esse poetica posteriorem: sed artẽ oratoriam post poeticam esse natam. Eos autem qui poeticam omni oratione soluta priorem esse putant, eleganter irridet Aristides in oratione de laudibus Sarapis.

οἱ περὶ Κάδμον καὶ Φερεκύδην) Vide Laertium. Porphyrius apud Suidam affirmat Pherecydem esse qui primus ἐξενεγκεῖν συγγραφὴν soluta oratione.

ἀφαιρεθέντες μέτρον τἆλλα φυλάξαντες) Ergo, ex sententia Strabonis, antiquissimi quique scriptores proximè ad stylum poetarum accedunt: quod profectò verum est: Ac mihi quidem persæpe Herodotum cum lego, Homerũ aliquem videor legere: quem tamen M. Tullius ait solutum omnibus legibus fluere. Sed de his non est hic agendi locus.

ἀπὸ ὕψους τινὸς καταβάντα καὶ ὀχήματος) Sic Plutarchus, Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα. Οὕτω τοῦ λόγου συμμεταβάλλοντος ἅμα καὶ συναποδυομένου, κατέβη μὲν ἀπὸ τῶν μέτρων, ὥσπερ ὀχημάτων ἡ ἱστορία.

καὶ τὸ φράζειν) Manuss. ἀείδειν. quod est ποιητικώτερον. Vide Eust. ad illud, Μῆνιν ἄειδε.

φράζειν αὐτοῖς τὸ αὐτὸ) Vox αὐτοῖς quid hic significet, quom sequatur, περὶ ἐκείνους non video. Itaque tollendam censeo.

καὶ ἐπὶ θάτερον ὁ κατέχρωντο ἐπ' ἐκείνων) Καταχρῆσιν vocat quæ à Græcis interpretibus μετάληψις vocitatur. Φράζειν & φράσις de elocutione quacunque propriè dicuntur: Cũ autem ita contigerit, vt qui primi arte φράζειν cœperunt, ij poetæ essent: de iisdem primùm & φράζειν dicebatur & ἀείδειν: illud propter elocutionẽ: hoc propter metrum. Sed cum postea etiam oratorum esset exortum genus, tunc de iis, primum quidem φράζειν propter arte elaboratam elocutionem vsurparum est, deinde vero etiam ἀείδειν paulatim de iisdem dici ce-

plt:per ἐκ τῆς χρῆσεως inquit,& errore. Nam quia de poetis dicebatur φράζειν, de quibus & ἀείδειν: communicata altera voce oratoribus, altera quoque quæ propria erat poetis, cœpta est communicari. Simillima ratione, cum γλήνη & κόρη de eodem dicerentur, nempe de pupilla oculi, quia κόρη translata significatione de ignauo homine dici solebat, poeta eodem sensu etiam voce γλήνη est vsus. Sic ἰδοῦσα, pro ἀπόζωμα, ὀδύσσ. ubi notat scholiastes, ἐκ τοῦ συνωνύμου τὸ συνώνυμον ὁ ποιητὴς μετάλαβεν. Vide Plutarchum, & poetæ interpretes ad illum locum, ——ἐν δὲ τοὶ ἀνὴρ

ταλικότιν λασιοισι.

Ἀλλ' οὐδὲ τὰ συνηγορούμενα) Aliud caput est reprehensionis Eratosthenis, De Fabulis Homericis, & erroribus Vlyssis. Eratosthenes omnia à poeta temerè & sine vlla ratione putabat esse cōficta: Strabo, nō omnia esse conficta: sed veritatem historicam partim eum esse secutum, partim suis figmentis obscurasse censet.

¶ PAG. 13. ὁ δημαγωγῶν) Paulò post de eadē re τὸ μὲν ἀποδεχόμενος, τὸ δὲ δημαγωγῶν καὶ στρατηγῶν τὰ πλήθη. Quosnam autem δημαγωγοὺς græci vocent in Republ. nemo clarius Aristotele docet. Illinc pete.

τοῖς μύθοις ἀπελέξατο) Lego ἀπεδέξατο id est *admiserat & probauit*. Sic mox de eadē de re ἀπεδέξατο. Quod ad quæstionem attinet qua de hic agitur, lege Platonem lib. de Rep. secundo, & Plutarchum De audiendis à iuuene poetis.

φιλειδήμων γὰρ ὁ ἄνθρωπος) Aristoteles, Πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει.

προτείμενον δὲ τούτῳ τὸ φιλόμυθον) Imò consequens, potius. Ideo dicebat Aristoteles, philosophos esse φιλομύθους. Διὸ καὶ, inquit, φιλόμυθος ὁ φιλόσοφός πώς ἐστιν· ὁ γὰρ μῦθος σύγκειται ἐκ θαυμασίων.

ὅτε γὰρ Λαμία) De Lamia muliere, quam perhibent fabulæ ansam præbuisse, præter Grammaticos, lege Diodorum Siculum lib. xx. Is Lamiæ antrum & regnum in Lybia collocat, cum alij alibi eam regnasse tradāt: græcus quidē Ethicorū Nicomacheorum Aristotelis interpres circa Pontum ait: de ea accipiens Aristotelis hæc verba, lib. vII. οἷον τὴν ἄνθρωπον ἣν λέγουσι τὰς κυούσας ἀνασχίζουσαν τὰ παιδία κατεσθίειν. Diodorus disertè id negat, Euripidis ductus autoritate. De Gorgone autem, nota sunt, quę vulgò fabulantur poetę. Ephialtes, Latinis est Incubus. Vide Seruium, & Macrobium in Somnium Scipionis. Obseruauit autem grammatici, hanc vocē quando δαιμόνα significat scribi per τὸ Ἐπιάλτης: quando nomen est aut hominis, aut morbi siue μεγαλουργίας per φ. Verum hanc legem negligunt veteres scriptores. Μορμολύκη & Μορμὼ voces sunt, ad pauorem pueris incutiendū à nutricibus excogitatę. Sic mater apud Theocritum,

——μορμὼ ait, δάκνει ἵππος.

Aristoph. Μορμὼ, τοῦ θράσους. Mox Strabo, μορμολύκας τινὰς περὶ τοὺς γεωργούς.

ἡ τιμὴ περὶ τῶν θεῶν νεμομένας) Omninò ἀφ' ὧν est legēdum: quam lectionem & vett. cod confirmant. Sic mox κολάσεις ἀφ' ὧν θεῶν dicit. At Xylāder, *à numine homines* somniat. Melius omnino prior interpres, *tributos à dijs honores*.

διὰ πλάσει ἀεράπαγ) Hæsit hic meritò eruditiss mus Xylander. Sed legendum ἀέρων. nam in libris manu exaratis est ἀέρων. Ἀάρειν autem significat αἴρειν & ἐπαίρειν. Respicit autem Strabo ad Furias quæ vultu horribili & turpissimo à poetis ac pictoribus fingebantur. Id vel ex Cicerone, (vt poetarum nationem taceam) & Æschine, vnde habet Cicero, notum est. Sic dicitur à Iun mo vate Scylla habere πόδας ἀώρους, & ipsa φρικτὸς tota: Nam qui locum poetæ aliter explicant falluntur, opinor. Pertinēt ad hunc locum quæ disputat grauis in primis autor Polybius non procul à libri sexti fine: quo loco docet, harum rerū metu, (quā ille vocat δεισιδαιμονίαν,) stare & contineri maximè

A Rempublicā Romanorum. Vide locum: & si lubet cōfer cum iis quæ de eadem re scribit Dionysius Halicarnass. lib. sec.

θεσμολέσχαις) Lege φρεσὶ λεσχαῖς vt & Epitome Phnudis habet.

Κεραυνὸς γὰρ) Telum hoc Iouis. Hesiodus.

βροντήν τε στεροπήν τε καὶ αἰθαλόεντα κεραυνὸν
κῆλα Διὸς μεγάλοιο.

καὶ αἰγὶς) Iouis & Mineruæ ὅπλον, est ἡ Αἰγίς.

καὶ τρίαινα) Telum Neptuni.

B καὶ λαμπάδες καὶ δράκοντες) Respicit ad Furias.

καὶ θυρσόλογχα τῶν θεῶν ὅπλα) Pertinent hæc ad Bacchum. Peeleganter hæc omnia complexus est poeta, cuius hæc sunt.

Fulmina sub Ioue sunt: Neptuni fuscina telum:
Ense potens Mars est: hasta Minerua tua est.
Sutilibus Liber committit prælia thyrsis.
Fertur Apollinea missa sagitta manu.

Verba autem illa, καὶ θυρσόλογχα τῶν θεῶν ὅπλα, videntur ab aliquo esse poeta accepta. Corruptus in hac voce

C Proclus: quod moneo quia nec vir doctissimus Thomas Linacer, nec alij magni viri hoc animaduertetunt. Lege ergo in asterismis Procli, θυρσόλογχος ὁ κένταυρος ὁ Κένταυρος. θυρσόλογχον pro θηρίον dicebant, quia erat θήρας λόγχαις vt appellatur libro Epigram. græcanicorum sexto. Strabo lib. xI. de alia re ἀκοντίοις καὶ λόγχαις μιᾶς σιδήρῳ dicit. Athenæus libro quinto de Baccho. εἶχεν ἐν τῇ χειρὶ θυρσόλογχον χρυσοῦν. Apud Ptolemæum θηρίον legimus simpliciter.

καὶ οἱ ἀρχαῖοι ἢ ἱστορικοί) Hecatæus, Herodotus, Ephorus:

D quorum fabulis non vbique ita delectatur Strabo, vt nunc. Nam sanè alibi fabulosos id genus scriptores acerbè satis perstringit, & vellicat.

καὶ φυσικοὶ) Parmenides Empedocles Xenophanes, alij philosophi ante Socratem, qui princeps τὸν ἠθικὸν τῆς φιλοσοφίας μέρος inuenit.

Αὐτὸ δὲ ταῦτα) Elegāter initio sententiæ, αὐτὸ δὴ ponere solet. Sic apud alios οἷα δὴ. Herodian' lib. primo. Οἷα δὴ ἄνδρες πολυϊστορες μάλιστα ἐπ' ἐρωτικὴν.

οὐδ' ἴνδην καὶ ψεῦδος) Alludit ad hemistichium poetæ Ιλ. σ. ——ἰδὲ ἴνδην ταῦτα καλά.

E ¶ PAG. 14. περὶ δὲ τὸ αὐτὸ τέλος τῇ τε ἱστορικῇ) Ex sentētia igitur Strabonis amboris locupletissimi, ἡ ἱστορικὴ & ἡ ποιητικὴ finem habēt vnum & eundem: modo tantum τῆς χρήσεως differunt. Vtraque prodesse & docere vult: ἡ ποιητικὴ, etiam delectare. Illa τὰ ὄντα tantum exponit: hæc & τὰ ὄντα exponit, & τὰ μὴ ὄντα docendi causa fingit.

καὶ τοῦ τὰ ὄντα λέγοντες) Periphrasis ἱστορικοῦ. nam καὶ est ἐξηγήσεως nota: τὰ ὄντα sunt τὰ ἀληθῆ. & apud Herodotum τὰ ἐόντα λέγειν λόγον, est veritatem rei dicere. Sic

F apud Demosthenē, ὁ τῶν ὄντων λόγος. nisi mendum est. Atque hæc loquendi græcorum genera ex ipsa rerum natura petita sunt: nam vt docet philosophus, orationis veritas ἐκ τοῦ ἀληθῆ τὸ εἶναι.

ἐκ μυθεύειν δὲ ἀλλὰ) Paullò post, τὸ δὲ πάντα πλάττειν, οὐ πιθανὸν οὐδ' Ὁμηρικόν.

περὶ ἀκοὴν γὰρ ἐκ εἰκὸς, ὡς πιθανώτερα) Veteres cod. habebat περὶ πίστιν. Ego περὶ ἀκοὴν retineo, & interpretor vt apud Ciceronem ad aures accidere. Paullò aliter infra, μάλιστα γὰρ ἐν περὶ ἀκοὴν τὸ ἐνδόξου ὑφ' Ἡσιόδου.

G ὅπερ καὶ Πολύβιος φησι) Polybij locus, vt & maior pars operum tanti scriptoris interiit. Sed de Polybio plura Strabo infra.

ἔστι δὲ ἐν ἀρχῇ ἐξηγούμενον ἐμοῖα) Restituimus vocem ἐμοῖα, quæ in Germania perierat, ex Aldino cod. & manuss.

καὶ γὰρ τὸ Αἰόλον δυναστεύειν) Plinius lib. III. ca. IX. *Lipara dicta à Liparo rege qui successit Aeolo.* Ibidem *Tertia Strongyle, à Lipara M. pass. ad exortum Solis vergens, in qua regnauit Aeolus.*

δυναστεύειν φησι) Quis nō videt legendum esse φασί? Vult probare Homerum, eorum quæ dicit τὰς ἀρχὰς ab

historia

historia habuisse: exempli gratia multa poeta de Æolo fabulosè & præter rei veritatem. & tamē non sunt omnia conficta ab eo: fama enim est, inquit, Æolum hunc obtinuisse quondam insulas quę sunt circa Liparam. Idem de Cyclopibus, & Læstrygonibus sentiendum quorum poeta meminit.

καὶ περὶ τὴν Αἴτνην καὶ Λεοντίνην Κύκλωπας καὶ Λαιστρυγόνας) Cyclopas refert ad Ætnam. Pomp. Mela. *Et Aetna quæ Cyclopas olim tulit, nunc assiduis ignibus flagrat.* Læstrygonas ad Leontinen. Nam qui postea Leontini in Sicilia dicti sunt, prius Læstrygones appellabantur. Hesych. Λαιστρυγόνες οἱ τῶν Λεοντίνων. De Cyclopibus & Læstrygonibus Thucydides libro VI. sic, παλαιότατοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι· ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν, οὔθ' ὁπόθεν ἐσῆλθον, ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν.

καὶ τὴν Χάρυβδιν καὶ τὸ Σκυλλαῖον) vide infra lib. VI.

ὁμοίως τὸν καθ' ᾅδην) Probo lectionem veterum librorum, μετήγαγεν εἰκότως, εἰς σκοτεινόν τινα τόπον τὸν καθ' Ἅιδην.

ἀναχάσκοντες. ἐπιμύοντες) Legebatur antè ἀναχάσκοντας ἐπιμύοντας: nimirum hunc locum vt alios quàm plurimos praua pronuntiatio qua τ post ν corrumpitur, corruperat. Similes mendas easque insignes alias notabimus.

συγγενείας τι πλάσαι) facit enim Circen sororem Æetæ, qui fuit pater Medeæ, verba eius sunt ὀδ. κ.

> Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'· ἔνθα δ' ἔναιε
> Κίρκη ἐϋπλόκαμος, δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα,
> αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος Αἰήταο.

vide reliqua: alij, sorores Circē & Medeam fuisse tradunt. Lege si vacat quæ scribit Scholiastes Apollonij libro III. & Diodorus Siculus libro IIII.

καὶ ἐξωκεανισμὸν ἀμφοῖν) Vide initium ὀδ. μ. & poetæ interpretes in illum locum. De Iasonis nauigatione & erroribus infra commodius, vbi de Istro.

καὶ ἐν τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ) id est Pæstano sinu. Pæstus enim Græcis Ποσειδωνία: Vide libro V. Pæstanus sinus etiam apud Melam & Plinium.

παρὰ μὲν τὴν Αἴαν ἡ Αἰα) Imo ἡ Αἰαίη Ita enim appellatur à poeta conficta insula vbi Circen collocat. Iunge autem cum sequentibus πλάττει ἐκείνην.

παρὰ δὲ τὰς Συμπληγάδας αἱ Πλαγκταί) Nam ipsę quoque Symplegades vt nomen indicat, à veteribus πλαγκταὶ creditæ sunt, atque ita vocitatæ. Herodotus libro IIII. ἐπεὶ δὴ τὸν ἐβάλλετο ἐς νέας, τὰς ἐπὶ τὰς Κυανέας καλεομένας τὰς πρότερον πλαγκτὰς Ἕλληνές φασι εἶναι.

παρὰ δὲ τὴν Σκύλλαν καὶ τὴν Χάρυβδιν) Quod Homerus ait de duobus illis periculosissimis scopulis, quorum alterum Scyllam nominat, alterum Charybdin, eius figmenti sumpsit ἀφορμὰς ab iis quæ de veris Scylla & Charybdi in Sicilia Homeri tempestate vulgò erant cognita. Nam quia illi loci erant latrociniis piratarum qui eos obsidebant infames, poeta Scyllam & Charybdin in horrenda monstra conuertit, atque scopulos esse dixit per quorum medium naues non nisi cum summo extremæ perniciei periculo transire possent. Hoc voluit Strabo, non quod eum faciunt loqui interpretes.

ὁμοίως ἐκτοπίζειν ἐδόκουν) similiter putabant nostri excessisse οἰκουμένην, vt eos qui columnas transiissent. Nam vetustissimi illi nostrę οἰκουμένης terminum orientem versus progredientibus Pontum & Phasin putabant. Plato in Phædone, Καὶ ἡμᾶς οἰκεῖν τοὺς μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν ἀπὸ Φάσιδος ἐν σμικρῷ τινι μορίῳ. Æschylus de Colchis, οἱ γᾶς ἔσχατον πέρας Ἀμφὶ Μαιῶτιν ἔχουσι λίμναν.

ἰδίας πόντον περιπλεύσαντα) Lege Eustath. ad illa ὀδ. α.

> πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν.

Idem Eustathius in præfatione in Iliadem, causam explicat cur poetam cum dicimus Homerum intelligamus.

¶ PAG. 15. ἐκ τῆς Σκυθικῆς ἱστορίας) Sic rectè interpretes non ἐδικῆς, & ita in manuss.

τοὺς μονομμάτους Ἀριμασπούς) De Arimaspis, déque ipsa voce Scythica lege Herodotum libro IIII. Plinium lib. VII. cap. II. Marcellinus libro XXIII. Arimaspos homines luscos & feros vocat. Coclites appellat Varro de L. L. sexto. Solinus gentem vnoculam. Diodorus Siculus libro XVII. Arimaspos sua ætate Euergetas fuisse appellatos autor est: qui de re plura lib. XV.

οἷς ἐν τοῖς Ἀριμασπείοις ἔπεσιν ἐνδίδωσιν Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος) Quicunque de Arimaspis mentionem faciūt, ij ferè Aristeam laudant huius historiæ autorem primum. Fuit is vt in Arimasporum mentione fusè docet Herodotus, Caystrobij filius, genere Proconnesius, qui post longam ad gentes septentrionales peregrinationem (quanquam suam ipse animam corpore exutam, solam peregrinatam esse voluit hominibus persuadere: vide Herodotum & Maxim. Tyrium) carminibus gentes illas descripsit ad quas venerat: ea carmina Ἀριμάσπεια appellantur ab Herodoto & Strabone, cum hic cum libro XIII. Herodotus, ἔφη δὲ Ἀριστέης ὁ Καϋστροβίου, ἀνὴρ Προκοννήσιος ποιέων ἔπεα, ἀπικέσθαι ἐς Ἰσσηδόνας, φοιβόλαμπτος γενόμενος. Ἰσσηδόνων δ' ὑπεροικέειν Ἀριμασποὺς ἄνδρας μουνοφθάλμους. Adscribam etiam Aristeæ ipsius carmina quæ non omnibus obuia sunt.

> Ἰσσηδοὶ χαίτῃσιν ἀγαλλόμενοι ταναῇσι
> Καὶ σφᾶς ἀνθρώπους εἶναι καθύπερθεν ὁμούρους
> Πρὸς βορέω, πολλούς τε καὶ ἐσθλοὺς κάρτα μαχητάς
> Ἀφνειοὺς ἵπποισι, πολυῤῥήνους, πολυβούτας.
> ὀφθαλμὸν δ' ἓν ἕκαστος ἔχει χαρίεντι μετώπῳ
> Χαίτῃσι λάσιοι, πάντων στιβαρώτατοι ἀνδρῶν.

Nō est dubium quin & Herodot. & Plin. & Strabo noster hæc carmina haberent in animo, eum de Arimaspis scribentes Aristeam laudarent. Æschylus etiam Aristeam secutus, sic scribit in Prometheo Δεσμ.

> Γρῦπας φύλαξαι, τόν τε μουνῶπα στρατὸν
> Ἀριμασπὸν ἱπποβάμον', οἳ χρυσόῤῥυτον
> Οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα Πλούτωνος πόρου.

Aristeæ libros situ squallentes vidisse se testatur A. Gellius lib. IX. cap. IIII.

Αὐτὸς τοῦτο περὶ τὸ διάλεχθεν) De fabulis & locorum figmentis Homericis hactenus in genere locutus, ad errores Vlyssis stylum conuertit. Eratosthenis sententia hæc fuit, Quicquid ad Homero hac de re dicitur id merum esse ipsius conuentum: longéque falli qui in iis explicandis, & historiæ accommodandis, laborabāt: Tūc enim (dicebat ille) scire aliquis possit quæ illa sint loca per quæ errantem Vlyssem ducit poeta, quum repererit prius, quis ille sutor fuerit qui vtrē ventorū quē poeta Æolo attribuit, consuerit. Facetè sanè Eratosthenes. Sed hanc sententiam validis rationibus euertit Strabo: accedit & Polybij grauis viri authoritas.

ἐκεῖνο ἀγνοεῖν) ἡ σύνταξις est: καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν πλεομένων ὑπὸ τοῦ φαρμάκου ἀγνοεῖν &c.

ὅτι δὲ περὶ τούτων ἄξιον ἀντιλέγειν) Neque ille dignus est cui respondeas, qui nihil poeticæ libertati concedens omnia pro veris accipit quæ dicuntur à poeta, & quæ non cohærere videntur carpit ineptè: neque ei fuerit contradicere æquum qui persuasus errasse re vera Vlyssem per Siciliam & Italiam, ac illarum regionum narrata, quæ poeta ad hęc fingit vt poetica licentia dicta fictáque accipit, commodéque interpretatur. Vtroque modo peccauit Eratosthenes.

ἀπὸ δ' ἐπεὶ φαίη τοῦτον ἀπέχειν) Deest negatio quod rectè veteres interpretes animaduertit, vel igitor οὐ φαίη vel μὴ τοῦτον legendum. Lectio quam probauit Xylander ferri non potest.

περὶ ἀρετὴν συντείνειν ποιήματα) Lego περὶ ἀρετὴν ποιητικήν. Quis enim tam peruersi iudicij Eratosthenem fuisse putet, vt Geographiæ & bonarum artium cognitionē, ad virtutem quicquam conducere negaret? Cynici alicuius ista non Eratosthenis viri eruditissimi est sen-

tenria. Strabo supra de eodem Καὶ συγκατασκευάζεται γε τῷ διαβεβλημένῳ, τί συμβέβληται πρὸς ἀρετὴν ποιητοῦ πολλῶν ὑποθέσεις τόπων καὶ τεχνῶν, ὁ στρατηγίας. Profectò de optimo & doctissimo viro malè hic merentur interpretes.

ἐπὶ τῆς Πελωριάδος scilicet ἄκρας. Pelorum Siciliæ promontorium intelligit.

τρεῖς δ' ἐπὶ τῶν Σειρηνουσῶν) Tres illæ paruæ insulæ quæ sunt in sinu Pæstano, aut Cumano, de quib. hic loquitur, modo Σειρῆνας modo Σειρηνούσας vocantur à Strabone: Ptolemæo Sirenusæ. Mela Petras vocat, hoc est σκόπελον. Aliis insula quam in Hetrusco mari Sirenes tenuerunt Anthemusa dicitur.

πλέους ἢ δισχιλίους διακοσίων σταδίους) Oratoriè hæc ab Eratosthene dicuntur & præter rei veritatem. Cui enim persuadeat ille à Peloro ad Syrenusas esse millia pass. ducenta & quinquaginta?

ἀγκὼν τις ἐγκεῖται) manu. ἐκκεῖται rectius. Lib. quinto de eodem προέκειται dixit: id est prominet.

ὁ ποιῶν τὰς Σειρηνούσας) In manusс. Σειρῆνας Sic lib. v. αἱ καλοῦσι Σειρῆνας & Eustathius Strabonis verbis loquens Σειρῆνας vocat non Σειρηνούσας: sed etiam alibi Sirenusas appellat Strabo, nisi potius de promontorio accipiendi sunt illi loci.

ὑπὲρ Ἀθηναίου ἱερὸν ἀγκῶνι αὐτῆς) Mineruæ promontorium Latini vocant. Plinius *Surrentum cum promontorio Mineruæ Sirenum quondam sede*.

ἐν Νεαπόλει Παρθενόπης) Vide lib. v.

¶ PAG. 16. καὶ Κίρκαιον, Nã plerique Αἰαίην Homeri, Κίρκαιον oppidum Italiæ esse volũt. Circeios vocãt Latini.

Ἡ ποδαπῶν γλῶτταν manusс. ἐπὶ στόμα.

Οἰόμενοι δ' ἄλλο ὅτι αἱ ἐπὶ... γλώττας ἐν κελάδοιν.) Legendum τῶν ὅ, τι καὶ ἐπ' ἀκρότητα γλώττας ἐκκελάδει. In manuscript. partim ita extat, τῶν ὅτι αἱ ὅτι ἱμαλων γλώττας ἔα, partim ita ὅτι αἱ κίρκαιαν γλώττας ἐν. Vnde facile fuit veram lectionem elicere. Prouerbium est Græcorum, λέγει τοῦθ', ὅτι ἐπὶ στόμα ἦλθε. quo vtitur Plato. Dio libro quadragesimo sexto de Cicerone, οὐδ' ὅτι αὐτῷ διαφέρει τοῦτο, τί ποτ' αὖ ἐπὶ τὴν γλῶτταν αὐτῷ ἐπῆλθε κατὰ τὸ τοῦ στόματος, λαχεῖν. Id prouerbium quia aliquis poeta superioribus verbis eleganter expresserat, eius carmine postea id efferri cœpit. Sic apud Dionysium ἀεὶ ἐπὶ γλῶσσαν ἰοῦσα. Lucianum & Athenæum: vt etiam viri docti obseruarunt.

διὸ ταῦτα ὅ) Manusс. ὅτι scribendum διότι quod pro ὅτι sæpe occurrit.

τὸν γὰρ Αἴολον τὸν προσημαίνοντα τοὺς ἐκπλους) Seruius. *Poetæ quidem fingunt hunc regem esse ventorum: sed vt Varro dixit, rex fuit insularum quarum nebulas, & fumo Vulcaniæ insulæ prædicens futura flabra ventorum ab imperitis visus est ventos sua potestate retinere.* Vide Lycophronis interpretes in illud, Βοῶντος δ' ἐν ἀσκῷ συγκατεκλείσθη ἄσθ. Diodorus autem Siculus libro v. testatur Æolum ταμίαν ἀνέμων ideo fuisse creditum, quod rex pius & humanus erga peregrinos, soleret προλέγειν τοῖς ἐγχωρίοις ἀν μοις, καὶ παρὰ τὸ τῆς πυρὸς προσημασίας: quódq; primos vela nauium inuenisset.

καὶ δαίμονα Δάκταν) Hoc Strabo narrat non semel: vide libro VIII.

Αἰτίᾳ δ' ἐκ τοῦ ἐναντίου) Itaque ait Atreus apud Euripidem vt refert Achilles Statius,

> Δείξας γὰρ ἄστρων τὴν ἐναντίαν ὁδὸν
> Δήμους τ' ἔσωσα, καὶ τύραννος ἑζόμην.

Συμβαίνει γὰρ πολύ) cum hæc referantur à Strabone vt Polybij, non dubitabit peritus lector legendum esse, συμβαίνειν: & est isto modo peccatum sæpissimè. Sic autem rectè in manusс. legitur.

καὶ βοραῖ γενεᾶς, οἵτ' ἀρ' ἐλθὼν) Oppianus Ἁλιευτ. quinto.

> ——οἱ δ' ἢ αὖτοί
> ἀλλήλους ...ἁλίσκονται, χερὸς ἕνεκα ὁ ἄλλοτε ἄλλη
> Πλησίον ἀλλήλων δ' ἕρπει δ' αὖτις ἰασι.

Idem elegantissimus poeta libro secundo,

> ——δ' κερτομιώτερος αἰεὶ

δαιτυ

δαιτυς ἀμφοτέροις· ἄλλω δ' ἐπιτρέχεται ἄλλος
φονίων ἄγων, ἕτερος δ' ἑτέρω τεύχει ὀλεθρόν.

Similiter dicit Ælianus de polypodibus, τῷ μείζονι τῶν βραχυτέρων ἁλόντα γίνεσθαι δεῖπνον.

σκοπὸς γὰρ ἱστάμενος) Quæ de ratione capiendi galeotas hic refert Strabo ex Polybio, conferat studiosus lector si vacat aut libet, cum iis quæ habet Ælianus in historia animalium libro XV. cap. VI. & Oppianus lib. V.

Συμβαίνειν τὸ σκοποῦ) Hæc curauimus edenda ac distinguenda vt debẽt. Nam interpres planissimam orationem perturbat quodammodo.

¶ PAG. 17. συμβαίνειν δή ποτε) Lege συμβαίνει δ' cum manusс. subauditur enim φησὶν ὁ Πολύβιος.

Καὶ τὰ ἐν τῷ Μήνιγγι) Ibi enim & lotus habetur, & ara Vlyssis, quod sit indicio peruenisse eò Vlyssem. Vide lib. III. & XVII. Legendum autem hic quoque συμφωνεῖν non συμφωνεῖ & ita vett. cod.

μυθεύω δὲ κυρίως) Plutarchus ἐπὶ γὰρ μᾶλλον ἐπὶ πόσεις, ὅπου λέξεως ἐγγύς τι εἰκασία μετὰ πολλῶν ἀμιλλωμένη καὶ συνθέσεως ἔχει τοσοῦτον αἱμυλίας καὶ χάριτος ὅσον ἐν πεπλασμένῳ διάθεσις μυθολογίας.

τῆς δὲ διαθέσεως ἐνάργειαν) Lege vt optimè emendauit Xylander, ἐνάργειαν. Sic alibi hæc coniuncta leges.

Πελαγιώτερον τι τὸ) Sunt hæc quoque Polybij. Placet igitur Polybio eum ait apud poetam Vlysses ὁδ. ι. se decimo die terram Lotophagorum attigisse post nouem dierum errores, nec Lotophagos in Oceano esse collocandos nec tam breui spatio eo potuisse peruenire: primum, quia ne si secundo quidem vento vsus esset probabile tamen esset, nouem dierum spatio tantum maris esse eum emensum: deinde quia ne ventis quidẽ secundis est vsus: ait enim Vlysses φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισιν id est, ὀλεθρίοις. Sic Polybius, à quo mox hac in parte dissentit Strabo: rectè. Nam vt alia omittam quis non videt quod ille de voce ὀλοοῖς argutatur friuolum omnino esse & infirmum? quasi verò vẽti qui è recto cursu auertunt, siue illi sint rapidi & vehementes, siue minus, non sint ὀλοοί.

Συμβαίνει δὲ τὸ διάστημα τὸ ἐκ Μαλεῶν) Quia videbat Polybius superius argumentum à voce ὀλοοῖς ductum valdè esse infirmum, alio longè validiore probat, nõ posse locum poetæ ita intelligi, vt nouem dierum spatio delatus dicatur in Oceanum: Cum enim à Malea promontorio agri Laconici ad Herculis columnas sit interuallum stadiorum XXII. mill. & quingentorum: si tantulo spatio temporis id emensum esse dicamus Vlyssem, sequitur vt dicamus singulis diebus confecta fuisse ab eo stadia bis mille, & quingenta: quod à ratione alienum esse postea probat. Quid hic obsecro obscuri? Interpres tamen Xylander hunc locũ tam infeliciter animo concepit, vt ista Eratostheni tribuerit. Atqui Polybij hæc sunt, non Eratosthenis. Mouere debuit hominem erudirũ vel ipsa stadiasmorum diuersitas, quæ spectari potest inter hanc sententiã & Eratosthenis quæ infra recensetur: & est diuersitas magna. Eratosthenes enim ab ostio Nili Canopico quod Maleæ promontorio longè est orientalius, stadia ponit tantum 21500.

ὅτι τὸ τοῦ διαστήματος σταδίων τετρακισχιλίων) Ita vulgo à nautis creditum: quanquam nõ defuere qui traiectum hunc stadiorum esse dicerent 133: qua in sententia fuit & Posidonius, qui etiam eidem meridiano subiacere has duas vrbes existimabat. Diodorus Siculus libro tertio testatur, sua ætate non autẽ quatuor dies qui Alexandria soluebant Rhodum solitos peruenire. Plinius de Rhodo. *Distat ab Alexandria Aegypti* DLXXVIII. M. *vt Isidorus tradit ut Eratosthenes* CCCCLXIX. *millia.* Summa Eratosthenica quam Plinius ait, efficit stadia 3752. Sed Eratosthenes videtur tantum 3750 dixisse vt refert Strabo libro sequenti, hoc est, milliaria 468. $\frac{1}{4}$ verum Plinius ἀκριβολογεῖν studuit.

τοιαῦτα μὲν εἴρηκε) Hæc (ait Strabo) Polybius: cuius senten-

ſententiã de Vlyſſis erroribus referens eius verbis hactenus locutus eſt Geographus ab illo loco, Καὶ Πολύϐιος ὀρθῶς. Nunc ſequitur Strabonis de hac Polybij ſententia iudicium. Ac reliqua quidem ſibi probari ait: ſed quod tantopere Vlyſſis ἐξωκεανισμὸν improbat Polybius, id verò ſe probare negat.

ὅταν δ' ἀναγκάζῃ τὸ ἐξωκεανισμὸν) Lege ex libris manu exaratis ἀνασκευάζῃ. ἀνασκευάζειν & κατασκευάζειν voces, in diſputandi arte quid ſignificent omnes ſciunt. D. Lucas Πράξ. cap. ix. pro κατασκευάζειν dixit συμϐιϐάζειν pereleganter.

ὑπερϐαλὼν ἐκ ἀπολείπει τὸ ἀνωμαλίας) In quatuor vett. li. legitur ἀνομολογίας. Senſus eſt, Iniquè facere Polybium qui in hac diſputatione Homeri verba partim proferat partim reticeat: proferat, quæ ſuæ ſententiæ fauere putat: reticeat, quæ repugnare videri poſſint. Eſt autem loquendi genus elegans. Sic Polybius libro v. Δεόντως ἐκ ἀπέλιπον ὑπερϐολὴν ἀφροσύνης. Sic ferè Cæſar alicubi loquitur.

καὶ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ βεϐαιοῦται) Quod cenſet Polybius, πλάνην Vlyſſis contigiſſe circa Italiam ac Siciliam, rectè id cenſet: ac conuenit id, iis quæ à poeta dicuntur: hoc iſta lectio ſignificat. Sed aut vehementiſſimè fallor aut iſte locus non bene habet: & ex ſequentibus apparet verba illa τοῦ ποιητοῦ locum veræ lectionis occupare: quæ tamen illa ſit coniicere nondum potui. Senſus mihi videtur huiuſmodi eſſe debere: hanc Polybij ſententiam, & poetæ verbis optimè quadrare & plurimis argumentis poſſe confirmari: deinde ſequuntur argumenta. Cum hæc ſcripſiſſem, venit in mentem, legi fortaſſean poſſe, ὑπὸ τῶν πισῶν βεϐαιοῦται: hoc eſt, probabilibus argumentis confirmari poteſt. Docti iudicent: Mihi enim non ſatisfacio.

καὶ αὐτὸς δὲ ὑποτιθεὶς) Nunc ad Eratoſthenem redit Strabo: eiuſque ſententiam expendere pergit.

Πολλοστὸν γὰρ μέρος ἐστὶ) Πολλοστὸν μέρος, pars multeſima priſcis Latinis. Lucretius,

——cælum ſummai totius vnum
Quàm ſit paruula pars, & quàm multeſima conſtet.

ἐπεὶ ἐ πάντα μυθεύων) Non omnia fingunt poetæ: ſed iis quæ reuera ſunt, multa προσμυθεύουσι. Vis huius rei certiſſimum argumentum? Lege Æſchyli Perſas: Multa quidem ibi ficta: nego tamen hiſtoriam Salaminiacæ naumachiæ quæ eſt pars maxima belli Perſici ab vllo hiſtorico aut fidelius, aut accuratius eſſe deſcriptam: vel in numero nauium, quanta poetæ ἀκρίϐεια? Itaque ait ibi, καὶ γὰρ οἶδα: vt ſignificaret, nihil ſe hic fingere, aut temerè aſſirmare.

τὸ δ' ὅλον ἐκ ἴσον, τὸ τὸ Ὅμηρος) Comparat Geographica Homeri cum iis quæ in eodem argumento apud alios poetas leguntur: docétque Strabo peccaſſe vehementer Eratoſthenem, qui poetam cum aliis in ordinem redegit: quum Homerus, alios omnes poetas vt in aliis omnibus, ita in hac parte, longo ſuperet interuallo: quod mihi quidem videtur veriſſimum: & velint nolint Ὁμηρομάστιγες, hac in parte ſummum vatem dilaudent neceſſe eſt. Comparat eum Strabo cum Sophocle & Euripide: tertium Æſchylum potes his addere: qui cætera ſummus, mirabilem tamen Geographiam habet: quod nos aliquando Deo dante oſtendemus, quando illum poetam cum noſtris Annotationibus edemus.

Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν) Profert hoc carmen vt doceat τάξιν eſſe diligenter obſeruatam. Quænam eſt igitur huius τάξεως ratio? An quòd Homerus è tribus montibus eum facit eſſe baſin reliquorum qui impoſiti ſunt, qui omnium eſt maximus? Rationi enim conſentaneum eſt potius, vt leuiora & minora grauioribus ac maioribus imponantur, quàm contra Ergo Olympus horum montium maximus, eſt veluti baſis reliquorum. Oſſa quia maior erat Pelio, prior Olympo imponitur: tandem ceu alicuius pyramidis cacumen Pelium. Minus rectè igitur Virgilius: qui tamē quaſi ex pro-

A ex profeſſo videtur hanc τάξιν immutaſſe.

Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam:
Scilicet atque Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum.

An alia potius ſimplicior huius ordinationis ratio eſt? habuit enim poeta rationem ſitus: & quia ab Olympo orientem verſus Oſſa prior occurrebat quàm Pelium, ideo Oſſam prius fuiſſe Olympo ait impoſitam: deinde Pelium: atque hoc ſequuntur vulgò poetæ interpretes:
B quare poeta Latinus qui contrariam ſitus rationem habuit, contrarium etiam ordinem rectè ſeruauit. Sed de ſitu horum trium montium non omnino conuenit Herodoto Polymnia cum tabulis Ptol. Vtut ſit ſine accurata cognitione illarum regionum, iſtorúmque montium, hæc à poeta non potuerunt obſeruari. In ſequenti exemplo, ratio τάξεως manifeſta eſt: Vide Tabulam Ptolem. X.

Καὶ ἐν τῷ Καταλόγῳ) Macrobius huius τάξεως rationem ſic explicat, libro v. cap. xv. *Homerus prætermiſſis*
C *Athenis ac Lacedæmoniis, vel ipſis Mycenis, vnde erat rector exercitus, Bœotiam in catalogi ſui capite locauit: non ob loci aliquam dignitatem, ſed notiſſimum promontorium ad exordium ſibi enumerationis eligit. Vnde progrediens, modo mediterranea, modo maritima iuncta deſcribit: Inde rurſus ad vtrúque ſitum; cohærentium locorum diſciplina deſcribentis, velut iter agentis accedit: Nec vllo ſaltu cohærentiam regionum in libro ſuo hiare permittit: ſed hoc viandi more procedens, redit vnde digreſſus eſt: & ita finitur, quicquid enumeratio eius amplectitur.* Attuli totum Macrobij locum, quia verbis Strabonis ſequentibus inſtar eſt commentarij.
D ¶ PAG. 19. τοιαῦτα δὲ καὶ ὁ Τριπτόλεμος ποιεῖ) In Triptolemo faciebat Sophoc. Cererē exponere Triptolemo quantum ipſi terrarum obeundum eſſet ad frugum vſum hominibus indicandum. Vide Dionyſium Halicarnaſſeum libro primo: vbi hæc Sophoclea habentur,

Τὰ δ' ἐξόπισθε χειρὸς ἐς τὰ δεξιὰ
Οἰνωτρία τε πᾶσα, καὶ Τυῤῥηνικὸς
Κόλπος, Λιγυστική τε γῆ σε δέξεται.

Triptolemi Sophoclei etiam Athenæus, atque alij meminere. Locum autem qui hic affertur, idem Strabo libro xv. plenius deſcribit & expendit.
E

αὕτη δὲ χθαμαλὴ πανυπερτάτη) Poetæ hunc locum explicat pluribus libro x.

δύω δέ τε αἱ θύραι εἰσὶν) Scribe οἱ vt & manuſſ. habent. Verba ſunt poetæ deſcribentis antrum Naiadum: de quibus conſule Porphyrium.

ἐκ τοῦ Ζεφύρου ὁ αὐτὸς συμφαίνει) Etiam noſtra ætate vir quidam doctiſſimus Homeri locum vehementiſſimè exagitauit: negauítque vlla ratione poſſe Homerum hac in parte excuſari: cuius viri etſi ſumma
F apud me, vt debet, eſt authoritas, tamen hic quoque fas eſto illud vſurpare, ὅσιον προτιμᾶν ἀλήθειαν. Nā ſummum vatem qui hoc loco reprehendunt, ij vero vt modeſtiſſimè dicam, parum æqui iudices mihi videntur. Vt enim omittam quæ ab aliis ad poetæ excuſationem probabiliter diſputantur: quis obſecro qui Geographicas tabulas vnquam inſpexit, neget Argeſtem vnū ex Zephyris, hoc eſt, de iis ventis qui flant ab occaſu, per Thraciā illa petere loca quę hîc proculdubio intellexit? Eam dico Aſiæ partem vbi fuit Ilium ac Phry-
G gia: ad quorum locorum ſitum exigi debent, quæ de ventis à poeta dicuntur. Atque hoc ſummus ille vir rectiſſimè cùm animaduertiſſet, miror cur ita iniquus Homero fuerit, vt ne ſic quidem excuſari poſſe diceret. quaſi verò peccatum eſſet à poeta cum Zephyri appellatione argeſten voluit nos intelligere. Atqui non ignorabat vir doctiſſimus ζεφύρους à græcis appellari omnes ventos, qui ab Occidente ſpirant: ſiue illi ab occaſu æſtiuo ſpirent, ſiue ab ipſo cardine occidentis: ſiue denique ab occaſu hyberno. Autor libri De mundo, Καὶ τῶν ζεφύρων ἀργέστης μὲν ὁ ἀπὸ τῆς θερινῆς δύσεως πνέων. Sic alij autores paſſim, quorum autoritate abuti nihil eſt neceſſe.

περὶ τὸν Μέλανα κόλπον) Sinum hunc sic describit Herodotus referens exercitus Xerxis iter per Cherronesum Thraciæ. ὁ δὲ κατ᾽ ἤπειρον στρατὸς πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς ἐποιέετο τὴν ὁδόν. Mox καμπτόμενος δὲ κόλπον, τὸν κόλπον τὸν Μέλανα καλεόμενον, καὶ Μέλανα ποταμόν, ἐκ ἀντισχόντα τότε τὸ ῥέεθρον, ἀλλ᾽ ἐπιλείποντα· τοῦτον τὸν ποταμὸν διαβάς, ἀπ᾽ οὗ καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει ... πρὸς ἑσπέρην. Strab. descriptio periit. vide Dionysium Periegeten.

ὅτι περιφερῆ λαμβάνει) Poetæ vetus scholiastes docet, terram illam quæ Thraciæ nomine olim censebatur fuisse σιγματοειδῆ: hoc est, in modum literæ C porrectam, & inflexam: quod etiam Polybius testatur libro IIII. ab altero igitur extremo flabat Boreas (ait) ab altero Zephyrus: quare vterque pari ratione Θρῄκηθεν spirare dici potest. Ammiani autem Marcellini iudicium de hoc poetæ loco libet ascribere. Sic ille libro XXVII. vbi de Thracia. *Has terras immensa quondam campora placiditate aggerumq; altitudine sursum porrectas Homeri perennis autoritas docet, aquilonem & zephyrum ventos exinde pars fingentis: quod aut fabulosum est, aut tractus antehac diffusi latissimè destinatisque nationibus termino barbarorum vocabulo censebantur.* Paullò post: *Sed vt nunc cernimus eadem loca formata in cornuti sideris modum, effingunt theatri faciem speciosam.*

ἀφ᾽ οὗ καὶ σκίρωνες καλοῦνται) Arrianus ait, τὸν ἐν τῷ πόντῳ Θρασκίαν, a Græcis dici Scironem. At Hesychius. Σκίρων, ἄνεμος ... [illegible] Lege Σκείρων ἄνεμος λέγεται. Vide Suidam. Plinius libro secundo capite XLVII. Sunt *etiam quædam peculiares quibusque gentibus venti, non vltra certam procedentes tractum: vt Athenienſibus sciron, paulum ab Argeste deflexus, reliquæ Græciæ ignotus.* De petris Scironidibus vide initio libri IX.

Ζεφύρῳ δ᾽ ὕψος τι ἔνεστι) Ab oriente enim orsus recto ordine ad boream peruenit, proximum quemque primum ponens: probat autem Strabo, Homerum & Zephyrum sciuisse ventum esse occidentalem, & verum Thraciæ situm habuisse cognitum: quorum tamē alterum necesse est, ab eo esse ignoratum, si ignoratione peccatum est ab eo quum dixit, τώ τε Θρῄκηθεν &c.

ἢ τὸ Θρᾴκην μὴ εἶναι [illegible] τῶν Παιονικῶν καὶ Θετταλικῶν ὀρῶν) Quid audio? Thraciam non vltra mōtes Thessalicos pertinere? Ergo Thessaliæ contigua est Thracia? deinde qui sunt isti montes Thessalici? Pelius opinor: nam hic mons terminus est Thessaliæ arcticus. Clarè id docet Geographus libro IX. Quare à Pelio monte initium Thraciæ. Hæc ita possunt accipi, vt dicamus Thraciæ nomine hic totam Macedoniā intelligi: nam à septentrione Macedonia adiacet Thessaliæ. Sed de Pæonicis montibus maior difficultas. Videtur enim Thessaliæ fines occidentales producere ad Pæones vsque: quod valde alienum est ab iis quæ scribuntur libro nono: tamen hæc quoque possunt facilè excusari: neque enim Strabo accuratè voluit hic nos Thraciæ fines docere. sed ὡς ἐν τύπῳ tantum indicare quid Thraciæ appellatione Homerus sit complexus. Fuit tamen quum putarem legendum Παιονικῶν καὶ Θετταλικῶν ὀρῶν, quorum montium ita coniunctim meminit libro septimo. Nunc nihil muto: nam quæ de Magnetibus subiungit, satis magno indicio sunt, non aliter à Strabone esse scriptum.

Μάγνητας μὲν τοὺς καὶ Μαλιεῖς) Vtraque hæc gens est Thessalica: illi extremum septentrionale lateris Thessaliæ quod orientem respicit, obtinent: hi alterum extremū. Obseruabis, Μαλιεῖς vocari & Straboni & aliis quos Attici scriptores Μηλιεῖς perpetuò vocant: exempla apud Thucydidem tot extant, quoties horum locorum meminit: sic & Ionius Herodotus appellat, apud quem, & μηλίδα γῆν, & μηλιάδα leges.


καὶ τοὺς μέχρι Ἑλλήνων) occasum versus. De Dolopibus & Sellis vide libro VII.

Πόντῳ Ἰκαρίῳ) Icarium mare Homero ἠχήεντα dicit: quod verum est, siue ille Samius fuerit, siue Smyrnæus, siue (quod mihi videtur verius) Chius. Sed aliam rationem afferunt interpretes, cur hoc loco Icarij maris faciat mentionem: nec sanè quam Strabo censet, conuenit aliis poetis qui Homerum sunt imitati. Horatius,

Luctantem Icariis fluctibus Africum.

οἱ φασὶ δύο τοὺς κυριωτάτους εἶναι ἀνέμους) Imo fuerunt, & qui vnum esse tantum dicerent. Vide Aristotelem, Μετεωρολογ. libro primo cap. XIII. & lib. II. cap. V. & VI. vbi hæc leges: ὅλως δὲ τὰ μὲν βόρεια τούτων καλοῦνται, τὰ δὲ νότια· προστίθενται δὲ τὰ μὲν ζεφυρικὰ τῷ βορέᾳ &c.

τὸν μὲν ἀπὸ θερινῶν ἀνατολῶν) Ventorum igitur διαγραφὴ secundum istos talis fuit.



Θρασυαλκέα) Apparet fuisse hunc scriptorem antiquissimum: nam libro vltimo, Aristotelei ipso dicitur antiquior. Et tamen de hoc scriptore amplius nihil legisse nunc meminimus.

καὶ τὸν ποιητὴν αὐτὸν, τὸν μὲν) Lege cum manuss. καὶ τὸν ποιητὴν αὐτὸν, τῷ τὸν μὲν. Particula τῷ argumentum indicat, vnde colligitur hanc fuisse poetæ sententiam.

¶Pag. 20. τῶν γνωσθέντων περὶ ταῦτα) qui in hoc argumento excelluerunt. Præter eos qui hic nominatim recensentur scripserat & Eratosthenes de ventis, teste Achille Statio.

Τιμοσθένης) Interpres Apollonij in librum secundum: Τὰς τῶν ἐτησίων ἀνέμων ἡμέρας, οἱ μὲν, τεσσαράκοντα, ἄλλοι δὲ, πεντήκοντα φασὶν, ὡς Τιμοσθένης. Mirum verò hunc scriptorem tam rarò à veteribus laudari quum tam honorificè de eo loquatur hic noster ex Posidonio.

Βίωνα τὸν ἀστρολόγον) cur addat τὸν ἀστρολόγον ex Laertio intelliges.

τὸν μὲν ἀπὸ θερινῶν ἀνατολῶν) Hæc ventorum ordinatio planè eadem est cum Aristotelica: quid autem differat à superiore, apparet ex hac διαγραφῇ.



τὸν δὲ ποιητὴν, δυσμῶν μὲν ζέφυρον λέγειν) Ex sententia Posidonij quomodo apud poetam sint accipiendæ ventorum appellationes ostendit. Cum dicit δυσμῶν ζέφυρον, intelligit quem nos vocamus Ἀργέστην, cum dicit λίγα πνέοντα ζέφυρον, eum significat, quem nos vocamus propriè ζέφυρον. Cum ἀργέστην νότον intelligit quem nos λευκόνοτον vocamus.

λίβα δὲ πνέοντα ζέφυρον) Fœdum mendum: quod non esse ab interpretibus sublatum queror. Lege λίγα δὲ πνέοντα ζέφυρον. Non est dubium ita scripsisse Strabonem ac Posidonium: nec aliter legit Eustathius totum hunc locum describens in rhapsodiam Ιλιάδ. φ. Respicit Posidonius poetæ locum ὀδ. δ. de campis Elysiis, vbi ζεφύροιο λίγα πνείοντας ἀήτας dicit: quod quid est aliud, quàm ζέφυρον λίγα πνέοντα dicere? Porrò λίγα legit Posidonius, nō vt hodie edunt, λιγύ· λίγα autem est λιγέως. Apollonius libro quarto,

——ἦτ' αὖ ἔγωγε
Θαρσαλέη φαίνω καὶ κύματος ἀντιόωντος
Νῆα σαώσωμαι, ζεφύρῳ λίγα κινυμένοιο.

à poeta sumpsit Apollonius.

Ἐπιμνήσαν δὲ τοῖς περὶ Ὁμήρου) Caput aliud disputationum aduersus Eratosthenem. An Homerus τὰ περὶ Νεῖλον habuerit cognita. Negat Eratost henes: ait Strabo: ille eo nititur, quod nec Nili nomen apud poetam legitur: nec ostiorum apud eundem mentio. Respondet hic, infirmum esse vtrumque argumentum: prius, quia verisimile est Nili nomen nondum fuisse vsurpatum: posterius, quia non sequitur, si non meminit Homerus, ergo ignorauit: non inquam, sequitur: atque hoc toties clamat Strabo: tum variis rationibus docet, verisimilius esse quod ipse sentit, quàm quod ille. Sed prius quam hanc cum Eratosthene de Nilo disputationem absoluat, quasdam inserit quæstiones, de quibus cum aliis disputat, vt mox dicemus.

ἢ γνωρίζοντας μὴ λέγειν) aut quis credat cum ab iisdem de ostiis acceperit, aliam ob causam horum non meminisse, nisi quod vulgò res erat nota? hęc est istius lectionis sententia. In libris manu exaratis legitur γνωρίζοντα, quod etiam ferri potest: quin magis mihi probatur. Sic igitur interpretare. Quis putet aut illos non indicasse Homero: aut ipsum γνωρίζοντα hoc est, cum probè cognosceret: Γνωρίζειν est vtrumque, & cognoscere, & facere vt alius cognoscat: nec nouum in eadē periodo eandem vocem variè vsurpari cum interdum etiam semel posita vtrâque simul habeat significationem, vt αἴρειν apud Homerum & Pindarum, attollere & interimere. Sed de eo alias. Sic aūt poeta λίκτο bis diuersa tamē significatione posuit ὀδ. δ. in eadē sententiā.

οὐδὲ γὰρ τῆς αὐτοῦ πατρίδος μνησθῆναι) In hymno Apollinis quem ego cur debeamus ἀθετεῖν contra autoritatem Thucydidis, causam nullam satis magnam video: In eo inquam hymno, hæc de se Homerus,

Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ.

Οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τοῦτο προφέρουσι) Cum disputans aduersus Eratosthenem, incidisset Geographus in sermonem de Nilo ac rebus meridionalibus, quæ apud Homerum leguntur, commodum ei visum est, hoc potissimū loco non Eratostheni tantum, sed etiam aliis, qui ignorantiæ poetam accusabant, respondere. Horum itaque hominum duas proponit criminationes, deinde eas expendit, refutátque. Estque hæc παρέκβασις quædam, τοῦ προτέρου λόγου ac disputationis quæ erat contra Eratosthenem. Prior criminatio est, peccasse Homerum quum dixit itinere diei vnius abesse Pharum à continenti. Elegantissimè hoc argumentum in suos autores Strabo retorquet. Nam etsi re vera (quod hodie eruditis omnibus notum est) fugit Homerum ratio cum illa scriberet: tamen ex eo ipso quod cum Ægyptiis peccauit, nemo non videt fuisse cum ἀρχαιολογίας Αἰγυπτιακῆς peritum. Porrò aduersus Homeri hanc ἀπόφασιν disputat Aristides in Ægyptio.

περὶ τὴν εἰρημένην ἀρτίως περὶ τῆς Αἰγύπτου) Dictio ἀρτίως vt varia significat: ita hoc lo co variè potest exponi: vel paullò antè, vt dicamus respicere Strabonem illa superiora verba, εἰ δὲ τὴν κατ' Αἴγυπτον τὸ γ... &c. aut illa potius quę nouissimè de rebus Ægyptiacis scripta erant accuratissimè: vel exponi potest, accuratè & ἀκριβῶς, καὶ ὑγιῶς. Nam hæc quoque significatio huius vocis hîc optimè videtur conuenire.

ἀπὸ τοῦ Ἡροδότου) Locus Herodoti est in Ægyptiacis, siue libro II. eandem sententiam sæpe repetit Strabo.

ἱστορεῖσθαι δὲ καὶ τὴν Φάρον πελαγίαν εἶναι) Intellexerat poeta
B Pharon insulam fuisse olim reuera πελαγίαν, hoc est procul à continēte in alto mari: hoc fretus, ausus est dicere πελαγίαν adhuc esse Pharum, quod tamen erat falsum: cum iam non in alto mari insula, sed continenti propinqua esset. Inter pres verò vocem πελαγίαν malè intelligens, Pharon, de insula continentem fecit: quod quis vnquam dixit? Non Strabo libro XVII. non Plinius, non Cæsar, non alius probatus scriptor vllus. Fuit igitur animaduertēdum quum apud Geographos aliqua insula πελαγία vocatur, intelligi, eam procul à li-
C toribus in alto mari esse sitam. Ideo etiam interdum in huiusmodi locis addunt scriptores τὸ διάστημα. Sic enim loquitur Diodorus Siculus lib. secundo, παραμυθεῖται δὲ τοῖς τόποις κείμενος νήσους πελαγία τὸ διάστημα. Ergo quod hic Strabo dicit μακρὰν πελαγίαν εἶναι id significat quod idem alibi dicit, Pharon esse insulam ἠπείρῳ προσεχεστάτην. Sanè obseruauimus viros etiam doctissimos non semel in hac voce offendisse. Sic apud Ptolemæum cum legissent viri docti hæc verba ὑφηγητοῦ libro quarto. Πελάγιαι δὲ νῆσοί εἰσι τῆς Ἀφρικῆς, αἵδε, existi-
D marunt eas omnes quas ille postea commemorat insulas vno nomine Pelagias fuisse vocitatas: quod perinde est, vt siquis Leucam fuisse dicat Pelagiam appellatam quia πελαγίαν eam esse ait hic noster. Quis vero Strophadas insulas Pelagias vnquam nominari dixerit? & tamen πελαγίας eas esse libro VIII. annotat Strabo. Sed ea vox nihil profectò aliud sonat quam quod dixi. Nam & πέλαγος volunt dici grammaticorum filij non quoduis mare: sed id tantum quod est πλατύ: quod etsi falsum est, cum vera nominis huius origo ab He-
E braica lingua sit petenda, tamen quomodo vsurpetur à Græcis satis ita testantur. Sic πελαγίζειν & ἐγγὺς εἶναι vt contraria opponuntur libro X. Libro autem sexto promontorium Garganum, quod in mare vehementer promineat, dicitur etiam πελάγιον.

ἡ δ' αὐτὴ ἁμαρτία καὶ περὶ τῆς ἀγνοίας) Altera hæc est quæstio à multis vexata & agitata. An Homerus isthmū illum ignorauerit quem efficit sinus Arabicus, siue mare Rubrum ad mare Ægytiacum accedens. Item alia huic affinis, an rectè dictum sit à poeta Æthiopes bifariam
F diuisos esse: alios ad ortum Solis habitare, alios ad occasum: posteriorem prius exequitur Strabo: ac de recta expositione verborum Homericorum accuratè aduersus clarissimos Grammaticos Aristarchum & Cratetem disputat. Primum quomodo vterque Homeri locum censuerit legendum, exponit: deinde expositionē vtriusque seorsim affert expenditque: Cratetis primum, postea Aristarchi: quid in vtriusque sententia probandum, quid minus, tum quid ipse sentiat, & cur ita sentiat fusè explicat Strabo.

G ἀπὸ Ἀριστάρχου δὲ Κράτητος ἀρξαμένους) Deerat in manuss. vox ἀρξ. videtur autem legendum ἀρξαμένους de quo loquendi genere antè diximus. Sed temerè nihil mutandum censui. Sic mox οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τοῦ Δέλτα ἀρξάμενοι.

¶PAG. 21. ὁ δὲ Κράτης, Ἠ' μὲν) legendum esse ἠμὲν & ἠδὲ, vt alia omittam, satis docet Strabonis interpretatio, καὶ γὰρ πρὸς ἑσπέραν, καὶ πρὸς ἀνατολάς. Rectè igitur Xylander lectionem Aldinam mutauit.

τὴν διακεκαυμένην ζώνην κατέχειν φησὶν ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ.) & rei veritas aliter se habet, & veterum quoque plerorumque sententia alia fuit. Plinius *Media vero terrarum qua solis orbita est exusta flammis & cremata, cominus*

vapore torretur. Circa duas tantum inter exustā & rigentes temperantur: eaque ipsa inter se non peruia, propter medium sideris. Ita terræ tres partes abstulit cælum: Oceani rapina in incerto est.

περικεῖσθαι δὲ τὸ οἱ μὲν δύσ.) Mirum non animaduertisse interpretem legendum esse hic quoque ἠμὲν & ἠδὲ: nō οἱ μὲν οἱ δὲ. Cratetis namque hęc verba sunt suam lectionem explicantis. Lege etiam περιοικίδας non περικαίδας.

ὅτι τοῦ ζωδιακοῦ κατὰ κορυφὴν ὄντος) Vt cæli, sic & terræ Zonæ sunt distinctæ. Terrę enim Zonas appellamus eas terræ partes quæ in tantulo corpore immensis cæli partibus subiacent. Qua de re vide lib. sequenti. Vt igitur in cælo pars quædam est, intra quam constat fieri τὴν τοῦ ἡλίου πάροδον, ita in terris pars sit necesse est intra quam eadem ἡλίου πάροδος animaduertatur. Placet autem Crateti eam terræ partem esse, quam occupat Oceanus vtrinque ab Æthiopibus prætextus. Quare intra vtrosque Æthiopas cursus suos peragat Sol necesse est: nec plagam illam excedet. neque enim cœlestem excedit, cui hæc terrestris subiacet. Ergo quum dicit Homerus diuisos esse Æthiopas, & addit ἠμὲν δυσομένου ὑπερίονος ἠδ' ἀνιόντος, terræ plagam voluit describere, quam Æthiopes obtinent: eam nimirum intra quam fit ἡ ἡλίου πάροδος siue oriatur siue occidat: verissimè autem ait Strabo, vt hic eliciatur sensus nihil interesse vtrum legamus ἠμὲν ἠδὲ an οἱ μὲν οἱ δὲ. Siquis tamen contecturæ locus, puto Crateté cum sic emendabat ita voluisse locum intelligi, ac si ab Homero esset scriptum: τοὶ δίχθα δεδαίαται ἐσχατοι ἀνδρῶν· δεδαίαται inquam περὶ πᾶν τὸ ὑπὲρ ἐν ἴσῳ τῷ μέσῳ, ὅπου καὶ δύεται ὁ ἥλιος καὶ ἀνατέλλει, hoc est quā πάροδον suam peragit.

ἀνάγκη καὶ τὴν πάροδον τοῦ ἡλίου τετάχθαι ἐν τῷ πλάτει τούτῳ τῷ ζώνης) Solis πάροδος vocatur, spatium illud per quod transit Sol, dum cursum suum peragit: Est autem ea duplex: alia πρὸς ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν: alia ἀπ' ἀνατολῆς πρὸς δύσιν.

καὶ γὰρ τὸ ἐπὶ καὶ πρὸς δύσιν) Nam hæc quoque Aristarchi lectio idem significat, ac illa Cratetis.

ὁ δ' Ἀρίσταρχος) Nunc affert Aristarchi interpretationem, quæ perspicua est, nec vlla explanatione indiget.

ταύτην μὲν ἐκβάλλει τὴν ὑπόθεσιν) hoc Cratetis commentum explodit, quod qui probabunt, concedant necesse est, Homerum alterius ἀνταρκτικοῦ habuisse cognitionem: id quod parum est probabile.

πρὸς μεσημβρίαν κειμένην τοῖς ἄλλοις) hoc est, quæ nobis est meridionalis: iis verò qui alteram obtinent ἀρκτικὸν est septentrionalis.

Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ νεῶν καταλόγῳ δευτέρῳ) Apollodorus hic amplissimos in Bœotiam Homeri scripserat Commentarios: quorum mentio frequens apud veteres scriptores. Solet autem Strabo ita hunc laudare: Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ νεῶν: quare hic quoque suspicor legendū, ἐν τῷ περὶ νεῶν δευτέρῳ. Nam κατάλογος νεῶν nomen est non librorum Apollodori, sed eius partis rhapsodiæ secundæ, qua naues recensentur.

πρὸς μὲν οὖν Κράτητα) Superius indicauit Strabo non probare se Cratetis emendationem, vt quæ non esset necessaria: hic innuit totam Cratetis sententiam & interpretationem sibi improbari: sed quia non poterat ea quæstio nisi pluribus absolui, ea omissa, Aristarcho respondere incipit.

δεχομένην πολλὰς ἐνστάσεις) Posset enim dubitare aliquis, primùm, sit ne alia οἰκουμένη in nostro hemisphærio: deinde an si sit, Homerus tamen eam habuerit cognitam.

ψευδῶς περὶ αὐτοῦ δόγματος) Putat enim Homerum falsō de Æthiopibus dixisse diuisos esse eos bifariam: non quòd neget Aristarchus Æthiopas bifariam esse diuisos: sed quia putat ignotum fuisse Homero sinum Arabicum quo diuiduntur. Respondet Strabo. Demus ita esse, vt nullam poeta isthmi istius nec sinus Arabici habuerit cognitionem: tamen non sequitur inde, nullum discrimen cognouisse poetam, inter vtrosque Æthiopas. Nilum enim poeta habuit cognitum: qui vt Ægyptum atque adeo duas continentes Asiam, & Africam, ex quorundam sententia discernit: ita & Æthiopiam scindere bifariam dici potest.

¶ PAG. 22. τὸ δ' ἄλλοι Αἰγύπτιοι εἰσι) Vide num legendum sit, ἡ κάτω Αἴγυπτος. Nam de inferiori tantum Ægypto hoc dici satis constat. vide libro XVII.

ἡ Αἰθιοπία ἐπ' εὐθείας ἐστὶ τῇ Αἰγύπτῳ) Esse τινι ἐπ' εὐθείας, significat, esse in eadem linea recta cum aliquo. vt sunt quorum idem est circulus meridianus.

καὶ παραπλησίως ἔχει πρός τε τὸν Νεῖλον) Hæc sententia non est omnino vera: Strabo ipse libro XVII. docet quædam esse Æthiopię & Ægypto quod ad Nilum attinet κοινά: deinde in quo differant sic explicat: Ἀλλὰ τὴν μὲν Αἰθιοπίαν ἐπὶ μῆκος διεξιὼν ὁ Νεῖλος ἔρημός ἐστιν ἐπ' εὐθείας, οὔτ' οἰκουμένην χώραν· τὴν δὲ Αἴγυπτον, καὶ μέσος καὶ πλείων, καὶ ἐπ' εὐθείας.

ἄξιόλογον τοῦ δ' ὅσον ὁρίζει ὁ Νεῖλος) Dionysius de Nilo.

> Ὅς ῥά τε καὶ Λιβύην ἀποτέμνεται Ἀσίδος αἴης,
> Ἐς Λίβα μὲν Λιβύην, ἐς δ' αὐγὰς Ἀσίδα γαῖαν.

Plura de his libro secundo.

μῆκος μὲν σταδίων ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν πλειόνων ἢ μυρίων σταδίων) Imo si Nili flexuum & ἐπιστροφῶν habeas rationem plus quam XX. M. Diodorus libro primo, de Nilo, φέρεται ἀπὸ τῶν Αἰθιοπικῶν ὅρων μέχρι τῆς εἰς θάλατταν ἐκβολῆς, σταδία μάλιστά πως μύρια καὶ δισχίλια, σὺν ταῖς περὶ τὰς καμπάς. De latitudine ibidem ait, tantam eam esse, vt cum alias insulas contineat maximas: tum etiam Meroen, cuius latitudo sit stadiorum XXII. & amplius. Vide Plinium, & infra libro vltimo.

Καὶ μὴν οὐχ ἐπιτιμῶσί τινες) Τὴν οἰκουμένην variè partiti sunt veteres: duas antiquissimi partes esse volebant, Asiam & Europam: alij tres: sed de termino quo diuidatur Asia ab Africa inter hos non conuenit, alij sinum Arabicum esse volunt. alij Nilum: qui igitur hos reprehendunt, alias afferunt causas, hanc non afferunt, Nilum satis ἄξιον ὅρον nō esse quo continentes diuidi censeantur. Si igitur nemo reprehendit hoc nomine eos qui Asiam & Africam Nilo partiuntur, quantò longius ab omni reprehensione abesse censendi sunt, qui eodem Nilo Æthiopiam diuidunt, vt altera sit orientalis, altera occidentalis?

ὅτι τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Αἰθιοπίαν διαιροῦσι) Ptolemæus quoque hoc improbat. qui diuidens Africam ab Europa sinu Arabico, & isthmo, duplicem affert hanc causam, sic enim inquit, μὴ τὶ διαιροῦντες τὴν Αἴγυπτον, τῷ Νείλῳ ποιούμενοι τὸν μερισμόν, καὶ ὅτι βέλτιον πελάγεσιν ὅταν ἐνῇ, καὶ μὴ ποταμοῖς χωρίζειν τὰς ἠπείρους.

χωρὶς δὲ τούτων) Vidit Geographus multa posse sibi obtici diuidenti Æthiopas Nilo: obuiam it igitur, & alia quoque ratione posse distingui Æthiopias exponit. Nam etsi pro certo credendum est (qua de re supra dictum satis) oceanum esse σύρρουν nec vllo isthmo esse distinctum, tamen quia illis temporibus nondum contigerat, vt qui ab oriente & occidente Atlanticum mare nauigabant sibi obuiam fierent, creditum est à multis in eo interuallo quò nondum est aditum, isthmum esse, qui Oceani σύρροιαν impediat. Nihil igitur impedit quo minus dicamus poetam hos secutum dixisse, illo isthmo diuisos esse Æthiopes.

ἄμφω τε οὗτοι) & qui ab oriente versus occidentem, & qui ab oriente occidentem versus: sic manifestò duæ fiunt Æthiopiæ, altera in quam deueniunt illi, altera in quam isti.

Ἀλλ' ἄμεινον καὶ ἄλλως) Tertiam affert interpretationem verborum poetæ de diuisione Æthiopiæ omnium meo iudicio maximè probabilem.

ὑπὸ τῶν Ταρτησσίων) Quæ prius Tartessus erat, postea Gadir est appellata. Salustius. *Vt alij tradiderunt, Tartessum Hispaniæ ciuitatem, quam nunc Tyrij mutato nomine Gadir habent.* Vide Plinium libro IIII. extremo, & Strab. libro III.

φησὶ δ᾽ ἐχθ᾽ τῇ ἀμ αἰων) Quarta interpretatio verborum poetæ: atque hæc Straboni maximè probatur: ideo ait φησὶ, quod est ἀξιωματικόν. Prius docet Æthiopas à veteribus fuisse appellatos omnes Oceani accolas ad meridiem, ab ortu ad occasum, deinde quomodo hi diuisi essent explicat.

Σκύθας ἱππημολγοὺς Νομάδας ἐς Ο᾽μηρ@) Strabo paullò ante docuit, poetam etiam septentrionales homines cognouisse, nec tamen ὀνομαστὶ indicasse, sed eam vitæ degendæ ratione iis tribuisse, vt satis constet Νομάδας eum describere: deinde locum profert, qui est initio Ιλιάδ. ν. de quo fusius tractabitur libro vii.

τὸ ὑπὸ τῶν νεωτέρων πάντα Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι) Veteres Ptolemæos sequitur, εἰσὶ δ᾽ inquit, ὥσπερ ἐπὶ τῆς Ζωδιακῆς οἰκοῦντες, ἐπὶ δυσμὰς μέχρις ὠκεανοῦ, ἀπὸ πυρὸς μέλανες τῆς χροιᾶς, Αἰθίοπες. Idem alibi Æthiopiam duplicem facit, τὴν μὲν ὑπὸ, τὴν δ᾽ ὑπερ Λιβύην.

φιλοσοφεῖν τὸν τὸν ἐν τῷ Προμηθεῖ) Ex libro primo Dionysij Halicarnassensis suspicati possumus, verba hæc fuisse Promethei, qui Herculem in illa fabula præmonebat, de iis omnibus quę ipsi erant exequenda. Verùm, hæc, vt puto, à choro pronuntiata sunt, qui diceret se tantum terrarum esse emensum vt viseret Prometheum. Similisque omnino locus de Titanum aduentu ad Caucasum vbi erat Prometheus ab Arriano in Periplo Ponti Euxini ex eadem tragædia refertur. Ecquam autem paludem Χαλκοκέραυνον Æthiopum poeta intelligat, non sanè ipse intelligo. In libris veteribus παντοτροφον scribitur, non παντοπορον. Quod ad Æthiopas attinet etiam in Prometheo δεσμ. eos ἀγχὸς ἡλίου πηγαῖς collocat Æschylus. Verba poetæ sunt hæc

——τηλουρὸν δὲ γῆν
Ἥξεις κελαινὸν φῦλον, οἳ πρὸς ἡλίου
Ναίουσι πηγαῖς, ἔνθα ποταμὸς Αἰθίοψ.

καὶ ἔδοι ἀπὸ τοῦ) Lege totum hunc locum hoc modo, καὶ ὅλον δὲ τὸ μεσημβρινὸν κλίμα, τῆς ἕλκεσι ταυτῆν πρὸς τὸν ἥλιον ἔχοντα ταῖς χροιαῖς, ἐξ ὧν, καὶ τοῦ Αἰθίοπας αὐτοὺς ἡγοῦνται, aut sine voce αὐτοὺς. Sensus est. Credidisse Æschylum & reliquos veteres, per totam plagam meridionalem porrigi iuxta oceanum Æthiopas, cum situs totius illius tractus, eodem planè modo se habeat ad Solem. Ipse se infra explicat, τὸ δ᾽ ἐν πᾶσιν ait, ποιῶν τῆς κλίματος προσβάλλοντος διάστασιν, καὶ τῷ τὸ ὅλον ἕσω καὶ τοὺς Αἰθίοπας.

μείζον᾽ ἡ Αἰθιοπία, ἡ Σκυθία) Et tamen vt mox ait Scythia maior est Æthiopia. Sed ratio manifesta: ἀπέχουσι enim Scythia Æthiopiæ, vt in Sphæra Arcticus circulus Æquatori.

πρὸς ζόφον ὃ πρὸ δὲ τ᾽ ἠῶ) Ita Strabo hanc vocem censet hoc loco accipiendam: qua de re lege libro x. vbi de Ithaca. Nam in illum locum mox ipse hanc disputationem reiicit.

ἢ εἰς τὸ τῶν Πυγμαίων) Non enim Pygmæos collocant recentiores ad plagam meridionalem: sed vel in India, hoc est in Oriente, vel in Thracia, hoc est versus septentrionem. Strabo autem libro xvii. suspicatur τὴν μικροφυΐαν τῶν ἐν τῷ Αἰθ. ἐλεφάντων huic fabulę de Pygmæis occasionem dedisse.

ὡς ἂν μεσημβρινοῦ κύκλου τμήματι ἀξιόλογον) Docet obiter sinum Arabicum esse τομὴν αὐτῶν, quo diuidi AEthiopia censeatur in duas: nam si parum promineret versus septentrionem hic sinus, non rectè eo videri posset Strabo AEthiopiam diuidere: contrarium igitur probat. Idem supra de Nilo factum ab eo. Vocat autem Strabo stadiorum xv. millia, τμῆμα ἀξιόλογον circuli meridiani. Meridianum circulum diuidunt Astrologi vt & Zodiacum in gradus ccclx. horum gradum vnicuique censuit Eratosthenes respondere in terris stadia ccc. Ptolemæus verò aii ᴅ. Nos sequamur Ptolemæum. Ex Ptolemæi igitur sententia stadia supra posita, gradus efficient xxx. Iam si consideres quotam meridiani circuli partem nostra οἰκουμένη obtineat, hoc est, quæ sit eius latitudo, videbis, meritò gradus xxx. dici à

A dici à Strabone eius circuli τμῆμα ἀξιόλογον. Porro quæ ratio est trium ad xxxvi. ea etiam est, horum xxx. ad cccc x. Sequimur autem lectionem vulgatam quæ etiam Aldi est, & quam pleraque libri veteres habent. Autor tamen Epitomæ pro μυρίων legit δισμυρίων. Sic erunt stad. xxv м. pro xv. м. Sed hæc profectò summa nimia est: quum etiam ea quam sequimur longè exsuperet dimensiones Ptolemaicas: quas si sequamur non videtur hic sinus plus quam xx. gradus obtinere, hoc est stadi. x. м.

B πλεῖν ἢ πλείστων ἡμερῶν, ὁδὸν τῆς εὐζώνῳ) Vox ὁδὸς etsi sæpissime in hoc loquendi genere desideratur: tamen hic duriuscula videtur eius ellipsis. Vocat autem iter trium aut quatuor dierum interuallū mille stadiorum: tot namque stadiorum fuit isthmus Arabicus: autores Strabo & Plinius: quanquam Posidonius ciↄↄ aiebat. Vult igitur hic noster, iter terrestre vnius diei esse vel stadiorum 333⅓. vel 250. Sic libro quinto interuallum quod est à Tarante Brundusium, iter vocat vnius diei: quum id interuallum stadiorū sit cccx. Hero

C dotus, tantum cc. ὁ δ᾽ ὁδὸς ait, ὁ συντονώτατος διακόσια στάδια συμβάλλεται μιᾷ. Locus est in Melpom. Et ita Liuius libro xxi. iter vnius diei dixit, pro eo quod dixerat Polybius libro iii. διακόσια στάδια. Romani verò ICti longè humaniores, qui vicena millia passuum tantum hoe est stadia 160. aut ad summum 166. ⅔. in singulos dies dinumerari iubent. Herodotus quoque Terpsichore, videtur significare, iter vnius diei esse stadiorum centum & quinquaginta. Atque hæc de itinere

D terrestri. Quid de marino? Marinus, vt refert Ptolemæus, ciↄ stadia nauigationem voius diei esse statuebat. Aristides in AEgyptio facilè confici scribit secundis spirantibus ventis, stadia mille & ducenta. Herodotus Melopom. hac de re sic scribit: νηῦς ἐπίπαν μάλιστα κῃ κατανύει ἐν μακρῇ ἡμέρῃ ὀργυιὰς ἑπτακισμυρίας, νυκτὸς δ᾽ ἑξακισμυρίας. Ex huius igitur sententia nauis ὡς τὸ ἐπιτυχόμενον conficit ὀργυιὰς quidem 130000. stadia autem 13000. Singula enim stadia orgyas continēt 100. eodem Herodoto teste. Polybius paullò ante negabat confici solere

E stadia ciↄ ciↄ vno die. Strabo libro x. testatur, ἀπὸ τῆς Κυρηναίας ἐπὶ τὸ Κριοῦ μέτωπον Cretæ promontorium, duorū dierum ac noctiū esse πλοῦν: esse autem id interuallum ex sententia Eratosthenis stadiorum bis mille. Plinius autem de eodem interuallo sic scribit. *Ipsa (Creta) abest promontorio suo quod vocatur Crin metopon vt prodit Agrippa, à Cyrenarum promontorio Phycunte cc xxv. м. pass.* Hæc semel annotare volui: quia in his libris toties harum rerum mentio reperitur.

F οἱ τὰς μὲν Αἰγυπτίας Θήβας εἰδότες) Aristoteles Meteorolog. libro primo cap. xiiii. causam cur Homerus Thebarum potius quam Memphis, vt altius inferioris AEgypti vrbis faciat mentionem hanc affert, quod nimirum tunc recens adhue illa AEgypti para aggesta fuisset. Itaque, ait, vel omnino non erat Memphis, aut si iam erat, non talis & tanta.

σχεδὸν μικρὸν ἀπολείποντας τῶν πεντακισχιλίων) Hæc ferè est totius AEgypti longitudo: qua de te tractatur libro vltimo. Porrò non conueniunt ista omnino Ptolemæi obseruationibus: vt nec alia quàm plurima. Herodotus

G autē Euterpe, autor est, ab Heliopoli, quæ est ad caput τοῦ Delta, ἀνάπλουν ad Thebas, stadiorum esse ciↄ ciↄ ciↄ ciↄ ciↄ cccclx.

ὁμωνύμως τῇ ποταμῷ τὴν χώραν λέγεσθαι) Nam & regionem ipsam, & Nilum promiscuè appellat poeta AEgyptum.

Ποσειδώνιον) Lego Ποσειδώνι Adde. Ratio patet.

καὶ τὸ φιλείδημον) Testantur summum sciendi quamplurima studium quod in poeta fuit, cum alia, tum quæ de eius morte sparsa sunt: cui fabellæ similem postea cōfixerūt alij de morte Aristotelis, qui fuit vnus omnium maxime φιλείδημον, φιλομαθὴς, ac πολυμαθής.

καὶ τὸ φιλέκδημον) Apparet ex iis quæ de eius vita narrat Herodotus.

λέγων ῥητῶς τὰ ῥητά, καὶ σιγῶν) Totus locus ita debet legi: καὶ λέγων ῥητῶς τὰ ῥητὰ, καὶ σιγῶν τὰ λίαν ἐκφανῆ, ἢ ἐπιθέτως λέγων. Hic vnus est, inquit, qui rerum quàm plurimatum cognitione instructus, & disertim ea expressit, quæ narratu videbantur digna: & ea quæ minus digna iudicabat, aut omnino tacuit, aut ἐπιθέτως: id est per epithera indicauit: vt cum verbi gratia, Nilum διιπετέα appellauit, quod exemplum mox explicat Strabo: aut, quod magis est perspicuum, cum Thisben πολυτρήρωνα appellauit: & alia de genere hoc sexcenta.

πρὸς οὓς νῦν ἡμῖν ὁ λόγος) *contra quos nunc iam dicemus*, vertit eruditus interpres. Deceptus est enim dum nō animaduertit Ægyptios & Syros quos hic ait Strabo, esse Cratetem & Aristarchum: quos ait mirum esse nō intellexisse quæ scripsit poeta, de ipsorum regionibus. Ægyptius est Aristarchus, qui Alexandrensis fuit. Syrum appellat Cratetem qui erat Cilix. Nam Mallotes fuit: Mallos autem Ciliciæ oppidum: Cilices vero Σύρων γένος ait Appianus, ac Strabo libro xvi. Notum est autem, quam latè pateat Syrorum appellatio. Solet autem Strabo, vt & philosophus, eadem ferè repetere in conclusionibus verba quæ initio disputationis posita sunt. Quare conferri ista debent cum illis, φημὶ τοὺς γραμματικοὺς μηδὲ λέγοντας ἐκεῖνα αἰδεῖσθαι, τὸν Ἀρίσταρχον καὶ Κράτητα.

¶Pag. 25. τὸ μὴ λέγειν ἐκ τοῦ μὴ εἰδέναι σημεῖον εἶναι) Hoc sępe inculcat Strabo. Et tamen ipse quoque sic videtur disputare interdum: vt cùm paullò post negat Indiam Homero cognitam fuisse: alioquin facturo aliquam eius mentionem. Sed alia est ratio.

τοῖς ἐθελοκωφοῦσι) hoc est, ἐθέλουσι κωφεύειν, Hesychius. Elegans vox.

Ὁ ποιητὴς τοίνυν διιπετέας καλεῖ τοὺς ποταμούς) Nunc ad Eratosthenem redit, & interruptam cum eo disputationem de Nilo repetit. Quærebatur an poeta τὰ περὶ Νείλου cognita habuisset: rationes quibus adducebatur Eratosthenes vt id negaret, supra euertit hic noster: nunc probat ita esse, vt ipse ait. Est autem subtilis hæc Strabonis disputatio: Cum enim Homero omnes fluuij sint διιπετεῖς, profectò difficilis quæstio est, cur si Nili naturam voluit indicare hac voce fuerit contentus. Porrò aliter hanc vocem interpretantur Grammatici. Hesychius. διιπετής, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ποταμῶν ἀπὸ τοῦ διὸς πληρουμένων χειμάρρων, ἐπὶ δὲ τοῦ Νείλου, διαυγοῦς, διαφανοῦς, ἢ διαπεπταμένου. Sed adi poetæ interpretes.

ἄλλως γὰρ ἂν ὁ χειμάρρους) Trifariam igitur hęc vox vsurpatur: vnus modus est cum de torrentibus dicitur, alius cum de quibusuis fluuiis, tertius cum de Nilo.

κυριώτερον ἐστὶ φαλὴν σκιᾶς) Non est dubium quin qui hoc protulit, Pindaricum illud sit imitatus, σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος: à quo parum differt Sophoclis illud in Antigone,

τ' ἄλλ' ἐγὼ
καπνοῦ σκιᾶς ἂν οὐκ πριαίμην.

simillima enim hic quoque ὑπερβολὴ ὑπερβολῇ. Idem poeta Philoctete,

Κ' οὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρὸν ἢ καπνοῦ σκιάν.

Æschylus quoque in Agamemnone, εἴδωλον σκιᾶς dixit.

εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι
ὁμιλίας κάτοπτρον, εἴδωλον σκιᾶς
δοκοῦντας εἶναι κάρτα πρευμενεῖς ἐμοί.

ἐλάττω δ' ἰσχνῷ γλῶττα ἄγχει) Longinus περὶ ὕψους, hoc ex aliquo comico sumptum esse indicat. ἔστιν inquit, καὶ τὰ κωμικὰ, καίτοι γ' εἰς ἄπιστον ἐκπίπτοντα, πιθανὰ διὰ τὸ γελοῖον, ... ἀγρὸν ἰσχ' ἐλάττω γλῶττ' ἐπιστολῆς Λακωνικῆς.

ὥς τι παραμυθούμεθα) Veteres codices, παραμυθούμεθα. Est autem παραμυθεῖσθαι verbum rhetorum & Grammaticorum: illis significat, mollire id quod durius dictū videri poterat: his excusare quod malè dictum poterat videri. Eustathius de Strabone: ὁ δ' αὐτὸς γεωγράφος παραμυθούμενος καὶ τὰς ἐν τοῖς τοιούτοις ἀμφιβολίας. Hinc apud Gellium τὸ ἀπαραμύθητον.

ὅτι τοὺς διιπετεῖς) Verba hæc non agnoscunt libri veteres & videtur glossema.

A κρίτου φασὶν ἀφῖχθαι) Alcæus odio tyrannidis aut potius à tyrānis pulsus Lesbo insula cessit: videtur autem tunc venisse in Ægyptum: atque hanc nauigationē suā ipse carminibus descripserat, vt docēt nos Grāmatici.

δεῖν γὰρ τινὶ) Apparet deesse aliquid.

ἐκ ἀγνοίας χάριν) χάριν, causam finalem notare solet: hìc magis efficientem.

Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς πλάνης) Hìc iterum interrumpit Strabo disputationem aduersus Eratosthenem: inserit
B enim quæstiones aliquot eiusdem argumenti, non tamen ab Eratosthene tantum, sed aliis quoque multis tractatas. Prima est, De Menelai erroribus.

ταῦτα τε διαστεῖλαι) Libri veteres habebant διαστῆσαι. Sed διαστεῖλαι legendum quæ vox significat distinguere & enodare quæ erant implicita. Sumptum à rationibus. Inde Diastolei in lege i. i. i. Cod. de tabulariis scribis, logographis & censualibus. διαστέλλειν tamen pro διαστεῖλαι vsurpant sæpius Græci ICti.

¶Pag. 26. Ζητοῦσι γὰρ) Tria proponit de quibus solet
C quæri hoc loco. Primum est, Quinam isti sint Æthiopes ad quos venit Menelaus, & quomodo ad eos venit. Alterum, Quinam sint isti Sidonij. Tertium Qui isti fint Erembi: has quęstiones eodem quo hic proponit ordine tractabit.

ἐπὶ τοῦ Νείλου τοῦ κατ.) Manusc. τοῦ Νείλου.

τοὺς κατασπάσαντας ἐκεῖ διελθεῖν ναῦν) Neque enim fuere naues Menelai plicatiles, vt humeris gestari possent, quod in illis locis fieri solebat. Plinius. *Ibi Æthiopia conueniunt naues: Namque eas plicatiles humeris transferunt,*
D *quoties ad cataractas ventum est.* vel pactonibus, de quibus Strabo lib. xvii.

οὐ γὰρ ἂν τὸ γένος περαθεὶς) Lege περαθείς. Γένος autem & εἶδος, minus propriè pro ὅλον & μέρος.

οἱ μὲν δὴ πλεῦσαι φάσκοντες) αἰτιᾶ. Τῶν μὲν δὴ φασκόντων.

οἱ μὲν περίπλουν) Hæc sunt Cratetis sententia, qui vt supra vidimus verba poetæ conabatur iis accommodare quæ mathematici de terræ forma disputant. Quare hic quoque cum vulgò quæreretur qua ratione Menelaus in mari Ægyptiaco errans ad Æthiopas perue-
E nisset, Respondebat Crates, Menelaum egressum è mari nostro in Atlanticum, facilè ad Æthiopas potuisse peruenire: atque hoc, secutus mathematicos dicebat, iis enim placet, mari Atlantico cingi terrā, ita vt à Gadibus, nō ad Æthiopas tantum, sed ad extremos etiam versus Orientem Indos nauigari queat.

ὅτι πρὸς τὰς ὑποθέσεις τὰς μαθηματικάς) Strabo libro iii. de iisdem Vlyssis erroribus loquens, εἰ δέ τι ἐκ ἀποδείξεως εἰκάζουσι τὸ πλάσμα. οὐτ' εἴ τινες αὐταῖς τε ταύταις ταῖς ἱστορίαις πιστεύοντες, καὶ τῇ πολυμαθείᾳ τοῦ ποιητοῦ, καὶ πρὸς ἐπιστη-
F μονικὰς ὑποθέσεις ἐτρέψαντο τὴν Ὁμήρου ποίησιν, καθάπερ Κράτης τε ὁ Μαλλώτης ἐποίησε, καὶ ἄλλοι τινὲς, qui locū istū explicat.

φάσκοντα, ὅτι) Malim φάσκοντος scilicet τοῦ ποιητοῦ. Non enim profectū lapsus est hic memoria Strabo, quū mox rectè dicat, φησὶ γὰρ ὁ Νέστωρ, cuius etiam sunt ista, vt rectè animaduertit Xylander.

τὴν δ' ἐπιχειρήσαντα ποιῆσαι Σέσωστριν) Dissentit ab Herodoto. Is enim alias quidem fossas & dioryges omnes, à Sesostride fuisse effossas autor est, sed de ea quæ ad mare Rubrum ducebat ne γρῦ quidem: & è contrario eius
G effossionem tribuit libro secundo alij regi qui multis post Sesostrin annis vixit. Verba eius sunt, Ψαμμιτίχου δὲ Νεκὼς παῖς ἐγένετο, καὶ ἐβασίλευσε Αἰγύπτου, ὃς τῇ διώρυχι ἐπεχείρησε πρῶτος τῇ ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν φερούσῃ, τὴν Δαρεῖος ὁ Πέρσης δεύτερος διώρυξε. Idem apud Diodorum quoque leges. Sed sequitur Strabo cum hic, tum lib. vltimo eosdem autores quos Aristoteles, apud quem eadem penè verba reperies. Sed plura de his lib. xvii.

μετεωρότερον ἀπολαβόντα) Vide Aristotelem Meteorologi. libro primo capite vltimo.

ἀλλ' εἰκάζει ὁ Ἐρατοσθένης) An hoc commentus est Eratosthenes vt Homero patrocinaretur? minimè gentium. Sed Eratosthenis ita sentientis autoritate vtebatur, qui poetæ verba ita interpretabantur. Verum de

καλεῖ hac

hac Eratosthenis opinione plura infra hoc libro.

Ἴσως δ' ὁ ποιητής) Ἐρατοσθένης hęc dicit Strabo. Legendum autem εἶναι πεποιηκώς vel πεποίηκεν & mox ναυστολεῖ vt habent vett. quidam libri: alioquin hiulca manet sententia. Locus mihi valde suspectus: & initium sententiæ deprauatum esse suspicor.

Ποῖα ἦν, καὶ ὅτι ἰσθμὸν τινὰ λέγει) ποῖα, videlicet ista πέρατα sint: sed legere malim, Ποῖα ἦν; Καί. Nam apud Grãmaticos τί καὶ sæpe sic vsurpatur.

εἰ δ' ἦν καὶ εὔρους ποτὲ ὤν.) Apparet ex istis, cum iisdẽ disputare nunc Geographum, quibuscum antè de Æthiopiæ diuisione Homerica actum est. Docet, eos ἀσύμφωνα loqui, dum isthmi istius εὔρειαν inuehunt: & tamen quærunt quomodo Æthiopes orientales ac occidentales δίχθα esse diuisos dixerit.

τίς δὲ καὶ χρηματισμός) Nam Menelaum χρηματισμοῦ χάριν errasse magnam partem octo annorum significant ista poeiæ, vt paullò antè dictum est: ὡς ὁ μὲν ἔνθα πολὺν βίοτον καὶ χρυσὸν ἀγείρων. Malè hæc accipiunt interpretes.

¶ Pag. 27. εἰδὼς δ' ἐμέμνητο ἄν) Si notam habuisset Indiam, eius meminisset. Hoc genus argumenti, quàm sit infirmũ, & dixit iã bis, & iterũ ac sępius repetet Strabo.

τὴν δ' Ἀραβίαν) Dictum est vt, *Vrbem quã statuo vestra est.* Nam planius erat Ἡ δ' Ἀραβία.

καὶ ἡ πόλις αὐτῆς) Carnam siue Caranam vrbem Arabum maximam videtur significare. Sed de Arabia fœlice, & Scenitis libro XVI.

ἐμπόροις μὲν καὶ καμηλίτῃ) Camelis δρομάσι quos vocant Latini dromedarios vtebantur illarum regionum mercatores ad merces comportandas: vnde καμηλίτης & καμηλέμπορος sæpe Straboni idem sonant.

οὐδ' οὕτω τελέως ἄβιοι) non ita ab omni cultu alieni, ceu Nomades aliqui, quos poeta ἀβίους vocat. Nam poetæ locum respicit. vide in VII.

Καὶ δὴ καὶ τὸ πλεῖον χρόνον) Expensis & explosis aliorum sententiis, nunc suam ipse profert interpretationem.

τοιαύτην ὑπαγορεύειν ἐλπίδα) ὑπαγορεύειν & ὑποχαράττειν verba sunt Straboni admodum familiaria, idémque significant: innuere videlicet aliquid & ostẽtare, etiam si verbis id non fiat. Polybius, Ἀννίβας δὲ τοὺς περὶ Πολύχαρτον καὶ Φιλόδημον ἀποδεξάμενος φιλανθρώπως καὶ πολλὰς ἐλπίδας ὑποχαράξας περὶ μειρακίων. Diodorus Siculus libro XIX. Καὶ μεγάλας ὑποχαράξαντων ἐλπίδας ἐξαπατηθεὶς κενῶς προσεδόκησεν ἥκειν πρὸς Ἀντίγονον.

οὐχ ὅτι μέχρι τῶν ὅρων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ) Lege quæ sequũtur: facilè intelliges mentem Strabonis hanc esse, dici Menelaum venisse in Æthiopiam, non quod eam esset ingressus, aut in eam penitus venisset: sed quia ad Æthiopiæ fines accesserat, quod ei non fuit difficile, qui Thebas iam venisset: fines enim Æthiopum non procul absunt Thebis. Hæc omnino mens est Strabonis. Quare non dubito locum hunc esse deprauatum & aliquot verbis mutilũ. Lego οὐχ ὅτι εἰς τὴν Αἰθιοπίαν πρὸς ὅτι ἀφίκετο· ἀλλ' ὅτι μέχρι τῶν ὅρων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ. Potuere Strabonis verba alia esse, sententia, opinor, non fuit alia.

οὕτως εἰς Θήβας ἀφιγμένος) Cum constet Menelaum Thebas venisse, nam id expressis verbis Homerus ait, cum inquã hoc cõstet, quid mirum si quis dicat Menelaum fauore & auxilio cum reliquorum Ægyptiorum tum regis ipsius ad fines Æthiopiæ aut etiam in vlteriora eius regionis postea venisse? Nam de studio illorum hominum erga Menelaum, non sinit nos dubitare poeta, quibus & quantis donis ab iis fuerit affectus, commemorans. Potuit ergo curare rex qui Menelaum excepit, vt ipse ad Æthiopiæ fines deduceretur. Porrò qui vel extremos fines alicuius regionis adierunt, ij postea se regionem ipsam adiisse gloriari solent: falluntur autẽ qui βασιλικὴν ξενίαν de Æthiopibus accipiunt.

ἐπ' ἐσχατιαῖς γὰρ ἱδρυμένος που λέγει) Homeri verba,

Ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ πολέος ᾤκεον.

ὁ κατὰ τὴν Ἀνδανίαν λιμὴν) Ptolemæo libo IIII. Ἀνδάνις λιμήν. Apud Strabonem libro XVII. perperam Ἀνδανάξας.

A ξας. Ibidem lege de portu Menelao.

τὴν πρὸς Παραιτονίῳ) Occasum versus.

εἰ δὲ Φοίνικας εἰπών) Accedit ad τὸ δεύτερον ζήτημα.

σχῆμα τι συνήθες χρῆται) Exempla huius σχήματος tam multa sunt & apud poetam, & apud alios vt ea annotare nihil attineat: præterea non semel hoc ipsum admonet Strabo.

Μελέαγρος) & ipse Oenei filius.

καὶ Γάργαρον) quæ est montis Idæ pars.

B ¶ Pag. 28. Χαλκίδα τ' Εἰρέτριάν τε) Vrbes Eubęæ insulæ: Dele autem τὸ καὶ quod antẽ hæc verba est positum.

καὶ Σαπφώ) Venerem alloquebatur his verbis Sappho.

ἢ Πάφος ἢ Πάνορμος) Paphum oppidum esse insulæ Cypri quod hîc significat Strabo, notum est. Panormus quoque alius eiusdem insulæ locus fuisse videtur. Sed ego eius adhuc alibi mentionem fieri non reperi: non memini certè. Fortasse scripsit Sappho ἢ πάνορμος. Sic Homero λιμένες πάνορμοι. Sanè Strabo libro XIIII. Paphi portum commendat. Sed de hoc docti iudicẽt. Sic

C Alcman, Κύπρον ἱμερτὰν λιποῖσα, καὶ Πάφον περιῤῥύταν.

φησὶν, ὅπερ ζητοῦσί τινες.) hæc verba vt superuacanea inducenda esse persuasum habeo. φησὶν prorsus est hoc loco ineptum, quum non aliorum solutiones Strabo proferat, sed proprias (nisi post φησὶν desit nomen alicuius autoris, vnde hæc describantur:) reliqua manifestò superfluunt. Ac videntur ista ex margine in verba Strabonis irrepsisse, quæ esse tollenda habeo prorsus persuasum.

D ἐμφαίνει διὰ τὴν ἔπαινον τῶν παρ' αὐτοῖς) Si quis locus in toto hoc doctissimo scriptore malè à sciolis, aut aliud agentibus librariis acceptus est, hic profectò est: nam & omissa quædam, & quædam suo loco mutata, omnia denique mirè sunt perturbata. Lego totũ locũ ad hunc hunc modum. Πρὸς μὲν γὰρ τὸ τὰ ἐφεξῆς ἔθνη καταλέξαι, ἱκανῶς εἶχεν οὕτως εἰπεῖν.

> Κύπρον, Φοινίκην τε, καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθείς,
> Αἰθίοπας δ' ἱκόμην.

Ἵνα δ' ἐμφήνῃ καὶ τὴν παρὰ τοῖς Σιδονίοις ἀποδημίαν τὴν ὅσον πλείστου

E χρονισθεῖσαν, καλῶς εἶχεν εἴτ' ἀναλαβεῖν, εἴτε καὶ προσλαβεῖν . . . . ἐμφαίνει διὰ τὴν ἔπαινον τῶν παρ' αὐτοῖς εὐτυχίας καὶ εὐτεχνίας, ... καὶ τὸ τὴν Ἑλένην προεξενῶσθαι &c. Nunc rationem reddamus omnium.

ἐμφαίνει διὰ τὴν ἔπαινον) Si vulgati codices hîc sequendi sunt, necessariò hæc erunt intelligenda, de poetæ eo loco quo de nunc agitur, id verò nequit. Nam in eo loco Sidonij tantum nominantur, laude nulla afficiuntur. Quare persuasum habemus hûc transferenda esse, quæ perperam aliò fuerant translata. Benè autem hic

F conuenit καλῶς εἶχεν, vt modo dixit, ἱκανῶς εἶχε. Est autem huius lectionis hæc sententia, Quemadmodum si gentes apud quas errauerat, voluisset tantum ordinẽ recensere, satis erat Menelao ita dicere Κύπρ. &c. Sic vt diuturniorem suam apud Sidonios moram exprimeret, commodius fuit, ac quasi necessarium, nomen Sidoniorum, εἴτε ἀναλαβεῖν, hoc est repetere (quia in voce Phœnices Sidon ipsa quoque posita iam censeri poterat) vel προσλαβεῖν hoc est adiungere & addere, quasi non satis expressum id esset voce generali. Deinde su-

G spicamur talia quædam deesse ταύτην δὲ τὴν ἀποδημίαν ἐμφαίνει. Et mox ἐμφαίνει δὲ καὶ τὸ τῆς. Speramus viros doctos hanc nostram emendationem suo suffragio comprobaturum. Eorum esto iudicium.

ὡς λέγεται Ἀθηνᾶς ἔργα, τὰ καλὰ) Callimachus hymno in Dianam,

> Οὐ γάρ πω τίβρεια δι' ἄστεα ποιήσαντο,
> Ἔργον Ἀθηναίης.

Ἀθηνᾶ γὰρ inquit Scholiastes, ἔφορος πάσης τέχνης.

Περὶ δὲ τῶν Ἐρεμβῶν) Tertium ζήτημα.

εἴρηται μὲν πολλὰ) Itaque Hesychius varias affert interpretationes, ἔρεμβοι, νομάδες, αἰθίοπες, ἄραβες, Ἴνδοι, ἄραβοι.

Ζήνων δ' ὁ ἡμέτερος) Scripserat Zeno Προβλημάτων Ὁμηρικῶν

Ὀμηρικῶν libros quinque, vt discimus ex Laertio. Iis in libris poetæ locos aliquot exposuerat, aliquot etiam emendauerat. Sed videtur Zeno melior fuisse philosophus quā Criticus. Docti enim viri, eius emendationibus non applaudunt. Quare autem dicat Strabo, Zeno noster, ratio ea est quam supra dixi. Sic Cajum ICtum Iustinianus aut ij potius ICti qui Institutionea Iuris composuerunt, nostrum vocant, propter professionis nimirum similitudinem. Sic iterum libro XVI. Ὁ μὲν ἡμέτερος Ζήνων ὁ μὴ πρὸς ... μεταχάσει οὕτως. Sic Seneca & ipse Stoicus *Nunciato naufragio, Zeno noster cum omnia sua audiret submersa.*

ἄλλοι δὲ καὶ ποιοῦσι πρὸς ...) Atque hoc inquit, faciunt nonnulli, vt nimirum obscuritatem vocis ... tribuant mutationi nominum, atque ex literarum affinitate rimētur quinam isti sint, & quomodo hodie appellentur. ... non id tantum significat, quod notant Grammatici, quando ex literarum mutatione elegās venustas orationi quæritur: sed etiam quando quid res sit ex ipsa nominis notatione declaratur. Soler id philosophus, ... χάνμα dicere. Magnorum Moralium libro primo ... Longè alio sensu dixit Timon in Sillis,

Τίω δ' ἄρτιον ... χάνμα ... τε ...

Α... δ' εἰ δόξ...) Sententiam Posidonij iterum refert Strabo, in fine libri XVII. vbi de hac re tota plura: sanè qui harum linguarum cognitionem vel tenuissimam fuit assecuti, facilè intelligūt has omnes valdè esse inter se affines, ac plerasque ab Hebræa originem habere.

καὶ Ἀραμαίους ...) libri manusc. Ἀρεμαίοις.

... Lege vt in manusc. Εἰ... ...

τοῦ γένους ...) Hoc multis gentibus commune: vt alio nomine ab exteris appellentur, quàm quod ipsi agnoscunt. Sic Latini Græcos vocant, qui se Ἕλληνας appellabant. Sic hodie Turcas nos Christiani appellamus, qui se Musulmannos vocant, quique ab appellatione Turcarū prorsus abhorrent. Sic etiam Saracenos Græci nonnuncupant, qui se Saracenos haud paullò nobiliori nomine vocant. Porrò qui versati sunt vel minimum in lectione sacrarum literarum, ex quibus quicquid de appellationibus harum gentium verè dici potest, peti debet, non ignorant quam latè pateat quod nomine Sur & Aram in iis intelligitur. Vide lib. XVI.

καὶ τοῦ ...) Vett. codices ita habebant ... Sed ea verba ex sequentibus videntur hūc temerè fuisse inserta.

¶ Pag. 20. ...) Perspicuum est scribendum esse hic Ἐρεμβοὺς.

...) Scio ... verbum esse vsitatum Grammaticis: sed hic videtur legendum ... Apud Eustathium tamen sic legitur, ...

καὶ ...) Veteres codices vocem ... non agnoscunt, quæ etiam elegantius aberit.

...) Locus corruptus: legendum videtur, ... Verisimile est inquit, venisse dici Menelaum ad Erembos seu Trogodytas, eo modo, quo ad Æthiopes accessisse dicitur: qua de re paollò antè disputarum est.

...) Hæc ad Troglodytas sunt referenda. Nam de Æthiopibus supra actum satis. Troglodytæ autem sunt qui habitant inter mare Rubrum & Nilum, quod interuallum quàm sit paruū docet Geographus lib. XVII. De Troglodytis vide lib. XVI.

...) Id docuit Strabo quū ait Menelaus apud poetam, se ad multas venisse gentes, diuitias vndique conquirentem, non posse id ab Æthiopibus intelligi, apud quos nullus ... vt dixit: nunc aut de Troglodytis & Erembis idem esse sentiendum: venisse ad eos Menelaum, eo modo quem exposuit: non tamen inde vllas opes abstulisse. quod igitur eos nominat hic Menelaus, id ... tantum facit, non vt se inde rem fecisse significet.

... siue ... Dictum vt, *patera libamus & auro*. Sed habent manusc. ...

B H...) Videri poterat illud Hesiodi opus intelligi, quod ... siue ... Græci scriptores solent nuncupare: Sed ex Scholiaste Apollonij discimus diuersa hæc esse opera. Sic enim ille scribit in librum secundum, ... Μεγάλαις Ἠοίαις ... &c. Certum est tamen Eœas quoque Hesiodi aliud fuisse nihil, quam mulierum præstantissimarum catalogum. Nam hoc rectè à doctissimo viro Iohanne Aurato est animaduersum. Non autem postea obseruauimus, non Hesiodum tantum, sed & Sosicratem opus eodem ferè

C indice edidisse. Athenæus libro XIII. ... Vbi legendum censemus Οἵαις. & de quodam Sosicratis opere accipiendum, cui ad Hesiodi imitationem titulum fecerat Οἵαι quod & ipse sua exempla omnia per vocem ... inciperet, vt Hesiodus per ... Nam illud quidem dubitari non potest, fuisse illud Sosicratis opus, certorum hominum catalogum. Om-

[D] nia autem exempla ita incepisse coniectura est meo iudicio admodum probabilis: quam etiam confirmat, quod Timon quoque in Sillis idem fecerat, vt ex his eius operis versibus qui soli ferè supersunt intelligimus. Sic ille de Thalete,

Οἷον ... σοφῶν σοφὸν ...

de Xenophonte,

Οἷος ... Γράφων

de Aristippo,

Οἵα δ' Ἀριστίππου ...

E de Democrito,

Οἷον Δημόκριτον ...

de Pyrrhone,

Ἀλλ' ... ἐγὼ ...

malè enim apud Eusebium ... Rectè autem notatum est à Scholiaste Sophoclis, τὸ Οἷος vocem esse ... valde accommodatam.

Καὶ ...) Quæcunque in hunc locum scripta sunt ab interprete, ea profectò erudito viro aliud agenti exciderunt. Nam Hesiodi carmen non ille

F quidem ... sed ... Par infelicitas in loco Eustathij, qui non erat sollicitādus, cum bene habeat. Hesiodus autem ita scripserat

Καὶ κούρην Ἀραβοῖο ...

Τὸν ... Θρόνια ...

Monstrosa lectio, ... pro ... quæ duos patres eidem filiæ, duos maritos eidem vxori affingat. Deinde, cum rectè esset animaduersum ... esse Mercurij ... obsecro, quid fuit causæ cur Ἑρμάων mutaretur? an quia poetis nunquam ita dicitur Mercurius? Moschus,

G ... Ἑρμάων ... Ἀπόλλων.

Postremò quid incogitantius dici potuit quàm legendum esse ex Eustathio ... Atqui Eustathius annotat primam vocis ... ab Hesiodo hic esse correptam: neque hic ... fingat aliquis. Ex interprete autem Apollonij scire licet, Cassiepiam fuisse Arabi filiam. ... in quam non ...

...) Vt Hellanicus, qui putauit Erembos superiorum Nili partium esse accolas.

καὶ ...) Lycophron de Æthiopia,

...

Herodotus libro septimo Persas qui Oceano meridionali sunt vicini, Cepheoas à Græcis appellatos quondam fuisse annotat. De Chaldæis id narratur à Stephano: &c

no & ex eodem licet intelligere, alios Cepheniam Libyæ partem aliquam nominasse.

Καὶ Σιδονίους) Hesychius Sidonios duplices facit, Phœnices, & alios accolas maris Rubri. vide lib. XVI.

τὰ περὶ τοὺς Αἰθίοπας) In hoc omnes Geographi & historici consentiunt: vide libro XVI.

ἐν δευτέρῳ ὁ Ἀπολλόδωρος) libro secundo commentariorum in Catalogum, vt supra indicauit Strabo & infra libro VII. Sed & alibi in illo opere Homerum exagitat ineptus Apollodorus, cuius reprehensiones vt vanissimas non vno loco refellit Strabo. Locus autem lib. VII. vbi plenius Apollodori verba referuntur, si cum isto conferatur, erit instar commentarij.

τὰ περὶ τὸν Πόντον) Dicebat Apollodorus vel ex eo posse intelligi τὰ περὶ τὸν Πόντον poetæ non fuisse cognita, quòd nullum è quadraginta fluminibus nominasset, quæ Pontum ingrediuntur: vide librum VII.

Ἡσιόδου δ' οὐκ ἂν τις ἐπιλάβοιτο ἀγνοίας) Itaque non debuit Apollodorus Hesiodi locum proferre vt efficeret minus esse mirandum si res Geographicas Homerus ignorarit: cum etiam Hesiodus atque alij illo recentiores poetæ talia sint commenti. Non enim profectò Hesiodus aut alij poetę quos proferebat, ignorantia lapsi sunt quum Cynocephalos Steganopodas, & id genus mõstra cõfinxere: non inquam ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων, sed πλάσεως τῶν ἀδυνάτων τερατείας καὶ τέρψεως χάριν. Quid ergo hęc ad id quod probare voluit Apollodorus?

ὅπου γε οἱ) Si scriptores alios tunc lectione & studio nostro dignamur cum præfati μυθολογεῖν audacter fabulas confingunt, quanto æquius est poetam cui τὸ μυθῶδες proprium est, non ad normã historicã exigere, sed vt fabulas quod narrat accipere?

οὐδ' μὲν ἐξομολογοῦνται τὴν τῆς μυθογραφίας) Pulchrè quidem videtur hęc cohęrere. vt sit sensus, neminem eis προσέχειν qui stylo historico fabulas contexunt, nisi fateantur ipsi se fabulas scribere. Veruntamen siquis diligẽter totum locum, maximè ea quæ sequuntur, attendat, facile opinor, mihi assentietur, legẽti ἐξομολογοῦνται: quod vt ita esse intelligatur, rẽ paullò altius repetam. Docet Strabo non ignorantia factum quod poeta confingit de Pygmæis aliisq; id genus: nõ inquã veritatis ignorantia dixisse illa poetã: sed fabulas eiusmodi ab eo esse cõfictas τερατείας καὶ τέρψεως χάριν. vnde sequitur iniquè facere Apollodorũ atque alios, qui ex huiusmodi fabulis poetę ignorantiam veritatis colligebant. Atqui ait Strabo nemo Hesiodo aut Alcmani similia commemorantibus veritatis ignorantiam obiicit. Imo ne eos quidam qui stylo historico similia narrant, reprehendere solemus: nisi quando veritatem se scripturos profitentur, & ab omni μυθογραφίᾳ abstẽturos. Id autem est τὴν μυθογραφίαν ἐξομολογεῖν. Deinde sequitur ratio, cur nemo eis προσέχει, siue nemo eos reprehendat. Quia, ait, existimamus eos non labi ignorantia veritatis. sed quod de Homero modo dicebamus, ea fingere τερατείας καὶ τέρψεως χάριν. Porrò προσέχειν hic interpretor, legere vt rem seriam, non vt fabulã. Quia mox sequebatur ἐξομολογοῦνται audaculi homines putarũt ita esse hìc quoq; legendũ.

ἑκόντες, οὐκ ἀγνοίᾳ) Nam ignoratio species est τῆς ἀκουσίου. Vide philosophum.

ὅτι μάλιστα καὶ) Verus interpres legit ὅτι. Locus est obscurus. Fortasse legendum ὅτι μάλιστα [illegible]. vt sit hæc sententia. Poetas libenter de iis fabulas confingere quæ sunt incognita: quia probabilius mentiuntur in re incognita. Ideo etiam videri multis κατ' ἄγνοιαν illa dicere, quæ ipsi ἑκόντες fingunt.

Θεόπομπος δὲ) Facetum sanè autorem qui historiam scribere aggrediens glorietur posse se mentiri egregiè. Quid igitur causæ erat, cur eum nobis commendaret tantopere Athenæus cuius hæc sunt? [illegible] ἀπεῖναι, καὶ [illegible] Θεοπόμπου τοῦ Χίου, ἄνδρος φιλαλήθους καὶ πολλὰ χρήματα ἀναλώσαντος εἰς τὴν περὶ τῆς ἱστορίας ἐξέτασιν ἀκριβῆ. Scripsit hic varia. Vide Suidam.

καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες) Indica scripserunt multi: omnes

A omnes ferè ψευδολόγοι vt ait noster alibi. Sed primas in mentiendo tribuit Strabo Daimacho, secundas Megastheni, cui tamen parum cedebant, Onesicritus & Nearchus, ac reliqui eiusdem historiæ scriptores.

Περὶ δὲ τῶν τοῦ Ὠκεανοῦ παθῶν) Hactenus de Menelai erroribus. Nunc aliam quæstionem aggreditur, An Homerus τὰ περὶ Ὠκεανοῦ, id est, Oceani naturam habuerit cognitam. Ita quidem Geographo placet: & quod videri poterat Homeri ignorantiã arguere, summa dex-

B teritate excusat: neque hic amplius satisfaciunt summo viro supra bis positæ illæ excusationes, aut in historia peccasse poetam, aut errorem esse librarij: longè subtiliora sunt ista, & meo iudicio meliora. Duplex autem affertur excusatio.

¶ PAG. 40. καὶ ἀπὸ τῆς χαρύβδεως [illegible]) Legendum ὑπὸ τῆς ὥρας. Perlege Homeri verba: Si loci circunstantia quicquam facit ad id probandum, quod nititur Strabo, tum me vanum coniectorem dicito: at ὥρας & temporis, plurimum: atque hoc est, quod explicat Strabo. Nam

C vt probet, poetam non rei ignoratione, τρὶς pro δὶς scripsisse, posse id ex eo intelligi ait, quod cum mane absorpta fuisset Vlyssis nauis, sub vesperam tantum redit. Si igitur in tanto temporis spatio semel tantum ἀναλίθεται Oceanus, manifestũ apparet ex sententia poetæ, nõ posse Oceano nter vnius νυχθημέρου spatio τρὶς ῥοθεῖν, sed bis tantum. Absorptam fuisse nauim, tempore matutino constat ex istis,

παννύχιος φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ ἀνιόντι,
ἦλθον ἐπὶ Σκύλλης σκόπελον.

D non nisi sub vesperam exiisse, probatur à Strabone. Hęc mirificè cõueniunt diurno Oceani ęstui, ἐν τοῖς δὶς τῆς ἡμέρας ait Diodorus περὶ πρώτην καὶ ἐνάτην μάλιστά πως ὥραν.

μᾶλλον γὰρ ἡρμόττετο τὸ δὶς φάναι) Omnino in hac periodo mutandum aliquid est necessario. Legebam autem τὸ τοιοῦτον μεῖναι. Sed animaduerti postea veterem interpretem legisse ὥστε τὸ δὶς φάναι, quod malo, & verum puto.

κατὰ τὴν συνάμφω χρόνον) Periphrasis νυχθημέρου: quam &

E libro tertio reperies.

ἄμα δὲ τὸ ἐπὶ δόρπον) Δόρπος, τὸ περὶ ἑσπέραν. vide Athenęum primo.

Ἀπολλόδωρος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλλιμάχῳ) Reprehendebat Apollodorus Callimachum, quod diceret insulam Calypsus Homericam, esse Caudum, siue Claudum νησίδιον quoddam ἀπὸ λίθου propè Cretam. Scheriam autem dicebat esse Corcyram: quod reprehendit Apollodorus, & eo homine censet indignum qui artem Grammaticam profiteatur. Ita esse istum locum interpretandum,

F docent hæc verba è libro septimo, vbi de Apollodoro loquens, Καὶ τοῖς ἄλλοις (ait) συγγνώμην εἶναι. Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πάνυ, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς· ὃς τὴν μὲν Γαῦδον Καλυψοῦς νῆσόν φησι, τὴν δὲ Κόρκυραν Σχερίαν. Ex quo loco oportuit lucem afferre interpretes huic alioquin satis obscuro, & in quo ipsis hæsit aqua. Præterea notandum fuit malè hic Καῦδον legi, cum Γαῦδον oporteat: vide ad lib. VII.

καὶ Κόρκυραν) Scribitur in libris manu exaratis, Κέρκυραν. Sed Eustathius quoque annotat vtroque modo

G scribi hanc vocem. Corcyra autem est, quæ Homero Σχερία, siue Φαιακὶς dicitur. Est & altera hoc nomine insula, eàque ab hac non ita procul. Dionysij periegetæ interpres quem habeo manu scriptum, de hac te sic scribit. Κέρκυρα ἡ Φαιακίς, ἀντικρὺ τοῦ Ἀδρίου ἡ δὲ τὰ ἔσω, ἡ καλουμένη Μελίγουνις (scripserat, fortasse Μελαινὴ) καὶ δύο λιμένας ἔχει ἡ Φαιακίς, τὸν μὲν Ἀλκίνου, τὸν δὲ Ὕλλου· διὸ φησὶ Καλλίμαχος ἀμφίδυμος Φαίαξ. Homerum imitatur Callimachus, qui portus Asteridis vocat ἀμφιδύμους. Apollonio eandem ob causam vocatur hæc insula ἀμφιλαφής libro IIII. quem locum exponens interpres, Callimachi hunc ipsum profert. Est & portus Hylli insulæ huius mentio apud Apollonium. Ὑλλαϊκὸν vocat ille, Thucydides ὑλλαϊκόν.

καὶ ὁ Σκύθ. ᾧ Δαιμόνι...) Scripferat hic in eam libri fecũdi Iliadis partem, qua naues Troianorum recenfentur. Τρωικὸν διάκοσμον librum fuum appellauerat: fuit autem illud opus admodum prolixum: Nam librũ eius XXVI. bis laudat Athenæus libro tertio & decimo: qua ætate vixerit ex eo intelligimus quod Strabo libro XIII. narrat, fuiffe eum iuuenem temporibus belli aduerfus Antiochum Magnum à Romanis gefti.

Νεαίθη τῆ Κυζικηνῶν) Scripfit hic præter alia, etiam Ἑλληνικά. De Argonautarum aduentu Cyzicum, vide Apollonium libro primo.

¶ PAG. 31. ...) Euneus filius Iafonis & Hypfipylæ. Apollodorus libro primo. De aduentu Argonautarum in infulam Lemnum, vide Apollonium libro primo, & reliquos qui id argumentum attigerunt.

καὶ τὰς πηλιάδας) Peliæ filiæ fuere hæ, Pifidice, Pelopæa, Hippothoe & Alceftis vide Apollodorum.

...) In libris fcriptis hæc fic legebantur, ... Nihil mutandum cenfeo.

... Αἶα ...) Æam Colchidis Strabo lib. XI. non commemorat. Non enim erat amplius, vt ex Plinio apparet. Apud Ptolemæum tamen in Colchidis defcriptione commemoratur Αἰάπολις, fiue Αἰα πόλις.

... Μηδεία φαρμακίς ...) Interpres Theocriti, ... Μηδείας καὶ Κύρκης ... φάρμακα.

καὶ ...) Adi Strabonem libro XI.

... quod ait Demofthenes ... Supra, ... Et alibi paffim.

τὸ τε φρίξιον) Strabo libro vndecimo in Iberia Φρίξου πόλιν commemorat: quod eft Phryxinum.

καὶ τὰ Ἰασόνεια πολλαχοῦ) In Armeniacis horum fæpe meminit Geographus & Iuftinus.

μέχρι τῆς Κρήτης) Nam Anaphe & Thera quarum meminit Callimachus in fequentibus verfibus, funt infulæ Cretæ vicinæ, vide lib. X.

καὶ τῆς Ἰταλίας καὶ τῆς Α᾽δρίας) vt portus Argous in infula Æthalia. & non procul à Roma, portus Telamo, & ad Formias alia: vide Diodorum.

Αἰγλήτην) Αἰγλήτης Apollinis eft cognomen. Nam hoc nomine colebatur in infula Anaphe, quæ vna eft de Sporadibus. Apollonius libro quarto.

——ὅτ' Ἀπόλλωνα Θυηλαῖς
Αἰγλήτην Ἀνάφης τιμήορον ἱλάσκοντο.

Nominis rationem indicat idem his verbis,

——Αἰγλήτην μὲν ἐΰσκοπον ...
Φοῖβον κεκλόμενοι.

Strabo ipfe libro decimo vbi de infula Anaphe loquitur, ibi coli Æglerau Apollinem annotat: deinde hoc ipfum Callimachi carmen profert. Sed lapfi funt interpretes, cum putarent hoc effe loci nomen, quem locum nufquam reperiebãt. Adeo, in authore quem vertebant, peregrinabantur. Dicit autem Callimachus Αἰγλήτην, Ἀναφαῖόν τε ... locum fignificans, vnde proficifcebatur is de quo erat fermo: eft hoc genus loquẽdi Græcis poetis admodum familiare. Apollonius,

Τοῖσιν ... αὐτ' ἐπὶ τοῖσι ... Πολύφημ... ἵκανε.

Euripides, Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών. & alibi poetæ paffim. Sed quis huius lectionis quamuis probabilis autor & fundus erit? Nam Aldus habet λίμην, quod præftat fequi, quàm fine codicis autoritate mutare.

Λακωνίδι μητρὶ Θήρῃ) Thera quoque vnà è Sporadibus Anaphe propinqua vt ait Stephanus. Vocat hanc Callimachus Λακωνίδα, quia à Sefamo fuit condita, qui erat vnus è pofteris Euphemi Lacedæmonij: vide Apollonium lib. quarto. Pindarum, Herodotũ, Callimachum, & alios qui de Cyrenes conditoribus menerũt.

λήγων ἀρχόμεν...) Rectè Xylander inferit καὶ ἀρχόμενος autem vox Strabonis eft non Callimachi & ad fequentia pertinet non præcedentia, vt docti viri nonnulli putant. Significat Strabo verfus fequentes effe pofitos initio carminis Callimachi. Quis verò non id facilè agnofcit? fortaffe etiam Elegiam illã ab hac voce Ἀρχόμενος orfus erat, vt Apollonius librum primum, & Dionyfius Periegetes.

ἀπ' Αἴης Κυταίης) Cytæa vt præter alios autor eft Stephanus, vrbs eft Colchidis Inde igitur Callimacho Æeta Κυταῖος. At Apollonius aliter formauit libro fecundo. ... Κυταιεῦ Αἰήτης.

αὖθις εἰς ἀρχαίην ... Αἱμονίην) Lego Αἱμονίην. Nam hoc fibi voluit Callimachus, dicturum fe quomodo ab Æeta in patriam rediiffent Argonautæ: patria autem, Theffalia, quæ & Αἱμονία dicta: vide finem libri noni. Nec obftat quod mox fequitur de Harmonia. Neque enim hoc tantum voluit dicere Callimachus, quomodo in Illyricum deueniffent Argonautæ vbi Harmoniæ monumẽtum, fed hoc potius, quomodo in patriam poft multos errores (quorum vnus ille fuit) rediiffent. Præterea, an bis eò venerunt Argonautæ, vt diceret αὖθις? Ego vero ne femel quidem veniffe Argonautas ad Harmoniæ monumentum puto: de Colchis enim id leges apud poetas non de Argonautis.

Οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρου) Apollonius libro IIII. de Colchis.

Οἱ δ' αὖ ἐπ' Ἰλλυρικοῖο μελαμβαθέος ποταμοῖο,
Τύμβος ἵν' Ἁρμονίης Κάδμοιό τε πύργον ἔδειμαν,
Ἀνδράσιν Ἐγχελέεσσιν ἐφέστιοι ...

Encheleæ quorum meminit Apollonius, quófque alij Enchelanes vocant vt Artemidorus, gens fuit Illyrica, ad quam veniffe Cadmum & Harmoniam etiam Apollodorus libro III. & Paufanias funt autores: vide Stephanum. Diodorus autem libro XIX. in huius feu fabulæ, feu hiftoriæ narratione, aut alios fecutus eft autores, aut memoria lapfus eft: Encheleæs enim Cadmea expuliffe Cadmum & Harmoniam fcribit: vnde, ait, ... Κάδμον εἰς Ἰλλυριοὺς ἐκπεσεῖν. An quia fciebat Diodorus ἐγχέλεις hoc eft anguillas effe optimas & maximas in Bœotiæ lacu Copaide, putauit his cognominem in Bœotia effe aliquem populum?

χάσαντες ...) In manufc. eft χάσαντες, quod nõ placet: χάζω eft dimittere, relinquere, ... vt interpretatur Hefychius. Vtitur fæpè Lycophron. Sic Pindarus ... Ariftophanes ... ad quẽ locum vide doctiſs. græcũ fcholiaftẽ.

Λᾶα ... Ἁρμονίης ...) Nihil hic, præfertim fine veterum librorum autoritate mutandum. Λᾶα Ἁρμονίης lapidem fiue monumentum Harmoniæ vocat, quẽ Apollonius τύμβον Ἁρμονίης. Dionyfius de fitu orbis

Κεῖνον δ' αὖ ... ἰδοις ... τύμβον
Τύμβον τὸν Ἁρμονίης Κάδμοιό τε φήμις ἐνίσπει.

Ille autem locus vbi fuit hic tumulus, Cylices, appellabatur. Athenæus libro XI. ... Ἰλλυρίας τόπος διαβόητός ἐστιν ὁ καλούμενος Κύλικες, παρ' ᾧ ἐστι τὸ Κάδμου καὶ Ἁρμονίης μνημεῖον. Ἁρμονίην appellat ὄφιν, quia in ferpentem & ipfa & Cadmus fuere mutati: vide Apollodorum & Ouidium.

ἄστυ ... ἐκτίσαντο) oppidum inquit Callimachus condiderunt quod vocant Polam quæ vox fonat fi verbum verbo Colchicum Græco interpreteris, φυγάδων, hoc eft Exulum. Nam vt ait Strabo libro V. Colchi qui hanc vrbem condiderunt, æterno fe exilio damnarunt. Polas igitur vox Colchica voce Græca φυγάδων exponitur. Quare procul à mente Callimachi errauit interpres, qui putauit oppidum iftud fuiffe appellatum Aftyron, quod Colchicæ voci Πόλας effet ... Ego verò ἄστυρον dici fcio apud poetas omne oppidum. Nicander Alexipharmacis.

...

ἄστυ τε Περκώτης Callimach. etiam alibi vfus erat, vt apparet ex Etymologico. At is qui Callimachi poematia nouiffimè vertit, tam infeliciter hæc reddidit, vt eius

eius me valde misereat.

Γραικοὺς) Discimus ex Thucydide & Aristotele Ελλάδα propriè & antiquitus sic appellatam, eam esse Thessaliæ partem vbi est Dodone, & Acheloi fontes: ibi igitur primùm Ελληνες sunt appellati: estque hæc vera Ελλάδος Ελλάς. Notat autem idem Aristoteles eosdem prius fuisse appellatos Γραικούς. Est verò animaduersione dignum, vtramque vocem Græcis postea omnibus fuisse communicatam. Sed ipsi Græci Ελλήνων retinuerunt appellationem. Itali & Romani Græcorum voce potius sunt delectati. Origo tamen vtriusque appellationis eadem, vt ex Aristotele diximus. Verba philosophi hæc sunt: loquitur de diluuio quod Deucalionis temporibus contigit. καὶ γὰρ (ὁ κατακλυσμὸς) περὶ τὸν Ελληνικὸν ἐγένετο μάλιστα τόπον, καὶ τούτου περὶ τὴν Ελλάδα τὴν ἀρχαίαν· αὕτη δ' ἐστὶν ἡ περὶ Δωδώνην καὶ τὸν Αχελῷον, οὗτος γὰρ πολλαχοῦ τὸ ῥεῦμα μεταβέβληκεν· ᾤκουν γὰρ οἱ Σελλοὶ ἐνταῦθα, καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραικοὶ νῦν δὲ Ελληνες. Apollodorus quoque libro primo testatur, Hellenem de suo nomine appellasse Hellenas, eos qui prius Græci dicebãtur: quæ mirificè philosophi sententiam confirmãt. Hoc nõ ignorobat cum de Thessalis Argonautis sic canebat Catullus,

——linquunt Phthiotica Tempe,

Graiugenásque domos ac mœnia Larissæa.

Porrò Γραικῶν appellationem, etsi vulgus Græcorum respuit poetæ tamen non sunt aspernati. Lycophron,

Γραικῶν ἄριστος ᾧ πάλαι τεύχει τάφους.

vide Stephanum. Quis vero non miretur Hesychio parum ista fuisse cognita? Is putat à Romanis Græcos esse appellatos, qui Ραικοι appellarentur, sine Γ.

οἱ δὲ καὶ μέχρι τοῦ Αδρίου) vt Apollonius, cuius Geographia dum reditum Argonautarum in patriam canit, prorsus est mirabilis. Nam in mare à Phaside flumine delati, ac secundis ventis vsi,

Ηοῖ ἐνὶ τριτάτῃ πρυμνήσια νηὸς ἔδησαν

Παφλαγόνων ἀκταῖσι πάροιθ' Αλυος ποταμοῖο.

Inde Istrum ingressi in sinum Adriaticum deferuntur: magis etiam absurda quæ sequuntur. Padum enim ingressos, ait in Rhodanum deuenisse: qui eos detulit ad mare Ligusticum ac Sthœcadas insulas. Piget reliqua persequi.

οἱ δὲ καὶ ποταμὸν Ιστρον) De hac veterum opinione plura infra hoc libro.

¶Pag. 32. καὶ παρὰ τὴν Αἰήτην πλάτη) Assentior Xylandro, locum esse corruptum. Legendum censeo: καὶ παρὰ τὴν Αἰήτου πλεῖσαν πλάτην. Nam id quidem disertè ait poeta, cuius verba Straboni nunc ante oculos

Αργὼ πασιμέλουσα παρ' Αἰήταο πλέουσα.

προσμυθοποιεῖ δὲ τὸν ἐξωκεανισμὸν) Homerum secuti sunt plerique veterum scriptorum De Hecatæo vide paullò post. Timæus autem existimauit Argonautas è Ponto Tanain esse ingressos: eúmq; ἀναπλεύσαι vsque ad fontes: inde nauem deduxisse ad alium quempiam fluuium quo in arcticum Oceanum sint delati, inde ad Gades, vbi nostrum mare sunt ingressi.

καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς) Libri veteres non habent καὶ τὸ, & ἐκπεπτωκυίας in iisdem legitur.

οὐδ' ἂν ἐπ' Ωκεανοῦ) Malim Εὖτ' ἄν. Quando.

τόθιτ' ὠκέος ἠελίοιο) Iam supra diximus constituisse veteres, ipsúmque adeo Platonem τῆς οἰκουμένης terminũ occidentalem Columnas Herculis ad Gades: orientalem fluuium Phasin. Nihil ergo mirũ, quod Mimnermus Æeten cuius regia ad Phasin in iis locis, vnde Sol exoriatur collocat: neq; etiam mirum quod oceanum ibi commemoret: Terram enim Oceano cingi ab omni parte, veterum communis fuit opinio, & vt supra dictum est, συνάπτει ὁ Ωκεανὸς τοῖς πέρασι Et omninò harum duarum ἀποφάσεων, altera alteram sequitur necessariò: venisse πρὸς τὸ πέρας τῆς οἰκουμένης, & venisse in Oceanum: Quare Hecatæus cum sciret ad Phasin peruenisse Argonautas, de eorum reditu ita censuit, Phaside deuectos fuisse in Oceanum: inde postea per eundem post longum circuitum ingressos esse Nilum, qui eos in mare

A nostrum detulisset.

Οὐδὲ τὸ τ' Ερατοσθένους) Lege οὐδ' ἔτι τοῦ Ερ. Nunc ad Eratosthenem redit & eius librum primum pergit percurrere. Quod tamen hìc ait, non magis id ad primum quam reliquos duos videtur pertinere: reprehenditur enim Eratosthenes, quod testibus parum probatis sæpe vteretur. Affinis hæc culpa, illi de qua supra dictum capite primo Animaduersionum Strabonis in Eratosthenem. Mirum vero eundem Eratosthenem qui **B** hoc nomine toties vapulat à Strabone isto libro, contra eodem nomine laudari quamplurimum libro sequenti: summa namque illi prudentia in eligendis rerum Indicarum scriptoribus quos sequeretur, à Strabone tribuitur: adeo varius fuit summus ille vir, & sui vbique dissimilis: magno profectò ingenio, magnóque polluit Eratosthenes iudicio: sed quo sæpe in suis scriptis vsus non videtur.

οὐ Δαμάστῃ) Habes de hoc apud Suidam. Scripsit multa: in his, Gentium & vrbium enumerationem. Huius **C** authoritate vsus est Dionys. Halic. libro primo, in Camillo Plutarchus, & Stephanus. Plinius etiam libro septimo Damasten inter eos autores recenset, quos sequi se profitetur: vide eius libri caput LVI. Strabo ipse quoque libro XIII. eius referre sententiam non est dedignatus.

ἐστὶ τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν) Obserua genus loquendi, pro, τοῖς ἀξιολόγοις ἀνδράσι μόνοις τοιοῦτον τρόπον χρήσιμον.

τὸν Βεργαῖον) Bergæum intellige Antiphanem sic dictum ἀπὸ τῆς Βέργης, quæ fuit vrbs Thraciæ. Hic **D** autem Antiphanes cum multa falsa & ridicula scripsisset, pro mendaci ab omnibus est habitus: effecitque vt βεργαΐζειν dicerent prouerbiali dicendi genere pro mentiri. Auctor Stephanus. Porro quo potissimum in argumento tam egregiè esset mentitus, non facile dixerim. Non enim opinor, quia in Comœdiis: quanquam & in Comœdiis ac Tragœdiis probabiliter mentiri oportet.

ἢ τὸν Μεσσήνιον Εὐήμερον) Addit Messenium, quia alius fuit Cous, cuius scripta citant veteres non raro. Porrò **E** Euemerus hic Cassandri vixit tẽporibus, eiúsq; iussu & auspiciis Rubrũ mare nauigauit, vt dicemus libro secũdo. Quã sit autẽ inanis & vanus hic scriptor, ex his Lactantij licet intelligere: *Antiquus autor*, inquit, *Euhemerus qui fuit ex ciuitate Messana, res gestas Iouis & cæterorum qui Dij putantur collegit: historiámque contexuit ex titulis & inscriptionibus sacris, quæ antiquissimis in templis habebantur:* Quid enim veri ab eo expectes qui Iouis historiam polliceatur? Non certè magis eum εἰκὸς ἀληθεύειν, quam illos vera dixisse constat, quos Sanctorum vt vocant **F** Antonij, Francisci, Bernardi, aliorúmque sexcẽtorum, atque adeo proh scelus, ipsius Domini nostri Iesu Christi vitam suo arbitrio confingere non puduit. At hodie sanæ mentis homines non pudet, Bergæis istis, & Euemeris fidem habere.

ὡς αὐτὸς εἴρηκε) Locus Eratosthenis pluribus refertur infra lib. II.

καὶ τοῦτον δ' ἔτι) vetus Interpres legit τούτων: videtur legendum τούτου: nam in manuscriptis legitur ὑπολαμβάνοντος. τούτου autem τοῦ Μεσσηνίου Εὐημέρου.

G Διοτίμου δὲ τοῦ Στρομβίχου) Profectò Eratostheni hanc narranti fabulam, potuit aliquis dicere, μὰ ψεῦδ', ἐπιτάδειον σάφα εἰπεῖν. & miror viro doctissimo visum hoc Diotimi mendacium, dignum quod in literas referret. Sanè non potuit Diotimus iste aut impudẽtius aut magis euidenter mentiri. Ait se Cydno flumine in Choaspem esse delatum: Hoc quid stultius dici potuit? Cydni quidem ostia in mare Cilicium se exonerare notum est. Itaque ingredi ex illo mari in fluuium istum potuit: At eo deferri trans Euphratem ac Tigrin in Choaspem non potuit: cum Cydni caput multis stadiorum millibus absit à Choaspe: hic ad orientem ille ad occidentem. Sed demus ita esse vt dicebat nugator iste, Cydnũ nimirum ab aliquo loco prope Choaspem

recta ad occasum ferri, & super Euphratem lapsum aliquandiu postea emergere: nam id de aliis multis fluminibus creditur: tamen fuitne Erathost. ita ἄπειρος, vt putaret Cydnum etiam sub terris potuisse nauigari? Atque hæc mihi ita videtur inepta & absurda: vt probari ea potuisse Eratostheni non existimem. Quare veriora existimo quæ mox dicam.

διὰ τ̃ χαράδρας τὸ ῥεῖν) In manuss. scribitur per ν. Sed vtraque scriptura etiam alibi reperitur. De hoc autem flumine vide libro XV.

ἀφικέαδς παρασκευάσειν ἐς Σοῦσα) Magna celeritas: Nam Herodotus autor est iter Sardibus ad Susa esse dierum XC. putatis in singulos dies stadiis CL. Sardes autem propius Susis absunt quàm Athenæ. Herodoti autem stadiasmus, etsi nō est ille quidē ἀκριβὴς, tamē facilè ex eo discimus difficile esse Athenis Susa spatio XL. dierum venire: ei præsertim qui velit flumina ἀναπλεῖν, quod se fecisse gloriatur hic Diotimus.

εἶτα θαυμάζειν) manuss. θαυμάζει.

διεκπίπτοντα τ̃ Κύδνου) Si lectio hæc bene haber, videtur existimasse Eratosthenes, Cydnum terram subire, ac subter Euphratem & Tigrim labi, deinde autem emergere & ita ad mare Cilicium properare: quod de multis fluminibus vt rem certam narrant Geographi: vt de Alphæo notissimum est, & de Oronte in Syria, Tigride in Mesoporamia, Nilo in Lybia prope fontes suos, déque similibus narrat variis locis Strabo. Sed tamen propter ea ἄτοπα, quæ hanc ὑπόθεσιν sequerentur, probo lectionē scriptorum librorū διεκπίπτοντα. Videtur enim mirari Eratost. qui fieri possit, vt Cydnus Euphratem ac Tigrin medios secet: & merito certè miratur. Nam quod de Rhodani per lacum Lemanum transitu aliisque id genus leguntur, ea minus mira sunt. Miror autem Eratostheni non venisse in mentem commisceri Choaspem Eulęo, hunc autem Tigridi qui iungitur Euphrati: quare potuit Diotimus Cydnum aliquandiu ἀναπλεύσας alio flumine in Euphratem deferri & ita postea ad Choaspem peruenire. Atque hoc modo possit fortasse accipi quod ait Herodotus, Mardonium in Ciliciam venisse è regia Persæ, ducentem secum ingentem exercitum, & pedestrem, & nauticum: quod etiam his verbis significauit Æschylus,

—— Βαβυλὼν

δ' ἡ πολύχρυσος πάμμικτον ὄχλον

πέμπει σύρδην, ναῶν τ' ἐπόχους

καὶ τοξουλκῷ λήματι πιστούς.

hoc est στρατὸν πεζὸν καὶ ναυτικόν. Quanquam malim equidem in huiusmodi locis στρατὸν ναυτικὸν interpretari, aptum ad conscendendas naues: aut naues fuere istæ quas alibi γομφωτὰς καὶ διαλύτους vocat.

μεθ' ὃ λέγει ὅτι) Horum verborum loco habent veteres libri ὅτι: quā lectionem secutus est vetus interpres: Sanè hic locus non bene habet. Videtur minima mutatione legi posse ὅμως περὶ τ̃, vt sit hęc sententia. Cum dixerit Eratosthenes non temerè quibusuis esse credendum, idq́; multis confirmauerit rationibus, ipse tamen temerè quibusuis credidit de rebus Ponticis & de Adria narrantibus. Aut si quis malit vulgaræ lectionis vestigia retinere, legi fortasse potest μετ' ὀλίγα λέγει, vel ὁμολογεῖ, aut alio simili modo. Sed de hoc loco, Amplius.

τὸν Ἰσσικὸν κόλπον ἐπικλύσειν) De hac re libro sequenti agitur pluribus.

¶PAG. 32. Κέρνην τε νῆσον) Dionysius de situ orbis,

αὐτὴν ὑπ' ἐσχατιῇσι παρ' αὐτὴν πείρατα Κέρνης.

vbi annotat interpres nondum editus, Ἡ Κέρνη λέγεται τῆς Αἰθιοπίας περὶ τὸν ὠκεανόν. Vide Eustathium & Plinium: meminit & Lycophron. Fallitur autem vir de Geographia bene meritus, qui annotat Κέρνην fuisse ἀμφιθέατρον appellatam: neque hoc dixit vnquam is cuius nomen laudat.

Εἶπον τε) Nūc disputat de veterum nauigationibus: quas negabat Eratosthenes conferendas cū posteriorū hominum nauigationibus. Hanc eius ὑπόθεσιν expendit Geographus. Ego Eratostheni assentior.

τοὺς πάλαι τοὺς πρὸ τ̃ ἡμετέρας λέγει μνήμης) IC^[tum] est ista τ̃ πάλαι descriptio. Nam iis consuetudo antiqua dicitur, quæ antè omnium memoriam cœperit. Sed Strabo cum dicit ante nostram memoriam, longius tempus complectitur: id omne scilicet, cuius res gestæ literis sunt mandatæ.

B τοὺς δ' Διονύσους ἐπιμελητὰς τ̃ θαλάσσης) Vide Senecam in naturalibus quæstionibus, & Aristotelis Meteorolog. libros Euripidem.

ὅτι Μίνως θαλαττοκρατῶν ἐπολέμησεν) Diodorus libro quarto de Minoe ὃς πρῶτος Ἑλλήνων ναυτικὴν δύναμιν ἀξιόλογον συστησάμενος ἐθαλαττοκράτησε.

ἀξίου αὖ ἐστὶ) Legendum cum interrogatione potius. Æquum ne est inter antiquos non habere? nam in veteribus quoque erat negatio.

διὸν ἐμὲ γὰρ) Vetus lectio, δεῖ μὲν γὰρ.

εἶπον ὡς ἐστι σφαιροειδὴς) Sequitur paullò grauior di-
C sputatio, de terrę scilicet forma, & eius variis μετασχηματισμοῖς. Veteres dicebant, Terram ita rotundam esse, vt si torno esset elaborata. Id rectè negabat Eratosthenes: Terra enim σφαιροειδὴς est potius quam σφαῖρα. Addebat deinde Eratosthenes, Terrę faciem subinde mutari. eiúsque rei causas afferebat varias: Strabo autem in Eratosthene, primum disputationum τάξιν reprehendit, deinde ipsas ὑποθέσεις expendit.

ἔχ ὡς ἐν τόρνου δ') quod censuerunt veteres, vt ex Herodoto cuius verba vsurpat Eratosthenes, supra diximus.

D καί τινας σφαιροειδῆ αἰτίας) Terræ rotunditas causam habet, τ̃ τοῦ σώματος τάξιν, & terræ ipsius naturā, quæ grauis est: vnde fit illa terræ partium σύμπτωσις quā explicat philosophus. Partium verò terræ μετασχηματισμοί, alias habent causas, ipsis proprias non toti terræ communes. Quare nihil erat necesse vtramque disputationem coniungere, vt fecit Eratosth. Sed quid Strabo de vniuersæ terræ forma censuerit pluribus ipse exponit libro XVII. qui locus cum isto debet conferri.

καὶ χοιραμώδεις πλῶδας) intelligit cauitates repertas in
E saxis procul à mari, quales esse solent in scopulis fluctibus arrosis, vbi se nōnulli pisces recondunt. χοιράμας etiam dicunt. Apollonius lib. IIII. de pullis auium

—— πεπτηῶτες ὑπὸ δὲ πέτραις Χοιράμοις.

vtitur hac voce etiam Aristides Hymno Neptuni, ἀλλὰ ζῶα πρὸ τὸν δυεῖον, οἱ πέτραις ἰαῦσι, καὶ χαίας καὶ χοιραμάς. Pomponius Mela quas Strabo χοιραμώδεις vocat ipse saxa attrita fluctibus interpretatur, vide ad librum XVII. Χοιραμὸς autem, vt πυλαμός. Nam per υ nō ι constanter hæc vox scribitur in veteribus libris, etiam lib.
F XVII.

καὶ λιμνοθάλατται) Sic vocantur lacus magni, sępe mari propinqui, ac similes aquæ salsedine: qui lacus si mari aliquo ostio coniungantur, στομαλίμναι à Græcis appellantur: qua de voce plura libro quarto. Limnothalassas autem multis in locis commemorat Strabo: in Armenia, in Matiana, in Phrygia, in Hispania, in Gallia supra Rhodani ostia vnā, & alteram ad Burdegalā, item alias ad Venetiam, ad Cossam, in Chersoneso Taurica, ad Leucadem, & alias quoque de quibus suis
G locis. Plinius quoque lib. secundo scribit, ibi fuisse mare vbi istæ limnothalattæ reperiuntur.

καθάπερ φασὶ περὶ τὸ ἱερὸν τ̃ Ἄμμωνος) Ptolemæus lib. IIII. de isto tractu loquens, Habet inquit hæc ἐπαρχία, καὶ λιμνοθαλάσσας, τήν τε ὑπὸ τ̃ Λάδωνος ποταμοῦ ἐκπεπομένην λίμνην, καὶ τὴν ὑπὸ [illegible] λίμνην, ἐν ᾗ ὅτι καὶ χῆνες.

ἅλας τε καὶ νῦν ἐπιδείκνυσθαι πολλούς.) Plinius salem hunc Ammoniacum fuisse dictum autor est. Sic ille libro XXXI. *Quo exemplo postea inter Aegyptum & Arabiam etiam squallentibus locis, coeptus est inueniri detractis harenis, qualiter & per Africæ sitientia, vsque ad Ammonis oraculum. Is quidem crescens cum luna noctibus: Nam Cyrenaici tractus nobilitantur Ammoniaco, & ipso quia sub harenis inueniatur ita appellato.* non igitur ab Ammone, sed ἀπὸ τ̃ ἄμμου sali huic nomen.

men Arrianus Ἄσιλας. libro III. in accurata huius tractus descriptione, ἅλας αὐτομάτους & ὀρυκτοὺς appellat. Ammoniaci salis, meminit etiam Dioscorides libro quinto.

¶ PAG. 34. διὰ τοῦ χάσματος ἐκβεβρᾶσθαι) eructata, & foras extrusa esse. De ijs quæ mare euomit hæc vox propriè dicitur. Pausanias, τὰ ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ἀποβαλλόμενα ἐς τὴν γῆν, ἐκβεβρασμένα καλοῦσιν οἱ πολλοί. Diodorus libro XIIII. τὸ δὲ μέγεθος τοῦ χειμῶνος, ὥστε τὸ αἰγιαλὸν αὐτοῖς τὰς ναῦς ἐξεβράσθη. Βράζειν seu βράσσειν est concutere, seu grauius commouere: significat & vannare frumentum: vnde Aristoteli τὰ ἐν λίκνοις βραττόμενα dicuntur Μετεωρ. lib. II. Glossarium, Βράζω, jactatio. βέβρασται, τὸ λικμίζω, Vomo Vanno. βραστήρ, ἤγουν λίκνον, Vannus. Hinc puto deducendam vocem nostram Bresser, seu Berser: quod est, cunas mouere, & Bersean, quasi βραστήρ. Nam eadem prorsus ratione Græcis λίκνον παρὰ τὸ λίαν κινεῖσθαι est dictum: quæ vox vtrunque significat, & cunas, & vannum: vel quia vtrunque λίαν κινεῖται: vel propter morem veterũ: Τὰ γὰρ βρέφη inquit Theon, τὸ παλαιὸν γενόμενα ἐν τοῖς λικμητηρίοις ἐτίθεσαν, εἰς σύμβολον πλούτου.

τοῦ Στράτωνος) De hoc Laertius.

Ξάνθου τοῦ Λυδοῦ) Vide Suidam. Strabo huius sæpe meminit. Dionysius Halicarn. lib. primo, hunc ait ἱστορίας παλαιᾶς εἰ καί τινα ἄλλον ἔμπειρον εἶναι, τῆς δὲ πατρίου καὶ βεβαιωτήν.

αὐτὸν δὲ εἰδέναι) Vetus lectio, ἰδεῖν & λίθους κογχλιώδεις semper non κογχυλιώδεις, quanquam ita scribitur etiam apud Herodotum.

τὰ πεδία ποτὲ θάλατταν γίνεσθαι) Aristot. opinio est, maris sedes certis temporum interuallis necessariò mutare: quare secundum Aristotelem, vera fuerit hæc Xanthi sententia. Falli autem vtrunque, hodie res docet ipsa: neque enim contigit illa quam coniiciebat Aristoteles maris μετάστασις. Sed philosopho veterum mendacia imposuerunt.

τὸν Εὔξεινον μὴ ἔχειν πρότερον) Diodorus Siculus lib. V. autor est, Pontum aliquando lacui magno fuisse similem: deinde autẽ temporis successu, ob multitudinẽ ac magnitudinẽ fluuiorũ qui Pontum ingrediũtur, erupisse ad Cyanea primo: deinde ad Hellespontum. Plinius refert multos veterũ id existimasse. Vide Solinum cap. XXII. & XXVI.

Ταινία τις ὑψηλὸς διατείνειν) Plinius libro tertio cap. primo. *Tam modico ore tam immensa æquorum vastitas panditur. Nec profunda altitudo miraculum minuit. Frequentes quippe tæniæ candicantis vadi carinas territant. Qua de causa, limen interni maris multi eum locum appellauere.*

ὡς ἂν μηδέπω συνεχέστερον) Contigit huic loco quod sexcentis in iure: vt tolleretur negatio. Negationem enim addendam, persuasum habeo. Lege ὡς ἂν μηδέπω ὄντος, vel μὴ μηδέπω. Continent hæc verba, id quod Strato ex duobus proximis argumentis volebat efficere fuisse, quum mare extremum & internum non coniungerentur freto Gaditano. Quare luce iam est clarius deesse negationem.

βραχύτατα μὲν εἶναι τὰ περὶ τὸν Πόντον) Negat τὰ περὶ τὸν Πόντον esse βαθέα, hoc est mare Ponti esse altum: quod in genere verum est, ac multorum autorum testimoniis potest confirmari: habet tamen Pontus immẽsam certis locis altitudinem: & vocantur illa loca τὰ βαθέα τοῦ Πόντου. Autor Aristoteles. Meteorologic. lib. primo. Plinius Aristotelis locum transtulit lib. II. cap. CII.

τῶν γὰρ ποταμῶν πλείστων) Pontum ingrediuntur XL. flumina, omnia ἀξιόλογα, quædam maxima. Vide Arriani Periplum.

διὸ καὶ γλυκυτάτην εἶναι τὴν Ποντικὴν) Dulcedinis aquæ Ponticæ causam assignant scriptores omnes, cõcursum plurimorum in Pontum ingredientium fluminum. Id Ouidius ita eleganter expressit,

Copia tot laticum, quas auget adulterat vndas,
Nec patitur vires æquor habere suas.
Innatat vnda freto dulcis, leuiorque marina est
Quæ proprium mixto, de sale pondus habet.

Sic

A Sic Plinius quodam loco magnitudine influentium amnium vinci salem ait. Simili ratione ait Strabo libro VII. tantam fluuiorum multitudinem ingredi Acherontem fluuium, vt ad eius ostia mare Ionium dulcescat.

δοκεῖ δὲ καὶ χωσθήσεσθαι τὸν Πόντον ὅλον) Veterum fuit hęc de Ponto vaticinatio, fore aliquando vt totus limo oppleretur. Polybius libro IIII. in elegantissima disputatione de Ponto, postquam probauit argumentis vt ipse
B ait, non quorum fides pendeat ἀπὸ τῶν ἐμπορικῶν διηγημάτων, sed apodicticis, Mæotin quæ olim erat mare συρρέιν Ponto, nunc limo & aggesta terra ita oppletam esse, vt iam fermè desinat apta esse nauigationibus, subdit deinde de Ponto, Ἔσται δὲ καὶ περὶ τὸν Πόντον παραπλήσιον, καὶ γίνεται νῦν: vide quæ sequuntur. Sed vanum fuit hoc veterum vaticinium, vt hodie omnibus est notum. Vide quæ hac de re scripsere duo testes occulati, viri doctissimi, Gyllius & Busbequius.

καὶ γὰρ νῦν ἤδη τε ἀρχίζειν) Polybius καὶ γίνεται νῦν.

C τόν τε Σαλμυδησσὸν) Docet Geographus libro VII. hoc nomine significari sinistrum Ponti latus à Cyaneis ad Andriacam: quod littus est stadiorum DCC. Est autem hoc totum littus importuosum, & præterea feris incolis infestum. Æschylus Prometheo,

——ἵνα
Τρηχεῖα πόντου Σαλμυδησσία γνάθος
Ἐχθρόξενος ναύταισι μητρυιὰ νεῶν.

Vide plura ad librum VII. Plinius hoc nomine vrbem in illo tractu recenset: iam quod ad scribendi ratio-
D nem attinet, vnum hoc nomen est de illis, in quibus video veteres modò sibilum, modò aspirationem præfixisse. Nam vtraque lectio reperitur in antiquis libris, Ἁλμυδησσὸς & Σαλμυδησσός: cuius generis sunt ista, vt de multis quæ nullo negotio proferre possem, pauca apponam. Ἀνδρέγκελος, Σανδρέγκελος, Ἐξιτανία, Σιξιτανία. Ὑπερέτης, Σιπερέτης, Ἀρδιαῖοι, Σαρδιαῖοι, & Salmantica Hispanorum Polybio ea ratione Ἀλμαντικὴ siue Ἑλμαντικὴ dicta est: de quo iam nobis nõ est dubitandum. Ἀλμῶν alijs, Hellanico Salmos. Astura Plinio, Storas
E Straboni. Samnitæ Straboni, Amnitę Dionysio. Suessones Cæsari & Straboni, Ptolemæo Οὐέσσονες. De Sellis & Hellis quęrit Geographus libro septimo: τὸ Κ, interdum ταυτὸ σημαίνει: vt Καυλωνία, αὐλωνία.

καὶ τὰ καλούμενα Στήθη ὑπὸ τῶν ναυτικῶν) Intelligit quam vocat ταινίαν Polybius: cuius verba quia istum locum explicant, ascribam. Τῷ γὰρ Ἴστρῳ πλείοσι στόμασιν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης εἰς τὸν Πόντον εἰσβάλλοντος, συμβαίνει πρὸς τοῦτον σχεδὸν ἐπὶ χίλια στάδια συνεστάναι ταινίαν, ἡμέρας δρόμον ἀπέχουσαν τῆς γῆς ὑπὸ τῆς χοῦς τῆς ἐκ τοῖς στόμασιν ἐκφερομένης ἰλύος·
F ἐφ᾽ ἣν ἔτι πελάγιοι θέοντες, οἱ πλέοντες τὸν Πόντον, λανθάνουσιν ἐποκέλλοντες νυκτὸς ἐπὶ τοῖς τόποις. Καλοῦσι δ᾽ αὐτοὺς οἱ ναυτικοὶ Στήθη. Est igitur Στῆθος in hac significatione vox nautica, & huic rei denotandæ aptissima. Nam Στῆθος siue pectus in humano corpore ea pars est, qua si supinus in aqua natet aliquis, apparebit. Inde hæc Stethe appellata. Hesychius, Στῆθος, τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ ὑπέρεχον. At poeta Latinus, Dorsum id dixit

Saxa, vocant Itali medijs quæ in fluctibus Aras
Dorsum immane mari summo.

G Planè exprimit vocem Στῆθος. Nam Homero νῶτα θαλάσσης aliud est. Ideo Ammianus doctissimus historiographus, quũ vellet Stethe hæc Ponti exprimere, Dorsa appellauit. *Pontus* inquit, *irruentium vndarum multitudine temperatur, & consurgit in breuia dorsuosa limum globosque aggerente multitudine circumuenientium fluentorum.* Nam breuia dorsuosa sunt τὰ στήθη. Fuere & alia alijs in locis Stethe appellata, vt ad Byzantium, quorum meminit Iohannes Curopalates in Cõpendio historiæ, quod ex variis authoribus exscripsit potius quam conscripsit. Sic ille Ἐγένετο δὲ καὶ σεισμὸς ἄνεμος μὲν Δεκεμβρίῳ, καὶ κατεπεσόντες οἱ λεγόμενοι Ἄνεμοι ὁ ὑπὲρ ... τὰ καὶ τὰ ... αὐτῶν βάθρα καὶ τὰ καλούμενα Στῆθη: quæ verba vel ipse à Cedreno, vel ab ipso Cedrenus furatus est: vt alia non

pauca. Sanè in Cedreno sunt quàm plurima. quæ si ille autor publici iuris fieret, inde possent emendari: & in hoc ipso loco, quia illa, τὰ [illegible] absunt à Cedreno, procul à sensu abfuit interpretis versio.

[illegible]) Veteres libri semper Σιρβωνίδα. De his locis vide libros xvi. & xvii.

κατὰ τὴν Αἰγύπτου [illegible]) Huius rei autor locupletissimus Herodotus: qui cum esset in Ægypto obseruasse se ait Ægyptum magis in mare prominere quam proximè adhærentem terram: vidisse etiã κογχύλια in montibus, & efflorescentẽ in superficie terræ salsuginem: vide & Plutarchum de Iside & Osiride.

ἐν δ' αὐτοῖς [illegible] τὴν Ἀλμυρίδος) Velim me doceant interpretes, quis sit iste in Ægypto lacus qui Salsus appelletur. Interea lego τὴν τοῦ Μυρίδος λίμνην. Lacus Myridis apud Ægyptios omnibus notus. Vide Herodotum Euterpe apud quem duplicem lectionem reperies huius vocis, per υ & per οι, vt apud Latinos, Mysia & Mœsia. Strabo libro vltimo Μοίριδος semper. Ita autem legendum esse vt diximus ipse mihi Strabo testis, cuius hæc verba libro xvii. [illegible] Μοίριδος [illegible]

Τὸ [illegible]) Nunc incipit respondere superiori Eratosthenis disputationi: Primum concedere se ait ea potuisse contingere, quæ ex historia hauserat Eratosthenes: ipsam quoque Xanthi [illegible] vt probabilẽ admittit. Deinde ad Stratonis physici disputationem accedit, & in eam doctè vt omnia inquirit.

ὅτι δ' αὐτοῖς καὶ τὸ) Hæc videtur Xantho tribuere, cum ad Stratonem pertineant: sed partem hanc dicti Stratonis coniungit cum sententia Xanthi, vtrunque probans.

¶PAG. 35. II. [illegible] τὸν Στράτωνα λέγει [illegible]) Sequitur longa Strabonis aduersus Stratonẽ disputatio. Nobilis vterque philosophus: & de re est disputatio nõ ignobili, aut quam scire merito non cures. Iudicent vero æqui iudices, quantũ iuuari potuerint ab interpretibus hac in parte. Primum illud teneamus quo de agitur. De terræ mutationibus & [illegible] instituta est disputatio. Dicebat Eratosthenes multis in locis videri mare ibi fuisse, vbi nunc sicca quidem sunt omnia: sed certa tamen antiqui maris remanẽt vestigia. Quæsitum inde est ab eo, qui fieri potuerit, vt mare locum mutauerit: protulit Stratonis sententiã. Is de hoc ita censuit: Fuisse tempus quum Pontus ceu aliquis lacus per se staret, nec vt hodie proximo mari iungeretur. id enim postea euenisse cum impleuissent eius [illegible] illi fluuij qui Pontum ingrediuntur: sic demum erupisse Pontum, & ostium Byzantinum effecisse. Similem dicebat Strato eruptionem nostri maris in Oceanum fuisse. Causam huius suæ sententiæ præcipuam afferebat Strato. Soli diuersitatem in vtroque mari quod erumpit, & in quod fit eruptio. In hoc totius huius disputationis cardo versatur: Strabo enim quod de repletione Ponti dictum est tacitè admittens causam illam strenue euertit quam [illegible] ponebat Strato. [illegible]mum docet peccatum esse à Stratone eo modo quem appellat philosophus, [illegible] deinde eius sententiam corrigit, & quomodo di[illegible] potius fuerit docet, probatque: Postremò [illegible] esse Stratonis opinionem probare nititur. Est autem hoc obseruandum, non reprehendi Stratonem eo nomine, quod causam huius rei, petat [illegible] solo maris: nam inde quoque petit hic: sed quod inde causam petens vnde peti debuit: tamen non rectè eam assignarit.

[illegible]) In ista disputatione verba ista latius accipienda sunt quam alibi soleant. Nã vulgo quidẽ mare [illegible] dicimus, mediterraneum intelligimus, quum mare [illegible], siue ἔξω Oceanum: hic verò, quia agitur de maribus nondum coniunctis, [illegible] est etiam mare quod est extra τὸ [illegible] τοῦ [illegible]. Sic [illegible] ipse Pontus. Atque hæc valde sunt obseruanda: nec aliter intelligi hæc disputatio potest.

[illegible]) Corrigit Stratonis sentẽtiam: & quomodo potius fuerit dicendum indicat.

ἀλλὰ καὶ ἀλλὰ ἐδάφη, [illegible]) Vide vt accipiat superiora illa verba Stratonis [illegible] τὰ ἐδάφη.

ἀλλὰ τὸ [illegible] ἐδάφη [illegible]) Eadem Plinij sententia cuius hæc sunt lib. secundo cap. LXXXV. *Eadem nascentium causa terrarum est, cum idem ille spiritus attollendo potens solo, non valuit erumpere. Nascuntur enim nec fluminum tantum inuectu, sicut Echinades insulæ ab Acheloo amne congestæ, maiorque pars Ægypti à Nilo, in quam à Pharo insula noctis & diei cursum fuisse Homero credimus: sed & recessu maris.* Achilles quoque Statius hac de re cum loqueretur [illegible] inquit, [illegible]. Causam autem hanc affert, [illegible]

Ei [illegible]) Melius quidem Xylander hunc locum accepit quam vetus interpres: neuter tamen opinor, mẽtem huius loci peruidit. Existimo enim obiectionibus obuiam ire Strabonem, quæ & ipsi & Stratoni fieri poterant cum vterque in hoc consentiat, causam huius eruptionis a solo esse petendam. Quare legendum censeo, Εἰ γὰρ [illegible]. Nisi harum rerum causa sit soli [illegible], oportebit causam esse, πλημμυρίδας [illegible] maris. Hic duobus modis tantum potest contingere: vel vt in mari αἱ πλημμυρίδες: vel vt in fluminibus αἱ ἀναβάσεις: in illis aliunde inferri aqua videtur: in his auget.

ἀλλ' οὐδ' αἱ) Atqui, ait, neutro modo huiusmodi aliquis πλημμυρίς potest contingere. Non vt in fluminibus αἱ ἀναβάσεις, quia hæ non repente fiunt: non vt æstus in mari. Primum, quia hi paucarum sunt horarum: statim enim sequitur [illegible]: deinde quia certa ratione fiũt, non ita repentè & ἀτάκτως. Postremò, quia non fiunt vbique, sed in Oceano tantum, non in nostro mari, vbi istæ eruptiones contigere.

[illegible] κατὰ τὴν [illegible] θάλατταν) Lego, κατὰ τὴν ἡμετέραν θάλ. quam lectionem iam exposui: vulgatæ autem interpretatio fingi commoda, nulla opinor potest. Strabo libro v. autor est, solam ferè illam nostri maris partem vbi Venetiæ, Oceani æstus pati.

[illegible]) Quum igitur πλημμυρὶς maris nequeat esse causa, sequitur causam petendã à solo. Hæc satis testantur, non posse aliter accipi superiorem locum quam nos accepimus. Porrò solum duplex est: rei inundatæ: maris inundantis. Vtrum igitur potius in causa? Id quod mutationi magis est obnoxium: magis autem id est, quod maximè [illegible].

ἀλλ' ὡς [illegible]) Hactenus Stratoni & Straboni conuenit, Nam vterque [illegible] τὸ ἔδαφος τὸ [illegible]: sed quomodo sit solum causa, diuersè explicant.

[illegible]) Lege [illegible]: repetit sententiam Stratonis quam improbat.

[illegible]) Fontem erroris Stratonici aperit. Putauit enim aquam maris per loca decliuia ex superioribus locis, in inferiora fluere, vt in fluminibus cernere est.

[illegible]) Probat hanc fuisse Stratonis sententiam.

Τὸν δ' αὐτὸν λόγον) Hic intelligimus Stratonem initio huius disputationis de Ponto tantum egisse. Deinde autem quasi [illegible] quoddam & corollarium addiderat, idem nostro mari ad Gades contigisse, quod Ponto ad Byzantium: addit autem [illegible] quia & Pontus, pars est nostri maris.

ὡς καὶ ταύτης [illegible]) Locus corruptus: Sed facile est intelligere quid scripserit Strabo. Ego non dubito ita locum exponi debere. Ait Strabo factam esse nostri maris eruptionem ad Gades simili ratione ac factum in Ponto. Quæ ibi causa ex sententia Stratonis? Solum maris Euxini [illegible] quam reliqui maris mediterranei. Iam conuertamus sermonẽ ad eruptionem ad Gades. Quænam igitur statuenda eius rei causa? Bimuli pueri iam intelligũt, causam esse

Solum

A Solum maris nostri μετεωρότερον, quam solum Oceani: Quare non procul à vera lectione aberrabit, qui ita leget. ὡς καὶ ταύτης μετεώρου πρὸς τοὔδαφος ἐχούσης, ἢ τὸ ὑποκείμενον τῷ Ἀτλαντικῷ· ταύτης autem, hoc est, τῆς ἡμετέρας θαλάττης. Sed pro πυθμένος reponere ἐχούσης etsi coacti sumus, cum non occurreret verbum commodius: tamen dubitanter id facimus.

ἰδιότητα καὶ τῆς αἰτίας) Quia diuersa est natura freti Gaditani & freti Byzantini, diuersam etiam eorum causam esse ait. Diuersitas ea est, quod in Byzantino nulla B fluctuum cernitur reciprocatio, sed placidus tantum isque perpetuus Ponti in Propontidem fluxus. In Gaditano neque ille fluxus apparet, & dies noctésque summus viget maris feruor.

Ἐκεῖνο δὲ συνθεάσασθαι) Redeamus inquit ad Pontum, & causam à Stratone allatam expendamus: Strato ait causam cur eruptio ad Byzantium sit facta, esse soli inæqualitatem, qualem supra exposuimus. Strabo aduersus hanc sententiam sic ἐξ ὑποθέσεως disputat. Si potuit C aliquando fieri hæc ἔκρυσις siue eruptio, ita vt non esset solum maris Euxini ὑψηλότερον aut ἐπικλινές: Ergo ne nunc quidem censendum est ita contigisse. Negas potuisse? ita probat. Pontus potuit impleri antequam esset ostium Byzantinum: cum adhuc eius solum esset humilius solo reliqui maris, licet nunc ie aliter res habeat. Ergo & coniungi. Hoc sequi negas? Probo. Si Pontus fuisset impletus antequam esset ostium Byzantinum, superficies eius & superficies maris proximi ita diuisæ seorsim permanere non potuissent, vt altera esset D altera superior & altior. Quare necessariò se coniunxissent. Sic efficit quod initio proposuit, nõ esse necesse πρὸς τὴν ἔκρυσιν ταύτην vt solũ esset ὑψηλότερον aut ἐπικλινές.

μέχρι μὲν ἡ αὐτὴ ἦν) quandiu superficies maris Euxini & Propontidis ac reliqui maris nostri, futura erat eadem, nec altera alteri eminens.

διὰ τὴν ἐξίσωσιν ἀντιπίπτειν καὶ θλίβειν. Tandiu, ait, futurum erat vt ista duo maria seiuncta permanerent quandiu æquum vtrinque aquæ pondus & libramentum esset: E cum enim omnes vndique maris ac terræ partes centrum æquè nitentes sua grauitate capessant, non potest aquæ superficies aliis locis esse eminentior quàm aliis, quin statim diffundatur & vna fiat. Similis fere ratio Aristotelis libro secundo de Cęlo, vbi probat terræ figuram esse rotundam, propter συμπίεσιν partium grauiorum. Porrò hac etsi verè dicuntur à Strabone, tamen, opinor, ægrè concessisset hoc Eratosthenes: quandoquidem placuit illi contra omnium Mathematicorum sententiam, aquæ superficiem non modo non esse omnibus in partibus eandem: sed ne in vicinis F quidem locis. Vide infra.

ὑπερπεσούσης αὐτοῦ) Sermo est de mari Euxino & reliquo nostro mari. αὐτοῦ igitur hoc loco, omnino de Põto tantũ est accipiẽdũ: αὐτῆς, de reliquo nostro mari.

ἀπερείσαι) Elegans vox. Significat solo illidere. Origo eadem quæ illi frequentis apud oratores, ἐξερεῖσαι τὸ ὕδωρ. Videtur autem translata hic à cottabis Græcorum: de quibus non referam quæ vulgò nota sunt. Apud Dioscoridem vox isti affinis καταῤῥεῖσαι sæpe legitur.

¶Pag. 36. ἐκείνῳ) mari Euxino.

G ἐπὶ ἂν κατακλύσειε ὁ νοῦς) Lege, ὁ νοῦς.

Ταῦτα δὲ μεταφέρειν) δεῖ supple: quæ ellipsis Aristoteli frequens. Pertinent hæc ad Stratonis πρόβλημα.

καὶ τοῖς ἐπικλύσεσιν αὐτῆς) Falsa lectio: nec diu pugnabo, vt eam destruam. Lege ἐπικλίσεσιν. Sic paullò antè ἔδαφος ἐπικλινές.

ἐπὶ ἀπίθανον κατ' αὐτούς) Imo hoc ipsi eeoseot.

λίμνην θάλατταν ἰδίως ὀνομάζειν) An hoc sequuti poetæ λίμνην & paludem pro mari toties posuerunt?

ἐκ κατωφερεστέρων τόπων ξηροτέραν ἀεὶ) Lego ὡς ἐκ κατωφερεστέρων, ἐπαυξομένων δὲ ἀεὶ καὶ μᾶλλον. De hoc loquendi genere supra diximus.

ὁ φυσικὸς δ' ὅλως) Nunc de eo Stratonis errore agit, in quo versari eum supra indicauit, & quid inter naturam A fluuiorum & maris intersit docet: ait autẽ, οὐ φυσικόν, Stratonem perstringẽs, qui Physicus audire voluit.

οἱ δὲ πορθμοὶ ῥευματίζονται) Fretorum argumento vtebatur Strato, vt probaret etiã marium sicut fluminum ἀπὸ μετεωροτέρων τόπων εἶναι τὴν ῥύσιν. Nã quia perpetuo motu agitari freta certum est: dicebat Strato causam eius rei esse τὴν πρόσχωσιν, limum quem mare fluens secum vehat: non secus ac de fluminibus apud omnes constat. B Ipsum igitur causæ iugulum petit Strabo. ῥευματίζεσθαι autem non inundationem, sed continuam fretorum agitationem significat: philosophus verbo ῥεῖν simpliciter id significauit libro Meteor. secundo: vbi causam huius rei τῆς παλιρροίας in omni mari, sed in angusto magis perspicuam esse docet. ῥέουσα δὲ inquit ἡ θάλαττα φαίνεται κατὰ τὰς στενότητας, εἴ που διὰ τὴν περιέχουσαν γῆν εἰς μικρὸν ἐκ μεγάλου συνάγεται πελάγους, διὰ τὸ ταλαντεύεσθαι δεῦρο κἀκεῖ πολλάκις· οἱ δὲ διὰ τὸ στενότατον τῆς γῆς ὀλίγον ἐπέχει τόπον, ἀναγκαῖον τὴν ἐν τῷ πελάγει μικρὰν ταλάντωσιν ἐκεῖ φαίνεσθαι μεγάλην. C At Strabonis hæc disputatio tota est ἀνασκευαστική. Nam contentus negare huius ῥύσεως siue ῥευματισμοῦ, causam esse quam putauit Strato: veram ipse non docet: sed quomodo ἡ πρόσχωσις causa esse nequeat quod ille volebat, pluribus explicat. Porrò quem ῥευματισμὸν Strabo appellat vulgò rheuma vocabant. autor Vegetius libro IIII. cap. XLII.

καὶ ὁ Σαλμυδησσός) Ergo Salmydessus ad ostia Istri? hoc ego non cõcoquo: nisi quis dicat Strabonem vt & Aristotelem interdum, minus accuratum in exemplis. Sed D locus ita potius accipiendus, vt post ἐρημία sit distinctio: & Salmydessus nihil ad Istrum pertinere intelligatur. Sanè Salmydessum fluuium esse in eo tractu quem supra descripsimus & Salmydessum vocari diximus autores sunt veteres nonnulli. Inde suspicari possit aliquis, legendum hic esse, καὶ περὶ τὸν Σαλμυδησσὸν ὁ Σαλμύδησσος, καὶ ἄλλοι &c. Docti viri cogitent.

περὶ δὲ τὸ Θερμώδοντα καὶ τὸν Ἶριν) Commentarium si quis petat in hunc locũ legat quæ scribit doctissimus Apollonij scholiastes, ista interpretans libro secundo,

E Αὐτὰρ Ἅλυν ποταμόν, αὐτὰρ δ' ἀγχίῤῥοον Ἶριν
Ἠδὲ καὶ Ἀσσυρίην πρόχυσιν χθονός.

Ἀπὸ τοῦ γὰρ μιμοῦνται τὸν Νεῖλον) Vide præter alios Herodotum Euterpe, εἰσὶ δὲ inquit ille καὶ ἄλλοι ποταμοί, οἳ κατὰ τὸν Νεῖλον ἐόντες μεγάθεϊ οὔ τινες ἔργα ἀποδεξάμενοι μεγάλα εἰσί.

ἐπεὶ καὶ ὁ Πύραμος) Vide libro XII.

ἐς Κύπρον ἵκηται) significat autor carminis futurum, vt annectatur Cyprus continenti aut continens potius aggestione limi quem deuehit Pyramus crescat ad Cyprum. Verum id neque adhuc euenit, nec euen- F turum esse aliquando quicquam hodie indicio est.

Αἴτιον δὲ τοῦ μὴ φαίζειν τὸν χοῦν) Malè quidẽ legitur φαίζειν, quæ vox est nihili: sed nec φαίνεσθαι quod interpreti placuit, est melius: Lege φθάνειν vt est etiam in libris scriptis. Causa inquit, cur non possit progredi vlterius in mare limus quem fluuios aduehunt: sit autem τὸν χοῦν, quum τὸν χοῦν sit vsitatius: Notant hoc Grammatici, ὁ χοῦς aiunt, τὸ μέτρον, ἀεὶ ἀρσενικῶς, ὁ δὲ τὸν χοῦν, καὶ θηλυκῶς εὑρίσκεται παρὰ τοῖς γεωγράφοις. Idem tamen τὸν χοῦν sæpe dicit.

ὥσπερ γὰρ τοῖς ζῴοις) Athenodori fuit hæc sententia, vt G ait lib. tertio. Solini autẽ verba erunt instar cõmentarij. *Physici autumant mundum animal esse, eumque ex variis elementorum corporibus conglobatum, moueri spiritu, regi mente: quæ vtraque diffusa per membra omnia externæ molis vigorem exerceant sicut ergo in corporibus nostris commercia sunt spiritalia, ita in profundis Oceani nares quasdam mundi constitutas, per quas emissi anhelitus vel reducti, modo efflent maria, modo reuocent.* Lunæ hoc alij verius tribuunt, vt infra dicemus.

δειλοῦ δὲ) Scribe Δῆλον δὲ τῷ

τῷ δὲ κλύδωνι, καὶ κῦμα ἐπέχει) Distinguit inter κλύδωνα & κῦμα, rectè. Sunt enim diuersa. Κλύδων in mari perpetuus: κῦμα mari agitato proprium: nunquam tamen ita tranquillum est mare quin aliqua sit vnda,

quæ κλύδωνα comitetur : ideo κύματα κλύζειν dicunt poetæ: vnde κλύδων.

κἂν χαλεπώτατον ᾖ.)Lege ὁ κἂν χαλεπώτατον ᾖ, ὅτι προσφερόμενον ἔχει τινὰ βίαν πλείω : maiorem vim habet vnda ingruens,quàm recedens scilicet,vt ex seqẽtib. apparet.

ἐν αἰτίμῳ)Locutio elegans,pro ἐν καιρῷ αἰτίμου.Similiter lib.IIII.ἐν τοῖς ἡλίοις pro lucente sole,& apparente.

καὶ ἐν ἀπογαίοις πνεύμασι)Flatus distinguit à ventis.Plinius libro primo, capite XLIII. *Similimodò ventos vel potius flatus,posse & ex arido siccóque halitu terræ gigni non negauerim:posse & aquis aera expirantibus.*Idem de apogęis flatibus paullò post.*Namque & è fluminibus ac niuibus,& è mari videmus & quidem tranquillo & alios quos vocant altanos è terra cõsurgere. Qui quidem cum è mari redeunt,tropæi vocantur:si pergunt apogæi.* Ex quibus verbis planum est cur dixerit Strabo ἐν τροπαίαις καὶ ἀπογαίοις πν. De tropæis & apogæis plura philosophus.

ὡς αὖ ἰδίαν τινὰ τῆς θαλάττης) hoc est,quum moueantur hi fluctus motu quodam qui mari est proprius. Mare dupliciter mouetur : vi ventorum & propria virtute:ait συγκινούμενον quod ita accipiendum,συγκινουμένου τοῦ κύματος τῷ ἀνέμῳ, mouente se fluctu vnà cum vento. αὐτοῦ igitur legendum non αὐτῇ:& ita vetus interp.Ἰδίαν κίνησιν vocat quam philosophus παλίρροιαν.autor Epitomes homo non imperitus appellat σφαιρικὴν,eleganstissimè. Sic in sphæris κίνησις σφαιρικὴ vocatur ab Astrologis motus qui est vnicuíque proprius, & opponitur τῇ κινήσει τῇ διὰ τοῦ ἰσημερινοῦ.

¶PAG.37.ἡ μὲν γὰρ ἔφοδος τοῦ κύματος)Repetit illa, ὅτι προσφερόμενον ἔχει τινὰ βίαν πλείω.

ὥστε ἀποθεῖν τὸ ἀλλότριον) Idem sentit interpres Apollonij cuius hæc sunt verba in secundo commentario,τὸ δὲ κύματος παλίρρουν ἰλυώδης ἐστὶ τὴν ἰλὺν συμβαίνει τὸ χεῖρον ἐπὶ πολὺ προάγεσθαι.

κάθαρσιν τινὰ τῆς θαλάττης)Plinius libro secundo capite XCVIII. *Omnia plenilunio maria purgantur,quædam & stato tempore.Circa Messanam & Mylas fimo similia expuuntur in littus purgamenta.* Seneca Naturalium Quæstionum libro III.*Est in Chersoneso Rhodiorum fons qui post magnum interuallum temporis,fœda quædam turbidus ex intimo fundat donec liberatus eliquatusque est.Hoc quibusdam locis fontes faciunt,vt non tantum lutum aut folia,sed testas quoque,& quicquid putre iacuit expellant:vbique autem facit mare : cui hæc natura est,vt omne immundum stercorosumque littoribus impingat. Quædam verò partes maris id certis temporibus faciunt.*

ἡ τ' ἀναχώρησις)Leuis mẽda toti huic loco tenebras ita offudit vt viderint hîc nihil interpretes.Docuit modò vndarum ἐφόδῳ fieri vt limus& reliqua id genus è mari propellerentur: nunc ait,τὴν ἀναχώρησιν quæ contraria est ἐφόδῳ, non esse tantam,vt quemadmodum hęc foras trudit ita illa intro vel leuissimum quicquam admittere posśit.Quare legendũ ita cẽseo,ἡ δ' ἀναχώρησις οὐκ ἔχει τοσαύτην βίαν, ὥστε νεκρὸν ἢ ξύλον,ἢ τὸ κουφότατον φελλὸν ὡς ὑπὸ τοῦ κύματος εἰς γῆν ἀναβάλλεσθαι,οὕτω δὲ καὶ ἐκ τῆς πλησίον &c. Sequitur hinc vt limus nõ possit adire fundum maris nec eũ immutare,q Strato voluit. Sic lib.XIIII.Ephesino portu differẽs Geographus, postquam docuit deceptos fuisse qui ne oppleretur limo eum fecerant βραχύστομον vnde factũ est vt statim oppleretur antea verò inquit,ęstus maris impediebant ne limus fundum accedere posset:foras enim semper propellebãt. Αναχώρησιν igitur ἐφόδῳ facit contrariam. Thucydides verò ἀναχώρησιν κύματος vocat lib.III. τὴν ἐξορμησιν ἐπὶ τὴν γῆν.

ἐνδέχεσθαι προσχωσθῆναι τὸ πέλαγος πᾶν) Non dicit posse totum mare repleri limo,& ita complanari , non inquam hoc dicit : sed posse totum mare limo aggesto prætexi,si fluuiorum id mare ingrediẽtium,tanta esset vicinitas ,vt limus ab vno inuectus posset coniungi cum limo proximi fluminis. Περιχωσθῆναι fortasse rectius legeretur:quanquam parum in eo momenti.

κἂν τὸ Σαρδονικὸν πέλαγος)profert hoc exemplum maris altisśimi. Aristoteles autor est maria Σαρδονικὸν καὶ Τυρρηνικὸν omnium marium esse altisśima.

omnes

A τὴν αἰτίαν τοιαύτην ἀποδοχὴν) Postquam Stratonis euertit sententiam , suam nunc ipse explicat pluribus ac confirmat.

ἀναφυσήματα) Plinius egestas moles appellat , librò secundo capite LXXV.

ἐπὶ Βούρας)De Bura & Helice,consule Plinium,Pausaniam,alios. de Bizone Strabo lib. VII.

ἀπορρῶγα τῆς Ἰταλίας)vt magna pars autorum sentit.

ἀναβάλλεσθαι ὑπὸ τῆς Αἰτναίας πυρὸς) Pindarus de Ætna

B sic canit,

——ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέτρας
Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖαν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.

Virgilius, *Interdum scopulos auulsáque viscera montis*
Erigit eructans,liquefactáque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat,fundóque exæstuat imo.

ὥστε καὶ μαθηματικὸς ὢν) Lege vt rectè coniicit Xylander,καίπερ μαθηματικὸς ὢν. Sic solet Strabo & quid dicatur,& à quo attendere. Tale illud supra de Calli-

C macho καίπερ γραμματικὸς ὢν.vulgò καὶ μὰ μαθ.

ἐν τοῖς περὶ τῶν ὀχουμένων)Extat hodiéque (quanquam Latine tantum editus)hic liber.Sic libro XV. ταῦτα μὲν οὖν φυσιολογίας ἔχεται τινὸς, καὶ τῆς περὶ τῶν ὀχουμένων πραγματείας.

σφαιρικῆς ταυτὸ κέντρον ἐχούσης τῇ γῇ) Ait aquam & terram habere idem centrum. Mathematici in hoc distinctione vtuntur:Centrum enim esse volunt duplex,Grauitatis , & Magnitudinis. De centro igitur grauitatis hoc concedunt: De centro magnitudinis negant.

D τῆς ἀρχιτεκτονικῆς μέρος τῆς μαθηματικῆς)Vitruuius libro primo cap.primo de Architectura : *Ea nascitur ex fabrica & ratiocinatione,*hoc est,τῆς μηχανικῆς καὶ λογικῆς. Vide locum,& alibi.

φησὶ γὰρ καὶ Δημήτριον) Tentatum id non à Demetrio tantum, sed aliis quoque post eum.Plinius IIII.cap.IIII.*Quam ob causam perfodere nauigabili alueo angustias tẽtauere Demetrius rex,Dictator Cæsar,C.princeps, Domitius Nero,infausto,(vt omnium apparuit exitu)incepto.* De Cæsare id

E testatur Plutarchus,& Dio libro XLIIII.itémque Suetonius,De Neronis conatu historiam texunt Lucianus in cognomine dialogo,& in vita Apollonij Philostratus libro IIII.

κωλυθῆναι δ' ὑπὸ τῶν ἀρχιτεκτόνων) Ægyptij videntur fuisse hi architecti:ita certè eos vocat Lucian.eandẽ rẽ sic referens : ἔφασαν δὲ τοὺς γεωμετρήσαντας τὴν ἑκατέρας θαλάττης τῆς φύσεως,οὐκ ἰσοπέδους αὐτὰς συντυχεῖν,ἀλλ' ὑψηλοτέραν ἡγουμένους τὴν ἐκ τῆς Λεχαίου περὶ τῇ Αἰγίνῃ δεδοικέναι · πελάγους γὰρ τοσούτου νήσῳ ἐπιχυθέντος, κἂν ὑποβρύχιον ἀπενεχθῆναι τὴν Αἴγιναν.

F ¶PAG.38. περὶ τὴν ἀνάπαλιν τῆς σελήνης) Inde veterum opinio,Lunæ vi & potestate Oceanum hoc æstus pati. Vide Plinium, & Solinum. Apud M. Tullium Balbus Stoicus disputans mundum esse animantem *Posśentne,* inquit,*æstus maritimi fretorumque angustiæ ortu aut obitu Lunæ commoueri?*

ὁ δὲ χαλκιδικὸς ἑπτάκις))Si ἑπτάκις hic debet accipi, vt δὶς paullò ante,verè dixerit Mela Euripũ alterno cursu septies die ac septies nocte fluctibus inuicem versis fluere : idémque disertim ait Seneca Hercule Oetæo.

G Ego vero existimo eos qui primi de euripo ita scripsere aut locuti sũt finito numero pro infinito,vt fit,vsos. Habeo enim autorem Liuium qui ita sentit,cuius hæc sunt verba libro XXVII.*Et fretum ipsum Euripi non septies die sicut fama fert,temporibus statis reciprocat : sed temerè in modum venti,nunc hũc nunc illuc verso mari,velut mõte præcipiti deuolutus torrens rapitur.* Vt Liuio assentiar facit autorum incõstantia hac in re:dum alij septies, alij bis septies,alij sexies tantum ἐντὸς νυχθημέρου Euripi fluctus reciprocari volunt.Nam sexies etiam sunt qui dicant: Antiphilus Byzantius poeta elegantissimus,

Εὐβοϊκοῦ κόλποιο παλιρρύντη θάλασσα,
Πλαγκτὸν ὕδωρ ἰδίοις ῥεύμασιν ἀντίπαλον,
Ἠελίῳ κἂν νυκτὶ τετραμένη,ἐς τρὶς ἀπαστ

Πολλάκι

Ναυσὶν ὅσον πάντεσσι χῦμα διανιζόμενον,
Θαῦμα βίη, δαμέω ὅτι τὸ μυρίον, ὡς ἄν ἅπαντας
Σὺν σοφίη, ῥρῆτρα ταῦτα μέμηλε φύσει.

ὁ δὲ κατὰ Βυζάντιον ὡς ἂν μετεβάλλετο) Plinius, *Pontus semper extra meat in Propontidem, introrsus in Pontum nunquam refluo mari*: Idem libro IIII. cap. XIII. *Non est omittenda multorum opinio, priusquam digrediamur à Ponto, qui maria omnia interiora illo capite nasci non Gaditano freto existimauere, haud improbabili argumento: quoniam æstus semper è Ponto profluens nunquam reciprocetur.* Longè tamen aliter Polybius libro quarto, vbi & rapiditatem huius freti, & varias μεταβολὰς pluribus describit: Eum adi. Legendũ autem ἢ tantum, non ἀλλ' ἢ.

ὡς δὲ Γ' ὁ πατρὸς ἱστορεῖ καὶ μονὰς ἐποιεῖτο) Planudes cuius excerpta è Strabone quædam habui, videtur aliter legisse hunc locum: habet ille pro his, μονὴν δὲ ὡς ἐπι ποιεῖται. Sed ego lectionem vulgatam probo.

ὥστ' οὐχ ὅτι παλιῤῥοοῦντας) Conclusio est huius disputationis de fretorum παλιῤῥοίᾳ aduersus Eratosthenem, qui soli ἀνωμαλίαν huius causam esse volebat: & maris eiusdem aliam atque aliam esse superficiem fluminum ductus similitudine putabat: in quo errare eum docuit Strabo. Flumina namque propter catarractas possunt variam habere τὴν ἐπιφάνειαν: iidem tamen nunquam παλιῤῥοοῦσιν. Maris vero superficiem vnam esse & eandem necesse est, quum hæc sit quatuor elementorum natura, vt corpore rotundo prædita sint. Quare, inquit iam Strabo, si maria confluunt & sic est diuersa eorum superficies, ex iis quæ diximus intelligere est, non modo non posse freta hac ratione παλιῤῥοεῖν, sed ne in eodem quidem statu manere: omnino enim necesse erit, vt simul ac confluent maria, æquetur statim vtriusque superficies: Diligens lector superiora & sequentia cum his comparans facilè animaduertet hanc esse istius loci sententiam. Nam hoc ipsa disputationis series indicat. Legendum igitur censeo, ὥστε οὐχ ὅτι παλιῤῥοοῦντας, οὐδὲν ἔτι, ἀλλ' οὐδὲ καθεστῶτας καὶ μένοντας &c.

οὐ γὰρ ὥσπερ ἡ γῆ) Λύσις τῆς ἀντιπίπτοντος. Potuit aliquis dicere, Quemadmodum terra multa babet & quæ caua sint, & quæ promineant ac procuberẽt, quæ nihilominus tamen rotunda dicitur: sic & maris superficies altior aut depressior esse potest: Respondet, Terram quidem, cuius est solidum corpus, posse: Mare verò cuius corpus est fluxum, non posse.

ἀλλ' αὐτῇ τῇ κατὰ βάρος ῥοπῇ) Aquæ natura ea est, vt omnes eius partes ad centrum vergentes è sublimiori in inferiora perpetuò ferantur: Inferius autem est, ad quod à centro minor ducitur linea: hinc sequitur aquarum superficiem non posse aliam esse quam rotundam & vndiq; æquabilẽ: nõ igitur potest vt vult Eratosthenes, aliis locis eminere, aliis esse depressior: quin ne plana quidem esse potest. Plinius libro secundo capite LXV. *Contra quod vt sint plana maria, & qua videntur figura, non posse id accidere, magno suo gaudio, magnaque gloria inuentores Græci subtilitate Geometrica docent. Namque cum è sublimi in inferiora aquæ ferantur, & sit hæc natura earum confessa nec quisquam dubitet in littore vllo accessisse eas quò longissimè deuexitas passa sit, procuildubio apparere, quo quid humilius sit, propius centro esse terræ: omnesque lineas quæ emittantur ex eo ad proximas aquas breuiores fieri, quàm quæ ad extremum mare à primis aquis. Ergo totas omnique ex parte aquas vergere in centrũ: ideóque non decidere, quoniam in interiora nitatur.* Hæc Plinij disputatio etsi nõ eadẽ omnino est cum nostra, tamen huic loco lucis affert plurimum.

ἐπιφέρει δὲ τοῖς περὶ τῆς Αμμωνος) Pergit reliqua huius ἀποφάσεως Eratosthenicæ expendere: Sed hic contra quàm hactenus fecerat, tuetur eius partes eúmque à reprehensionibus Hipparchi deffendit: qui malè quędam Eratosthenis dicta accipiẽs, multa in sequentibus reprehenderat. Ac licet rectè pleraq; ab eo esset reprehẽsa: tamen, in eo peccauerat Hipparchus, quod quum principia quæ ab Eratosth. erãt posita, aut concessisset, aut non refutasset, quæ ille suis principiis superstruxerat euertere conabatur. Atqui oportuit ea prius euertere quibus ceu fundamentis reliquæ Eratosth. ἀποφάσεις innitebantur. Sic hodie, qui aduersus nouum philosophum disputant, antequam principia illa euerterint, quibus ille fretus bonas artes solus intelligit, frustra aliquid se præstitisse putant. Illa enim illa est πολυπίδακος ὕλη, Αφ' ἧς τὰ κουφὰ βλαστάνει βδελύγματα: hoc est furiosæ debacchationes aduersus præstantissimos quosque scriptores.

B ἀμφίβολόν ἐστιν) Non sanè quòd verbi συνάπτειν significatio ambigua sit: sed quod eã reddit ambiguam autorũ vsus. Proprie enim συνάπτειν dicitur, id quod alteri est coniunctũ, & aptum. Sed vsus obtinuit, vt συνάπτειν dicerentur loca vicina, vide ad lib. nonum.

φησὶν Ερατοσθένης) Lege φήσειε.

¶PAG. 39. τὸ κατὰ τὸ Λέχαιον) in sinu Corinthiaco, vt paullò antè dictum.

τὸ δὲ ὕδωρ ἐπὶ φύσεως) quod supra affirmabat Eratosthenes.

C ἐν χρόνοις φέρεται μνημονευομένοις) iis temporibus contigit, quorum res gestæ literarum monumentis continentur. Sic supra περὶ ἡμετέρας μνήμης. Eusebius autor est regnante Athenis Cecrope annum XII. conditam in Libya fuisse Cyrenen. Idem porrò annotat quarta Olympiade conditã à Therçis Cyrenen: qua de re lege Herodotum, Pindarum, Apollonium, & Callimachum.

πλεῖον ἢ ἀπὸ θαλάττης διέχοντας τῶν τριχ.) Restitui veram lectionem ex libris veteribus πλεῖον τῶν τρισχιλίων σταδίων ἀπὸ θαλ.

D ἀλλὰ τἀναντία ἀπὸ τῶν ὑπὲρ τῆς Αδρίου ὀρῶν) De Danubij fontibus vide libro septimo.

Κοινὴν δέ τινα τῶν περὶ αὐτοῦ) Aristoteles in hoc errore versatur, cuius sunt, φασὶ δὲ τὸν Ἴστρον ῥέοντα ἐκ τῶν Ερκυνίων καλουμένων δρυμῶν σχίζεσθαι, καὶ τῇ μὲν εἰς τὸν Πόντον ῥεῖν, τῇ δὲ εἰς τὸν Αδρίαν. & iterũ lib. VIII. in historia animaliũ de piscẽ loquens, quem τριχίαν vocat, οὗτοι μόνοι ἀναπλέουσιν εἰς τὸν Ἴστρον, εἶθ' ᾗ σχίζεται, καταπλέουσιν εἰς τὸν Αδρίαν. Fuit & Theopompus in hoc errore, vt testatur Strabo lib. VII. Consule Plinium lib. III. cap. XVIII.

E ἀφ' οὗ καὶ τὸ τοῦ Ἴστρου) Iustinus libro XXXII. *Istrique ex vocabulo amnis, quo à mari concesserant, appellati.*

καὶ τὸν Ἰάσονα ταύτῃ πεπλευκότα) Timageti sententiam fuisse ait Scholiastes Apollonij Danubium ortũ è Celticis montibus lacum quendam earundem regionum ingredi indéque egressum scindi in duas partes ac harum quidem partium alterã ad Pontum properare: alteram verò in mare Celticum (Adriaticum opinor intelligebat) deferri. Argonautas igitur isto Istri brachio vectos in Tyrrhenum mare peruenisse. Timagetum sequutus

F est Apollonius, vt supra indicauimus. Iustinus vero hac de re sic scribit. *Istrorum gentem fama est originem à Colchis ducere, missos ab Aeta rege ad Argonautas, raptorísque filiæ persequendos: qui vt à Ponto intrauerunt Istrum, alueo Sabi fluminis penitus inuecti, vestigia Argonautarum insequentes, naues suas humeris, per iuga montium, vsque ad litus Adriatici maris transtulerunt, cognito, quòd Argonautæ idem propter magnitudinem nauis priores fecissent.* Diodorus vero Siculus lib. IIII eos reprehendit qui hanc de reditu Argonautarum sequerentur sententiam: duos enim fluuios eius-

G dem nominis malè ab ipsis confundi: Atque hoc tum demum fuisse exploratum quum à Romanis Istri fuere subacti.

Περὶ δὲ τῆς ἀγνωμοσύνης) Sequitur digressio ab instituta cum Eratosthene disputatione. Digressionis ratio & occasio hæc. Quæsitũ fuerat ab Eratosthene quænam esset causa cur è multis locis mare recessisset, quæ ab eo quondam fuisse occupata certis indiciis possit intelligi: & contra. Atque ille quidem alias causas protulerat de quibus supra vidimus. Strabo hæc αἰτιᾶται: diluuia nimirum, terræmotus, ἀναφυσήματα, καὶ ἀνοιδήσεις τῆς ὑφάλου γῆς: quæ vt non sæpè accidunt, ita quando eueniunt terræ faciem mirum in modum innouant. Ne videretur autem frustra has causas assignare Geogra-

phus, quum hæc aut nunquam aut ratò eueniant placuit horum exépla congerere antequam hunc sermonem περὶ τῶν τῆς γῆς μεταχωματισμῶν finiret: πρὸς τὸ ἀθαυμαστεῖν, inquit, hoc est, vt desinât mirari homines in historia minus versati similia quàplurima quę in sequétibus libris reperientur. mirari inquã & ἀπιστεῖν: Nã vtrũque imperiti facere sueuerunt. Enimuero quia passim vt dixi huius generis quam plurima in sequentibus libris occurrent, cómodum ac pene necessariũ fuit fidé semel istis facere, ne subíde cogeretur quoties talequid narrandum esset, similium exemplorum congerie rei nouitaté excusare. Multas auté eiusmodi mutationes sępe contingere, quæ terrę faciem mirè immutent, nemo potest ignorare, qui vel eorum quæ nostra memoria contigerunt fuerit ἐν ἀπείρῳ. Possum referre tristissimũ & recentissimum exemplum pagum Hybornæ, in ditione Bernensium: qui post varias terræ conquassationes, tandem à monte propinquo totus est obrutus & opertus: ita vt quo loco paullò anté quam hæc scriberem pagus fuit, nunc sit campus. Aberat mons ille à pago qui est absorptus, duo pass M. aut etiam amplius: Sed neque locorum interuallum, neque vallis media ruentis montis impetum tardare aut impedire potuit. Porrò hos μεταχωματισμοὺς intelligebat Ptolem. τετραβ. lib. I. cap. V. quum exponens causas, cur τοῖς ἐγγυτέροις τῶν ἰσθμῶν, nos præcipiat μᾶλλον προσέχειν ita scriberet, ἔνια δὲ καὶ αὐτὰ τῶν ἄλλων ἔχει ὃ προσηκεῖ, διὰ τὰς ἐν τοῖς κατὰ καιρὸν ὑπερβολὰς φθορὰς ἢ μεταβολάς. Nam quod magni viri hæc interpretantur de mutationibus regnorum & satrapiarum: planè est à mente Ptol. alienum: ne dicam ineptum. Addit autem Ptolem illa verba, κατὰ μέρος prudenter. Nam etsi in terræ partibus magna cernitur mutatio nihilominus tamen eius ὅλης ὡς καθ' ὅλα μένει ἀμετάβλητος, sempérque eadé manet. Plinius lib. II. cap. LXXX. omnes istiusmodi μεταβολὰς καὶ μεταχωματισμοὺς his verbis est complexus. *Varie itaque quatitur [terra] & mira eduntur opera, alibi prostratis mœnibus, alibi hiatu profundo haustis, alibi egestis molibus, alibi emissis amnibus, nonnunquam etiam ignibus calidisue fontibus, alibi auerso fluminum cursu.* Quid mirum autem terram mutationibus esse obnoxiam, quum cæli ipsius statum ac qualitatem censuerint nobilissimi veterum astrologi longo æui situ mutari? Hipparchi fuit ea sententia, & aliorum. Vide Columellam.

καὶ ὅτι Πελοποννήσου) καὶ Πελοποννήσου. Sed operæ, Aldi codicem sunt secutæ: malè.

Ἀνὰ μέσον γὰρ Θήρας καὶ Θηρασίας) Ait inter Theram & Therasiam esse insulam exortam. Id verò non semel contigit. Plinius libro II. cap. LXXXVII. *Inter Cycladas olympiadis CXXXV. anno quarto, Thera & Therasia: Inter easdem post annos CXXX. Hiera eadémque Automata. Et ab ea duobus stadiis post annos CX. in nostro æuo M. Iunio Syllano, L. Balbo Coss. ad VIII Idus Iulias, Thia.* De ea qua de hic sermo, Iustinus libro XXX. sic scribit. *Eodem anno inter insulas Theram & Therasiam, medio vtriusque ripæ & maris spatio, terræ motus fuit: In quo, cum admiratione nauigantium, repente ex profundo cum calidis aquis insula emersit.* De altera lege Senecam Quæstionum naturalium libro VI. cap. XXI. & Chronologos.

κατ' ὀλίγον ἐξαιρομένη) Vulgata lectio ἐξαιρομένη, sed ita cum vett. legendum.

ἐπιχεῦσαι) Manuscr. ἐπιχεῦσαι.

διέχουσα σταδίων δ' ἀπέχουσα) Posterius exorta, XXX. stadiorum fuit.

Ῥόδιοι θαλασσοκρατοῦντες) Nam hæc contigêre quo tempore bellum Macedonicum gesêre Romani cum Philippo: tunc autem maxima erat Rhodiorum potentia.

Ποσειδῶνος Ἀσφαλίου) Hoc nomine multis locis colebatur Neptunus. Consule Pauſ.

¶ Pag. 40. τοῦ Φοινικικοῦ φησὶ Ποσειδώνιος) Seneca de Sidone ex eodem Posidonij loco, libro sexto Natur. Quæst. cap. XXXIIII.

καὶ αὐτῆς δὲ Σιδῶνος) Sidonem terræ motibus sæpius fuisse conquassatam testantur historiæ.

ἀλλ' ἐκ ἀθρόον) Talis Ferrariæ paucis anté annis conquassatio.

μετρίως δέ πως) Non igitur terræmotum intelligit, qui in Syria contigit Tigrane eam obtinente, de quo Iustinus libro XL. *Sed sicut ab hostibus tuta Syria fuit, ita terræmotu vastata est, quo centum septuaginta millia hominum & multæ vrbes perierunt.* Sed Syriam terræmotibus esse obnoxiam alibi disputat hic noster.

καὶ τὴν Εὐβοίαν) Strabo lib. decimo autor est Eubœam esse σεισμόν.

Σίπυλος κατεστράφη κατὰ τὴν Ταντάλου βασιλείαν) Sipylum intellige montem, non vrbem. Plinius libro II. cap. XCI. *Ipsa se comedit terra: deuorauit Cybotum altissimum montem, cum oppido Curite, Sipylum in Magnesia, & prius in eodé loco clarissimam vrbemque Tantalis vocabatur.* Meminit & Aristoteles Μετεωρολ. libro secundo.

ἐξ ἑλῶν λίμναι ἐγένοντο) Lacus in Phrygia isto modo sæpius nati. Nicolaus Damascenus apud Athenæum testatur tale quid temporibus Mithridatis contigisse. Περὶ Ἀπάμειαν ait, τὴν φρυγιακὴν κατὰ τὰ Μιθριδατικὰ σεισμῶν γενομένων, ἀνεφάνησαν περὶ τὴν χώραν αὐτῶν λίμναι τε αἳ πρότερον οὐκ οὖσαι, καὶ ποταμοὶ, καὶ ἄλλαι πηγαὶ ὑπὸ τῆς κινήσεως ἀνοιχθεῖσαι· πολλαὶ δὲ καὶ ἠφανίσθησαν.

ὁ δὲ Φάρος) De Pharo & Tyro suis locis. Ouidius Metamorph. XV.

Fluctibus ambitæ fuerant Antissa Pharósque
Et Phœnissa Tyros, quorum nunc insula nulla est.

αἱ περὶ Ὄσσαν διαστάσεις) Διαστάσεις dicuntur quæ discessionem siue hiatum faciunt. Apollodorus libro primo, de diluuio Deucalionis ... καὶ τὰ κατὰ Θεσσαλίαν ὄρη διέστη. *Tunc*, inquit, *diremptis sunt montes Thessaliæ*. Ossa scilicet ab Olympo. Seneca, *Si velis credere aiunt aliquando Ossam Olympo cohæsisse, deinde terrarum motu recessisse.* At Apollodori interpreti viro alioquin docto multum illi montes debent, per quem facti sunt diluuij immunes.

Τὸν Πειραιᾶ νησιάζοντα πρότερον) Plinius libro secundo autor est Piræeum aliquando quinque millium passuum interuallo afuisse à portu Atheniensium: postea autem, maris recessu continenti fuisse adiectum. vide Suidam in Εὐβοϊκοὶ εἰμί. Notabis analogiam vocis νησιάζειν, pro νησίζειν. Sic καὶ ὑψάζειν & παρασημαζειν aliaque id genus.

πολλὰ τῆς Ἀττικῆς) vide initium libri noni.

οὕτως φασὶν ὀνομασθῆναι ἀπὸ τῆς διασπορᾶς inquiunt Grammatici: malim, ἀπὸ τῆς σποράς.

ἐν Λευκάδι) vide librum decimum.

ὅθεν τὸ πρὸς Συρακούσαις νῆσον) Nasum vocant: quæ prius Ortygia fuit appellata, vide ad librum sextum.

πρότερον δὲ χέρσος ὥς φησιν Ἴβυκος λογαίων λίθων ὃν καλεῖ ἐκλεκτόν) Vocat λογαίων λίθων quem Ibycus, ἐκλεκτόν, & quem Thucydides λογάδην λίθων, id est, minorum, qualis est littorum glarea. χέρσον Græci vocant. Glossarium *Glarea*, τό πε. χέρσος. λιθώδης, καὶ χέρσος. Lege, *Glarea*, χέρσος, τὸ πλῆθος λιθώδης. Quare Ibycus alio loco χέρσον vocauit quod hic λίθον ἐκλεκτόν. Verba Ibyci sunt hæc, παρὰ χέρσον λίθινον

τὸν παλάμαις βροτῶν.
πρόσθε νιν πίσσα Νηρεΐδων
ἰχθύες ὠμοφάγοι νέμοντο.

Ita enim esse legendum alibi docemus. Dicitur & χέραδος poetis huiusmodi calculorum congeries.

ὑπὸ κυμάτων καὶ χάσματος) Vtramque vndis submersam scribunt: vt poeta quem citat Philo Περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. libro singulari hãc historiam descripserat Callisthenes. Vide Senecam Nat. Qu. VI.

τὴν ἐν τῷ Ἑρμιονικῷ κόλπῳ) Hoc addit ne quis putaret intelligi Messeniæ oppidum eiusdem nominis. Methonæ enim duæ à Strabone memorantur in ea Peloponessi ora: altera omnibus nota in sinu Messeniaco, altera minus cognita quam ait hîc fuisse in sinu Hermionico lib. auté VIII. inter Troezenem & Epidaurũ: vide locum.

¶ Pag.

¶PAG.41. ὅτι Ἀφνεὰ τῷ ... Hæc quotundam fuit sententia: Alij locum poetæ putabant corrigendum, vt Zenodotus, qui legebat Ἀσκανίων: alij Τεῖσαι vide libro IX.

Ἀφνεὰ ... Βιστονίδος δ' ἡ τῶν Ἀφνεῖδος λίμνη) Magnus error interpretis, putantis dicere Strabonem Bistonin lacum nunc Aphnerin appellari. in quo errore bene de his studiis meritum Ortelium video versari. Atqui Bistonis lacus in Europa est: Aphneris in Asia. vtriusque tamen lacus accolæ, gentes Thracicæ. Thraces enim loca circa Abydum in Asia occupauerant: autor Strabo libro XIII. Ἀφνεαὶ δ' ὑπὸ τῆς Ἀφνῖτιδος λίμνης ... καὶ Δασκυλῖτις.

μία τῶν Ἐχινάδων νήσων ἤπειρος γέγονε.) At Thucydides putare se ait, futurum vt breui tempore omnes illæ insulæ continenti adiungantur, iamque aliquot ex illis id contigisse. Rationem deinde affert, τὸ πρόχωσιν, τὸ Ἀχελῷον: qua de re sic Herodotus Euterpe, ὥσπερ ἥ γε Ἀχελῷος (de Acheloo loquitur) ῥέων διὰ ... τῶν Ἐχινάδων νήσων τὰς ἡμίσεας ἤδη ἠπείρους πεποίηκε. Sed vide locum Thucididis in fine libri secundi: a quo cū nihil variet Strabo libro decimo, mirot quod de vna hic scribit Plinius verò inuectu Acheloi, non cōtineuti annexas, sed natas scribit Echinadas lib. II. cap. LXXXV.

ἀλλ' ὅλον αὐτὴν ποιεῖν) Hac de re satis multa Porphyrius, quem consule. Inde scite licet cur dicat obscuram esse hanc quæstionem.

ὥσπερ καὶ ... Sic loquitur Aristoteles Μετὰ τὰ φυσικὰ lib. pri. ... εἰδέναι ... ἐν ... ζητεῖν.

ὁ δ' Ἀντισσα) Ouid. vt modo retulimus.

Fluctibus ambita fuerant Antissa.

τὸ Λέσβου ... Lycophron.

... Λαμψακηνοῦ.

... Ἡ ... De his libro VI. vbi de Rhegio. Libro autem quinto Prochyta dicitur esse ἀπόσπασμα Pithecusarum. De Ladone ad octauum, vbi res pluribus narratur.

Δοῦρις δ' τὰς Ῥαγάδας) Duridem Samium opinor intelligit, celebrem historiographum: cuius præter alios etiam M. Tullius meminit in Epistolis ad Attic. Vixit patriæ suæ tyrannus Theophrasto Athenis docente: quem Duridis frater Lynceus, qui & ipse multa scripserat, audiuit: autor Athenæus. De Rhagadibus vide Stephanum, & infra lib. XI.

... τὰς Κασπίας πύλας) Vetus lectio semper Καππίας.

ἐν Ὀμφάλη Σατυρικῷ) Legendum videtur Σατυρικῇ vel Σατυρικῷ videlicet δράματι. Diogenes enim Laertius fabulæ cuiusdam meminit cui titulus Omphale Satyrica: quam ille Achæo non Ioni tribuit: & ita Athenæus Ἀχαιὸς δ' ὁ τραγικὸς ἐν Ὀμφάλῃ ... αὐτοῖς ... τοὺς Σατύρους ... Scripserat & Ion Omphalen: eamque Satyricam, vt quidem puto. Porrò quid sit apud tragicos fabula Satyrica tum è veteribus Grammaticis notum esse potest: tum è summi viri Cæsaris Scaligeri libris De Poetice.

ἐκ τῆς ... κτῆμα.

... Κρῆτα πορθμόν) Locum hunc deprauatum esse monere possum, emēdare non possum fine ope codicū.

ταῖς Λιχάδων νήσοις) Lichades insulæ vocantur tres illæ paruæ quæ antè Cenæū Eubœæ promontoriū sitę sunt: de quibus libro IX. Ibi & de Ædepso, de Oreo, de Echino ac Phalaro, & reliquis hic nominatis locis.

Ἐχῖνόν τε καὶ Φαλαρα) Scribo Φαλάρα ex libro nono, aut potius Φαλαρόν cum veteribus codicibus, quam lectionem confirmat Stephanus.

¶PAG.42. Ἀταλάντης τὰ πρὸς Εὐβοίᾳ) Atalantæ duæ fuerunt paruæ insulæ: altera Plyttaliæ & Piræeo vicina, altera in ea Euripi parte quæ Opuntem diuidit ab Eubœa quæ in Ptolemæi tabulis malè notatur. Sed de Atalanta plura ad librum nonum.

Προσθεῖσα δ' ἂν καὶ τὰς ἐκ τῶν μετανάσταν μεταβολάς) In sequentibus libris rerum quàm plurimarum continetur narratio, quæ & miræ videri, & non facilè credi possint.

A sint. sunt autem hæ duorum generum: vel enim ad ipsam terræ formam, vel ad eius incolas pertinēt: vtrasque τῆς παρεκβάσεως ... hac digressione voluit: de his hactenus: nunc de his agit.

ἡ ... Δημόκριτος ... θαυμαστὸν) Democritus τὸ πάθος dicebat esse τὸ ἀθαύμαστον animi tranquillum & ab omni perturbatione alienum statum. Ait autem ... quia mirificis laudibus hæc ... à Democrito commēdabatur, quā etiam εὐεστὼ & ἀθαμβίην, & aliis multis nominibus in-

B quit Laertius appellabat: non secus ac solent poetæ Deos in hymnis πολυωνύμους appellare, ac multis nominibus insignire. Vide & Clementem ... libro secundo.

καὶ ... φιλοσόφοις ...) Atqui Plato philosophis hoc πάθος vehementer conuenire ait, τὸ θαυμάζειν, eoque aliam philosophiæ fuisse ἀρχὴν quàm hanc. Præceptorem sequitur Aristoteles, διὰ τὸ θαυμάζειν ait, οἱ ἄνθρωποι καὶ νῦν καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν. Non igitur omnibus philosophis probatur ista ἀθαυμαστία. & nihil

C admirari: facilis responsio. Ἀθαυμαστία duplex est, vt & causa vnde illa oritur est duplex. Nam vel ab animo proficiscitur ignauo, qui res omnes paruas magnas suas déque habeat, nec oculos vnquam ad τὰ μεγάλα τοῦ ... adiecerit: vel ab eo cui rerum causæ sunt cognitæ, & cui exemplorum copia instructo, nihil ... est aut nouū: illa pecudis est nō hominis: hæc philosophi propria, & eius, qui fœlix potuit rerū cognoscere causas.

Οἱ ... Ἴβηρες ...) Ait disertè Iberes Asiaticos ab Iberis occidentalibus esse profectos. Fallitur

D igitur vir eruditus qui vnum Priscianum huius sententiæ autorem agnoscit: quod miror ei viro excidisse Dionysius,

Τῶν δ' ... Ἴβηρες
... Πυρήνηθεν ... ἀφίκοντο.

Appianus refert, quosdam existimasse Iberes Asiaticos Europæorum ἀποίκους fuisse, quosdam contra ... alios verò, solum ... quorum sententiæ vt accedam faciunt quæ subdit ... γλῶσσα. Et Strabo ipse ab horum sententia non ita fuit alienus, vt

E ex libro XI. constat.

... Χερρόνησος ... Ἀραβίας ...) Praua lectio. Scripserat Strabo, ... Ἀραβίας. Non sinit nos dubitare hoc affirmare initium libri XI. vide tabulam Asiæ Ptolemaicam III.

ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ) Intelligit quas paullò post appellat Αἰγυπτίων ... in Æthiopia. Colchos autem ab Ægyptiis trahere originem omnes veteres sunt opinati: quàm verè aliàs viderimus.

Ἐπὶ ... Παφλαγονίας) Ex allorū loquitur sententia.

F Ipse lib. XIII. ait se aliter sentire de Venetorū origine.

... Δάνων) Videtur esse Δάνων Stephani: apud quē legendum fortasse, ... ἔθνος ...

Τευκρὸς ὁ Ἀιδώνιος) Huius meminit etiam libro XV.

Ἀ... δ' τοὺς αὐτοὺς) Lege τοὺς αὐτοὺς, scilicet Cimmerios. Callimachus de Lygdamide,

...
... Κιμμερίων ...
... Ἰνάχιον.

G καὶ Σάρδεις εἶλεν) Videtur & Ephesum cepisse, licet aliter Callimachus. Vide Hesychium.

Ἐπάνειμι δ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς) Redit ad reliqua libri primi Eratosthenis. Quæstio est de loco Herodoti, vbi Hyperboreos non esse ita negare videtur, quod multi sint Hypernotij: in quo dicebat Eratosthenes peccasse Herodotum, tam in ratione disputandi, quam in re ipsa. In illa, quia non sequitur si nulli sint hyperootij ergo nulli hyperborej: quemadmodum non sequitur, si nulli sint ... ergo nulli erunt ... In re præterea peccasse eum dicebat: Esse enim re vera quosdam hypernotios, hoc est vltra illa loca vnde flat Notus. Sic Eratosthenes. Strabo autē ad priorē reprehensionis Eratosthenis partem nihil respondet: in altera docet errare ipsum ac labi vehementer, cum enim Auster

Auster ab ipso meridiei cardine censeatur spirare, fieri non potest vt sit aliqua regio quæ austro careat, sitque austro meridionalior. Deinde docet in quo potius reprehendi debuerit Herodotus, in eo nimirum quod vocem à poetis primum confictam ὑπερβόρεοι male accepérit, quum posset commodius exponi.

μηδ' εἶναι Ὑπερβορέους εἰ) ἐναντίως) Atqui Herodotus longè modestior: nihil enim affirmat, *εἰ δὲ* inquit, *εἰσί τινες Ὑπερβόρεοι ἄνθρωποι, εἰσὶ καὶ Ὑπερνότιοι ἄλλοι*. Nititur sententia Herodoti hac ratione. Hyperborei & Hypernotij contrariorum rationem obtinent. Contrariorum autem hæc est natura, vt quod sit vnius *δεκτικὸν*, alterius etiam esse possit: estq; hic locus à philosopho tractatus Topicorum libro secundo. Quare si ea est terræ figura vt sint aliqui Hyperborei, ergo erunt & Hypernotij. Sed in eo fallebatur Herodotus, quod etsi τὸ αὐτὸ τῶν ἐναντίων est *δεκτικὸν*, tamen non est necesse, vt altero posito, ponatur & alterum, quod philosophus ita docet, *τῶν ἐναντίων οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἂν θάτερον ᾖ, καὶ τὸ λοιπὸν εἶναι*. Simillima Thucydidis ratio, Homerus inquit, *βαρβάρους οὐκ εἴρηκε, διὰ τὸ μηδὲ Ἕλληνάς πω ἀντίπαλον εἰς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι*.

φασὶν εἶναι τὴν ἀπόδειξιν καὶ ἡμῖν) Lego *ἴσην καὶ ἡμῖν*, alioquin τὸ καὶ erit inducendum.

τῷ σοφίσματι τούτῳ) Sophismatis huius exemplum illustre apud M. Tulliũ De natura Deorum libro primo. *Et ait, quoniam sit natura mortalis, immortalem etiam esse oportere. Isto modo, quoniam homines mortales sunt, sint aliqui immortales: & quoniam nascuntur in terra, nascantur & in aqua: & quia sunt quæ interimant, sint quæ conseruent.*

μηδὲ γὰρ ἐπιχαιρεκάκους, Egregia argumentatio: quia ἐπιχαιρέκακος nemo vocatur, ergo nemo est ἐπιχαιρέκακος: hoc perinde est ac si quis diceret neminem esse virtute præditum: quia nemo appellatur virtuosus, siue ἀρεταῖος, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, vt à κακία κακός. Nam σπουδαῖος recentiorum est philosophorum vox: σπουδαῖος autem ἀπὸ τῆς ἀρετῆς nõ dicitur παρωνύμως. Atqui verissimè docet philosophus, idq; sæpe repetit, multa esse πράγματα, quibus non sit κείμενον ὄνομα, veritas autem τῶν εἶναι ἢ μὴ, non ἀκολουθεῖ τῷ λέγεσθαι sed contra. Quis autem dubitat esse qui alienis bonis gaudeat? Ait Cyrus apud Xenophontem de Chrysanta, ὅστις τοῖς ἐμοῖς καλοῖς μᾶλλον ἐμοῦ ἀγάλλεται καὶ ἥδεται. Nunquid ergo potuit Chrysantas dici ἐπιχαιρεκάγαθος? tam rectè sanè quàm rectè paullò post dicitur χαίρων ἐπὶ τοῖς Κύρου ἀγαθοῖς.

κατὰ γοῦν τὴν Αἰθιοπίαν) Nunc docet quomodo in re ipsa peccarit Eratosth.

ἀλλὰ καὶ κατωτέρω) In regionibus Septentrioni propioribus. Plinius libro primo refert, ventos austros in Ægyptum non penetrare.

θαυμαστὸν δὲ) Respondet Eratostheni.

εἰ δ' ἄρα, τῷ Ἡροδότῳ) Videtur legendum Εἴπερ ἄρα τοῦ Ἡροδότου. Si qua fuit Herodoti culpa, hæc fuit.

παρ' οἷς ὁ βορέας οὐ πνεῖ) quasi dicti essent Hyperborei, οἱ ὑπὲρ & ἐπέκεινα τοῦ βορέα. Pindarus verò etiam apertius hanc nominis huius rationem sequitur, Olympionicarum Od. III.

τὰς μετέπειτ', ἤδη τερπνὰν χθόνα,
πνοιᾶς ὄπιθεν βορέα
ψυχροῦ.

Pausanias autem Ἠλιακ. primo refert, primum omnium Olenem Lycium dixisse esse quosdam homines, *οἳ ὑπὲρ τὸν ἄνεμον οἰκοῦσι τὸν Βορέαν*.

οἵ τ' ἐξηγούμενοι) Lego *οἵ γ' ἐξηγούμενοι*.

Ὑπερβορέους τοὺς βορειοτάτους) hac forma multa vulgò à poetis vsurpantur. ὑπέρπικρος Sophocli est πικρότατος, ὑπέρξηρος ξηρότατος. Æschylo autem ὑπέρβορος τύχη est fortuna quæ flet admodum secunda.

¶Pag. 41. *Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ*) Transit ad secundum Eratosthenis librum. Capita pręcipua eius libri in quę inquirit sunt hæc. Primum, De totius terræ dimẽsione. Secundum, De dimensione latitudinis & longitudinis τῆς οἰκουμένης. Tertiũ est de orbis habitati diuisione. Perstringit & alia quædam leuiora.

οἱ ὕστερον δ' ἐπαινοῦσι τὴν ἀναμέτρησιν) vt Plinius libro II. cap. CVIII. de Eratosthene scribens. *Improbum ausum, verum ita subtili computatione comprehensum, vt pudeat non credere.* Paullò post. *Vniuersum autem hunc circuitum Eratosthenes in omnium quidem literarum subtilitate, & in hac vtique præter cæteros solers, quam cunctis probari video.* Sed alia profectò Strabonis mens vt ex iis quæ sequuntur licet intelligere: Quare omnino legendum esse censeo, *οἱ δὲ τηλικαύτην ἡλικίαν αὐτοῖς εἴρηκεν, οὐχ ὁμολογοῦσιν οἱ ὕστερον, οὐδ' ἐπαινοῦσι τὴν ἀναμέτρησιν*. Nam auulsum esse τὸ, οἱ ὕστερον ab ὁμολογοῦσι, etiam pueri possunt animaduertere. Sic mox ὁμολογοῦσι καὶ οἱ ὕστερον. Eratosthenicas porrò orbis dimẽsiones à posterioribus scriptoribus fuisse reprehensas quis neget affirmante M. Tullio? verba eius scribentis ad Atticum. *Etenim Geographica quæ constitueram magnum opus est. Ita valdè Eratosthenes quem mihi proposueram à Serapione & ab Hipparcho reprehenditur. Quid censes si Tyrannio accesserit?* Idem ex Vitruuij libro primo liquidò apparet. Sed quid aliorum testimonio opus est, quum Strabo ipse μετεωρολογικὴν φανερῶς ἀφεὶς ita clamet se scripsisse? Sic ille libro sequenti repetens quæ hic dicuntur, *Τούτοις συνῳδά πως ἐστὶ καὶ τὰ ὑπὸ Ἱππάρχου λεγόμενα· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ὑποθέμενος τὸ μέγεθος τῆς γῆς ὅπερ εἶπεν Ἐρατοσθένης ἐντεῦθεν δεῖν ποιεῖσθαι τὴν τῆς οἰκουμένης ἀφαίρεσιν· οὐ γὰρ πολὺ διοίσειν πρὸς τὰ φαινόμενα τῶν οὐρανίων καθ' ἑκάστην τὴν οἴκησιν οὕτως ἔχειν τὴν ἀναμέτρησιν, ὡς οἱ ὕστερον ἀποδεδώκασι.*

ὅμως δὲ πρὸς τὰ) Licet non probarentur Hipparcho pleraque eorum quæ dicta sunt ab Eratosthene: tamen quantum ad σημείωσιν τῶν κατὰ τὰς οἰκήσεις ἑκάστας φαινομένων, vsus est Hipparch. iis quæ docuerat Eratosth. & eius dimensiones secutus est: non quod putaret in his nihil eum errasse: animaduertebat enim peccatum esse ab eo in notandis meridianis Meroes Alexandriæ, & Borysthenis: sed quia putabat parum referre, vtrum Eratosthenem an alios sequeretur, in hoc quidem argumento in quo versabatur Hipparchus. Hæc plana erunt è superioribus Strabonis verbis.

πρὸς τὴν σημείωσιν) ex hoc opere retulit quędam Strabo lib. sequẽti. Nec periit prorsus Hipparchi liber ille.

Ἑξῆς δὲ τὸ πλάτος τῆς οἰκουμένης ἀφορίζων) Caput est aliud Eò autem tota sequens Strabonis disputatio redit, vt doceat Eratosthenem peccasse in eunda ratione τοῦ πλάτους τῆς οἰκουμένης. Causa errandi fuit Eratostheni Pytheas Massiliensis. Nam cum rectè sentiret Eratosthenes longitudinem terræ cognitæ altero tanto latitudinem excedere, quia Pytheæ fidem habens sibi persuaserat longè latiorem eam esse quam esset re vera, coactus postea est, vt illud seruaret διπλάσιον εἶναι τὸ μῆκος τοῦ πλάτους, coactus inquã est Eratosthenes in longitudinis dimensione multa à veritate aliena cõminisci.

ἀπὸ τοῦ δι' αὐτῆς μεσημβρινοῦ) Quis non miretur interpretem rerum mathematicarum peritissimum hãc lectionem ferre potuisse? Ego verò, licet τῶν μαθημάτων μόνον ἀψάμενος, tamen facilè intelligo stare hanc lectionem non posse: nisi quis fortasse putet meridianum in sphæra circulum ab ortu duci ad occasum. Nam hæc sibi vult ista egregia lectio. Sed locus profectò est corruptus. Legendum est, ἀπὸ τοῦ δι' αὐτῆς παραλλήλου. Erroris causa fuit, quod librarij hanc vocem non scripserant sed ita notarant ⩧ quod apud Ptol. plurib. in locis occurrit. Hanc igitur notam cum non intelligeret aut malè intelligeret (quæ deterior est ignorantia) exscriptor, pro παραλλήλου scripsit μεσημβρινοῦ. Multa id genus peccata in optimis quibúsque scriptoribus, & docti viri sæpe obseruarunt, & nos si Deus nostris studiis fauerit aliás detegemus. Nunc vno exemplo erimus cõtenti. Legitur in Epitome Stephani voce Αἰγαῖον, campum Phocidis ad Cirrham Ægæum appellari: deinde additur, λέγεται παρὰ αἶγα ποτὲ φερομένην ὑπὸ τοῦ ἀπὸ τοῦ Πύθωνος ὄρους, quæ lectio admodum mirifica est & suauis. Fluuium enim in capram facetè transmutat. Scripserat verò Stephanus παρὰ Αἰγαν ποταμὸν φερόμενον, vbi similis

milis ſuperiori error. Nam librarius hanc notam ποτ̑ quæ ποταμὸν ſignificat (vt ſæpe apud Ptolem.) non intelligens, ποτὶ ſcripſit & αἶγαι in αἶγα deinde commutauit. At Euſtathius locum Stephani deſcribens non aliter legit. Porrò notis prius ſcriptum fuiſſe hunc locum facile ſibi perſuadebunt, qui ſciunt hæc artis, vt ſic dicam, vocabula, nõ niſi notis ferè ſolita exprimi. Habeo ego plurimos ſcriptores Græcos manu ſcriptos, in quibus pro ἥλιος plerunque reperies aſtrologorum hanc notam ☉ pro σελήνη iſtam ☾ & alia eius generis. Atque hæc quidem probabiliter dici poſſunt: Puto tamen minori facta mutatione legendum eſſe ἐπὶ τοῦ δι᾽ αὐτῆς μεσημβρινοῦ. Nã latitudinis μέτρον eſt ſegmentum meridiani circuli inter parallelos. Sic loquitur Ptolem. Geogr. libro primo, κατὰ δὲ τὸ πλάτος, ὁ δι᾽ αὐτῆς γραφόμενος παράλληλος ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπὶ τοῦ μεσημβρινοῦ, & alibi. Sed & Strabo quoq; libro 11. in ſimillimo loco, ἀκολουθεῖ τὸ ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπὶ τοῦ δι᾽ αὐτῆς μεσημβρινοῦ ἐπὶ τὸ ἀρκτικὸν ὄρος πλείους εἶναι τῶν ἑξακισχιλίων. Quare dubio procul hîc quoque ſic legendum.

μέχρι Ἀλεξανδρείας μυρίους) Stadiaſmus Eratoſthenis eſt huiuſmodi,

A Meroe Alexandriam ſtadia	10000.
Ad Helleſpontum	8100.
Ab Helleſponto ad Boryſthenem	5000.
Inde ad Thulen	11500.
Summa ſtadiorum	34600.

Accedant ad hanc ſummam ſtadia quadringenta ſupra tria millia, vt eos quoque cõplectamur qui omniũ maxime ad meridiem accedunt. Sic erit τὸ ὅλον πλάτος τῆς οἰκουμένης ſtadiorũ 38000. Atque hic eſt Eratoſthenis ſtadiaſmus: in quo reliqua concedens, vnum reprehendit Strabo: Quod à Boryſthene ad Thulen tantum eſſe uoluerit interuallum, Pytheam ſecutus, quem vaniſsimũ & mendaciſsimum fuiſſe ſcriptoré aliquot argumentis euincit.

ἓξ ἡμερῶν πλοῦν ἀπέχειν πρὸς ἄρκτον) Plinius, *Quod fieri in inſula Thule Pytheas Maſſilienſis ſcripſit, ſex dierum nauigatione in ſeptentrionem à Britannia diſtante.*

ἣν φησι Πυθέας) Scripſerat Pytheas Maſſilíẽſis γῆς περίοδον, vt ex Apollonij ſcholiaſte conſtat. autor antiquus, qui Dicæarchum ac Polybium præceſſerit. Meminere Pytheæ præter Polybium & Straboné, Plinius, Athenæus, Cleomedes, alij,

ἐγγὺς δ᾽ εἶναι τῆς πεπηγυίας θαλάττης) Sic vocatur pars Oceani quę eſt verſus ſeptentrionem, quod mare & Cronium vocatur & mortuũ. Dionyſius poeta de hoc mari

Πόντον μὲν καλέουσι πεπηγότα τε, κρόνιόν τε.
Ἄλλοι δ᾽ αὖ καὶ νεκρὸν ἐφήμισαν.

Verum hîc videtur mare glaciale anguſtius accipi, pro eo quod ipſi polo eſt ſubiectum.

ἔτι καὶ τὴν τῶν Αἰγυπτίων νῆσον ἔχουσιν) Negat Xylander ſcire ſe quænam ſint iſtæ Ægyptiorum inſulæ. Atqui dicebat paullò antè Geographus Ægyptios iſtos cum alia in illo tractu loca obtinuiſſe, tum inſulam quandam ſupra Meroen: De his igitur Ægyptiis & de hac inſula nunc loquitur: de quo etiam libro XVII. ſic ſcribit: ἄλλην δ᾽ εἶναι νῆσον ὑπὲρ τῆς Μερόης ἣν ἔχουσιν οἱ Αἰγυπτίων φυγάδες. vide & lib. 11.

καὶ τῆς κινναμωμοφόρου) Vltra quam nondum peruentum ætate Eratoſthenis, vt teſtatur ipſe infra lib. XVI. Poſtea autem penetrauit vlterius Iambulus: de cuius nauigatione vide Diodorum lib. 11. Hunc deinde plurimi ſunt ſtatim ſecuti.

καὶ τῆς Ταπροβάνης) quæ eſt & ipſa ὑποτροπική. Vide lib. XV.

Πυθέας ἀνὴρ ψευδίστατος ἐξήτασται) Scripſerat Pytheas vt iam diximus γῆς περίοδον: ac quia in Gallia natus erat, de partibus ſeptentrionalibus potiſſimum plerique eum autorem amplectebantur: vt qui de vicinis regionibus potuiſſet fidelius quam vlli Græci ante eum feciſſent ſcribere, præſertim qui vt ipſe aiebat totam exteri maris oram luſtraſſet à Gadibus ad Tanais oſtia: neque ſanè

A ſanè dubium multa eum Græcos docuiſſe, quæ prius ipſi ne audiuiſſent quidem: cuiuſmodi ſunt quæ de Thule ſcripſerat, quàm non eſſe aliam quàm quæ Iſlandia hodie dicitur facilè doctis viris aſſentior. Eratoſthenes verò Pytheam tanti fecit, vt ſingulas eius ſententias ſingula eſſe oracula exiſtimaſſe videatur: quicquid enim ab eo ſcriptum fuerat, ille ἀβασανίστως pro certo accipiebat: vnde magni eius manarunt errores. Nam in Geographia quoque ἱκανῶς διέσωστος ἀπίστου quàm pluri-
B ma mõſtra ſequuntur. Quod quum Polybius aliiq; magni viri & Eratoſthene κριτικώτεροι animaduerterent, viderẽntque Pytheam falſa multa tradidiſſe etiam de iis quæ Græcis hominibus nota erant atque explorata, ita cepit Pytheæ fides eſſe ſuſpecta, vt iam multi non alio loco eius ſcripta quam poetarum fabulas haberent. Et ſanè cum in pleriſque rebus, omnibus notis, mendacij conuictum Pytheam tenerent (vt quum dixerat Britanniam longitudine eſſe ſtad. XX. mill. & amplius, abeſſéque Cantium à Gallia aliquot dierum πλοῦν) non
C erat cum putarent docti homines eum veriora ſcripſiſſe de iis in quibus ſciſſet non eſſe παρὰ πόλλοις τὸν ἔλεγχον. Hinc adeo factum eſt vt ne in iis quidem quæ à Pythea verè ſcripta eſſent fides ei ab iiſdem magnis viris haberetur. Quid mirum? Ea enim eſt ſæpe mentientiũ conditio, vt etiam ſi quid verè dicant, falſum tamen id videatur: εἰ δ᾽ αὐτὸς αὑτὸν ὧδε παιδεύεις ait Sophocles de mendace, ὅταν θέλης ψευδῆ λέγειν, χρηστὸς ἐρεῖ ὅπερ κακός. Hæc ſi cogitaſſet Cimber quidam, nunquam profectò tam ſtultus fuiſſet, vt Strabonem maximum præſtantiſſi-
D múmque ſcriptorem propter hoc de Pythea iudicium damnandum deſpuendæ (ſic enim loquitur) temeritatis pronuntiaret. Homo diligens: qui (vt alia nunc miſſa faciam) Strabonem de quo tam audacter pronuntiabat, adeo oſcitãter legerat, vt ne hoc quidem intellexerit, aduerſus quem ſit hæc illius diſputatio inſtituta. Hipparchum defendit iſte Beccefelenus: Geographo res eſt cum Eratoſthene.

καὶ τὰ περὶ τοὺς Ὠστιαίους) Stephanus Ὠστίωνες ἔθνος παρὰ τῷ δυτικῷ ὠκεανῷ, οὓς Κοσσίνους Ἀρτεμίδωρος φησι. Πυθέας δ᾽
E Ὠστιαίους.

Τὸν δὲ διὰ τοῦ Βορυσθένους παράλληλον) Incipit ratione probare falſum eſſe quod Pytheam ſecutus dicebat Eratoſthenes, eſſe nimirum à parallelo per Boryſthenem ducto ad Thulen ſtadia 11500. Ita autem diſputat. Parallelus per Boryſthenem ductus idem eſt ei qui per Britanniam ducitur. Atqui ab eo parallelo non porrigitur verſus ſeptentrionem ὁ οἰκούμενος vltra quatuor ſtadiorum millia. Ergo quam commemorat Pytheas, aitque abeſſe tam longè à Britannia, extra τὴν οἰκου-
F μένην erit: aut nuſquam erit potius.

ἐκ τοῦ τὸ αὐτὸν εἶναι) Supplendum quod à Strabone omittitur: vt ſit argumentatio huiuſmodi, Interuallũ quod eſt à Byzãtio ad Boryſthené ei quod eſt à Maſſalia ad Britanniã ęquale eſt: Byzantiũ aũt & Maſsilia in eodé ſunt parallelo, Ergo & Boryſthenes & Britannia ſunt in eodem parallelo. Nam hoc eſt quod probare intẽdit. Sed hæc aliás pluribus ad librum ſecundum, Deo dante, explicabimus.

ὅν γὰρ λόγον εἴρηκε τὸν ἐν Μασσαλίᾳ γνώμονος πρὸς τὴν σκιάν)
G Ptolemæo autore οἵων ὁ γνώμων Maſſiliæ 60. talium partium erit vmbra ἡ μὲν θερινὴ 20.50″. ἡ δὲ ἰσημερινὴ, 55.55″. Ergo de Byzantio idem dicendum. Strabo autem libro ſequenti ex Hipparcho docet gnomonem Byzantij ἐν τῇ θερινῇ τροπῇ λόγον ἔχειν πρὸς τὴν σκιὰν, ὃν τὰ ἑκατὸν εἴκοσι πρὸς τετταράκοντα δύο λείποντα πέμπτῳ.

κατὰ τὸν ὁμώνυμον καιρὸν) Sic vocat diuerſorum annorum ſimilia tempora, puta, θερινὴν τροπὴν aut χειμερινὴν, aut alium ὁμωνύμου μηνὸς diem ὁμώνυμον. Sic Diodorus Siculus lib. XIII. κατὰ τὴν ὁμώνυμον ἡμέραν καὶ τὴν αὐτὴν ὥραν.

ὥρας αὖ οἰκήσομεν ἄλλως πως) ἄλλως, hoc eſt ὡς ἔτυχε ſiue κακῶς, vel ἀθλίως vt loquitur libro ſecundo de eadem re. Sic vſurpauit hanc vocem ſupra: vbi καταγελάσας ἄλλως dixit pro κακῶς. Quare fallitur Xyland.

πότε

τοῦτο δ' αὖ εἴη τὸ περὶ τῆς Ἰέρνης) Nimirum putauit Strabo Iberniam Britanniæ esse πρὸς ἄρκτοις: in quo fugit eum ratio, quum sit ei potius ad occasum.

¶ PAG. 44. οἱ χαρίεστατοι) Apud Aristot. οἱ χαρίεντες, sunt peritiores & doctiores. Sic apud Strabonem passim.

ὅτι μὲν γὰρ πλεῖον ἢ διπλάσιον τὸ γνώριμον μῆκος ἐστι τοῦ γνωρίμου πλάτους) Ptolemæo latitudo τῆς οἰκουμένης est stadiorum 40000. Longitudo autem sub æquinoctiali stad. 90000. sub Rhodiaco parallelo stad. 72000. Huc pertinet Pomponij Melæ hic locus. *Illius situ ob ardorem intercedentis plagæ incognito, huius dicendus est. Hæc ergo ab ortu porrecta ad occasum, & quia sic iacet, aliquanto quàm vbi latissima est longior, ambitur omnis Oceano.* Loquitur Mela περὶ τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης, aitque eam longiorem esse quàm latiorē: quia, inquit, sic iacet: hoc est quia in lōgum porrigitur ab ortu ad occasum: hoc enim significat τὸ iacet. Sic apud Virgilium Seruius *terras iacentes* interpretatur, in longum expositas. At quæ proferunt in illum locum Melæ docti viri è libris De cælo, à mente Pomponij planè videntur aliena.

ὑπεραίρειν δὴ τῶν ἑπτὰ μυριάδων ὀκτακοσίοις) Ineamus quæso rationem.

Ab extrema India ad Indum fluuium	16000.
Inde ad Caspias Pylas	14000.
A Caspiis ad Euphratem	10000.
Inde ad Nilum	5000.
Ad ostium Canobicum	1500.
Inde Carthaginem vsque	13500.
Ad Columnas Herculis	8000.

Hic est stadiasmus Eratosthenis: vnde redit summa stadiorum 68000. Atqui Srabo ait ὑπεραίρειν ὀκτακοσίοις τῶν ἑπτὰ μυριάδων, hoc est, fieri in summa stadia octingenta supra septuaginta millia. Nimirum aut in hac summa, aut in aliqua superioris stadiasmi parte, aut etiam in vtroque peccatum est ab exscriptore retū imperito, vehementer. Qua de re quæremus aliàs diligentius si quando nostris studiis otium indulgeteDeo Opt. Max. placuerit.

καὶ ὧν φησι νήσων πεσσαρακτικά ἐστι) Facilè erat videre locum esse mancum ac mutilum. Legendum cum vett. cod. καὶ ὧν φησὶ νήσων· ταῦτα γὰρ ταῦτα τεσσαρακτά ἐστι.

ἵνα σώσῃ τὸ πλεῖον ἡμίσεος τοῦ μήκους τὸ πλάτος εἶναι) Mirum est ita legi in veteribus omnibus codicibus, etiam iis quibus vsus est, vetus interpres. Legendum verò & distinguendum, ἵνα σώσῃ τὸ, μὴ πλεῖον ἢ ἥμισυ τοῦ μήκους τὸ πλάτος εἶναι, hoc est, *vt tueatur illud, Latitudinem, terræ habitatæ non excedere mediam partem longitudinis.* Quare cum latitudo ponatur ab Eratosthene vt paullò antè vidimus stad. 38000. necesse est vt longitudinem producat vltra summam stadiorum 76000. quàm summam dicta latitudo bis accepta conficit.

Παραμυθούμενος δ' ἐπὶ πλεῖον) Eratosthenes post stadiasmos longitudinis addiderat ἐπεξεργασίαν, qua idem problema, Quod, lōgitudo duplo latitudinem excedat, rationibus mathematicis confirmabat: De hac nunc agit. Peccasse in eo docet, quod cum esset institutus sermo de longitudine τῆς οἰκουμένης, Eratosthenes ad dimēsionem totius κράτης disputationem transtulit. Atqui ait Strabo, erat sermo institutus περὶ τῆς οἰκουμένης, non περὶ τῆς εὐκράτου. In vna autem & eadem terræ temperata plaga, nihil vetat plures esse οἰκουμένας, licet ab Oceano orientali parum videatur distare terminus nostræ οἰκουμένης: quare disputationes περὶ τῆς οἰκουμένης & περὶ τῆς εὐκράτου confundi non debuēre. Non dubium est summam animaduersionis huius esse istā: sed quod ad Eratosthenis demonstrationem attinet, ea ita lacera & manca est, vt ne fœlicioribus quidē ingeniis sine meliorum librorum ope loci emendationem censeam esse sperandam.

κατὰ φύσιν εἶναι ἀπὸ τῆς ἕω) Lectio vetus, κατὰ φύσιν φασὶν εἶναι.

καθάπερ εἰρήκασιν ὡς οἱ μαθηματικοὶ φασίν) Apparet deesse nonnulla. Satis tamen constat, loquutum hîc fuisse de Oceano, quem σύρρουν esse supra satis disputatum est le-

A est. Legi fortasse potest, τῆς μεγάλης θαλάττης. Verum nihil affirmamus.

τὸ λοιπὸν μέρος) Intelligit longitudinem nostræ οἰκουμένης.

ὑπὲρ τὸ τρίτον μέρος ὂν τοῦ ὅλου κύκλου) Rectè. Nam si longitudo τῆς οἰκουμένης excedit secundum Eratosthenem summam stad. 76000. excedet sanè & trientem τοῦ ὅλου κύκλου. Ὅλος κύκλος dicitur ab eo esse stad. 200000. siue εἴκοσι μυριάδων. Triens autem τῶν εἴκοσι μυριάδων est sta-

B diorum non amplius 66666. $\frac{2}{3}$ Posidonius verò longitudinē terræ habitatæ ac cognitæ esse statuebat 70000. stad. idque putabat esse τὸ ἥμισυ τοῦ ὅλου κύκλου καθ' ὃν εἴληπται. Autor Strabo lib. 11.

εἴπερ ὁ διὰ Θινῶν) Ait circulum terram ambientem esse stadiorum 200000. sed addit διὰ Θινῶν: vt indicet se non loqui de eo circulo, qui transeat per cētrum mundi, quem aiebat Eratosthenes esse non εἴκοσι μυριάδων, sed εἴκοσι πέντε vt dicemus libro secundo. Parallelus autem per Thinas ductus, idem est, cum eo qui

C per fretū Gaditanum ducitur, vt discimus lib. sequenti.

ὅπου προσθεῖναι τὸν εἰρημένον σταδιασμόν) ὅπου hic valet quandoquidem. Rursus hîc deest summa superius descripti stadiasmi: quòd si aut ille locus non esset corruptus, aut hîc mutilus, poterat de altero ex alterius scriptura constitui. Verè autem dici potest stadiasmum supra descriptum ab India ad fines Hispaniæ, multò superare tertiam partem τῶν 200000.

τὰ τῆς μὲν περὶ τῆς εὐκράτου) Lege, τὰ μὲν περὶ τῆς εὐκράτου.

τὰ τῆς μὲν οἰκουμένης) Lego περὶ δὲ τῆς οἰκουμένης, ὡς εἴπ. καλ.

D quam lectionem supra exposui. Placet autem Straboni οἰκουμένην, quum dicimus eam tantum intelligi terræ partem, quæ nobis est cognita. Ptolemæus libro secundo, idem docet his verbis, καὶ τῆς αὐτῆς μέντοι διορθώσεως τῆς καταγραφῆς ἀκολούθως τῇ μέχρι δεῦρο ἱστορίᾳ τῆς ἐγνωσμένης μερῶν τῆς γῆς, τουτέστι, τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης.

δύο οἰκουμένας εἶναι ἀεὶ καὶ πλείους) Vox ἀεὶ non significat *Semper*: sed ea voce innuit omnium zonarum eandem esse rationem. Sic apud Diodorum & Dionem, ὁ ἀεὶ ὕπατος, non eum significat, qui perpetuus sit consul, sed

E omnes eos qui consulatu funguntur alius post alium, Xenophon initio lib. secundi Ἑλλην. ἀεὶ ἀκούων ἐδεδοίκει, hoc est, cum vt quisque audiuerat timeret, siue cum timeret πᾶς ὁ ἀκούων. Ptolemæus, ὁ πλείων ἀεὶ χρόνος ἱστορίαν ἐμπειρίαν καθάπαξ ἀκριβεστέραν. Neque assentior doctissimo viro qui in huiusmodi locis, putat τὸ ἀεὶ elegantiæ causa παρέλκειν. Liuius lib. v. *Lux deinde noctem inquietam insecuta est: nec vllum erat tempus, quod à noua semper cladis alicuius spectaculo cessaret.*

καὶ τοῖς μὲν τοῖς ποταμοῖς διαιρεῖν) Vide Plinium lib. III.

F cap. primo: refert & Dionysius in Periegesi, hanc diuisionem.

τοῖς δὲ τοῖς ἰσθμοῖς) Dionysius.

Ἄλλοι δ' ἠπείρους διὰ χθονὸς ἐστρίζωσιν.
Ἰσθμὸς αὖ ὅ τε τετραί τις ὑπὲρ τος Ἀσίδος αἴης,
Κασπίης τε μεσηγὺ καὶ Εὐξείνοιο θαλάσσης·
Κείνην δ' Εὐρώπης Ἀσίης θ' ὅρον ἐνδάξαντο.
Ἄλλος δ' αὖ μακρός καὶ ἀθέσφατος ἐς νότον ἕρπει,
Ἀραβικοῦ κόλποιο καὶ Αἰγύπτοιο μεσηγύ.
Ὅς ῥά τε νοσφίζει Λιβύην Ἀσιήτιδος αἴης.

G Vbi miror cur isthmum qui est inter sinum Arabicum & mare Ægyptium appellet μακρὸν καὶ ἀθέσφατον, potius quàm illum priorem, quem simpliciter isthmum appellauit. Nam illum longè esse maiorem constat. Plinius de vtroque isthmo. *Idem siquidem oceanus infusus in multos (vt dicemus) sinus, adeo vicino accessu interna maria allatrat, vt centum XXV. millibus passuum Arabicus sinus distet ab Aegyptio mari: Caspius verò CCCLXXV. millibus à Pontico.* Vide initium libri XI. Ita autem τὰς τρεῖς ἠπείρους Ptolemæus partitur libri octaui initio.

μεταξὺ τῆς Ἐρυθρᾶς καὶ τοῦ Ἐκρήγματος) Caue putes Ecregma istud quicquā cum Gadibus habere cōmune. Profectò vir doctus cū hoc scripsit satis testatus est quā parū ista intelligeret. Nā quis obsecro isthmus erit iste inter sinū Arabi-

Arabicum,& fretum Gaditanum? Locum igitur intelligit in ora maris Ægyptiaci, prope Gerra è regione sinus Arabici,quod Ecregma vocabant. autor Strabo libro XVI. Meminit & Diodorus Siculus libro XIX.

τοὺς δὲ χερρόνησον αὐτὰς λέγειν) & est horum sententia verior quàm eorum qui νήσους appellant.

εἰς πραγματικὸν καταστρέφοντο)Mox ait, εἰς τὸ πραγματικὸν καταστρέφειν. Sensit Eratosthenes, Disputationem de terminis partium terræ, nihil admodum conferre ad res agendas,siue πρὸς τὴν χρείαν quæ est μέτρον huius tractationis:sed hominum esse potius, in otio philosophico altercantium.

καθάπερ Κολυττοῦ) Colyttus, δῆμος est Atheniensium τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς.

καὶ Μελίτης) Melite est δῆμος tribus Oeneidis.

συμβαίνειν κρίσεις πολλάκις περὶ χωρίων)In historiis tot sunt exēpla πολέμων & ἀμφισβητήσεων περὶ ὅρων id est de ditionis terminis, vt ea annotare sit superuacaneum. Sed apud Herodianum libro primo, pro περὶ ὅρων, vel ὅρων,malè editur περὶ ὅδων, vbi de Matre Deûm est sermo.quod obiter volui annorare.

περὶ Θυρέας) Lege Θυρέας.Stephanus Θυρέα,περὶ ἧς Ἀργεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι ἐπολέμησαν. historia ab Herodoto Κλειοῖ,& à Pausania relata est in fine Κορινθιακῶν. vide & Thucydidem libr. II.

περὶ Ὠρωποῦ) Bœotiæ assignant vulgò Geographi & historici: Ptolemæus vt & Liuius,Atticę.Contendisse de Oropo Athenienses & Bœotos ex Pausania & aliis notum est. Prudenter verò Sophianus vir de Græcia bene meritus, Oropo situm eum tribuit, qui oppido ἀμφισβητουμένῳ conueniebat: cauitque ne præiudicium aut his aut illis fecisse videretur.

Ἄλλοι τί) In quibusdam veteribus codicibus ante ista verba legebantur hæc, καὶ τοιαῦτά τινα ἐκ τῶν ἀναγνώσεων καὶ αὐτὰ ὡς οὐκ ὀρθῶς ῥηθέντα. quæ verba non à Strabone,sed ab aliquo qui ex eius libris summa capita excerpserat profecta esse apparet.nec facilè dixerim quo modo irrepserint illa verba in ipsius autoris contextum. qui tamen error in vererib. libris plurimis locis reperitur.

τὰς τρεῖς ἠπείρους ὀνομάσαι) Quicquid Strabo aduersus Eratosthenis sentētiam hanc disputet, ego vero Eratostheni assentior hac in parte: neq; dubito primos illos Græcos qui Asiam nōminarunt, eam regionem solam intellexisse quæ ipsis in opposita ora erat proxima:postea autem id nomen etiam iis qui vlteriùs habitabant communicatum est ab iisdem Græcis quando eorum cognitionem habere cœperunt: Tandem eò deuentum,vt quicquid esset transmarinum Græcis Asia appellaretur: sic duæ fuerunt Asiæ:vera,quæ & minor:& altera orbis habitati tertia pars.Multa hoc modo vsurpata sunt nomina. Sic Africam vocant Romani Lybiam totam:cum primitus ita appellata fuisset ea tantum Lybiæ pars,vbi Carthago.Contrarius huic est error ille,quando nomen generis,aut totius parti vt proprium tribuitur. Sic hodie Natolia, siue Anatolia Byzantinis vocatur proxima Asiæ pars, quia Asia illis ad

A Orientem. Sic etiam cum non ita multis antè annis Cauari & reliqui quos hodie Delphinates appellamus,alij principi quàm Regi Galliarum parerent:proxima vltra Rhodanum regio Volcarū Arecomicorum Regnum ab iis nuncupabatur: quia inde initium illis & aditus ad regis Galliarum ditionem: mansitque ea appellatio etiam posteaquam illa prouincia regno Gallico accessit.

εἰς πραγματικόν τι καταστρέφειν) Deest verbum: οἶμαι opinor.vel legendum καταστρέφοι.

B ἢ τοῦτο λέγειν) Lege ἢ τοῦτο λέγει:& cum interrogatione legendum.An inquit,hoc sibi vult Eratosthenes? ἢ accipe vt in problematis Aristotelis.

δῆλον ὅτι ἡ κάτω Αἴγυπτος)Nam de reliqua Ægypto quę vocatur ἡ ἄνω,siue superior, dubitandi minor foret causa,cum flumen ipsum ibi distinguat satis inter τὰ τῆς Ἀσίας,& τὰ τῆς Λιβύης.

Κατάνας δέ τις τοῦτο) Mirum est ita legi in omnibus veteribus libris. Nam ita reperit in suis vetus interpres, & ij omnes quos Ludouicus Budæus inspexit ita habe-
C bant:neque aliter libri ex quibus excerptas habuit varias γραφὰς doctiss. socer Henricus Stephanus. Mirum præterea loquendi genus, κατάνας τις τοῦτο φατίον. Nam iste certè atticismus valde insolens fuerit.Omnino autem quod ad sententiam horum verborum attinet,puto eam esse hanc, vt istis omissis dicamus &c.in ipsis verbis adhuc hæreo.

καθ' ὃν οὐδὲ τότε φροντιστέον) Hoc videtur reprehendisse Eratosthenes.Ideo obiter eum perstringit.

μὴ μέχρι τοῦ ὠκεανοῦ διηκόντων) Nam & Nilus & Tanais
D fontes suos habent procul ab Oceano, hic arctico,ille notio,siue meridionali.

τὰς μὲν δὴ νήσους ὡς ἀληθῶς ἀπολειπόντων τὰς ἠπείρους) Melius meo iudicio vetus interpres hęc accepit Xylandro. Nam ἀπολειπόντων ad ποταμῶν referendum est: & νήσους quis non videt dici per appositionem vt loquuntur Grammatici, τὰς ἠπείρους? Sic paullò supra initio huius sermonis hanc ipsam diuisionem explicans, τὰς ἠπείρους νήσους ἀποφαίνειν dixit.

ἐπὶ τέλει δὲ φησὶ)Vox φησὶ rectè à veteribus libris abe-
E rat.Sequitur enim mox,βέλτιον δ' φησίν.

τὸν Ἀλέξανδρον παραινοῦντας) Is fuit Aristoteles teste Plutarcho,De fortuna Alexandri lib. priore.

βέλτιον εἶναι φησιν ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διαιρεῖν ταῦτα) Id fecisse Alexandrum scribit Plutarchus. τὸ δὲ ἑλληνικὸν καὶ βαρβαρικὸν μὴ χλαμύδι μηδὲ πέλτῃ,μηδὲ ἀκινάκῃ, μηδὲ κάνδυι διορίζειν, ἀλλὰ τὸ μὲν ἑλληνικὸν ἀρετῇ, τὸ δὲ βαρβαρικὸν κακίᾳ τεκμαίρεσθαι.

¶ PAG. 46. ὥσπερ Ἀλέξανδρον ἀμελήσαντα) Plutar-
F chus de Alexādro Οὐ γὰρ ὡς Ἀριστοτέλης συνεβούλευεν αὐτῷ, τοῖς μὲν Ἕλλησιν ἡγεμονικῶς, τοῖς δὲ βαρβάροις δεσποτικῶς χρώμενος. καὶ τῶν μὲν ὡς φίλων καὶ οἰκείων ἐπιμελούμενος, τοῖς δὲ ὡς ζώοις ἢ φυτοῖς προσφερόμενος &c. Planè idem sentit Plutarchus cum Eratosthene,quem reprehendit Strabo.

ὥσπερ δι' ἄλλο τι)Negat intellexisse Eratosthenem ecquos Græcos & Barbaros appellarent qui autores huius consilij Alexandro fuēre.

ISAACI CASAVBONI IN LIBRVM II. GEOGRAPHICORVM STRABONIS NOTÆ ET CASTIGATIONES.

EN δὲ τῷ δευτέρῳ τῶν γεωγραφικῶν) Pergit Strabo inquirere in libros Geographicos Eratosthenis:mox ad aliorum scripta stylum conuersurus, vt initio libri primi docuimus:vbi quum satis explicata sit à nobis τάξις & series horum duorum librorum, non repetemus quæ ibi diximus.

Cum igitur veterum πίνακα γεωγραφικὸν libro tertio emendasset Eratosthenes, nouúmque ipse proposuisset,Strabo huius libri initio Eratosthenicas reprehensiones antiqui πίνακος aduersus Hipparchum tuetur: quem autem Eratosthenes instituerat πίνακα leuiter re-
G prehendit.Porrò quum in librum priorem & qui hunc sequuntur,pleniores,Lector,Commentarios tibi offe-

ramus: in hunc tamen Notas nunc edere coacti sumus temporum iniuria & calamitate, in quæ incidit nostra hæc editio. Nam etsi affectum domi habebamus vt in alios libros ita in hunc quoque qui omnium maximè nos exercuit, Commentarium: tamen quia in quibusdam nondum nobis satisfaciebamus, eràtque otio ac tempore nobis opus vt de iis attentius meditaremur, maluimus differre editionem eorum quæ erant à nobis iā scripta, quàm temere quicquā nunc publicare. Adde quod tāta festinatione hæc nobis fuēre edēda, vt πίνακας quibus opus erat ad huius libri explicationem, curare cōficiendos nō possemus. Speramus autē Deum Optimum Maximum ad cuius gloriam labores omnes nostros dirigimus, nostris studiis ita deinceps benedicturum, vt quæ hactenus & in hunc librum & in autores alios non paucos nobis commentati sumus, ea commodiùs aliquando edere possimus. Sanè quid præstare potuerimus si tempus non defuisset & otium, æquus Lector ex locorum plurimorum castigatione vbi interpretes nihil planè viderant, facile vt spero coniiciet.

καὶ τῶν μετημβρινῶν ἄκρων τῆς τε Πελοποννήσου καὶ τῆς Ἀττικῆς) Intelligit duo promontoria, Sunium & Maleam: quæ promontoria ait Geographus paullò post æquis fere spatiis in mare prominere. aut paullò esse μεσημβρινώτερον Maleam quàm Sunium. Atque hæc fuit Eratosthenis & Strabonis sententia: quàm vera, appa- ret ex Ptolemæi & recentiorum tabulis.

τὸν γὰρ ταῦρον ἀπ᾽ ἀρκτῶν) Malim ἐπ᾽ ἀρκτῶν vt alibi loqui sueuit.

τὰ ἰσθμικὰ μέρη τῶν ὅρων) Emendaueram ex coniectura ὀρῶν. postea autem animaduerti veterem quoque interpretem in suis libris hanc lectionem reperisse: vertit enim *montium* non *finium*. Quare omnino ὀρῶν legendum, non ὅρων.

συνεπιπλεῖ δὲ) Vett. cod. συνεπιπλεῖ. quod malo.

¶PAG. 47. τὰς περὶ Ἀμισόν) Ita Aldus edidit: nec aliter vetus interpres, qui scriptos codices secutus est. Apud Dionem quoque aliósque historicos græcos Ἀμισὸς legitur pro Ἀμισός. Itaque decreueramus Aldi lectionem vbique retinere: Verùm didici postea ex eo codice quem instructissima soceri Henrici Stephani bibliotheca mihi suppeditauit, in libris antiquis melioris notæ Ἀμισὸς, non Ἀμισὸς legi. idque postea sum secutus.

ἔπειτα ἡ ἐπὶ τὸν Ὑρκανίας θάλατταν ὑπέρθεσις) Legebatur vulgò ὑπό. quod mutandum fuisse in ἐπὶ & ratio docet, & alii multi huius autoris loci. Ὑπέρθεσις autem & ὑπέρβασις voces sunt geographicæ Straboni familiares. Paullo post, ὡσαύτως καὶ ἡ ἐπὶ τὴν Κασπίαν ὑπέρβασις.

παρέντας τοσοῦτον ἐπιμαρτυροῦντας αὐτῷ) Lege cum vetere interprete, παρέντας τὰς τοσοῦτον ἐπιμαρτυροῦντας αὐτῷ. Sensus est, non æquum fuisse vt Eratosthenes vnum Patroclē sequeretur, iis valere iussis ac contemtis, qui cū Hipparcho sentirent, hic est sensus istius lectionis: quā non ausim præstare synceram: Ac fortasse ita potius est legendum: παρέντας τὰς ἐπὶ τοσοῦτον ἀντιμαρτυροῦντας αὐτῷ. quæ lectio plana est.

τῶν βασιλέων τῶν πιστευσάντων αὐτῷ τηλικαύτην ἀρχήν) Reges intelligit Seleucum & Antiochum. Plinius lib. VI. cap. XVII. *Etenim patefacta est non modo Alexandri magni armis, regumque qui ei successere, circumuectis etiam in Hyrcanum mare & Caspium Seleuco & Antiocho, præfectóque classis eorum Patrocle.*

ὡς αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος κατονομάζει) Scribendum ὧν αὐτὸς. ὧν κατονομάζει, purus putus ἑλληνισμὸς etiā pueris notus.

τὸ μὲν Μεγασθένης ἐλάχιστον τὸ σταδίων μυρίων τετρακισχιλίων) Falsa lectio. Megasthenes enim Indiæ latitudinem (quę illi erat ab ortu ad occasum) vbi esset angustissima, stadiorum esse aiebat CCIↃↃ IↃↃCIↃ. Arrianus. Καὶ λέγει Μεγασθένης μυρίων καὶ ἑξακισχιλίων σταδίων εἶναι περὶ τὸ βραχύτατον αὐτῆς. quem Arriani locum eius interpres

A mirè perturbauit: quod ille de latitudine dicebat de longitudine accipiens, crasso admodum errore. Vide Strabonem lib. XV. Legendum ergo ἑξακισχιλίων non τετρακισχιλίων, hoc est, ς non, δ.

ἀπὸ γὰρ τῆς ἀναγραφῆς σταθμῶν) De his plura libro XV. Est autem antiquissimum institutum ἡ τῶν σταθμῶν ἀναγραφή, hoc est, mansionum descriptio siue annotatio. Habemus apud Herodotum Terpsichore accuratam mansionum omnium enumerationem ab ora maritima

B minoris Asiæ ad regiam vsque Persarum. Latini σταθμῶν ἀναγραφὰς Itineraria appellant. σταθμοὺς autem mansiones à manendo, vt græca vox ἀπὸ τοῦ ἵστασθαι. Eustathius σταθμοὺς interpretatur ἀλλαγάς: qua voce Græci ICti & historici mansiones exprimunt.

τοῖς μὲν ἀπιστεῖν) Xylander hic non egit interpretem. Dicebat Eratosthenes se neque Patroclis neque Megasthenis autoritatem sequi, sed illam potius σταθμῶν ἀναγραφὴν quam probabat. Ergo, τοῖς μὲν scilicet Patrocli & Megastheni, quorum neutri fidem hac in parte

C habebat: nam quod idem cum Megasthene dixerat, id verò non fecerat eius autoritatem secutus: sed quia ita contigerat vt Megastheni hac in parte cum Itinerario illo conueniret.

ἐκείνῃ δὲ προσέχειν) τῇ ἀναγραφῇ τῶν σταθμῶν.

οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες) Adde his eos qui de rebus gestis Alexandri scripserūt, quos omnes mēdacissimos fuisse certissimum est: præter Ptolemæum & Aristobulum ait Arrianus. Plinium verò qui istiusmodi μυθογράφους tanquam scriptores de quorum fide non

D dubitetur sæpe sequitur, nemo rectè excusarit.

ἐγκαινίζοντα δὲ τὴν Ὁμηρικὴν) ἐγκαινίζειν non est immutare, sed renouare, & fugientem alicuius rei memoriam reuocare. Inde ἐγκαίνια festum Iudæorum, dicta, vt quidam putant. Isti igitur fabulam Homericam de Pygmæis & eorum præliis cum gruibus, quæ omnia iam pro fabulosis habebantur, innouarunt, & restaurarunt. Sic nostra ætate non desunt qui eandem de Pygmæis lepidam fabellam renouent, & qui etiam è sacris literis si Deo placet, fidem illi conētur astruere. Legi etiam

E Bergæi cuiusdam Galli scripta qui se vidisse diceret. *At non ego credulus illi.* illi inquam omnium bipedum mendacissimo.

ὄφεις τε καὶ βοῦς καὶ ἐλάφους σὺν κέρασι καταπίνοντας) Melius hunc locum accepit vetus interpres quàm Xylander. Non enim Strabo commemorare voluit Panes qui deuorarent serpentes & boues: sed serpentes tanta magnitudine vt boues ac ceruos possēt deglutire. Plinius lib. VIII. cap. XIIII. *Megasthenes scribit in India serpentes in tantam magnitudinem adolescere, vt solidos hauriant ceruos*

F *taurosque.* Meminit & Strabo alibi.

πρὸς Ἀνδρόκοττον) libro XVI Σανδρόκοττον vocat. eadem scripturæ varietas apud Plutarchum, Iustinum & alios. qua de re ad lib. primum diximus. Apud Athenæum lib. primo Σανδρόκυπτος perperam pro Σανδρόκοττος legitur.

¶PAG. 49. Οὐδ᾽ ἐκεῖνος ἀλογεῖται) Etiam in vett. cod. ita legebatur vel ἀλογεῖ. Legendum tamen censeo οὐδ᾽ ἐκεῖνο ὃ λέγοιτο: vel ὃ λέγει τό. Vox ἐκεῖνος cum de eodem sit sermo, videtur huic loco minus conue-

G nire.

πρῶτον μὲν γὰρ) Vide hominis acumen, Hipparchus dicit se non habere quid certi pronuntiet de latere Indiæ septentrionali: Idem tamen habet de eo quod pronūciet aduersum Eratosthenē: nam eius assertionē damnat, & veteribus potius assentitur. Ergo Hipparchus quod de Indiæ latere septentrionali dicat, habet & nō habet. Nam si vim huius argumētationis expendas videbis eò necessariò adigi Hipparchum. Sed nimis argutatur Strabo: idque more suorum, hoc est Stoicæ gentis: quorum in disputando erat fere hæc ratio, vt ex Ciceronis & Senecæ locis infinitis satis constat. Respondeat igitur Hipparchus Straboni, Se nec veterū descriptionē probare, nec Eratosthenicam

emendationem, & omnino quid certi super hoc sit statuendum non habere: in hoc tamen dubio vt ICtorum formula vtar, putare se possidentis meliorem esse debere condicionem: hoc est, in receptis, & antiquis γραφαῖς nihil esse mutandū, tantisper dum certius aliquid de ea re fuerit compertum. Non habet ergo quod verum esse pronunciet: habet quo falsitatem redarguat.

ἐπέχειν δὲ κελεύων) Feliciter hunc locum emendauit Xylander: vellem pari felicitate eum explicuisset. Sensus est, Hipparchum professum se ἐπέχειν, deinde autem iubentem ἕπεσθαι τοῖς ἀρχαίοις deprehendi contrarium facere eius quod erat professus: Nam qui iubet nos sequi veteres, is non ἐπέχει, sed veteribus potius assentitur. Similis omnino erat Platonis aduersus ἐφεκτικοὺς disputatio. Nam cum illi dicerēt omnibus in rebus oportere ἐπέχειν, ita Plato eos interrogauit. Καταλάβετε ὅτι δεῖν ἀκαταληψία an non? si κατελάβετε, ergo non est ἀκαταληψία: si non κατελάβετε, Ergo vobis credendum nō est.

μᾶλλον δὲ τοῦ κελεύειν) Si nihil in veterū descriptione innouandum est, vt censet Hipparchus, nisi prius singulorum locorū longitudines & latitudines exactè fuerint cognitę, sequitur hinc, ait Strabo, Geographię studia esse omittenda, quum paucissimorum locorum θέσεις illa ratione adhuc exploratę fuerint. Respōdeat hîc quoque Hipparchus: non sequi ex hac sua ἀποφάσει omittenda prorsus esse Geographiæ studia, sed hoc potius. Ea tantum in veterum τῇ γραφῇ esse mutanda, quæ isto modo fuerint explorata: in reliquis putare se nihil esse temerè mutandum. Atque hac cautione vsus erat Hipparchus in Geographicis suis: neque enim omniū locorū longitudines & latitudines annotauerat, quod postea conatus est Ptolemęus præstare: sed paucorum tantum Ptolemæus. μόνος ὁ Ἵππαρχος ἐπ' ὀλίγων πόλεων ὡς πρὸς τοσοῦτον πλῆθος τῶν κατατεταγμένων ἐν τῇ γεωγραφίᾳ ἐξάρματα τοῦ βορείου πόλου παρέδωκεν ἡμῖν, καὶ τὰς ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς κειμένας παραλλήλους ἐκθέμενος. Atque Hipparchus quidem hac cautione vsus erat: quē secutus est Marinus: verum hic tanto hac parte audentior quanto ille cautior, pleraque in Geographia pro veris falsa tradidit. Marinum Ptolemæus secutus est: qui etsi diuina propemodum Industria, labore sanè incomparabili Marini errores correxit ac totius οἰκουμένης descriptionem proposuit, tamen & ipse quam prudens fuerit hoc Hipparchi cōsilium testis possit esse optimus.

τίς δ' ἂν ἀγνοοίη τε) Nemo sanè qui Ptolemæum audiat, cuius super hoc cōsiliū & sententiam, vide γεωγ. libro primo capite quinto.

ὅπου δ' ἀπεφήναμεν ἐξελέγχοντες) Lege ὅπου δ' ἂν Nihil certius quàm ita scripsisse Strabonem Vulgata lectio inepta & ridicula est.

¶PAG. 59. Ἐν μέσῃ τῇ Ὑρκανίᾳ) Adi librum XI. vbi totidem verbis hæc eadem narrantur.

ἐν τῇ Σακασηνῇ καὶ τῇ Ἀρξηνῇ) Scribendum τῇ Σακασηνῇ & Ἀρξηνῇ non tantum quia sic rectè lib. XI. Sed quia sic postulat analogia. Nā ita multa dicūtur, vt Xerxena, Cambysena. Apud Stephanum in dictione Καμβυσηνὴ deprauatissimum locum sic lege. Καμβυσηνὴ καὶ Ξερξηνὴ ἀπὸ Καμβύσου καὶ Ξέρξου. Ita enim scripserat ipse: quē vide in Ξερξ.

τὴν κατὰ Μαυρουσίαν (Λιβύην) τῆς ἀμπέλου) Idem de Mauritania testatur Geographus lib. vltimo.

ἐν γενεᾷ καὶ ἐκ τριάκοντα) Non erat cur ita laboraret in huius loci emendatione Xylander: quum totidem literis repetantur hæc omnia libro XI. vnde fuit facillimum locum emendare. Γενεὰ autem & seculum quot annos complectātur, præter Grammaticos omnes qui poetæ locum de Nestore attigerunt, vide apud Censorinū cap. V. & Plutarchum. Notus est etiam Herodoti locus. Sanè in sacris literis vna generatio spatium est centum annorum, vt vel ex XV. capite Geneseos notum est. Atque hoc sequūtur & ICti vt in quæstione de vsufructu relicto Reipublicæ responsum est leg. Legatum. D. De vsu & fructu. & leg. An vsusfructus. D. De vsufruct. Verùm γενεὰ passim apud veteres longè aliter accipitur: éstque annorum fere XXX: vt apud Herodotum, Diodorum, & Polybium lib. IIII. vbi de Eleis sic scribit, ἔνιοι γὰρ αὐτῶν ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς γενεὰς ἔχοντες ἱκανὰς οὐσίας, οὐ παραβεβλήκασι τὸ παράπαν εἰς Ἠλείαν. Vide amplius Eustathium.

Ἀλλ' ἡ μὲν Βαγαδανία) Legendum Βαγαδαονία. Idem error & lib. XII. est commissus: quod nec Xylander nec alii docti viri animaduerterunt. Stephanus Βαγαδαονία, μοῖρα Καππαδοκίας τοπικώτατα. & addit dictam vt Καταονία Apud Suidam Βαγδαλινία perperam pro Βαγαδαονία scribitur. Nam ille Stephani locum descripserat.

ἀπόντων οὖν τούτων) Imo tota fere Cappadocia est ἄξυλος vt ait lib. XII. vbi de Argæo monte.

καὶ τὴν Φαναροίας) Caue putes quod existimauit Xylander, esse legendum Φαναγορείας. Profectò vir eruditus Strabonem nō adhibuit in consilium cum ita censuit. Φαναροία enim Strabonis lib. XII. pars est regionis Ponticæ cæli solique felicissimi. τὴν Φαναροίαν, inquit ille, συνεχὴς δ' ἐστὶν ἡ Σιδηνὴ καὶ ἡ Θεμίσκυρα. ταύτην δ' ἡ Φαναροία ὑπερκειται μέρος ἔχουσα τοῦ Πόντου τὸ κράτιστον. καὶ γὰρ ἐλαιόφυτός ἐστι καὶ εὔοινος, καὶ τὰς ἄλλας ἔχει πάσας ἀρετάς. At Phanagoria procul a Ponto semota vrbs est ad latus Asiaticum Bospori Cimerii: autores, Strabo, Ptolemæus, omnes geographi.

ὁ τοῦ Μιθριδάτου στρατηγός) Neoptolemum hunc vocat lib VII.

ἐπὶ τῇ ῥαγείσῃ χαλκῇ ὑδρίᾳ διὰ τὸν πάγον) Sic Diodorus Siculus lib. III. in maximi frigoris descriptione Καὶ χαλκεῖα μὲν σιδηρᾶ τε ῥήγνυνται.

μάλις γὰρ ἂν ταύτης κατὰ τὴν...) Lego ... Præpositio ἐν locum hic habere nequit. Interpres autem locum hūc tractat perquam indignè: quod in Commentariis nostris alias pluribus docebimus.

ἔστι δὲ Βάκτρα καὶ τοῦ στόματος) Totus locus fœdè corruptus Xylandrum in magnos errores impulit. Legendum porò, Ἔστι δὲ Βάκτρα καὶ τὰ τοῦ στόματος (hoc est τὸ στόμα, vel τὰ περὶ στόμα) τῆς Κασπίας θαλάσσης εἴτε Ὑρκανίας πολὺ ἀρκτικώτερα. Sententia plana est & perspicua: Nam cum locutus esset hactenus de Indiæ tantum parte aquilonia, eámque dixisset lōgè vltra fines τῆς οἰκουμένης amoueri, nunc addit, etiam præter Indię partem hanc & Bactra & quotquot sitæ sunt regiones ad latus Tauri septentrionale vsque ad ostium maris Caspii, omnia inquam hæc, ex Hipparchi sententia posita esse extra fines terræ habitatæ: quū tamen habitari ea constet. Hanc lectionem in suis cod. videtur vetus interpres reperisse qui sic vertit. *Suntque Bactra & Caspy maris siue Hyrcani ostium admodum omnino septentrionaliora.* Ita enim habent antiquæ editiones, non ostys vt posteriores. Potest & ita legi, ἔστι δὲ Βάκτρα καὶ τοῦ στόματος &c. εἴτε autem omnino legendum non εἰς. Quis nescit mare Caspium etiam Hyrcanium appellari? Xylander tamen Βάκτρων legit & τῆς τε Ὑρκανίας. Iudicent docti homines.

μέχρι τῆς Ἰνδικῆς) Vett. cod. ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς. Sed & prior interpres ἀπὸ legit.

μείζω χώραν ταύτης ἐπέκεινα γίγνεται) In vett. lib. transpositis vocibus ita legitur μείζω ταύτης ἐπέκεινα χώραν γίγνεται. At nostræ operæ vocem χώραν imprudenter omiserunt. non magis sua profectò culpa quàm eorum qui ὑπὸ φιλοκερδίας τὸ ἰχθὺς, omnia sus déque habent, modò vno die si fieri queat absoluere & venum exponere libros quos edere parant, possint: vt sæpe dum hæc ederentur subiret iniquum Strabonis fatum ac meum ipsius κατακλαίειν, qui in talia tempora incidissemus. Quod semel testatum volui, vt eò æquiores se præberent lectores, si quid huiusmodi in hac præcipiti festinatione commissum obseruauerint.

αὐτὰ τε τὰ ἀρχῆς) Legendum γε, id est saltem, non τε. quod disputationem attendenti facilè apparebit.

σκελίσι, χειλῶσι, πεπτωκόσι) Veteres vel ita habent, σκέλεσι, χείλεσι, πεπτωκόσι: vel ita σκέλεσι δὲ πεπτωκόσι

περὶ τοὺς δισχιλίους. Et vetus quoque interpres δισχιλίους legit non χιλίους.idque est verius. τὸ δ autem fieri sine maiori mutatione non potest.

ὡς ἐξ ἐναντίας ἀπλῶς περὶ τὸ ἀπόδειξιν)Nemo dubitat, vt puto,legendum esse περὶ pro ἐναντίας.Præterea verò malim legere ἐναντίως.Sensus est,ex superiori disputatione constare Hipparchum parum ἀπλῶς aduersus Eratosthenem disputasse:qui quidem cum eo disputans argumento siue medio vteretur non minus obscuro & controuerso, quam esset illud ipsum de quo erat quæstio. Siquis sine negatione legere velit, erunt hæc accipienda εἰρωνικῶς.

Πάλιν δ' ἐν ἀρχῇ)Vox πάλιν initium est nouæ disputationis vt apud Aristotelem ferè semper: πάλιν autem videlicet τὸ Ἐρατοσθένους. Nam Eratosthenis sunt hæc ab Hipparcho reprehensa vt ait paullò post: vt nequeam satis mirari ita hic cæcutiuisse Xylandrum,vt hęc Hipparcho tribueret.

Μηδαμόθεν τι ἀπαλῆς) Legendum ἀπαλῆσαι. Quum, inquit, dixisset Eratosthenes falsa esse quæ de India refert Daimachus, cúmque addidisset eundem Daimachum contraria dicere iis quæ à Megasthene traduntur. Disputatio sequens potuit vel puerum mouere,vt sic legendum censeret: vt omittam quod non aliter vetus interpres legit.

Ταῦτα δ φάσκοντος)Lego δὲ: vt paullò post Ταῦτα δὲ εἰπόντος.

Ταῦτα δὲ εἰπόντες)Legẽdũ εἰπόντος,nimirũ Ἐρατοσθένους. ἐπὶ τῷ αὐτῷ παραλλήλῳ κειμένων) Lego τῷ ἐπὶ τ. Explicat obiter quænam dicantur ἀντίκειμενα ἀλλήλοις. Dicuntur,inquit,ἀντίκειμενα sibi inuicem τὰ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου κείμενα quę in eodem sita sunt parallelo. Ideo significat esse ἐκ διαστάσεως.

ἐπὶ τὰ Ἀρμένια ὄρη χιλίους εἶναι) Legendum δισχιλίους vt mox docebimus.

ὅτι τὸ ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ τὰ ὄρη χιλίων ἐστὶν φησιν Ἐρατοσθένης) Negat dixisse Eratosthenem distare Thapsacum à portis Armeniacis stad. c I ɔ c. Hoc verò falsissimum est. Dicebat enim Eratosthenes distare Thapsacum à portis Armeniacis stad. c I ɔ c à montibus autẽ Armeniæ longè plura:quot autem,nõ expresserat: quũ illud iter non repertisset dimensum. At Hipparchus id quod non erat ab Eratosthene expressum,ponebat (vt paullò post dicitur)stadiorum esse c I ɔ. Sic efficiebat Thapsacum à montibus Armeniæ distare stadia c I ɔ c I ɔ & c Sed hoc,ait Strabo, Eratosthenes non dixerat. Iam nemo non videt legendum hic esse δισχιλίων, témque paullò antè δισχιλίους pro χιλίους. Atque hoc est alterum Hipparchi in hac disputatione peccatum, πρῶτον enim λαμβάνει ψεῦδος. Porrò quod de Eratosthene diximus,adeo perspicuè à Strabone infra traditur: vt valdè mirer errare hic quenquam potuisse.

ἀλλ' ἐκ τοῦ κεχειρισμένους)Legebatur κεχαρισμένους quod XyLvertit exp. c. Legendũ verò esse vt habẽt veteres libri κεχωρισμένους nemo nõ videt,& ita legit vet.inter.

ἐφ᾽ ὧν ἐκ τῶν ἀδιορίστων χωρίων ὑποκειμένων)Sustulimus monstrum lectionis & præter analogiam omnem, ὑποκειμένων Significare voluit Strabo , τὸ ἀδιορίστων χωρίων fuisse seruatum , non quidem exactè, sed ὁπωσοῦν: ideo ait ὑπολειπομένων non σωζομένων. Qui huius linguæ analogiam cognitam habent, non ignorant hanc esse vim præpositionis ὑπὸ in compositione. Sic differunt γλαυκὸν & ὑπόγλαυκον, φαιὸν & ὑπόφαιον, λευκὸν & ὑπόλευκον. Notauit hoc etiam Athenæus lib. x I I I. vbi docens vnde effet dicta ὑπογλαυκόν, quẽadmodum, inquit, τὸ ὑπομένειν τὸ λείπεσθαι ὑπὸ ἀλλήλων, τὸ μὴ ... Atque etiam hoc latini sunt imitati. Videtur autem deprauatio huius loci inde profecta quod τὸ ὑπὸ fuerit scriptum fuetar à diligenti lectore ... vera ὑπολειπομένων est ... σωζομένων.

ἀλλ' ἀπὸ ... Paullò post vbi totidem propè verbis hæc repetuntur , legitur ὑπὸ τῶν ἀρχαίων , quo etiam modo

A modo fortasse non sine ratione dixerit aliquis esse hic quoque legendum. Et quæ de Euphrate docet Geographus eam lectionem confirmant. Veruntamen nihil temerè mutandum.

ὑπερείᾳ σκάφεσιν)Non puto vocem ὑπηρεσία id significare quod vult Xylander. Nam quæ de Mesopotamiæ finibus dicuntur pluribus libro x v I. satis indicãt, eam nauigio vt vetus interpres vertit, similem esse potius quam puluino vt Xylander. Quare ὑπηρεσίαν in-

B terpretor πλοῖον ὑπηρετικὸν vt passim Græci historici appellãt. Significat hæc vox & quod equo insterni solet: Diod. Sicul. lib. x x. τοῖς δ ... ἔχειν καθ' ἑαυτὸν χωρὶς τῆς ... ὑπηρεσίας ... χαλινόν. Strabo autem libro x v I. quum dicit Mesopotamiam esse ὑπηρεσίῳ similem,satis manifestò docet,ὑπηρεσίαν hoc loco nihil esse aliud quàm quod dixi,hoc est πλοῖον ὑπηρετικὸν. Nauigium enim reuera refert ea maximè parte qua concurrunt Tigris & Euphrates , qua de parte intellexis-

C se Eratosthenem,cum hoc diceret ex eius verbis satis apparet. Sic enim paullò post, Γίνεται δ τὸ σχῆμα ἐκ Βαβυλῶνος ἐς Μεσοποταμίας ὑπηρεσίῳ παραπλήσιον. Positum autem esse ὑπηρεσίαν pro ὑπηρετικὸν πλοῖον,non magis mirari debemus quam quod ὑπηρετικὸς sæpè sine voce πλοῖα dicunt. Dio, καὶ ταῖς τοῖς ὑπηρετικοῖς ἐκέλευεν.

καὶ γὰρ τὰ διαστήματα)Prior interpres totum locum ita legit. Καὶ γὰρ καὶ τὰ διαστήματα φησι ... καὶ τὰ ... ἀναγράφων ... ἐκ τῶν σταθμῶν ... ἀδεσπότοις. Estque opinor vel ita legendum,vel sic potius. Καὶ γὰρ καὶ τὰ διαστήματα ... vt subaudia-

D tur φησὶν Ἐρατοσθένης,quod millies apud Strabonem faciendum. Sententia igitur fuerit hæc. Interualla quæ profert Eratosth.ait ipse collegisse se,&c.Deinde legn, ... : hæc interualla , inquit Strabo,collegisse se ait Eratosthenes à variis qui Itineraria scripserunt:quorum tamen nonnulla fatetur esse eiusmodi,vt eorum nesciat autorem.

ἐν ...)Sententia non est obscura:verba tamen esse corrupta nemo non videt. Legi potest ... vel simpliciter, ... aut ...

E σταδίους χιλίους καὶ πεντακοσίους χάριν)Legendum δισχιλίους. Strabo libro x v I. λέγεται Ἐρατοσθένης τὸ ἀπὸ Θαψάκου ... Εὐφράτου ... Τίγριδος ... Ἀλεξάνδρῳ ... δισχιλίους πεντακοσίους. Et ita rectè paullò post hoc eodem libro scriptum reperies. Interpres vetus qui turpem hanc mendam non animaduertit satis hoc ipso prodidit quam parum totam illam disputationem καταλαμβάνων intel-

F ligeret. Eandem negligentiam toto ferè libro ne dicam opere deprehendes.

πλείους ...) Ita legendum non ... nisi volumus Strabonem ...

καὶ τὰ ... τοῦ ...) In veteribus libris est ... Sed vereor ne hic locus grauius laboret. Quis enim tam puer est vt non intelligat aquilonium latus tertiæ istius σφραγῖδος parte Tauri definiri non ea quæ septentrioni est obuersa , sed ea quæ meridiem. Quare nisi obstarent veteres codices censerem omnino esse tollendas illas voces ... Docti vi-

G ri cogitent.

¶ Pag. 55. σταδίους ...)Lege ... Primum,sic habent lib. manu exarati: Deinde ita legit vetus quoque interpres. Postremò nisi ita legas,frustra quæres cur paullò antè dixerit μικρῷ πλείονα ...

Τῶν δ πλαγίων πλευρῶν)In omnibus libris ita legitur. Ego verò repugnantibus omnibus libris & interpretibus legendum contendo πλαγίων. Nam postquam dixit Strabo siue Eratosthenes de tertiæ σφραγῖδος lateribus duobus , incipit nunc de reliquis duobus agere. Dictum est autem de iis lateribus quæ longitudinem definiunt:nunc dicendum restat de transuersalibus, sic ue iis quæ latitudinem conficiunt: quæ si quis dicat πλά-

πλάγια appellari quia ad mare vsque pertingunt, quæram ego cur πλάγια potius quam ἑσπερά? Nam & ad montes pertinent. Deinde quæram cur πλάγια potius quam ἐπιθαλάττια. Græci enim πλάγια tantum ea vocant quæ in altū mare porriguntur: quo modo promontorium Garganum πλάγιον infra dicitur. Sed nemo sat scio eruditus reperietur vnquam qui hanc lectionem tueri velit.

ἀπὸ Βαβυλῶνος εἰς τοὺς ὅρους τῆς Καρμανίας) Sic emendauimus, quum antea in omnibus Græcis Latinísque editionibus legeretur Ἀρμενίας: quem errorem quod non animaduerterint interpretes crassa profectò est & plus quā supina negligētia. Scilicet Armenia est ad mare rubrū. Hoc Eratosthenes aut Strabo si dixissent, puerorum cachinnos nunquam effugissent. Ita autem esse legendum vt emēdauimus non magis veteres codices docere possunt in quibus ita est scriptum, quàm tot loci superiores, vbi sic legitur.

τῆς τρίτης μερίδος ὡς μυρίων) In quibusdā vett. cod. legitur δισμυρίων, idq́; vetus interpres est secutus: perperā.

μὴ ὀρθῶς δὲ) Legendum ex coniectura μὴ πρὸς ὀρθὰς δὲ τῇ διὰ Κασπίων πυλῶν μεσημβρινῇ. At in libro soceri mei Henrici Stephani ita legitur hic quoque vt paullò antè, μὴ πρὸς ὀρθὰς δὲ τῇ. Xylander hunc locum melius quam vetus interpres tractauit.

δι' Ἀθηνῶν) In vett. lib. semper δι' Ἀθηναίων legitur.

ὥστ' ἂν τοσούτων σταδίων) Addenda vox εἴη, vel ita ὥστ' ἂν εἴη τοσούτων vel post vocem τοσούτων. Videndum etiam an paullò antè desit vox ἐγγύς post vocem εἴη.

Τὴν δὲ διαμπερὲς ταμών) Videtur esse ex Homero. Sic Ιλιαδ. ω. μελεϊστὶ ταμών.

δυνατὸν γὰρ) subaudi χρῆσθαι πρὸς τοῖς προειρημένοις. Nam tale quid omnino supplendum: si quidem ab autore est prætermissum.

ἢ τῶν ἄλλων χωρίων τινὶ σχημάτων) Hoc faciunt Geogaaphi in multorum locorum descriptione. Sic totam terram quæ habitatur chlamydi comparant: sic & Alexandriæ solum χλαμυδοειδὲς vocant: sic Italiam alij κισσοφύλλῳ alij folio querno comparāt. Sardiniam vestigio humano: Iberiam βύρσῃ βοός: Naxum ἀμπέλου φύλλῳ: Peloponnesum, πλατάνου φύλλῳ: Cyprum ouinæ pelli, & Pontum Euxinum arcui Scythico.

ὡς ἔθνος ἐπὶ ἔθνους) Ita legitur in omnibus codicibus: neque aliter interpretes. Mihi tamen suspecta est hæc lectio, & vel ὡς ὄντος ἐπὶ ἔθνους legendum videtur: vel ὡς ἔθνος ἐπὶ ἔθνους. Sententia quidem non est obscura.

¶Pag. 58. δυοῖν τῆς σφραγῖδα ὡς πιθανόν) Quis nō videt vocē δυοῖν ineptè hic esse positā? Equidē vel inducendā omnino cēseo, vel ita legendū τὸ μὴ μέχρι δύσεως προσάγειν τὴν σφραγῖδα, δυοῖν ὄντοιν ὡς πιθανόν. sequuntur enim duo argumenta quibus id probat.

Σύρων λεγομένων) De Syrorum appellatione vide initio lib. XVI.

ὡς μὲν τὸ ἂν ἐξισάζοιτο τῇ Ινδικῇ) Deesse quædam ante hæc verba videtur ἡ πρόσθεσις satis argumento esse: vt sit hæc sententia: si producatur tertia hæc σφραγὶς vsque ad mare, etsi futura est maxima: tamen ne sic quidem Indiæ siue tertiæ σφραγῖδι parem fore.

προσλαβὸν) Ita vett. lib. rectè: præcessit enim τὸ μέχρι θαλάττης. Vulgò προσλαβὼν quasi subaudiretur ὁ Ἐρατοσθένης quod non conuenit.

καὶ τὸ μέχρι τῶν ὁρῶν τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας) Quorum montium? non enim satis video quosnam potissimum intelligere debeamus. Quare malim τῶν ὅρων. Ὅρος diuidens Æthiopiam felicem, est isthmus inter duos sinus Persicum & Arabicum. Ὅρος Ægypti, sinus Arabicus cum isthmo inter eum sinum & mare nostrum. Vetus autem interpres ita hunc locum transtulit, vt vi deatur voces illas τῶν ὅρων non legisse.

τοσαύτῃ προσθήκῃ) Videtur esse sententia ἐλλιπὴς ac manca: quæ plena erit, si sic legas, ac distinguas, τῆς δ' ἴσης ἐχούσης σφραγῖδος τῶν ὑπὲρ ἐκεῖνον εἴποι, σὺν τοσαύτῃ πρ. Neque tamen ita scripsisse Strabonem aio: Οὐχ οὕτω πεπύρωμαι. Tantum dico quid suspicer.

A ἕως ὅτου ἐκεῖνος εἴπειεν) Sic legitur in vete. lib. nisi quod in quibusdam ὥστε scriptum est pro ὅτου.

καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς φύλοις) Omnino corruptus est iste locus. In vett. lib. legitur ἀπολείπειν πρὸς τὸ ἀρκτικὸν κ. longè meliùs: verùm de eo plura in Commentariis.

τὴν Μεσήνης) Magnus error Xylandri, qui putat Mesenen esse Mesopotamiā, atque ita vertit. Atqui Mesene est μέση τοῦ Τίγριδος vt Stephanus ait: non τοῦ Τίγριδος καὶ

B Εὐφράτου vt Mesopotamia: vide Plinium libro VI. cap. XXVII. Stephanus Messenen eādem cum ea quæ Adiabene vocatur putat esse. Idem Stephanus alio loco docet Mesenen vocari eam regionem quàm cingit Tigris in duos alueos scissus: quorum qui est ad dextram appellatur Delas, qui ad sinistram Tigris. Plinius autem addit, vbi postea remeauere in vnum alueum hi duo, appellari Pasitigrin. Ex his facilè videt lector harum reru vel mediocriter peritus, quantū à veritate absunt, qui Mesenen cum Mesopotamia confundūt.

C εἶτ' ἐφεξῆς αὐτὴν τοῦτον δεξιὸν) In priore editione Germanica operarum errore legitur τοῦτο. Xylander eum errorem non videtur animaduertisse: ita enim edidit: & præterea parum feliciter hunc locum est interpretatus. Intelligit autem isthmum Eudæmonis Arabiæ quem ait cum superius expressa πλευρὰ latus meridianum quartæ σφραγῖδος potuisse conficere: τοῦτον igitur legendum non τοῦτο: & itē δεξιὸν non δεξιὸν vt habent quidam manusſ.

μέχρι τῆς μεταξὺ τοῦ στομάτων) Vetus lectio plenior est,

D μέχρι τῆς πλευρᾶς τῆς μεταξύ.

¶Pag. 59. γεωμετρικῶς ἀνασκευάζει τὰ ὑπ' ἐκείνου τυπωδῶς λεγόμενα) Laborabat antè hic locus ab interpunctione. vocem γεωμετρικῶς cum superioribus coniunxit Xylander, magno errore: longéque melius vetus interpres cum ἀνασκευάζει iunxit. Xylandrum si nihil aliud, saltem similes loci mouere debuerunt. Quoties enim hoc in Hipparcho reprehendit Strabo, quod quę παχυμερέστερον & γεωγραφικῶς dicta erant ab Eratosth. ipse γεωμετρικῶς refellit? Paullò post, Ἐρεῖν δὲ πρὸς αὐτὸν ὅτι τοῦ Ἐρατοσθένους

E ἐν πλάτει λαμβάνοντος τὰ δίαιθ' ὅσπερ οἰκεῖον ἐστὶ γεωγραφίας ἐκεῖνος γεωμετρικῶς αὐτὸν δοκεῖ.

τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν ἐχουσαν) ἐχουσῶν. In veteribus sic, περιεχουσῶν τὴν ὀρθήν.

¶Pag. 60. Πάντα δὲ ταῦτα λέγων ὡς γεωμετρικῶς ἐλέγχων ὡς πιθανῶς) Ex iis quæ paullò antè notauimus apparet legendum esse ὡς γεωμετρικῶς ἐλέγχων ὡς πιθανῶς. Vetus tamen interpres retinuit & ipse vulgatam lectionem.

τὸ μὲν ἐν πλάτει μείζονι) Vox πλάτει atque adeo totus iste locus valde est mihi suspectus. Nec mihi satisfacit

F quod aliquando putaui, legendum esse ἐν πίστει. Quare de hoc loco Amplius.

μείζονι μὲν ἐν αὐτῷ) Fortè legendum μείζονι μὲν ἓν, vel μείζονι μὲν, ἐν αὐτῷ, vel sic ἐν μείζονι μέν.

μῆκος δὲ καὶ τετρακισμυρίων ὅρος) Lego, ὅρος. Tantum enim montem intelligit. Sic mox πλάγιος δὲ Longitudinem enim τῆς οἰκουμένης efficit mare nostrum & ei συνεχὴς Taurus. Est autem habitatæ terræ longitudo Straboni ἐπὶ μακράν.

δυνατὸν ἂν ἀπόδειξις) Lego δυνατὸν ἂν εἴη ἀπόδειξις Omni-

G no enim videtur excidisse vox εἴη.

προσθεῖναι δὲ καὶ τοῦ φιλάνθρ) Rectè Xylāder hunc locum emendauit, inserta vocabula τὸ antè τοῦ.

συμπίπτει φησὶ πλείους) Suspecta mihi vox συμπίπτει. Certè συμπίπτειν mallem.

τῶν ἑπταχιλίων) Vetus lectio ὀκτακισχιλίων.

¶Pag. 61. πλευρὰ τὴν Εὐφράτην, προσθεὶς καθάπερ εἴπομεν) Non dubium mihi est hunc locum sic esse dispungendum, Τὴν δὲ γε ὅσον εἴρηκε πεντακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων σταδίων τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα ἀπὸ Θαψάκου, παρὰ τὴν Εὐφράτην προσθεὶς καθάπερ εἴπομεν, vel sic potius, τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα ἀπὸ Θαψάκου παρὰ τὴν Εὐφράτην παρὰ τὴν Εὐφράτην προσθεὶς. Nam quod prudenter adiectum fuisse notat Strabo, hęc sunt verba, παρὰ τὴν Εὐφράτην. Quare fallitur Xylander.

τὰς παραλλήλους ἐκείνας ἐν τῷ αὐτῷ πλάτει) Legendum puto τὰς παραλλήλους ἐκείνοις τὰς ἐν αὐτῷ.

¶PAG.61. ἐπ' εὐθείας ὑπὸ Κάσπιον πολὺν) Videntur deesse aliquot verba. Sententia non est admodū obscura.

¶PAG.63. καὶ προσθέντος τοὺς εἰς Διοσκουριάδα ἐντεῦθεν δ' ἑξακοσίους) Lego, καὶ προσθέντος τοὺς εἰς Διοσκουριάδα ἐντεῦθεν. ἔτι δὲ ἑξακοσίους. cuius lectionis rationē in Commentariis pluribus exponemus.

πλειόνων ἢ δισχιλίων σταδίων) Vetus quidam codex, τρισχιλίων. mendosè, vt puto.

πλειόνων ἔτι τὸν ἐκ Κασίας ἐπὶ πορθμὸν πλοῦν σταδίων πεντακισχιλίων) Deesse negationem ante vocem πλειόνων rectè à Xylandro est animaduersum. & in veteribus legitur μὴ πλειόνων. Sed & ἑπτακισχιλίων pro πεντακισχιλίων puto esse legendum.

¶PAG.64. καὶ αὐτὸν τὸν Ἵππαρχον συνεξετάζομεν) vt ἐπανορθοῦντες & ἀπολυόμενοι sic & συνεξετάζοντες puto legendum: aut mutata distinctione, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἵππαρχον συνεξετάζομεν.

Ἴδωμεν δὲ καὶ Ποσειδώνιον) Post Eratosthenem & Hipparchum inquirit in Posidonium.

¶PAG.65. Ἀριστοτέλης δὲ αὐτὴν καλεῖ) Veteres codices habent, Ἀριστοτέλη δὲ αὐτὴν καλεῖν. vt pendeat oratio ab illis φησὶ δὴ ὁ Ποσειδώνιος.

καὶ τὰς ἀρκτικῶν ἀοικήτους) Quorsum hæc obsecro te lector? Profectò si locum attendis diligenter, non dubitas deesse quædam, totúmque locum aut hoc aut simili modo esse supplendum, legendúmque. Ἀριστοτέλης δὲ αὐτὴν (videlicet τὴν διακεκαυμένην) καλεῖ τὴν μεταξὺ τῶν τροπικῶν. τὰς δὲ μεταξὺ τῶν τροπικῶν καὶ τῶν ἀρκτικῶν εὐκράτους. Qui vel tenuissimā Sphæræ cognitionem habent, intelligent vel me tacente ita omnino esse legendum. Neque est obscura deprauationis causa, de qua millies in hoc opere nobis erit querendum.

εἰς Μερόην εἶναι μυρίους) Ait à Syene ad Meroen esse stadia ↀ. id verò falsum esse certissimum est. neque hîc autoritatibus opus est. In promptu sunt Strabonis Cleomedis, & omnium Geographorum loci. Et tamen in voce μυρίους mendum inesse non possumus suspicari propter sequentia: nisi illa quoque corrupta esse velimus dicere. Itaque de isto loco velim cogitent docti viri.

ἔτι πᾶσι πρὸς ὥσπερ καὶ λέγεται μόνοις εὐκράτους) Lego ἔτι παρὰ πᾶσι. Nihil, inquit, ad rem facit τὸ, ὡς παρὰ πᾶσι eosdem esse arcticos: Nam si iidem sunt παρὰ τοῖς τὴν εὔκρατον οἰκοῦσι, sanè & παρὰ πᾶσι πρὸς ὥσπερ μόνοις λέγεται εὐκράτους. Verum quis obsecro concedet παρὰ πᾶσι τοῖς τὴν εὔκρατον οἰκοῦσιν eosdem esse arcticos?

ταύτας τε καὶ δύο ἄλλας τὰς ὑπὸ τοῖς τροπικοῖς) Refert Achilles Statius in Aratum zonas à Posidonio sicut & à Polybio (de quo mox) sex constitui. Verum si Strabonis potius fidem sequimur, videtur Posidonius septem, non sex tantum agnoscere zonas. Nam præter eas quinque, quas omnes agnoscunt, duas nouas ipse constituebat tropicis subiacentes, augustas illas quidem, sed tamen quæ habeant aliquid ἴδιον. Quare videtur errasse Achilles Statius cum illa de Posidonio scriberet.

ὡς τὰ νέφη προσφέροντα) Κυκλολογία. Nam νεφέλη παρὰ τὸ נבל quod est ἔπεσε, cecidit. quia cadentes nebulæ pluuiam efficiunt. Polybius paullò aliter, ἐπιφαίνεσθαι δὲ ὄμβρους καὶ βροντὰς ἐτησίων πάντα συμβαίνειν τὸν ἀέρα ἐκ τῶν νεφῶν κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ὑπὸ τὴν ἰσημερινὴν ἐπὶ τὴν γῆν. Sic alibi, ὁμίχλας πεπηγυίας.

αὐχμοὺς ποιεῖν) Ait Posidonius in iis locis qui tropicis subiacent nunquam pluere. Vide verò infra lib. xv.

καὶ εὐυδροτέραν) Scripti quidam codices ἀνυδροτέραν. Malè. Mouisse autem videtur τὸ παράδοξον vt mutarēt veram lectionem, quum non concoquerent cur regio æquatori subiacens esset εὐυδροτέρα quàm ea quæ tropicis. Verùm, & veterum autoritas & recentiorum αὐτοψία docent in iis locis magnos imbres esse loco hyemis.

A τοῖς ἀρκτικοῖς ὑποπεπτωκυίας) Manu exarati codices ὑποκειμένας.

δύο δὲ τὰς μεταξὺ τούτων τε καὶ τῶν τροπικῶν καὶ τῶν ἰσημερινῶν) Videamus quid hæc sibi velint. Ait Strabo Polybium facere sex zonas. deinde eas enumerat. dixit iam de duabus: iis nimirum quæ arcticis subiacent. tum hæc verba subiicit, quæ si quid ego græcè scio, nihil aliud sonant quàm præter illas duas de quibus iam dictum, esse alias duas μεταξὺ τούτων videlicet τῶν ἀρκτικῶν, hoc

B est inter arcticos, tropicos & æquinoctialem. Sed velim me doceant interpretes quanam fieri ratione possit vt eadem zona sit inter arcticos, tropicos, & æquinoctialem. Præterea quum sex zonas Polybius faciat, cur quatuor tantum à Strabone enumerantur? Iam vereor ne otio tuo Lector abuti videar, si pluribus aduersus istam lectionem egero. quippe, luce iam clarius est, deesse hîc membrum vnum, ab imperito & inerti librario, vt alia passim, omissum: eò faciliùs, quòd eadem verba sæpius reperebantur. Ergo legendus totus

C locus ad hunc modum, Πολύβιος δὲ ποιεῖ ζώνας ἕξ. δύο μὲν τὰς τοῖς ἀρκτικοῖς ὑποπεπτωκυίας. δύο δὲ τὰς μεταξὺ τούτων τε καὶ τῶν τροπικῶν. καὶ δύο τὰς μεταξὺ τούτων καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ. Habes integram enumerationem zonarum Polybii. quarum duæ arcticis subiacēt: duæ intra tropicos continentur. duæ sunt intra tropicos & æquatorem. Polybius enim petustam terræ plagam, siue τὴν διακεκαυμένην diuidit, ac partitur in duas zonas. Sequitur paullò post de Polybio τὴν διακεκαυμένην μέντοι δίχα διαιρῶν, πρὸς ἣν φαύλην ἐπίνοιαν φαίνεται κεκινημένος. Mox, ὥστε καὶ τὸ

D ἡμισφαίριον ἑκάτερον ἐξ ὅλων συμπεπλέχθαι τριῶν ζωνῶν ὁμοειδῶν τῶν ἐν θατέρῳ. Vide & Achillem Statium.

¶PAG.66. καὶ φυτῶν συστάσεις, καὶ τῶν ἄλλων ἡμιουσταλεῖς τῶν ὑπὸ τῷ ἀέρι) In tribus antiquis codicibus deerat vox συστάσεις post φυτῶν. Itaque existimabam locum ita esse legendum καὶ φυτῶν καὶ τῶν ἄλλων συστάσεις τῶν ὑπὸ τῷ ἀέρι. Verum obstat veterum quatuor codicum consensus in quibus monstrum illud lectionis ἡμιουσταλεῖς reperitur: vt hoc loco aqua omnino mihi hæreat: magnámque habiturus sim gratiam ei qui me veram hu-

E ius loci lectionem docuerit.

ἄρτι δὲ ἐψυγμέναι) Libri veteres κατεψυγμέναι vt alibi.

ἡ σφαῖρα δίχα τῆς γῆς) Lectio vetus τμηθεῖσα δίχα ἡ σφαῖρα τῆς γῆς.

¶PAG.67. ἡ τὰς ὑπὸ τοῖς τροπικοῖς συνάγων) Manu scripti quidam εἰσάγων.

καὶ ὁ τοὺς δεφορεῖ τῶν Κερεαλίων ἀγῶνος) Vetus interpres qui Proserpinalia. vertit, videtur legisse τῶν Κορικῶν ἀγῶνος. Κόρη enim, Proserpina. vnde Κορεῖα dicta vide-

F tur vt Δίασια. Festum Iouis. Atque hûc fortasse pertinet quod libro superiore dixit Strabo de sacris Ideę matris apud Cyzicenos. Cum hæc scripsissē reperi annotatum in eo codice quem mihi socer Henricus Stephanus suppeditauit, in quatuor manu exaratis codicibus legi Κορείων.

ἐξέβαλε τὴν ἀρχὴν) veteribus διαδέξασθαι.

¶PAG.68. αὐτὴ δὲ τούτων ὑγείας τε τυγχάνειν) Et veteres libri habent ὑγιὴς vt Aldi codex: tamen placet mihi vehementer Xylandri emendatio ὑδρείας.

G τὸ δ' ἀχρεῖον προφέροντα) Veteres libri προσφέροντα.

γενέσθαι δὲ εἰς ἄδειαν) Malim γενηθῆναι δὲ. & ita videtur vetus interpres legisse.

τούτοις δὲ πλεῖν) Malim τούτοις δὲ πλεῖν videlicet τοῖς πλοίοις.

Ἀλλὰ τὴν δὴ ναυκλήρων τινα) Malim Ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν ναυκλήρων.

τὴν ὕπαρ ἐνδιαιτώμενα πᾶσαν) Rectiùs veteres libri ἐκδεδομένην.

κατασκευάζειν πλοῖον μέγα) Malim κατασκευάσαντα vt mox ἐμβιβάσαντα.

ἐμβιβάσαντα μουσικὰ) Lege ἐμβιβάσαντα τε.

ἄκοντα ὑπονοεῖσθαι πρὸς γῆν) Liber soceri ex duobus manuscriptis ἐφερμένου.

ἀλλὰ

ἀλλὰ ἀφ᾽ ῶθῆναι τὰ φορτία συνθέντα) Vetus interpres qui sic vertit *Cæterum prius in terram onus & lignorum pars maxima percussa sunt.* legit ἀλλὰ φθῆναι. Atque ita hunc locum iampridem emendauerat Quintinus Claudus vir eruditissimus.

πυνθανόμενον ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν ἀναχθεῖσαν ναυστολίαν) Quid est ἀναχθεῖσα ναυστολία? Naurm ἀνάγεσθαι quid sit non ignoro, ναυστολία nescio, hic præsertim. Lego ἀναδειχθεῖσαν ναυστολίαν, plana & perspicua sententia. Confirmat emendationem meam vetus interpres.

ἐνδεόμενον γεωργικῆς ἐργαλείων) Et hic lege ἐνδεόμενον. Sic & liber soceri Henrici Stephani.

ἐν τῇ Βόγου βασιλείᾳ) Non video quare putare debeamus cum Xylandro Bogum esse quem Latini Bocchũ vocant. Nam diuersa esse hæc nomina ex historiis & Strabonis lib. vltimo apparet. Fit enim ibi Bogi ac Bocchi mentio.

μέχρι τῆς ἀεὶ τῆς ἐκδέξω ἱστορίας ἥκειν) Legendum μέχρι τῆς δε τῆς. Hactenus cognita mihi est (ait Posidonius) Eudoxi historia: quid autem eo factum sit postea, sciunt illi apud quos versatus est, Hispani ac Gaditani. Non est dubium mihi hanc verã esse lectionẽ. Nam vulgata mendosa est, & sententia quam interpretes ex ea eliciunt hoc loco non conuenit.

¶ PAG. 69. Θαυμαστὸς δὴ κατὰ ταῦτα ὤν, ὅπως) Ita legitur in omnibus codicibus: & ita quoque interpretes. Mihi verò hæc lectio de mẽdo suspecta est: habeóque persuasum legendũ esse ὁ Ποσειδώνιος nõ ὅπως. Errori ansam dedit compendiosa scribendi ratio librariorum, qui ὁ πος scripserunt cum vellent intelligi ex histribus litteris prima, media, vltima, ὁ Ποσειδώνιος. At imperiti homines coniungere postea & fecere ὅπως: quæ vox hoc loco tam malè quadrat, quàm bene conuenit dictio quam reponimus. Qui versati sunt vel mediocriter in veteribus codicibus sciunt satis quam frequens sit in nominibus præsertim propriis compendiosa hæc scribendi ratio. vnde postea sparsæ infinitæ mendæ per bonorum autorum libros. Ac venit nunc mihi in memoriam locus Dionysij Halicarnassensis vbi similis error est commissus: quem locum etsi iam pridem in Notis quas admodum adolescentes scripsimus ad Laertium, emendauimus: tamen quia video id non esse ab eruditis hominibus qui nuper eum autorẽ ediderunt, obseruatum, etiam hic ὡς ἐν παρέργῳ castigabimus. Dionysius in Dinarcho, Ἀλλὰ Δῆμος ὁ Μάγνης ὃς ἔδοξε γεγονέναι πολυίστωρ, ἐν τῇ περὶ τῶν ὁμωνύμων πραγματείᾳ. Noli quærere quis sit iste Demus qui scripserat περὶ ὁμωνύμων. Demetrium enim Magnetem intelligit, qui scripserat librum hoc indice Περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων. Autores Plutarchus, Athenæus, Laertius, qui toties eum scriptorem laudant. Verùm quum à properante librario scriptum esset Δημ vel Δημτς pro Δημήτριος, (quo modo πηρ scribitur pro πατὴρ & μηρ pro μήτηρ, & ἀνος pro ἄνθρωπος aliáque id genus) factum ea re vt antiquus autor nomen suum apud Dionysium amitteret. quam iniuriam homini libero fieri legibus Romania non permittitur.

τὸ δὲ Βεργαῖον διάστημα τοῦτο) Vel pueri videant vocem διάστημα hic nullo modo conuenire. Lego autem διήγημα. Vocat Βεργαῖον διήγημα narrationẽ Eudoxi, quasi diceret fabulam esse meram. Nam vt libro priore diximos, tanta fuit mentiendi in Antiphane Bergæo consuetudo, vt locum prouerbio fecerit.

πεπλάσθαι γὰρ ἢ Ποσειδώνιος) Et hæc sunt corrupta. Totus verò locus ita legẽdus εἴθ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ πεπλασμένον, εἴτ᾽ ἄλλων πλασάντων πιστευθέν. Τίς γὰρ ἡ πιθανότης ἀνεστῶτον μὲν &c. hoc est, *Siue ab ipso Posidonio conficta fuerit hac narratio, siue credita tantùm, cùm esset ab alijs conficta. Nã in hac narratione quid est quod sit probabile?* Porrò non fuisse hæc de Eudoxo conficta à Posidonio, apparet ex his Plinii lib. II. cap. LXVII. Præterea *Nepos Cornelius autor est Eudoxum quendam sua ætate cum Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum, Gades vsque peruectum.*

A τούτοις τῆς θαλάττης) Liber soceri Henrici Stephani ex quatuor veteribus codicibus τῆς ταύτῃ θαλάττης, quæ lectio & elegantior est, & verior.

τῆς ἑσπερίους Αἰθίοπας) Eiusdẽ codex ex quatuor manuscriptis, τοὺς ἑσπερίους vt alibi passim.

τῆς διὰ Βόγου ναυτιλίας) Liber Henrici Stephani ex quatuor manuscriptis, τῆς διὰ Βόγου ναυστολίας.

¶ PAG. 70. συνοικισθῆναι νῆσον) Scribo συνοικίσαι. Nam cum longè differant οἰκῆσαι & οἰκίσαι, tamen vix dixerit aliquis, quoties etiam in veteribus libris οἰκῆσαι scriptum pro οἰκίσαι reperiatur.

B καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων) Liber soceri Henrici Stephani ex doobus scriptis τῶν παραπλησίων.

ὅ φησιν ὁ πλάσας αὐτὸ ἠφάνισεν, ὡς ὁ ποιητὴς τὸ τῶν Ἀχαιῶν τεῖχος) Respiciebat Posidonius cum hæc scriberet Aristotelis locum de muro Achiuorum quem refert Homerus. Nam cum multi è veteribus eius muri rudera ac vestigia quærerent, Aristoteles merum esse poetæ commentum existimabat. Strabo lib. XIII. τινὲς γὰρ γεγονέναι φασὶ τὸ τεῖχος, ἢ καὶ ἐγένετο, ὁ δὲ πλάσας ποιητὴς ἠφάνισεν ὡς Ἀριστοτέλης φησίν.

C Εἰκάζει δ᾽) Quisnam? Nimirum Posidonius: Nam de eo tantum hic sermo :, neque aliter hæc queunt accipi. Atqui Posidonius adeo hæc non dixit quæ ei hic à Strabone tribuuntur, vt è contrario autores huius sententię grauiter reprehenderet: quod cum ab ipso Strabone ea libris Posidonij pluribus sit relatum libro septimo, miror admodum quid nunc Straboni in mentem venerit vt Posidonio tribueret quod ita ab eo exploditur. Non enim verisimile est variasse à seipso hac in parte Posidoniũ in suis scriptis: potius crediderim Strabonis hic esse ἁμάρτημα μνημονικόν, Posidonio imprudenter tribuentis quod Ephori potius fuit. Posidonius autem quid super hoc censuerit, ex his verbis lib. VII. vbi de Cimbris, apparebit. Ταῦτα δὲ (nimirum quæ hic Strabo ait) δικαίως ἐπιτιμᾷ τοῖς συγγραφεῦσι Ποσειδώνιος, καὶ οὐ κακῶς εἰκάζει ὅτι λῃστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι, καὶ μέχρι τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν ποιήσαιντο στρατείαν. qui locus tam huic contrarius est quam aqua igni.

E καὶ τῶν συγγενῶν ἐξαναστῆναι) Putabam legendum esse τῶν Τωυγενῶν. Mouebar enim simillimo loco libri septimi, vbi Toygeni dicuntur se Cimbris adiunxisse: idque etiam alibi repetit. Nunc nihil censeo mutandum: Nã & libri veteres omnes ita habent: & præterea quàuis Cimbris se Toÿgeoi adiunxerint, tamen longius à mari habitabant quàm vt dici possit vllam maris πλημμυρίδα eorum regionem inundasse, eósque ad quærendas nouas sedes impulisse.

καὶ ἐν ἀναλύσει δίκαιον γίνεται) Torsit me vehemeter hic locus; nec dũ tamen veram eius lectionem potui excogitare. Nã ne in libro quidem soceri amplius quicquam notatum est, quàm legi in quatuor scriptis καὶ ἐν ἀναλύσει δίκην γίνεται. Dum aliquid certius occurrat lego, καὶ ἐν ἀναλύσει δίκης γίνεται, hoc sensu, occupari Posidonium in eo vt culpa absoluat eos quos modo reprehenderat ob malè partitam τὴν οἰκουμένην. Sumptum è foro: vbi notum est quid sit ἄφεσις vel διάλυσις τῆς δίκης.

περὶ ὅλον χειμῶνος) Malim περὶ ὅλην χειμῶνα. Sed & χειμῶνος ferri potest.

G Θετικὸν ποιούμενος τὸ ζήτημα) Non enim omnis ζήτησις est θέσις: sed ea tantum quæ tam affirmatiuè quam negatiuè tractanda proponitur.

ἐφεστηκέναι γὰρ ἔτι) Liber soceri ex duobus scriptis ἀφεστηκέναι. In eodem ex vnico scripto legitur ἐφεστὰς pro ἐφεστώς.

. . . . . . Καὶ τὸν ἀπάγοντα τὴν ἑτέραν οἰκουμένην) Interpretes ita hunc locum tractauẽre vt Oedipo opus sit, si quis velit sententiam elicere: Neque enim animaduerterũt, quod debuẽre tamen, locum esse motilum. Nos verò hoc etiam amplius, quomodo vera lectio restitui debeat. Legendum enim Κράτητα δὲ τὸν εἰσάγοντα τὴν ἑτέραν οἰκουμένην. Id ita esse euincit Strabo qui libro superiore eundem poetæ locum tractans Cratetis explicationem

protulit quæ τὴν περὶ τῆς οἰκουμένης vt hic loquitur ὑποθέσει. Vide locum: Nam & Strabo ipse lectionem mox reiicit in illum locum σκεπτέον, inquit, καὶ περὶ τῆς γραφῆς τῆς Κρατητείου ἐπιτρέψομεν.

φυλάττειν τὴν ὑπόθεσιν) Φυλάττειν ὑπόθεσιν eleganter dicit de eo qui vt mordicus retineat quod initio ὑπέθετο, omnia, quanuis βιαζόμενος, suo proposito accōmodant. Exempli gratia, Volebat Crates idque ὑπέθετο, quæcunque ait Homerus μαθηματικῶς esse accipienda. Itaque vt hanc ὑπόθεσιν tueretur, etiam quæ de Æthiopum diuisione à poeta dicuntur μαθηματικώτερον explicabat: quod quia videbatur difficilius, locum Homeri corrigebat vt copiosè refert Strabo libro superiore. Atque hoc est φυλάττειν ὑπόθεσιν. Vis aliud exemplum? Posidonius existimabat artes etiam mechanicas à philosophis & sapientibus esse inuentas. Itaque Anacharsin figuli rotam inuenisse cum vulgo credebat: verū quia apud Homerum qui fuit Anacharside antiquior inueniebatur figuli rota, malebat, inquit Seneca, videri versus falsos esse quàm fabulam. Id verò est φυλάττειν ὑπόθεσιν.

¶ Pag. 71. καὶ Ἄρατος ἐπισημαίνεται) Notabis quomodo difficilē Arati locū acceperit Posidonius: de quo aliàs pluribus. Sic autē Aratus de capite Draconis loquens,

> Κείνη που κεφαλὴ τῇ νίσσεται, ἧχί περ ἄκραι
> Μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσι.

Πολύβιος δὲ) Post Posidoniū inquirit in Polybium.

καὶ ταῦτα δὲ μήτε Δικαιάρχου πιστεύσαντος) Videtur his verbis Polybius significare voluisse Eratosthenem virum alioqui doctissimum & Dicæarcho longè meliorem, hac tamen in parte Dicæarcho esse inferiorem quod Pytheæ fidem habuerit. Rectè sanè Polybius: neque video quid hìc reprehendi queat. Strabo verò noster (dicam enim quod sentio) nimis hic argutatur.

ὁ ὅλως ἀγνωματικὰς) Vox ὅλως est mihi suspecta. Vetus interpres legit ὅλως.

¶ Pag. 72. μέχρι τοῦ πορθμοῦ) Intellige fretum Siculum, non Gaditanum.

τὰς τῆς περιμέτρου ποιήσας) Melius liber soceri ex codicibus antiquis γωνιῶν.

ἐκ τῆς παιδικῆς μετρήσεως) Fortasse ἐκ τῆς δὲ τῆς μετρήσεως. Nam quid est παιδικὴ μέτρησις?

ἐξ αὐτῶν ὧν εἴρηκας αὐτός) Locus deprauatus ac mutilus: nec quicquam opis afferunt scripti.

περὶ τρισχιλίους) Germanicę editiones ἐπὶ habent pro περὶ. Eum errorem passim in iis editionibus reperies. Libro quidem primo plusquam vigesies. Manauit hic error ex non intellectis notis Aldini codicis pro περὶ, & pro ἐπί.

καὶ ἢ χάριτος δὲ οὐκ ἄλλως εἴληπται) Imò οὐ καλῶς: & ita legendum cum interpretibus.

¶ Pag. 73. ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδριατικοῦ κόλπου) Errauerūt hoc loco operæ nostræ Xylandri editionem secutæ. Nam quum Aldi codex itémque prior editio Germanica, necnon manu exarati codices omnes habeant Γαλατικοῦ non Ἀδριατικοῦ: Xylandro tamen ita placuit hunc locum non emendare sed deprauare: quod profectò factum nimis confidenter. Nos vero ita religiosi hac in parte fuimus, vt ne certissimas quidem emendationes in contextum recipere ausi simus, vbi videbatur lectio quàm interpres secutus esset, posse vlla ratione tolerari. Legendum igitur ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου quam lectionem præter omnium codicum consensum, confirmant similes loci hoc ipso libro, Paullò post οἱ τε πλέοντες τὸ μέγιστον διάφραγμα ἀπὸ τῆς Κελτικῆς ἐπὶ τὴν Λιβύην εἶναι τὸ ἀπὸ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου σταδίων πεντακισχιλίων. Iterum mox in descriptione maris Mediterranei πλάτος δὲ τὸ μέγιστον ὅσον πεντακισχιλίων σταδίων τὸ ἀπὸ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου μεταξὺ Μασσαλίας καὶ Νάρβωνος ἐπὶ τὴν κατ' ἀντικρὺ Λιβύην. Xylandrum fefellit, quod paullò antè videret fieri sinus Adriatici mētionem: verùm id nihil ad rem. Neque hoc refertur vt reprehendatur: sed vitiur

A tur hoc argumento aduersus Polybii superiorem disputationem.

μὴ μείζω τῶν ὀκτακισχιλίων σταδίων εἶναι τὸ μῆκος τὴν σύμπασαν Ἰβηρίαν) Tam facile nobis fuit iampridem hunc locum emendare ex aliis eiusdem autoris locis, quàm facilè fuit interpretibus labi atque errare cū vulgatis codicibus. Legendum enim esse ἑξακισχιλίων non ὀκτακισχιλίων non dubitabis si vel initium libri tertii consulueris. Atque ita legi in tribus codibus antiquis, testatur

B statur soceri Henrici Stephani liber.

ὀκτακισχιλίων σταδίων τίθησι τὸ μῆκος) Insignis sanè hic Polybii error. si quidem ὀκτακισχιλίων scripsit. neque aliter tamen libri manu exarati.

φράσας ἔξωθεν αὐτῆς) Locus est deprauatus. Legebam αὐτήν. Sed malo vt in quibusdam scripris τὰ ἔξωθεν αὐτῆς.

τούτων οὐκ ἐκλαθόμενος) Vel ἂν legendum non οὐκ vt vulgò: vel omnino tollenda hæc vocula vt in quibusdam scriptis libris.

C κατὰ τὴν τῆς Ἰβηρίας περίοδον) Magis vsitatè dixisset περίηγησιν, vel περιοδείαν vt infra, ἐν τῇ τῆς Λιβύης περιοδείᾳ.

τὸ μῆκος τῆς Εὐρώπης) Nouæ disputationis initium. An autem hæc ad Eratosthenem an ad Polybium pertinent? Polybium, opinor. Lego verò Καὶ τὸ μῆκος δὲ τῆς.

οἱ μὲν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ἴστρον τόπων) Vide lib. XI. Notabis οἱ μὲν non sequente οἱ δὲ. quod non caret exemplo. At in libro soceri, ex tribus antiquis codicibus hic locus sic legebatur οὐκ ἀξιοῖ δὲ λόγου οἵτινες εἶπον ἀπὸ τῶν sublatis vocibus οἱ μὲν. quam lectionem veram puto.

D εἴρηται γὰρ καὶ τοῦτο) Atque ita multi censuerunt, vt Theophanes Mitylenæus historicus, & Dionysius Periegetes. Vide ad lib. XI.

¶ Pag. 74. ὡς ἂν ἐπὶ τὰ τοῦ μέσ.) Scribe cum vett. ἐπὶ τ' αὐτό.

ἐπεὶ δὲ τοῖς πρὸς ἐκείνους) Hic incipit tertia & vltima pars horum librorum: quæ vt initio libri primi diximus tota est κατασκευαστική: continétque præclaram rerum Geographicarum καθολικὴν ὑποτύπωσιν siue informationē. Capita præcipua sunt hæc. De principiis Geo

E graphiæ, & ratione describendæ τῆς οἰκουμένης cùm in plano tum in sphæra. Breuis primùm maris Mediterranei: Deinde trium cognitarum orbis partium, Europæ, Asiæ, Africæ περιήγησις. De climatibus breuis disputatio. Quæ omnia Deo fauente copiosiùs aliàs interpretabimur.

τοῖς πρὸς ἐκείνους λόγοις) hoc est τῇ ἐνστάσει. Ita enim partem secundam propriè appellaueris. hanc autem tertiam, διόρθωσιν. Prolem. Γεωγ. libri primi cap. XVIII. Ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωμεν ποιεῖν ἔνστασιν προσχειρίζεσθαι καὶ μὴ διόρθωσιν. &c.

F ¶ Pag. 75. Εἴρηται γὰρ ὅτι) Libro superiore non procul ab initio. vbi eadem ferè verba reperies.

γεωγραφικὴν ἔχει τὴν πρόθεσιν) Longè præter autoris mentem hæc interpretatur Xylander: De eo enim accipit qui docet Geographiam: quùm ad eius auditorem potius & eum qui docetur pertineant: quem ait oportere μαθηματικῶς ἀκούειν τῶν λεγομένων: quod pluribus aliàs planum faciemus.

οὐδὲ γὰρ θηριστὴν καὶ σκαπανέα) Prouerbiale loquendi ge-

G nus: Sic libro III. Ὥστε οὐ μόνον τὸν ποιητὴν στρατηγίας ἢ θηρευτικῆς δίκην ἐκ πάσης τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης ἐξίσαλλ.

ἡ δὲ φυσικὴ ἀρετή τις) Ait τὴν φυσικὴν esse ἀρετὴν αὐτοτελῆ, hoc est, quæ non nitatur vllis hypothesibus vel aliunde petitis principiis. qua in re non est dubium sequi eum autores Stoicæ sectæ, quorum scripta hodie amisimus. Aristotelis quidem sententia longè alia est. Sic ille τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ lib. III. Δεῖ περὶ ὅλης τῶν κατὰ μέρος ἐπισκοπεῖν τὸν ἐγχειροῦντα λέγειν τι περὶ αὐτῶν, εἰ τὸ ἀληθὲς ἢ μὴ ὅτι γεωμέτρας, κατ' ἀριθμητικός. ἀλλὰ τῶν φυσικῶν ἔνιοι, εἰκότως τοῦτο δρῶντες. μόνοι γὰρ ᾤοντο περὶ τῆς ὅλης φύσεως σκοπεῖν, καὶ περὶ τοῦ ὄντος. ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἔτι τοῦ φυσικοῦ τι ἀνωτέρω (ἓν γὰρ τι γένος τοῦ ὄντος ἡ φύσις) τοῦ καθόλου, καὶ τοῦ περὶ τὴν πρώτην οὐσίαν θεωρητικοῦ, καὶ περὶ τούτων ἂν εἴη ἡ σκέψις. ἔστι δὲ σοφία (lego

φιλοσοφία

φιλοσοφία ex Aliis Aristotelis locis) οὐκ ἔστι ὁ φυσικὸς, ἀλλ' οὐ σοφός. Vide & initium libri v. vbi diligenter distinguitur ἡ μαθηματικὴ σοφία, ἀπὸ τῆς φυσικῆς.

τοιαῦτα ἐστί) Relata etiam libro primo. Vbi vide quæ notauimus.

ὁμοταχεῖς τῷ πόλῳ) Scripti quidam libri τῷ ὅλῳ.

¶ PAG. 76. ἀεὶ τῶν ἀρκτικῶν καὶ τῶν τροπικῶν) Traiectio in his verbis ab imperitis librariis cõmissa, ita totum locum obscurauit, vt ab eius sententia procul Xylander aberret. Lege igitur cum vett. lib. Τὸν δ' αὐτὸν τρόπον καὶ ἀεὶ τῶν τροπικῶν καὶ ἀεὶ τῶν ἀρκτικῶν, παρ' οἷς εἰσὶν ἀρκτικοὶ διορίζουσιν. Sententia nõ est obscura: addit Geographus illa παρ' οἷς εἰσὶν ἀρκτικοί, quia non omnes, circulos arcticos agnoscunt: qua de re dictum est in superioribus ab eodem.

¶ PAG. 77. Τοσαῦτα δὲ) Quia incipit Geographus hoc loco docere lectorem principia Geographiæ, placuit quibusdam separare hanc partem à superioribus: nam etiam in veteribus quibusdam codicibus hic constituitur libri tertij initium. Mihi verò hæc partitio non probatur: Is enim est duorum istorum librorum ordo, eáque dispositio, vt sequentia à superioribus non rectè separari queant.

εἰπόντες γὰρ ὅτι καὶ τῇ αἰσθήσει καὶ τῷ λόγῳ δεδήλωται ἔτι) Paullò aliter legebatur hic locus in Aldino codice. Sed ita esse legendum vt emendauimus etiam sine veterum codicum ope facilè fuit videre. Lectorem enim Strabo ad librum priorem reiicit: quẽ si consulat vel puer, intelliget sic omnino esse legendum. Sic ibi Strabo, Ὅτι μὲν ἡ οἰκουμένη νῆσός ἐστι πρῶτον μὲν ἐκ τῆς αἰσθήσεως καὶ τῆς πείρας ληπτέον. Mox, Καὶ ὅπου δὲ αἰσθήσει παρῆν ἐπελθεῖν ὁ λόγος δεδήλωκεν. Xylandri negligentiam nemo sanus hoc loco excusauerit.

συγχωρεῖν) Malim cum veteribus libris quibusdam συγχωρεῖν.

ἐφαρμόζοντα) Fortè ἐφαρμόζοντας, vt ἀφελόντας modo.

καὶ ληφθέντος περ.) Scribe καὶ τοῦ ληφθέντος.

ἔλαττον ἢ ἥμισυ) Scribe ἐλάττω.

πλεῖον δ' ἴσα τὸ λοιπόν) Putabam legendum esse πλεῖον αὖ εἶναι τὸ λοιπόν. Sed hic locus grauius laborat quam vt facilè sanari queat sine auxilio meliorum librorum. Interea nihil muto

¶ PAG. 78. ἐστὶ τοῦ ἰσημερινοῦ δὲ περ.) Scripti quidam δὴ habẽt pro δὲ, quidam δῆ, quod melius conuenit.

Ὅτι ὁ δὴ κατ' Ἐρατοσθένη τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου σταδίων μυριάδων πέντε καὶ εἴκοσι καὶ δισχιλίων. vide Macrob. & Cleom.

πεντεκαίδεκα ἑξηκοστῶν σταδίων) Veteres circulum in Sphęra maximum diuidebant in partes LX. Posteriores verò, quia videbatur commodius, eas partes sexies multiplicarunt, eundémque circulum constituerunt partium CCCLX. At qui in partes tantum LX tribuebant iis vnum quódque πεντεκαιδέκατον XV. partium erat, ὅσων ὁ ὅλος κύκλος LX. Partes autem singulas Astrologi ἑξηκοστάδας appellant, Latini *sexagesimas*: vtitúrque illa voce etiam Strabo paullò post. Neque dubito ego doctos viros mihi esse assensuros eandem vocem hic quoque restituenti. Nam quid hæc lectio sibi vult? ἑξηκοστὰ σταδίων. Nimis certum est scripsisse Strabonem ἑξηκοντάδων.

τοσοῦτον γὰρ εἶναι) Scribe τοσοῦτον γὰρ εἶναι.

τὰ ἐπὶ τοῦ Βορυσθένους) Lege τὰ ὑπὸ. Sed quia Aldus ediderat ὑπὲρ pro ὑπὸ inde manauit ἐπὶ.

ἐσχάτους τῶν γνωρίμων Σκυθῶν Ῥωξολάνους) Strabo lib. septimo, ἐπὶ τοῖς Ῥωξολανοῖς οἳ πρὸς ἀρκτικώτεροι οἰκοῦσιν.

τῆς Βρεττανικῆς) In quibusdam veteribus scribitur aliquoties hæc vox per Π initio, vt & apud Stephanum Πρεττανική.

¶ PAG. 79. ἐστι τοῦδέ που πόλιν) Deest aliquid vt plena sit sententia.

παντεχοῦ. Πολλαχοῦ δὲ παρακρουόμενος) In veteribus quibusdam libris legitur Παντεχοῦ δ', vnde suspicari meritò posse quis videtur ita esse legendum mutata distinctione. Παντεχοῦ δὲ ἢ πολλαχοῦ γε παρακρουσάμενος τοὺς ἀνθρώπους ὁ Πυθέας, aut etiam sine ὁ.

τοῦ ὑπὸ τοῦ Βυζαντίου) Scripti tres διὰ Βυζ.

ἀλλ' ἂν δὴ τοῖς ἐπείτα λεχθεῖσι φροντίζειν) Suspectus mihi locus: quanquam lib. vett. in ordine tantum verborum variant, ἀλλ' ἂν δὴ φροντίζειν τοῖς ἐπείτα λεχθεῖσι.

καὶ γὰρ τὴν Βρεττανικὴν ἔχειν δυνάμενοι Ῥωμαῖοι) Vide libro quarto, vbi de Britannia.

διὰ τῶν χειρωσαμένων εἰκασάντων) Veteres lib. χειρωσάντων: non placet: quãquam ita vetus interpres: εἰκασάντων, vox est mihi suspecta.

¶ PAG. 80. ἀεὶ τοῦ δυσμικοῦ) In multis veteribus libris scriptum est δυσμικοῦ. Ac mirum quàm sæpè illa vox in manu scriptis occurrat: quæ ne Græca quidem videtur esse.

διάνοιαν τίθησιν) Malim συντίθησιν vt modo dixit, ὅτι δὴ τοῖς τῶν συντιθέντων ἡ διάνοια ἢ τοῦ μᾶλλον εἶναι. Est autem hic locus egregius, & vt si quis alius illustris.

καὶ πλανηθεὶς εἰς ἔτυχε τόπους) fortasse ἀεὶ εἰς οὓς ἔτυχε τόπους.

ἧς πρὸς ὄψιν πολὺ κρεῖττον ἐστί) Lego κρείττων. Quod ait, præstare auditum visui πρὸς ἐπιστήμην: id verò controuersia non caret: nec Straboni assentietur Polybius, qui τὴν ὅρασιν longè præfert. Quum enim, inquit, duo veluti instrumenta nobis sint à natura concessa, ἀκοὴ καὶ ὅρασις, δι' ὧν πυνθανόμεθα καὶ πολυπραγμονοῦμεν, visus haud paullò certior est & ἀληθινώτερος, & vt ait Heraclitus, ὀφθαλμοὶ τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες. Vide reliqua. Equidem Polybium & Strabonem facilè conciliari posse existimo: quum sit vtriusque sententia meo iudicio verissima. Nam etsi certior est ἡ ὅρασις: tamen pauca omnino sic sciri possunt: ideò ἡ ἀκοὴ vtilior πρὸς ἐπιστήμην dici meritò potest.

¶ PAG. 81. Ἀπήγγελται δ' ἡμῖν) hoc est, Exposita etiam sunt à nobis ea quæ de Hyrcania & Bactriania accuratius Apollodorus Artemita quàm alij conscripsit. Hãc esse sententiam apparet ex lib. XI. vbi in descriptione illarum regionum toties citatur Apollodorus Artemita. Interpretes hunc locum aliter accipiunt quibus non assentior.

ἃ πολλῶν ἑτέρων μᾶλλον ἀφώρισεν) Fortè ἃ τῶν πολλῶν, vel ἃ τῶν ἄλλων. ἀφορίζειν est accuratè explicare alicuius regionis fines ac terminos.

ἐμβαλλόντων μετὰ στρατιᾶς νεωστί) Malim ἐμβαλόντων. Historiam habes libro XVI.

στόλος ἤδη πλεόντων) Vide libro XVII. vbi de Alexandria.

καὶ πρὸς τὰς χρείας τὰς πολιτικάς) Memor est vbiq; sui instituti. Nã hoc opus eorum potissimum gratiâ suscepit qui in Reip. administratione versantur: vt libro primo dictum est.

πλεῖον τι καὶ πόσον μείζω) Scripti duo, πλεῖόν τι καὶ πόσον

καὶ τὰ τῶν Αἰγυπτίων) De hac diximus ad lib. I.

καὶ ὅσον ἐστὶ τὸ μέγεθος) Lege cum veteribus codicibus ἴσον non ὅσον.

τοῦτο δ' ἂν δῆλον) Lege sine ἂν vt in quinque veteribus scriptis.

¶ PAG. 82. ἔν τε τῇ περὶ τὰ Γάδειρα καὶ Ἰβηρίᾳ τόπῳ ὁρᾶσθαι) Quid? non enim dicit quid illud sit quod in Hispania conspici possit. Puto autem deesse alicuius sideris nomen. Ipsius fortasse Canopi de quo etiam in sequentibus loquitur.

μικρὰ τῶν Γαδ.) Malim μικρῷ.

¶ PAG. 83. τὰς δ' ἐκ κατακλιμάτων, αἳ φύσει δὴ λέγειν) Lege & distingue, τὰς δ' ἐκ κατακλιμάτων. Τὰς μὲν δὴ φύσει λέγειν. Xylander hunc locum optimè interpretatus est.

μὲν πολὺν μὲν) Lege καὶ τὰς πολὺν μὲν.

καὶ μακρὰν ὅπου κατακλιμάτων) Lege totum hunc locum: Intelliges ni fallor, legẽdum esse μακρὰν ὅσου κατακλιμάτων, vel ἐκ κατακλιμάτων, vt paullò antè, vel κατακλιμάτων vt opponantur φύσει & κατακλιμάτων.

τὰ ἔχοντα τοὺς ὄντας) Lege cum veteribus τὰ μέγεθος.

ἐνταῦθα καὶ τῶν ἀφ.) Fortè, καὶ ἐνταῦθα. Vulgò malè hæc distinguuntur: συμπεπλεγμένας autem habent veteres quidam, non συμπεπλεγμένως.

κατὰ τὸν Ὠκεανὸν πολλοὺς, μεγίστους δὲ τέτταρας) In hac breui Institutione sequitur Geographus Eratosthenem: sicut & Dionysius Periegetes, qui hanc sententiam sic expressit: loquitur de Oceano,

> Κόλπους δ' ἔνθα καὶ ἔνθα ἀποῤῥήγνυσιν ἔσω ἁλὸς
> Εἰς ἅλα πόντονδε, παύρους μὲν πλείστους, τέσσαρας δὲ μεγίστους.

ὧν ὁ μὲν Κάσπιος) Fallitur. Caspium enim mare non Oceani sinus sed mare per se. Vide ad lib. xi.

ἐν ἄλλῳ πλάτει) Lego ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ πλάτει.

εἰς δύο κόλπους πελαγίους) τῷ μεγέθει videlicet.

ἧττον δ' οἱ λοιποί) De Caspij ostio, meræ nugæ vt iam diximus. De Persico sinu non fallit: Nam habet ostium latum stad. ccc. si vera est Arriani vel lectio vel assertio: vide ad lib. xvi. At maris mediterranei ostium vix lxx. stad. latum est, ἡ στενώτατον. Arabicum quoque sinum ostio esse angustiore vii. milliarum Italicorum constat.

¶Pag. 84. λέγεται δὲ σταδίων μυρίων καὶ δισχιλίων) Cum dicit λέγεται indicat se referre quod vulgo credebatur. Ideò legendum puto τρισχιλίων. Nam ita supra scribitur: vbi vulgò receptam τῆς οἰκουμένης longitudinis dimensionem refert, εἶτα τὸ διάστημα τὸ ἐπὶ στήλας ἀπὸ πορθμοῦ μυρίων τρισχιλίων.

τῶν ἄλλων ἐστὶ μεγίστη) Magis placet ordo verborum qui in veteribus reperitur, αὕτη δὲ τῶν ἄλλων τῶν καθ' ἡμᾶς ἐστὶ μεγίστη καὶ ἀρίστη.

καὶ Ἰλοῦα) Reprehenditur ab eruditis viris Strabo quod Æthaliam & Iluam separet quasi duæ essent insulæ: quum vna sit & eadem insula licet Ptolemæus duas faciat: cuius similia in eadem re peccata alibi arguemus. Ad Strabonem verò quod attinet, cum sciremus insulas, Tyrrheni maris eum descripsisse visas sibi, non ἐξ ἀκοῆς tantum, putabamus traiectione verborum hunc locum fuisse corruptum: quum ipse ita scripsisset, πρόσκειται δὲ, Αἰθαλία τε (ἡ καὶ Ἰλοῦα) καὶ Πιθ. Sed postea iusserunt nos esse securos veteres codices. In quatuor enim antiquis manu scriptis illa non reperiuntur καὶ Ἰλοῦα: nimirum ex Ptolemæo aliquis Strabonis Geographiam amplificauit: quod alibi quoque factum deprehendimus.

καὶ Γυμνησία καὶ Ἔβυσος) De his accuratius ad lib. iii. Dionysius poeta versatur in eodem errore.

> Νῆσοι δ' ἑξείης Γυμνησίαι. ἄγχι δὲ Βυσσός.

quem poetæ locum quum omnes codices, etiam meus scriptus cum antiquis scholiis ita scriptum habeant, nescio an mutanda fuerit lectio Aldina καὶ Βυσσός quam lectionem etiam Eustathius & Stephanus confirmant.

Μήνιγξ) Passim reperies alteram γραφὴν quam ex veterib. lib. annotauimus Μῆνιξ.

τὸ δὲ βάθος) Βάθος vocat spatium in quod effunditur Syrtis maior à Libyco littore in continente penetrans.

ἀφ' Ἑσπερίδων εἰς Αὐτόμαλα) Xylander ἀφ' Ἑσπερίδων interpretatur, ab Hesperidum insulis. Vellem docuisset nos vbi eæ essent quas intelligebat. Nõ enim, sat scio, intellexit de iis quas cõmemorat Plin. lib. vi. cap. xxxi. Et tamen quasnam alias vellet intelligi nescio. Enimuero insulas hîc nullas Strabo commemorat. Nam vt indicet τὸ βάθος Syrtis maioris, effundi eam ait ab Hesperidibus ab Automala. Hesperides vocabantur olim teste Ptolem. Berenice vrbs maritima in Cyrenaica ditione. Stephanus. Ἑσπερὶς πόλις Λιβύης ἡ νῦν Βερενίκη. Plinio verò, cui potius assentior ea vrbs non Ἑσπερίδες, nec Ἑσπερὶς, sed Ἑσπερίδων dicitur. *Berenice in Syrtis extremo cornu est quondam vocata Hesperidum supradictarum, vagantibus Græciæ fabulis.* Straboni lib. xvii. in eo tractu est λιμὴν Ἑσπερίδων. Vide locum. Automala autem vrbs fuit in ipso μυχῷ maioris Syrtis. Inspice Ptolem. tabulas. Facilè intelliges quàm rectè τὸ βάθος maioris Syrtis ab Hesperidum vrbe ad Automala dimetiatur Geographus.

¶Pag. 85. σὺν τῷ Μέλανι κόλπῳ καὶ τῷ Ἑλλ.) De Melane sinu Dionysius Periegetes,

> Κεῖθι Μέλας καὶ κόλπος ἐφ' Ἑλλήσποντον ἴησιν,
> Ἀφρὸς ἐρευγόμενος.

Ἔστι δὲ δισθάλαττος στενὸν πάνυ ὥστε) Dionysius poeta postquam descripsit Carambin & Criũ metopon, subiicit

> Ἐκ τοῦ δ' αὖ καὶ πόντον ἴδοις διθάλασσον ἐόντα.

¶Pag. 86. δίαρμα εἰς Ἀλεξάνδρειαν βορεία) Lege βορεῖα. passim ita loquuntur Græci autores, ὁ πλοῦς βορεῖα vel λίβα vel νότῳ. Iterpretũ alter omisit, alter minus rectè expressit.

καὶ τῶν ἐντὸς Ἅλυος ἡμισελήνων ἐθνῶν) Placet vetus lectio quatuor scriptorum, εὐμεγεθῶν.

¶Pag 87 ὥστε πανταχοῦ καὶ τὸ γεωργικόν τε [καὶ τὸ γεωγραφικὸν] καὶ τὸ πολιτικὸν καὶ τὸ μάχιμον παραλείπε.) Facilè mihi persuadeo sententiam meam esse hîc probaturos viros doctos, existimantis voces illas καὶ τὸ γεωγραφικὸν nullum hîc locum habere ac proinde esse delendas. In veteribus quibusdam desunt hæc καὶ τὸ γεωγραφικόν τε, non rectè.

ὥστε ὄντων ἐπικρατεῖ τοῦτο) Locus est corruptus. Fortè, ὡς εἰκότως ἐπικρατεῖ τοῦτο.

τῶν ὡς ἂν τεσσαράκοντα μηνῶν) Manuscripti, τεσσαρακονταμηνιαίων: & ita Eustath. citat.

¶Pag. 89 καὶ τῶν ταύτῃ πλειόνων ἀκρωτηρίων) Suspicor legendum esse καὶ τῶν ταύτῃ ποιούντων ἀκρ. vel sic καὶ τῶν τούτων ποιούντων ἀκρωτηρίων, vt alibi loquitur.

καλοῦσι δὲ τὰς τοιαύτας οἰκήσεις Αὐάσεις) Veteres codices cum hîc tum libro xvii. mutant υ in ο. Ὀάσεις: quæ lectio fauẽte eorum sententiæ videtur qui Αὐάσεις putãt esse legendum. Mihi verò non probatur vt in voce barbara etymologiam quæramus ceu esset vox Græca. Barbaram vocem appello hanc: quia Strabo ait καλοῦσιν Αἰγύπτιοι: qui sanè Græcè non loquebantur.

¶Pag. 90. καὶ Μαυρησίοις καὶ Νιγρῖται) Lege Φαρουσίοις. Stephanus Φαρούσιοι ἔθνος Λιβυκόν: vel Φαυρούσιοι. Dionysius Periegetes,

> Γαίτουλοι ἑσμεῖς τ' ἀγχίγυοι Νιγρῆτες
> Ἑξείης δ' ἐπὶ τοῖς Φαυρούσιοι.

vtraque lectio reperitur in veteribus libris in xvii.

εἶτα Σίντας καὶ Βυζακίους) Sintas, opinor, vocat qui apud Ptolem. Σίρνιτες. Byzacij sunt, qui Plinio Byzatij incolæ, Stephano Byzantes: apud Herodotum in vulgatis cod. corruptè iam Stephani temporibus Γύζαντες: hodie etiam corruptius Ζυγαντες. Legendum Βύζαντες.

τοὺς μὲν Μασαιλιεῖς, τοὺς δὲ Μασαισυλίους προσαγορεύουσι) Legendum τοὺς μὲν Μασυλιεῖς. Dionysius,

> Ἔνθα Μασαισύλιοί τε καὶ ἀγχούροι Μασυλῆες.

¶Pag. 91. παρὰ χιλίους καὶ ἑκατὸν τοὺς πλείον.) Veteres quidam παρὰ χιλίους καὶ ἑξακοσίους.

Κυρήνης νοτιωτέροις ὅσον τετρακοσίοις σταδίοις) Quidam veteris libri, ὅσον τρισχιλίοις σταδίοις. Et contra mox, Καρχηδόνος δὲ νοτιώτεροι εἰσὶ χιλίοις καὶ τετρακοσίοις σταδίοις: quas lectiones aliàs Deo volente accuratè expendemus.

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS
ET CASTIGATIONES IN LIBRVM III. GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

ΑΠΟΔΕΔΩΚΟ'ΣΙ δ' ἡμῖν τὸν πρῶτον τύπον τῆς γεωγραφίας) Geographi officium bifariam partitus est Strabo libro secundo: Prius enim tradēdam esse dixit χονδρικήν quādam ὑποτύπωσιν, rudémque informationē totius οἰκουμένης, docendúmque & quāta ea sit, & qualis, & πῶς ἔχουσα πρὸς τὴν ὅλην γῆν, aliáque id genus quę de habitata à nobis terra generatim dici sciríque decet: Deinde autē ad τὰ καθ' ἕκαστα dixit esse accedendum, ac singulorum locorum situm & ingenium exponendum. Cum igitur priorem partem sit executus Strabo libro superiore, restat vt ad posteriorem se conuertat. Porrò quum eodem prorsus ordine ac via eadem progrediatur in partium singularum enarratione, qua supra omnes in generali τῆς οἰκουμένης descriptione partes recensuit, nihil est cur de hoc plura dicamus.

καὶ ὑπισχόμεθα ἔπειτ) Respicit illum locum libri superioris, vbi ita scribit, τὸν αὐτὸν τρόπον χρὴ καὶ τὸν γεωγράφον &c.

κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας) quas supra exposuit illo loco. Ἀρκτέον δ' ἀπὸ τῆς Εὐρώπης, ὅτι πολυσχήμων τε, καὶ πρὸς &c. Plinius, *Primum ergo de Europa altrice victoris omnium gentium populi, longéque terrarum pulcherrima.* Inde & Ptolemæus orditur. Et sanè quum ab iis ordiri sit melius quæ notiora sunt quàm ab ignotioribus, necesse erat veteribus ab occasu incipere. Nam τὸ δυτικὸν πέρας τῆς οἰκουμένης, & certum erat, & omnibus notum: τὸ ἀνατολικὸν contra, nec certum, nec multis cognitum.

ταύτης δὲ τὸ μὲν πλεῖον οἰκεῖται φαύλως) τὸ πλεῖον, hoc est, τὰ μεσόγεια pleráque omnia, totáque ferè ἡ παρωκεανῖτις. Nec verum est elogium Melæ quod ille Hispaniæ toti tribuit. *adeo*, inquit ille, *fertilis, vt sicubi ob penuriam aquarum effœta & sui dissimilis est, linum tamen aut spartum alat.* Minus etiam considerate & Solinus, & Iustinus libro XLIIII. Hispaniam dilaudant. Nam etsi in Hispania omnia reperiuntur quæ illi aiunt: tamen toti non rectè attribuuntur. Nam vt ait Strabo multis locis οἰκεῖται φαύλως, est etiam vbi non οἰκεῖται.

ἡ δὲ προσβόρρ(ε)ιος) Atqui Plinius Hispaniam quacunque ambitur mari, vni vult cedere Italiæ.

Ἔοικε γὰρ βύρσῃ) Dionysius Periegetes. Ἡ μὲν καί ἣν ἰκέλην ἐνέπουσι βοείη. Mela τὸ σχῆμα Hispaniæ sic explicat, *Ipsa Hispania nisi qua Gallias tangit, pelago vndique incincta est: vbi illis adhæret, maximè angusta, paulatim se in nostrum mare & Oceanum extendit, magis magísque latior ad Occidentem abit, ac fit ibi latissima.* Iustinus. *Forma terræ prope quadrata, nisi quod arctantibus freti littoribus in Pyrenæum coit.* Æthicus verò trigonam Hispaniæ formam facit.

ἔχει δὲ σταδίων ἑξακισχιλίων ὁμοῦ τὸ μῆκος) Hispaniæ longitudo vt variè sumi potest, ita ab autoribus variè traditur. Vide Plinium libro quarto cap. XXII. Oram Hispaniæ meridiei obuersam ita metitur Strabo infra. A Gadibus ad columnas stadia sunt 2000. Inde Carthaginem nouam 2200. Totidem inde ad Iberi fluminis ostia: à quo loco ad Pyrenæos montes stadia sunt 1600. qui stadiasmus efficit summam stad. 8000. Polybius libro III. eandem τόπον παράλιαν ita metitur. A noua Carthagine ad τὸ κατὰ τὰς Ἡρακλέους στήλας στόμα stadii sunt 3000. ab eadem ad Iberi fluminis ostia st. 2600. Inde ad Emporium, qui locus non ita multum distat à Pyrenæis 1600. Quare à Columnis ad Emporium stadia erūt secundum hanc Polybii dimensionē 7200. Itaque Strabonis hic locus de mediterraneis non curuo littore intelligendus. Porrò stadia 6000. efficiunt DCCL. M. pass. Romana mensura: si quis cum Plinio conferre velit.

A πλάτος δὲ πεντακισχιλίων) Quæ sunt DCXXV. M. pass. Appianus verò initio Ibericæ historiæ autor est Hispaniæ latitudinem quibusdam in locis censeri stadiorum CCIↃↃ: sed hoc quomodo sit accipiendum ipse indicat. addit enim, καὶ ἔστιν αὐτῇ τὸ πλάτος ἀντὶ μήκους. quanquam ne sic quidem criminatione falsi se liberat.

καὶ μάλιστα πρὸς τῇ Πυρήνῃ) Nam hac parte angustissima est Hispania, vt ex Mela & Iustino modo retulimus, & infra à Tarracone ad Pompelonem ipsámque Oceani oram stadia dicuntur esse CIↃ CIↃ CCCC. Iustinus
B tamen ita scribit, *Porrò Pyrenæi montis spatium sexcenta millia passuum efficit.* quæ sunt stadia IV CIↃ DCCC. Diodorus verò Pyrenæos ait porrigi in longitudinē stadia fere III CIↃ.

Ὄρος γὰρ διηνεκὲς ἀπὸ νότου πρὸς βορρᾶν) Plinius, *Ipsa Pyrenæi iuga ab exortu æquinoctiali fusa in occasum brumalem breuiores latere septentrionali quam meridiano Hispanias faciunt.*

στενότερον τὸν ἰσθμὸν ποιοῦντας παρὰ τὸν Ἰβηρικὸν) Vt ea sit sententia quam Xylander elicit, legendum fuerit παρὰ
C τὸν Ἰβηρικὸν. Nam ita interdum loquitur. Mox, ἐπίδοσιν ἔχουσι στρυφωτέραν παρὰ τὰς ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις. Sed ea sententia falsa est: Neque enim isthmus hic Gallicus Hispanico est angustior. Straboni enim vterque hic isthmus minor est stadiis 3000. maior autem 2000. De Hispanico testatur hoc loco: de Gallico sic scribit libro superiore συνάγεται δ' εἰς ἰσθμὸν ἐλαττόνων μὲν ἢ τρισχιλίων σταδίων, πλειόνων δ' ἢ δισχιλίων. Et Hispanicum potius esse angustiorem probari facilè possit. Plinius. *A Pyrenæi promontorio Hispania incipit, angustior non Gallia modò, verum*
D *etiam semetipsa.* Et Strabo igitur idem voluisse hic indicare videtur: itáque eius verba aut legit, aut accepit vetus interpres, qui ita vertit quasi legisset, παρὰ τὸ Ἰβηρικὸν πέλαγος. Ego verò suspicabar deesse vocem πλάτος quam librarius omisisset, quia eadem mox sequitur, vt superuacaneam. Docti cogitent.

ὃν καλοῦσι Νέριον) Secuti sumus Xylandri emendationem vocis Νέριον pro Ἱερὸν quæ Strabonis ipsius autoritate nititur. Veruntamen quum apud Melam nominetur in eodem tractu fluuius Ierna, dubitamus ali-
E quod grauius malum huic loco subesse.

¶ PAG. 95. τῇ Λατίνῃ φωνῇ καλοῦσι Κούνεον) Verba Strabonis nihil habent aut obscuri aut ambigui: satis enim apertè significat tractum vicinum promontorio Sacro Cuneum agrum esse appellatum. Sed hæc parum consentiunt cum iis quæ ab aliis traduntur. Nam Aeliano quidem autore non ager vicinus, sed ipsum promontorium Cuneus appellatur: idque rationi videtur esse magis consentaneum, vt quiuis tabulas intuens facilè iudicabit. Mela tamen & ipse Cuneum agrum vocari
F tradit. Nam quod eruditissimus Pintianus putabat emendandum Melæ locum legendúmque *Cuneus à Græcis dicitur* non *Cuneus ager dicitur.* id verò ferri non potest. quis enim mihi persuadeat voce Græca illum locum Hispanos nominasse? & Strabo disertè ait Latinam vocem eos vsurpasse. quod mirum non est: Nam & Romanis parebant illo tempore Hispaniæ & linguæ Latinæ vsu fuisse delectatos Hispanos, præter quàm quod testatur paulò post geographus, infinita locorum nomina docere possint, apud Plinium præ-
G sertim. Plinio non ager promontorio Sacro vicinus, sed aliud quoddam promontorium Cuneus appellatur. Appiano verò quid faciemus obsecro, Cuneos populos sæpius appellanti? Ego Cuneos ab eo quodam loco appellari obseruaui, quos Strabo Celticos vocat

in mentione vrbis Conistorsis.

A

προσπαραβάλλειν δὲ τῷ χώματι νησίδια τρία) Mirum est nec Plinium nec Melam vllam fecisse harum insularum mentionem. Rursúsque mirum est Strabonem nullam eorum promontoriorum facere mentionem quorum hîc meminêre & Plinius & Mela. Ille enim vt dixi Cuneum esse ait promontorium à Sacro diuersum. huius autem verba sunt hæc, *Lusitania trans Anam quà mare Atlanticum spectat, primum ingenti impetu in altum abit, deinde resistit, ac se magis etiam quàm Bætica abducit: qua prominet bis in semet recepto mari in tria promontoria dispergitur. Anæ proximum quia lata sede procurrens se ac sua latera fastigat, Cuneus ager dicitur: sequens Sacrum vocant. Magnum quod vlterius est.* Sed qui hunc locum Strabonis cum verbis Melæ diligenter comparabit facilè intelliget Artemidori insulas non esse alias, quàm quæ Mela appellat promontoria ab vtroque latere Sacri. Ego autem sæpius obseruaui insulas & promontoria apud Geographos confundi: ita vt quod alius ἄκραν siue promontorium esse dixerit, alius insulam aut peninsulã appellet. Sic quam paullò post Scombrariã insulam vocat noster, Ptolemæus ἄκραν hoc est promontorium. Καινὴ in Italia Straboni & Stephano insula esse dicitur, Plinio promontorium. Minoa ante Megara Straboni insula, Thucydidi ἄκρα. Leucas Ptolemæo ἄκρα dicitur, Straboni & Thucydidi insula semper vel peninsula. Possem alia referre. Ergo hic quoque ἄκραι Melæ sunt νησίδια Artemidori: vt valde mirer viris doctissimis qui in explicandis Mela & Plinio laborarunt hæc non venisse in mentem.

Ἡρακλέους δ' ἱερὸν ἐνταῦθα δείκνυσθαι) Quis non videt legendum esse ἢ ἱδρῦσθαι?

καὶ μεταφέρεσθαι ὑπὸ τῶν μετακινουμένων) Nõ ausim affirmare locũ mẽda carere. Sententia tamẽ perspicua est. Dixerat Ephorus in eo tractu esse tẽplũ Herculis: id Artemidorus negat, & vnde ortum sit mendacium indicat: nempe ex eo quod illius loci accolæ dicerent sacrum eum esse Diis nescio quibus, ac de lapidibus referrent qui in speciem aræ collocati fuissent, eos vel sua sponte migrare & subinde locum mutare, vel à Dis ipsis transferri solitos. Apud Iustinũ de religione huius loci sic scriptũ reperio. *In huius gentis finibus sacer mons est, quẽ ferro violari nefas habetur: sed si quando fulgure terra proscissa est, quæ in his locis assidua res est, detectum aurum velut Dei munus colligere permittitur.*

μείζω δ' ὁρᾶσθαι τὸν ἥλιον) Mirum non est hominibus imperitis ita fuisse visum, cum certum sit & Solem & alia corpora cœlestia maiora videri cum oriuntur aut occidunt, quàm cum μεσουρανεῖ. cuius rei rationẽ Physici atque etiam Optici variè explicant, & Strabo mox veram aperit. quæ & παρηλίων qui cerni videtur causa est.

σίζοντος τοῦ πελάγους) quasi Sol nihil aliud esset quam μύδρος διάπυρος, & ardens aliquod corpus, quod Oceano immersum perinde strideret vt ferrum candens aquæ immissum: quę meræ sunt nugæ & aniles quidẽ. Et tamen reperti sunt olim Philosophi qui solẽ μύδρον esse διάπυρον pronuntiarent in primis autem Epicurus fidem habens Hispanis hac in parte. Cleomedes de Epicuro. Ἀλλὰ γὰρ μυθικῶς γελοῖά τινες ἀναφέρουσιν ὡς τῶν Ἰβήρων ἱστορούντων ἐμπίπτοντα τὸν ἥλιον τῷ Ὠκεανῷ ψόφον ἐμποιεῖν σβεννύμενον, ὡς διάπυρον σίδηρον ἐν ὕδατι, οὐδὲ ταύτην ἦλθε τὴν δόξαν. Meminit huius rei & doctissimus poeta Ausonius initio epistolæ ad Paulinum XIX.

Condiderat iam Solis equos Tartessia Calpe.

Stridebátque freto Titan insignis Hibero.

Narrat etiam Tacitus tale quid de mari Germanico.

διὰ τὸ τὰς ἀναθυμιάσεις) Non dubiũ quin hæc sit vera eius rei causa. Vide præter alios Cleomedem.

ἐφ' Ἄνας πρὸς νότον ἐπιστρέφει) Intelligit flexum Anæ quem his verbis Ptolemæus indicauit Καὶ ἡ ἐπιστροφὴ γραμμὴ γεγραμμένη πρὸς τὴν Ταρρακωνησίαν ὡς ἐπὶ τὸ Βαλεαρικὸν πέλαγος.

ἐν Κελτοὶ νέμονται τὸ πλέον) Manuscripti libri Κέλτοι. Lego Κελτικοὶ, vt alibi in hoc libro. Plinius de Bætica, *Celticos à Celtiberis ex Lusitania aduenisse manifestum est, sacris, lingua, oppidorum vocabulis, quæ cognominibus in Bætica distinguuntur.*

καὶ Καρπητανοὶ καὶ Ὠρητανοὶ) Quod ait hos populos esse ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι τῆς Βαιτικῆς, conuenit cum Plinio qui Tarraconensem à Bætica ac Lusitania iugis Oretanis Carpetanísque distingui ait. Sed quod Bæticæ hos

B

videtur attribuere, dissentit Ptolemæus, qui in περιηγήσει Tarraconensis prouinciæ eos recenset. videntur autẽ Carpetani ii esse quos alii Græci Carpesios appellant. Stephanus, Καρπήσιοι ἔθνος Ἰβηρικὸν τῆς ἐκτὸς Ἴβηρος ποταμοῦ. Polybius sanè libro III. Καρπησίους appellat quos Carpetanos Liuius in eadem historia libro XXI. Καρπητανοὺς tamen idem Polybius agnoscit alibi, nisi nobis nostri imponunt libri. vt & Liuius Carpesiarum gentẽ lib. XXXII. Legimus apud Stephanum existimasse quosdam Καρπητανοὺς eos esse qui Calpen accolerent,

C

sic dictos quasi Καλπιανοὺς aut Καλπητανοὺς potius.

καὶ Οὐέττωνες) Οὐέττωνες vt infra & apud Ptolemæum. Silius Italicus

At Vettonum alas Balarus probat æquore aperto.

Ptolemæus Lusitaniæ hos adscribit, vt & Plinius libro IIII. cap. XXII. qui tamen alibi in Hispania citeriore eos collocare videtur: quanquam eo loco malè legitur Vectones. vt & capite XX. libri IIII. nisi quis putet Vectones hoc posteriore loco alios esse à Vettonib.

D

πρὸς δ' ἀρετὴν κρατιστεύειν τὴν οἰκουμένην) Plinius de Bætica *Cunctas prouinciarum diuiti cultu & quodam fertili ac peculiari nitore præcedit.*

¶PAG. 96. ἀπὸ δὲ τῶν ἐνοικούντων Τουρδητανίαν) Scribe Τουρδητανίαν vt infra. Etiam Stephano Turdetania & Bætica voces sunt synonymæ. Τουρδητανία, ait, Hispaniæ est regio, quæ & Bætica vocatur, circa Bætin. Incolæ Τουρδητανοὶ vocantur & Τουρδοῦλοι. Addit deinde, vocatam hanc regionem ab Artemidoro Τουρτυτανίαν, & incolas eius Τούρτους καὶ Τουρτυτανούς. Turdulorum autem appella-

E

tionem non vni tantùm Hispaniæ populo conuenire rectè videntur docti viri annotasse. Plinius III. cap. I. Turdulos ait Lusitaniam & Tarraconensem accolere. libro autem IIII. cap XXI. aliorum meminit, qui & Barduli appellentur. Ptolemæo Turditani & Turduli diuersi quidem sunt populi, sed eiusdem regionis nempe Bæticæ. quanquam Turditanorum regionem etiam trans Anam extendit.

οἱ μὲν τοσαύτας νομίζουσιν) Scribe νομίζουσι. vel ὡς οἱ μέν.

τοῖς Τουρδητανοῖς πρὸς ἄρκτον) Ptolemæo Turduli Tur-

F

detanis sunt πρὸς ἀνατολὰς καὶ νότον. At Strabo infra Augustam Emeritam in Turdulis collocans, vbi eos velit intelligi satis docet.

ὑδὶ γλαυκήν) Vetus lectio, γλαυκοτέρα.

τέμνει δ' ἡ χώρα αὐτὴ) Bætica, cuius περιορισμὸν longè alium vide apud Ptolemæum.

τοῖς δὲ γὰρ) δὲ & εἰς ἂν non in.

τῶν καλουμένων Βαστητανῶν) Vetus lectio Βαστητανῶν & apud Ptolemæum Βαστητανοὶ, & ita in Strabone paullò post. Sed Ptolemæus distinguit inter Bastulos & Basti-

G

tanos, quos hic cõfundit Strabo. Bastulos Ptol. ibi collocat vbi & Strabo, sed Bastetanos in citeriore Hispania.

τῷ δ' ὕψει μέγα) Paulinus ad Ausonium.

Discussit b marem celso qui vertice Calpen.

ὥστε πόρρωθεν νησοειδὴς φαίνεται) Mela de Abyla & Calpe montibus. *Vterque quidem sed Calpe magis & pene totus in mare prominens.* Vide quæ sequuntur: Nam Mela illum montem accuratè descripsit.

καὶ πρὸς αὐτῷ Κάλπη πόλις) Legendum censeo Καρτηΐα πόλις. Nam eam vrbem hic intelligi & res ipsa docet, & ex eo colligi potest, quòd toties eam infra nominans, nihil tamen de eius situ alibi dixisse reperitur. Carteiam autem esse vicinam τῇ Κάλπῃ monti, satis constat. Mela postquam Calpen descripsit, *Sinus vltra est, in*

est, in eóque Carteia. Plinius. *Carteia, Tartessos à Græcis dicta, Mons Calpe.* Idem traditur & à Ptolemæo. At Calpen vrbem nemini veterum ne nominatam quidem reperio. Nam quod in Antonini Itinerario Calpe & Carteia distingui tanquam vrbes duæ diuersæ videntur: id verò me nihil mouet, cum ille totus locus ita sit perturbatus & corruptus vt ex eo certi constitui nihil possit. Carteiam Appianus semper Καρπησσὸν vocat.

ναυσταθμὸς ποτὲ ὑπῆρξεν) Vetus lectio ναυσταθμόν. Vtroque genere efferunt autores: atque in hac voce mirè variant veteres codices.

εἶτα Μιλλαρία) Omnes ita appellant præter Ptolemæum, vbi Μενραλία, constanter scribitur. Estque et alia etiam Menlaria vrbs Contestanorum propè Surconem. Apud Stephanum reperio etiam Μελλαρίαν appellasse Græcos hanc vrbem.

καὶ μετὰ ταῦτα Βελων πόλις καὶ ποταμός) Apud Ptolemæum Βαιλὼν & vrbis & fluuij nomen scribitur. Sed Strabo scripsit Βελὼν vt ex Stephano cognoscimus. Nonnulli tamen è Latinis Bello scribunt.

ἐντεῦθεν οἱ διάπλοι μάλιστά εἰσιν εἰς Τίγγιν) In Antonini itinerario maritimo scriptum est: *A Bellone traiectus in Tingi Mauritaniam, stadia* CCXX. Plinius verò libro V. cap. I. de Tingi, *Abest à Belone oppido Bæticæ, proximo traiectu* XXX. M. *pass.* quem si sequimur, apud Antoninum scribendum fuerit CCXL. Apud Melam locus est deprauatissimus quem vt existimẽ corrigendum hic indicabo. Vetus lectio ita habebat, *Atque vnde nos sumus Cingenterarum Mellaria, & Belo*, qui locus viros doctos mirè hactenus torsit. Nouissimè autẽ vir eruditiss. Andreas Schottus veram lectionẽ sibi visus est inuenisse: quam ego sanè multis nominibus probare nequeo. Lego autem, *Atque vnde nos sumus Tingi contraria Mellaria*: aut *Tingi è regione sita Mellaria*. Nam Tingis factã hîc a Mela mẽtionem mihi est persuasissimum: primum quidem veterem lectionem spectanti, quæ est vt dixi, Cingenterarum, aut etiam vt in suis libris doctissimus Elias Vinetus reperit Tingentera: vt iam de eo dubitari non possit. Deinde autem video morem Melæ hunc esse vt locorum in altera ora oppositorum mentionem faciat. Sic alibi, *Maiorem Sabæi tenent partem: ostio proximam & Carmanis contrariã Macæ.* Nec moueri quisquam debet quod alij Tingin Beloni non Mellariæ faciunt contrariam. Nam Belo & Mellaria ita sunt vicinæ vt mirari hoc nemo debeat. Sanè qui Ptolemæi tabulas inspexerit & huius rei desinet, causam quærere, & mihi nisi fallor assentietur.

Ἦν δὲ καὶ Ζῆλις τῶν Τιγγὶς ἀστυγείτων) Scripserat vt puto Strabo Ζῆλις hîc quoque vt libro XVI. quanquam istis in nominibus Barbaris nullam secuti sunt veteres certam analogiam. Plinio Zilis. Ptolem. Ζιλία vocatur.

ἀλλὰ μετῴκισαν ταύτην εἰς τὴν περαίαν Ῥωμαῖοι) Plinius aliter rem narrat: *Zilis*, inquit, *regum ditioni exempta, & iura in Bæticam petere iussa.* Sed à Strabone stare Ptolemæus videtur, qui in hac Hispaniæ ora oppidum quoddam memorat cui nomen Transducta, in quod scilicet collocati fuerint isti de quibus nunc loquitur Strabo: & de quibus dubitaui aliquando an hæc Melę verba essent accipienda. *In cáque Carteia vt quidam putant Tartessos, & quam transuecti ex Africa Pœni habitant.* Nam videbatur satis apertè Transductam Ptolemæi περαίαν. Nũc iis assentior qui ad Carteiam ea referunt.

καὶ ὠνόμασαν Ἰουλίαν Ἰόζαν) Iuliæ Iozæ mentionem adhuc quod quidem meminerim non reperi. Puto autem vt dixi esse quam Ptolemæus Transductam nominat. Plinius quidem est autor Tingi mutato nomine appellatam fuisse Traductam Iuliam: sed id ad hunc locum nihil facit.

εἶτα Γάδειρα) Latini Gades fere vocant: sed Græci propius ad vocis originem accedentes dicunt τὰ Γάδειρα & τὴν Γάδειραν vt Eratosthenes teste Stephano. Nã ea vox vt ex Plinio & Solino intelligere est, qui sepè interpretantur, origine Hebraica est. Nam Hebræis גדר

A גדר id significat. Ineptum est nimis quod Græci Grammatici volunt nobis persuadere, dictam Γάδειραν quasi γῆς δειράν. Melius Hesychius, Γάδειρα, τὰ περιφράγματα Φοίνικες.

ἀνδρείᾳ δὲ τῶν ἐνοικούντων) Ἀνδρείαν vocat quam melius ἐμπειρίαν dixisset vt docet Philosophus Nicomacheorũ libro III. ita autem scripsisse Strabonem etiam ex Eustathio constat. Sed & lib XVI. etiam apertius ἀνδρείαν posuit ἀντὶ τῆς ἐμπειρίας. Ibi enim de Tyro loquens, esse B eam ait διαδιάζουσαν προ propter multitudinẽ τῶν ἐμπορίων πλούσιαν δὲ διὰ τὴν τοιαύτην ἀνδρείαν.

καὶ φιλίας πρὸς Ῥωμαίους) Vetus lectio φιλίᾳ. Rectè. Vide totam Ciceronis orationem pro Cornelio Balbo. Dio lib. XLI. testatur, Gaditanis omnibus datam à Cæsare ciuitatem cum initio belli ciuilis in Hispaniam venit.

ὁ Μενεσθέως λιμὴν καὶ μαντεῖον) Etiam Ptolemæus huius meminit. Menestheus autem iste Atheniensium fuit dux belli Troiani tempore. Legimus enim in Græcorũ C commẽtariis Menestheum de quo loquitur Homerus, Athenas ex Ilio reuersum, inde à Thesidis pulsum fuisse, & in Hispaniam venisse.

ἀναχύσεις καὶ ἀναβάσεις) Ptol. ἀνάχυσιν appellat. vt & Philostratus libro V. Latini æstuaria, quæ vox, Græca ἀναβάσεις rectè exprimitur. Plinius autem æstuaria Bætis vocare videtur, quæ Strabo & Ptol. κατ' Ἄσταν. Plinij verba sunt. *Inter æstuaria Bætis* oppidum Nebrissa, cognomine Veneria, & Colobona coloniæ, Asta quæ Regia *dictum*. In tabulis Ptolemaicis magno errore Asta tã D procul ab Æstuariis collocatur, vt meritò dubitet aliquis, cur hãc ἀνάχυσιν appellẽt & Strabo & Ptol. τὴν κατ' Ἄσταν. Nec dubito quĩ corrigi hac in parte debeat primũ quidẽ numeri Ptolemaici, deinde eius tabulæ. Habeo ego antiquã eius editionẽ quæ latitudinẽ Astæ tribuit gr. 37. nõ vt vulgò 37. 20′. q̃ probo: & ita puto corrigendũ. Itaq; in Græco notetur latitudo λζ tantũ: nõ λζ γ′. Porrò æstuaria hæc pluribus describit infra eodem.

αἱ ἐκβολαὶ τοῦ Βαίτιος δίχα σχιζόμεναι) Mirum est in tabulis Ptolemaicis nihil tale apparere. Sanè in veteris E editionis cuius modo memini tabulis non inelegantibus, duo ista Bætis ostia rectè exprimuntur: & vero cum memorat Ptolem. Βαίτιος τὸ ἀνατολικὸν στόμα indicat satis, aliud se agnoscere δυτικόν, vt in Rhodano & aliis fluuiis.

καὶ ὁ τοῦ Καπίωνος πύργος) Libri quidam manu exarati habebant Ἀπίωνος. In Mela videtur vetus fuisse lectio libro III. *monumentum Capionis scopulo magis quàm insulæ impositum*: nam ita video quosdam qui patrum memoria scripserunt, locum illum legere: hodie tamen omnes F Geryonis: de quo alio loco idem Mela.

¶PAG. 97. ὥσπερ σεφύρος) Alexandrinus videlicet: veterum Æthicus in Hispaniæ descriptione altissimi cuiusdam fari meminit: sed is alius est: quanquam illum θαυμάσιον κατασκευασμένον ait, vt Strabo. *Secundus angulus intendit vbi Brigantia ciuitas sita est Gallicæ, at altissimũ farũ, & inter pauca memorandi operis, ad speculã Britanniæ erigitur.*

καὶ πόλις Ἔβουρα) Apud Stephanum Ἔβορα: qui ait vrbem esse ad Oceanum sitã propè Gadira. Sed alia sunt Ebora alia Ebura. Apud Ptolemæum tria ita vocata opG pida reperio, quorum nullum est ad Oceanum vt vult Stephanus, sed omnia in mediterraneis. Primum est Turdulorum. Alterum Lusitanorum quod Ἔβουρα scribitur. Tertium Edetanorum in citeriore Hispania.

πλεῖς δὲ ἀπὸ μυρίων) Superior summa stadiorum bis mille; efficiebat Romana mensura M. P. CCL. hæc CCXXX tantum colligit: stadia autem quadraginta, supra mille & octingenta.

ἣν ὁ Βαῖτις διαιρεῖ ποταμός) Lego διαρρεῖ. Paullò antè αὕτη δ' ἐστὶν ἣν ὁ Βαῖτις διαρρεῖ ποταμός. Idem error multis locis commissus.

καὶ τὸ διακοσίας φασί) Mirum sanè vt ait: Plinius in tota Bætica cuius pars tantum est ἡ ἐντὸς τοῦ Ἄνα oppida omnia esse numero CLXXV. scribit. Sed Strabo & hic &

alibi Græcos autores sequitur.

Μαρκέλλου κτίσμα) Dubium an hic sit M. Claudius Marcellus qui Cos. anno ab v.c. DCI. sortitus est citeriorē Hispaniam & ibi rem feliciter gessit, vt & Appianus & Epitomę narrant: κτίσμα autem Marcelli cū vocat Cordubam, non mænia ipsa respicit, quæ opinor etiam antè eum erant, sed coloniam eò missam à Romanis vt ipse explicat.

ἡ μὲν Ἴσπαλις ἄποικος) Silius Italicus,

Et celebre Oceano, atque alternis æstibus Hispal.

καὶ αὐτὴ ἄποικος Ῥωμαίων) Plinius oppida recensens cōuentus Hispalensis. *Et à leua Hispalis cognomine Romulensis.*

ἡ Βαῖτις νῦν ἔχει) Mendosam esse lectionem hanc, non eo tantum moueor vt credam, quia nusquam video fieri mentionem vrbis quæ sic appelletur: sed etiam quia Stephanus Βαῖτιν fluuium esse Iberiæ annotans, non videtur fuisse taciturus esse & vrbis nomen, si ita in Strabone legisset. Nam hac ille in parte diligenter satis est versatus. Videtur legēdum Βαίκυλα de qua idem Stephanus, Βαίκυλα πόλις Ἰβηρίας πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις, quæ videtur esse ea quam Obuculam Hirtius, Ptolemæus Ὀβούκολα, Appianus Ὀβολκώλαν appellant, & vicinam faciunt Hispali & Cordubæ. Est & Βαικύλα Authetanorum apud Ptolemæum, sed in citeriore Hispania.

Ἰτάλικα καὶ Ἰλίπα ἐπὶ τῷ Βαίτι) Fortasse Ἰταλικὴ καὶ Ἰλίπα. Plinius, *Ilipa cognomine Italica.* De Italica scribit Appianus in Hispanica historia conditā fuisse eā à Cornelio Scipione. In Antonini quoq; itinerario vbi describitur iter ab ostio fluminis Anæ Emeritam vsque nominantur vt hoc loco coniunctim, Ilipa, Tucci, & Italica. Sed aliorum esse vidētur oppidorum nomina: aut errat Strabo vehementer cum ad Bætim esse situs Italicam & Ilipam ait: quod non est putandum. Nam sub finem huius libri docet iterum è Posidonio qui fuerat locorum αὐτόπτης, Ilipam esse ἐπὶ τῷ Βαίτι, distantem à mari stadia fere DCC. In Ptolemæo nihil reperio quod his conueniat.

Ἀστίγις δ' ἀπωτέρω καὶ Κάρμων.) Scripti libri, & Epitome Ἀστίγα. Legendum Ἀστιγὶς δ' ἀπωτέρω. Nec dubium, esse quam alij vocant Ἀστιγὶ Astigi. Nam ita interdum solet Strabo harū Barbararū vocū rectū efferre. Sic ἡ Τίγα libro XVII. quam omnes Τίγγα Tingi appellant. Et tamē libro III. dixit τὴν Τιγγὸς. Plutarchus verò quartum casum ita extulit in Sertorio, καὶ τὴν Τίγγιν εἰς ἣν ἔφυγον &c. Ptolemæus recensens vrbes mediterraneas Turditanorum, Ἀσιλα, Ἀστιγὶς, Καρμωνία. Sed apud Antoninum Astigi & Carmon vt vicinæ vrbes coniunguntur.

καὶ Ὀβούλκων) Sic rectè Epitome, & libri scripti. Stephano est Ὀβόλκων. Plinius, *Et XIIII. M. passuum remotum in mediterraneo Obulco, quod Pontificense appellatur.*

ἔτι δ' ἐν αἷς) Scribe, ἐπὶ δ' ἐν αἷς.

Μοῦνδα καὶ Ἀτέγουα καὶ Οὔρσων καὶ Τοῦκις.) Sic Plinius, Huius conuentus sunt reliquæ coloniæ immunes, Tucci quæ cognominatur Augusta gemella, Ituci, quæ Virtus Iulia, Attubi quæ Claritas Iulia, Vrso quæ Genua Vrbanorum, inter, quæ fuit Munda cum Pompeij filio capta. Pro Ἀτέγουα non in Epitome tantum, sed etiam in scriptis libris erat Ἀτίτουα & ita vetus interpres: nec dubito, quin aut hæc aut quæ mox sequitur, Αἴγουα sit quam Hirtius appellat Ateguam. Græci Ἀττεγούαν vocant: quamque obsessam tandem Cęsar expugnauit. Οὔρσων Appiano Ὄρσων Hirtio est Vrsao. Τοῦκκις etiam scribendum.

καὶ Ἰουλία) Est & apud Ptolemæum Ἰουλία quædam in hoc tractu. Plurimas ibidem fuisse Iulias sed quæ aliquo cognomine distinguerentur è Plinio satis notum est.

καὶ Αἴγουα) Videtur esse Escua Ptolemæi. Plinio Hegua.

πρώτην δέ τινα μητρόπολις) Ait πρώτην τινὰ quia pares fere di-

A re dignitate fuisse videntur illo tempore in ea parte Hispaniæ Munda & Corduba: & Ptolemæus hanc potius μητρόπολιν vocat. Hirtius de Corduba, *quod eius prouinciæ caput esse existimabatur.* Obiter lectorem monebo videri apud Ptolemæum pro Ἀσίνδα vel Βετούνδα, legendum Munda. Nam qui putant Arundam Ptolemæi Mundam esse aliorum Geographorum, eos ego longè falli existimo: nec erit obscurum quisquis rem attentius considerarit, vt omittam Arundam agnosci à Pli-

B nio diuersam à Munda.

σταδίους χιλίους καὶ τετρακοσίους) Rectè Xylander vocem ἑξ expunxit, quæ in plerisqoe veteribus libris non reperitur: in nonnullis tamen est ἑξακισχιλίους, sed falsò.

εἰς ἣν ἔφυγεν ἐκεῖθεν ὁ Γναῖος) Victus Gnęus eo prælio quod describitur ab Hirtio capite quarto De bello Hispaniensi, ex hac fuga opidum Mundam sibi constituit præsidium. Vide Plutarchum in Cæsare, Epitomas & Appianum libro secundo Ἐμφυλ.

εἰς τινα ἀποκρημνώδη λόφον διὰ τῶν ἐν ὕλῃ) Hirtius, *Pompeius*

C *cum paucis profugit & locum quendam montium natura occupat.* Vide locum.

ἁλοὺς ὑπὸ τῶν Ἀντωνίου στρατιωτῶν) Vetus lectio στρατηγῶν, itémque Epitomes & prioris interpretis. Rectè. Nam Sextus Pompeius à M. Titio & Furnio Antonij legatis, est captus & interfectus: autor Dio libro quadragesimonono, & Appianus libro V. ἐμφυλίων.

Κονίστοργις ἐστὶ γνωριμωτάτη) De hac vrbe quamuis γνωριμωτάτῃ quæramus amplius. Nam mihi quidem eius nomē apud alios incompertū: præterquā apud Appia-

D num qui in Ἰβηρικῇ eius meminit & Κονίστοργιν appellat, vrbem non Celticorum vt Strabo, sed Cuneorū.

¶ PAG. 98. τὸ παλαιὸν δὲ καὶ μονοξύλοις Naues μονοξύλους vocant Græci quas Liuius ex singulis arboribus cauari ait. Latinis *lintres.*

τὸ δ' ἄνω τὸ ἐπὶ Κλαστῶνα) Variè scribitur hæc vox. Nā paullò post Καστλῶνα sæpius legemus. Ego verò vtranq; lectionem puto esse mendosam Esse enim quam Latini *Castulonem*, Polybius & Stephanus Κασταλῶνα, infra certa ratione demonstramus. Itaq; apud Strabonē quoque

E Κασταλῶνα semper legendum: nisi quis malit Καστλῶνα vt apud Plut. in Sertorio. Nam vocalem ante λ sæpe elidunt Græci, vt in Τρωλαν & Ἀτλαν. Apud Plinium vbi vulgò ita legitur, *Inde primum nauigabilis Bætis. Oppida Carbulo.* cogitabit harum rerum peritus lector num sit potius legendum *Castulo*: quam in περιηγήσει eius tractus fuisse ab eo prętermissam non sit mihi verisimile. Præterea sciendum est, in antiquis tabulis Ptolemaicis quas habeo, eum omnino situm habere Castulonem quem dat Strabo hic: nempe vt supra Cordubam ad

F Bætin non Anam propius caput sita sit. Quare apud Ptolemæum existimo numerum qui latitudinem notat esse corruptum, & pro λδ reponendum λε cum aliquot fortaisse an scrupulis.

συνάπτουσα πρὸς βορρᾶν) Vetus lectio, συνάπτουσα αὐτῷ.

ἐν τοῖς τόποις κατὰ Ἰλίπαν) Manu exarati, ἐν τοῖς κατὰ Ἰλίπαν τόποις.

καὶ τοῖς κατὰ Σισάπωνα) Plinio Sisapo. Ptolemæo Σισάπων quam formam in plerisque id genus nominibus vsurpat.

G ἔχει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ ἀνάπλους) Torsit me diu hic locus: nec mihi facilè quis persuaserit rectè eum se habere. Nam de Bæti flumine accipi ista nequeunt: idque vel cæcus videat, præsertim propter mentionē Tagi paullò post. Quare de Ana omnino locus videtur accipiendus. Sed quid est τὸ ἀνάπλουν ἔχειν αὐτούς? An respicit ad ῥυμουλκίαν, quam ad rem optādæ sunt omnino commodæ ripæ fluuiis: alioquin labor improbissimus erit subeundus: sæpéque ab vna ripa ad alteram sese conferunt ij qui naues remulco trahunt nisi commoda sit illa ripa quā primum insistere cœperunt. Hoc si est, legendum fuerit, ἔχει δὲ καὶ αὐτοὺς ὁ τοῦ Ἄνα ἀνάπλους aut simplicius ἔχει δὲ καὶ ὁ Ἄνας ἀνάπλους.

ἐπὶ δὲ πηλικούτοις) quantis scilicet ὁ Βαῖτις. Nam Bætis

fluuius

fluuius est Ana maior. Ideo ab Arabibus Guadalgebit appellatus est quasi flumen magnum.

ὥσπερ εἴπομεν δὲ καὶ) hoc est, Quemadmodum diximus ὑπερ-κεῖσθαι Bæti flumini montes vbi sunt variorum fecturæ metallorum: ita etiam supra Anam porriguntur iidem montes, qui etiam ad Tagum vsque pertinent.

τὸ μὲν ἐν τοῖς μεταλλείας ἴχνος τι χρεία) Plinius libro XXXIII. hanc ἀνάγκην eleganter inuenit. *Ceterum*, inquit, *montes* Hispaniæ aridi sterilésque & in quibus nihil aliud gignatur huic bono coguntur fertiles esse.

τὸ περίχωρον τοῦ Ἀνα) Plinius de Bæturia. *Quæ autem regio à Bæti ad flumen Anam tendit: extra prædicta Bæturia appellatur.*

πολλάκις καὶ ἐπὶ ὀκτω σταδίους ἀναπλεῖσθαι) Egregiam verò laudem, quum in locis ad Oceanum sitis quamplurimis æstuaria huiusmodi reperiantur quę non VIII. sed ad o & plura stadia pateant ἀναπλεῖσθαι. Sed deierare ausim non ita fuisse à Strabone scriptum. Neque verò alio teste hanc meam sententiam tueri quam Strabone volo, qui infra de his ipsis æstuariis sic scribit, ἔστιν δὲ τὰ δ' αἰ ἀναχύσεις ἐπὶ πλείους ἢ πεντακοσίους σταδίους. Quin igitur locus sit fœdè corruptus dubitari non potest: verum emendare sine auctoritate codicis nec facile, nec tutum.

τοῖς ναυπηγίοις ὑποφέρεσθαι) Vetus lectio, τοῖς ναυπηγίοις ὑποφέρει κατασκευὰς τὸ ὅμοιον τε ἄλλοις ζυλώσεις.

¶ PAG. 99. Νέβρισσα) Ptolemæo Νέβρισσα, Plinio inter æstuaria Bætis Nebrissa cognomine Veneria. Silius Italicus etiam vocis originem docere nos voluit.

At Nebrissa Dionysæis conscia thyrsis,
Quam Satyri coluêre leues, redimitaque sacra
Nebride.

καὶ Ονόβα, καὶ Σόνδα) Onobam in hoc tractu nominat Plinius, sed videtur eam longiùs ab Oceani littore collocare in mediterraneis. Ptolemæo Onoba parum distat ab æstuario ad Anam, eáque esse videtur quam hic Strabo intelligit. Sonobam nusquam reperio. sed dubium non est quin sit Colobona Plinii quam ille inter Bætis collocat æstuaria. Est & alia vrbs nomine parum diuerso ad eandem Oceani oram inter Anan & Bætin Plinio Ossonoba cognomine Lusturia, Ptolemæo, Onobalusturia coniunctim nominata. Mænobam quæ mox sequitur, agnoscit & Plinius.

φασὶ καὶ Μαινόβας δὲ καὶ διωρυγες) Has dioryges siue fossas videtur Plinius fluuios appellare, cuiusmodi est Mænoba fluuius.

ἐποίησαν Ἰταλίας δὲ ἐπὶ τὴν Ῥώμην) Figunta Homerica, quasi Roma non sit in Italia. Æschylus μεγάλου Ἀδρίου Ἑλλάδος τε.

καὶ τὸν πλάγιον) Sententia quam eliciunt interpretes menti Strabonis repugnat. Nunc omnia clara & perspicua reddidimus, adiectis parentheseos notis.

καὶ μάλιστα τὸ πελαγίζειν) Ergo nauigatio in alto hoe est πλοῦς ὁ πελάγιος non potuit dici modo ἴχειν διαστολάς, vt volunt interpretes.

ὅτι οἱ Εὖροι κατ' ἐκεῖνο τὸ πέλαγος) Ait Posidonius obseruasse se Euros in alto nostro mari spirare Etesias. Aristoteles autem docet Etesias à Septentrione occidentem versus flantes mutari solitos in ὀρνιθίας, ἀργέστας καὶ ζεφύρους, qui sunt venti partim ab Septentrione, partim ab occasu flantes. Aristotelis sententiam confirmat & Diodorus Siculus cuius hæc sunt libro primo, ταῖς ἐτησίαις οὐδὲν ἐστιν ὁ μάλιστα ἀπὸ τῆς ἄρκτου πνέοντες ὑπὸ τῆς ἑσπέρας. ὁ βορρᾶς γὰρ ἐκ' ἐπαρκτίου μόνοι ἀλλὰ καὶ οἱ πνεοντες ἀπὸ δυσμῶν θέρους ἀργέσται καλοῦνται τῆς τῶν ἐτησιων προσηγορίας. Itaque secundum Aristotelis & Diodori sententiam, Etesiæ in mari nostro flabant ab Occidente & sient Fauonii vel Cauri. At contrarium se obseruasse ait Posidonius, flare enim Etesias in nostro mari ab Oriête, & eosdem esse cum Euro. quæ Posidonii assertio nune confirmat Plinii sententiam, scribentis de Etesiis libro secundo. *In Hispania & Asia ab Oriente est flatus eorum, in Ponto ab Aquilone reliquis in partibus à meridie.* Quod in

A Ponto fit ab aquilone flatus Etesiarum alii quoque multi testantur. Scholiastes Apollonii : ἐκ τοῦ ἀμαλλέω ἐπισπῶνται οἱ Ετησίαι τοις οἰκοῦσιν τὸν Πόντον, ὃ τις Βορρᾶ κατ' ἐκείνοις πνεῖ τόποις. Polybius libro quarto, αἱ τὸ γὰρ ἀφ' Ἑλλησπόντου τὸν τοῖς τόποις: αὐτ' ἐπὶ τοῖς Ἑλλησπόντοις κατὰ τὸ πόντου τοῖς Ετησίαις. Frustra igitur conantur quidam superiorem Plinii sententiam labefactare. Equidem verè dictum puto ab A. Gellio Etesiam ex alia atque alia parte cœli spirare. qua in sententia video esse &

B Iulium Cæsarem Scaligerum virum summum, cuius indicium libenter amplector.

μάλιστα γὰρ διατεχθεῖς) Laborat hic locus ab interpŭctione, quod etiam sine libris facilè obseruaueram. Ita autem habent veteres libri, πρὸς μικρὸν εἰς Ἰταλίαν καταφερομένας, διατεχθεῖς αὐτὸ τοῖς. Iidem mox, ἀπαντησμὸν τοῖς μέρει.

ἐξάγεται δ' ἐκ τῆς Τερδιτανίας) è Bætica. Iustinus eadem de Hispania. *Hæc enim (ait) non frumenti tantum magna copia est, verum & vini, mellis oleique.*

C σῖτος τε) Hispanos frumentŭ Romanis pependisse veterŭ testantur historiæ. Et ex Hispania Romam inuehi solitum frumentum etiam ex Plinii XVIII. constat.

καὶ οἶνος πολὺς) Plinius libro XIIII. cap. de vinis generosis, Hispaniarum vina recenset Lulerana, Tarraconensia, Lauronensia, & Balearica: è Bætica nullum.

καὶ ἔλαιον ὃ πολὺ μόνον ἀλλὰ καὶ κάλλιστον) Plinius XV. II. de oleo, *Reliquum certamen inter Istriæ terram & Bæticæ par est.*

καὶ κηρὸς δὲ) Etiam hodie cera commendatur Hispaniensis.

D καὶ πίττα ἐξάγεται) Videtur tamen pix Hispaniensis parŭ fuisse probata. Plinius XIIII. cap. XX. de pice, *Fit è picea resina : in Hispania autem è pinastro minimè laudata : Est enim resina horum amara & arida & graui odore.*

καὶ κόκκος πολὺς) Vide Plinium libro XVI. cap. VIII. Idem libro IX. cap. XLI. *coccum Galatiæ rubens granum, vt dicemus in terrestribus, aut circa Emeritam Lusitaniæ in maxima laude est.*

καὶ μίλτος)Maximè in Sisaponensi regione teste Plinio libro XXXIII. capite VII. Iustinus de Hispania, *Atque certè nulla feracior terra.* De Minio vide Vitruuium li-

E bro VII.

τῆς σινωπικῆς γῆς) De Sinopide vide Plinium, XXXVI. VI. Dioscorides μίλτον σινωπικὴν vocat quę lege libro V.

ἅλας τε ὀρυκτὰς παρ' αὐτοῖς εἶναι) Lege παρ' αὐτοῖς vt in manuscriptis. Sales autem ὀρυκτοὺς siue qui effodiantur è terra multis locis commemorat Strabo. vide Plinium libro XXXI. capite VII.

οὐκ ἐκ τῶν ὄψων ταριχεία) Lege οὐκ ὀλίγη ἐκ τῶν ὄψων autem nomine pisces intelligi præcipué, notius est quam vt

F notari debeat. Inde Straboni ὀψοφόρος θάλαττα, mare pisculentum, & piscibus abundans.

πολλὰ δὲ καὶ ἐσθῆτος ἐξήγετο) Mos veterum fuit hic, vt vestes potius emerent quàm pannum. Inde toties apud Liuium & alios historicos vestes Roma ad milites missæ, toriésque à militibus petitæ, ac Gracchi lege concessæ. Nec exemplis opus est, quæ passim occurrũt. Vide infra de Patauio. Ἐργάζεσθαι autem pro ἐσθῆτα siue ἀγοράζω dixit sumto hoc loquendi genere è plebe: qualia multa sunt in optimis quibusque scriptoribus. Sic

G & nos hodie loquimur. De sagis Hispanorum res est nota.

ἐρίων δ' ἔτι μᾶλλον) Vocem μᾶλλον in μαλακώτερον putaui aliquando mutandam. Nam ὁ ἐρέα τὸ μαλακώτατον passim commendatur. De lana Hispaniensi vide apud Plinium libro VIII. capite XLVIII. Scripti habent ἐρίων δ' καὶ ἔτεα.

τῶν Κοραξῶν)Locus mutilus. Desunt enim quædam verba, ex quibus tota pendet sententia. Videtur conferre lanam quæ ex Hispania afferebatur Romam cum ea quam mittebant Coraxi. Coraxorum gentis Ponticę non infrequens apud veteres mentio vt apud ipsum Aristotelem & Hesychium. Sed de eorum lanis nihil adhuc reperi. Vetus autem interpres populum Hispa-

ramus: in hunc tamen Notas nunc edere coacti sumus temporum iniuria & calamitate, in quæ incidit nostra hæc editio. Nam etsi affectum domi habebamus vt in alios libros ita in hunc quoque qui omnium maximè nos exercuit, Commentarium: tamen quia in quibusdam nondum nobis satisfaciebamus, eratque otio ac tempore nobis opus vt de iis attentius meditaremur, maluimus differre editionem eorum quæ erant à nobis iā scripta, quàm temere quicquā nunc publicare. Adde quod tāta festinatione hæc nobis fuêre edēda, vt πίνακας quibus opus erat ad huius libri explicationem, curare cōficiendos nō possemus. Speramus autē Deum Optimum Maximum ad cuius gloriam labores omnes nostros dirigimus, nostris studiis ita deinceps benedicturum, vt quæ hactenus & in hunc librum & in autores alios non paucos nobis commentati sumus, ea commodiùs aliquando edere possimus. Sanè quid præstare potuerimus si tempus non defuisset & otium, æquus Lector ex locorum plurimorum castigatione vbi interpretes nihil planè viderant, facile vt spero conijciet.

καὶ τὴν μετωπιδιαιτῶν ἄκραν τῆς τε Πελοποννήσου καὶ τῆς Ἀττικῆς) Intelligit duo promontoria, Sunium & Maleam: quæ promontoria ait Geographus paullò post æquis fere spatiis in mare prominere. aut paullò esse μετωπιδιωτέρας Maleam quàm Sunium. Atque hæc fuit Eratosthenis & Strabonis sententia: quàm vera, apparet ex Ptolemæi & recentiorum tabulis.

τὸν γὰρ ταύρον ἀπ' ἀδιαίας) Malim ἐπ' ἀδιαίας vt alibi loqui sueuit.

τὰ ἰωθινὰ μέρη τῶν ὅρων) Emendaueram ex coniectura ὀρῶν. postea autem animaduerti veterem quoque interpretem in suis libris hanc lectionem reperisse: vertit enim *montium* non *finium*. Quare omnino ὀρῶν legendum, non ὅρων.

συνεπιπλέκει δὲ) Vett. cod. συνεπιπλέκει. quod malo.

¶PAG. 47. τὰς περὶ Ἀμισόν) Ita Aldus edidit: nec aliter vetus interpres, qui scriptos codices secutus est. Apud Dionem quoque aliósque historicos græcos Ἀμισὸς legitur pro Ἀμισός. Itaque decreueramus Aldi lectionem vbique retinere: Verùm didici postea ex eo codice quem instructissima soceri Henrici Stephani bibliotheca mihi suppeditauit, in libris antiquis melioris notæ Ἀμισὸς, non Ἀμισὸς legi. idque postea sum secutus.

ἔτι εἶναι ὁ ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν θάλατταν ὑπέρβασις) Legebatur vulgò ὑπό. quod mutandum fuisse in ἐπὶ & ratio docet, & alii multi huius autoris loci. Ὑπέρθεσις autem & ὑπέρβασις voces sunt geographicæ Straboni familiares. Paullo post, ὡσαύτως καὶ ἡ ἐπὶ τὴν Κασπίαν ὑπέρβασις.

παρέντας τοσοῦτον ἐπιμαρτυροῦντας αὐτῷ) Lege cum vetere interprete, παρέντας τοὺς τοσοῦτον ἐπιμαρτυροῦντας αὐτῷ. Sensus est, non æquum fuisse vt Eratosthenes vnum Patroclē sequeretur, iis valere iussis & contemtis, qui cū Hipparcho sentirent. hic est sensus istius lectionis: quā non ausim præstare synceram: Ac fortasse ita potius est legendum: παρέντας τοὺς ἐπὶ τοσοῦτον ἀντιμαρτυροῦντας αὐτῷ. quæ lectio plana est.

τῶν βασιλέων τῶν πεπιστευκότων αὐτῷ τηλικαύτην ἀρχήν) Reges intelligit Seleucum & Antiochum. Plinius lib. VI. cap. XVII. *Etenim patefacta est non modo Alexandri magni armis, regumque qui ei successêre, circumuectis etiam in Hyrcanum mare & Caspium Seleuco & Antiocho, præfectóque classis eorum Patrocle.*

ὡς αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος κατειρωνεύεται) Scribendum ὧν αὐτὸς. ὧν κατειρωνεύεται, purus putus ἑλληνισμὸς etiā pueris notus.

τε μὴν Μεγασθένους λέγοντος σταδίων μυρίων πεντακισχιλίων) Falsa lectio. Megasthenes enim Indiæ latitudinem (quę illi erat ab ortu ad occasum) vbi esset angustissima, stadiorum esse aiebat CCIↃↃ IↃↃCIↃ. Arrianus. Καὶ λέγει Μεγασθένης μυρίων καὶ ἑξακισχιλίων σταδίων εἶναι περ τὸ βραχύτατον αὐτῆς. quem Arriani locum eius interpres

A mirè perturbauit: quod ille de latitudine dicebat de longitudine accipiens, crasso admodum errore. Vide Strabonem lib. XV. Legendum ergo ἑξακισχιλίων non πεντακισχιλίων, hoc est ,ις non ,ιε.

ὑπὸ γὰρ τῆς ἀναγραφῆς σταθμῶν) De his plura libro XV. Est autem antiquissimum institutum ἡ τῶν σταθμῶν ἀναγραφή, hoc est, mansionum descriptio siue annotatio. Habemus apud Herodotum Terpsichore accuratam mansionum omnium enumerationem ab ora maritima

B minoris Asiæ ad regiam vsque Persarum. Latini σταθμῶν ἀναγραφὰς Itineraria appellant. σταθμοὺς autem mansiones à manendo, vt græca vox ὑπὸ τοῦ ἵστασθαι. Eustathius σταθμοὺς interpretatur ἀλλαγάς: qua voce Græci IC^ti & historici mansiones exprimunt.

τοῖς μὲν ἀπιστεῖν) Xylander hic non egit interpretem. Dicebat Eratosthenes se neque Patroclis neque Megasthenis autoritatem sequi, sed illam potius σταθμῶν ἀναγραφὴν quam probabat. Ergo, τοῖς μὲν scilicet Patrocli & Megastheni, quorum neutri fidem hac in parte

C habebat: nam quod idem cum Megasthene dixerat, id verò non fecerat eius autoritatem secutus: sed quia ita contigerat vt Megastheni hac in parte cum Itinerario illo conueniret.

ἐκείνῃ δὲ προσέχειν) τῇ ἀναγραφῇ τῶν σταθμῶν.

οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες) Adde his eos qui de rebus gestis Alexandri scripserūt, quos omnes mēdacissimos fuisse certissimum est: præter Ptolemæum & Aristobulum ait Arrianus. Plinium verò qui istiusmodi μυθογράφους tanquam scriptores de quorum fide non

D dubitetur sæpe sequitur, nemo rectè excusatit.

ἐγκαινίσαι δὲ τὴν ὁμηρικὴν) ἐγκαινίζειν non est immutare, sed renouare, & fugientem alicuius rei memoriam reuocare. Inde ἐγκαίνια festum Iudæorum, dicta, vt quidam putant. Isti igitur fabulam Homericam de Pygmæis & eorum præliis cum gruibus, quæ omnia iam pro fabulosis habebantur, innouatunt, & restaurarunt. Sic nostra ætate non desunt qui eandem de Pygmæis lepidam fabellam renouent, & qui etiam è sacris literis si Deo placet, fidem illi conētur astruere. Legi etiam

E Bergæi cuiusdam Galli scripta qui se vidisse diceret. *At non ego credulus illi.* illi inquam omnium bipedum mendacissimo.

ὄφεις τε καὶ βοῦς καὶ ἐλάφους σὺν κέρασι καταπίνοντας) Melius hunc locum accepit vetus interpres quàm Xylander. Non enim Strabo commemorare voluit Panes qui deuorarent serpentes & boues: sed serpentes tanta magnitudine vt boues ac ceruos possēt deglutire. Plinius lib. VIII. cap. XIIII. *Megasthenes scribit in India serpentes in tantam magnitudinem adolescere, vt solidos hauriant ceruos taurosque.* Meminit & Strabo alibi.

F περὶ Ἀνδροκόττου) libro XVI. Σανδρόκοττον vocat. eadem scripturæ varietas apud Plutarchum, Iustinum & alios. qua de re ad lib. primum diximus. Apud Athenæum lib. primo Σανδρόκυπτος perperam pro Σανδρόκοττος legitur.

¶PAG. 49. Οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνος ἀλογεῖται) Etiam in vett. cod. ita legebatur vel ἀλογεῖ. Legendum tamen censeo οὐ δ' ἐκεῖνο δὲ λέγεται: vel δὲ λέγει τό. Vox ἐκεῖνος cum de eodem sit sermo, videtur huic loco minus conue-

G nire.

φέρων μὲν γὰρ) Vide hominis acumen, Hipparchus dicit se non habere quid certi pronunciet de latere Indiæ septentrionali: Idem tamen habet de eo quod pronūciet aduersum Eratosthenē: nam eius assertionē damnat, & veteribus potius assentitur. Ergo Hipparchus quod de Indiæ latere septentrionali dicat, habet & nō habet. Nam si vim huius argumētationis expendas videbis eò necessariò adigi Hipparchum. Sed nimis argutatur Strabo: ídque more suorum, hoc est Stoicæ gentis: quorum in disputando erat fere hæc ratio, vt ex Ciceronis & Senecæ locis infinitis satis constat. Respondeat igitur Hipparchus Straboni, Se nec veterū descriptionē probare, nec Eratosthenicam

emendationem,& omnino quid certi super hoc sit statuendum non habere: in hoc tamen dubio vt IC^torum formula vtar, putare se possidentis meliorem esse debere condicionem: hoc est, in receptis, & antiquis πίναξι nihil esse mutandū, tantisper dum certius aliquid de ea re fuerit compertum. Non habet ergo quod verum esse pronunciet: habet quo falsitatem redarguat.

ἰᾶν δὲ κελεύων) Feliciter hunc locum emendauit Xylander: vellem pari felicitate eum explicuisset. Sensus est, Hipparchum professum se ἐπέχειν, deinde autem iubentem ἰᾶν ὡς οἱ ἀρχαῖοι deprehendi contrarium facere eius quod erat professus: Nam qui iubet nos sequi veteres, is non ἐπέχει, sed veteribus potius assentitur. Similis omnino erat Platonis aduersus ἐφεκτικοὺς disputatio. Nam cum illi diceret omnibus in rebus oportere ἐπέχειν, ita Plato eos interrogauit. Καταλάβετε οὖν ὅτι ἀκαταληψία an non? si καταλάβετε, ergo non est ἀκαταληψία: si non καταλάβετε, Ergo vobis credendum nō est.

μᾶλλον δὲ πολλὴν) Si nihil in veterū descriptione innouandum est, vt censet Hipparchus, nisi prius singulorum locorū longitudines & latitudines exactè fuerint cognitę, sequitur hinc, ait Strabo, Geographię studia esse omittenda, quum paucissimorum locorum θέσεις illa ratione adhuc exploratę fuerint. Respōdeat hic quoque Hipparchus: non sequi ex hac sua ὑποθέσει omittenda prorsus esse Geographiæ studia, sed hoc potius. Ea tantum in veterum πίναξι esse mutanda, quæ isto modo fuerint explorata: in reliquis putare se nihil esse temerè mutandum. Atque hac cautione vsus erat Hipparchus in Geographicis suis: neque enim omniū locorū longitudines & latitudines annotauerat, quod postea conatus est Ptolemęus præstare: sed paucorum tantum Ptolemæus. μόνος ὁ Ἵππαρχος ἐπ' ὀλίγων πόλεων ἐπισημασίας ποσῶν παλαιῶν τῶν καταγεγραμμένων ἐν τῇ γεωγραφίᾳ ἐξάρματα τῆς βορείας πόλου παρέδωκεν ἡμῖν, καὶ τὰς ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς κειμένας παραλλήλους ἐπὶ τούτοις. Atque Hipparchus quidem hac cautione vsus erat: quē secutus est Marinus: verum hic tanto hac parte audentior quanto ille cautior, pleraque in Geographia pro veris falsa tradidit. Marinum Ptolemæus secutus est: qui etsi diuina propemodum industria, labore sanè incomparabili Marini errores correxit ac totius οἰκουμένης descriptionem proposuit, tamen & ipse quam prudens fuerit hoc Hipparchi cōsilium testis possit esse optimus.

τίς δ' ἂν ἡγήσαιτο) Nemo sanè qui Ptolemæum audiat, cuius super hoc consiliū & sententiam, vide γεωγ. libro primo capite quinto.

ὅτι ἡ διαβάλλειν Ερατοσθένης) Lege ὅτι εἰ Nihil certius quàm ita scripsisse Strabonem. Vulgata lectio inepta & ridicula est.

¶Pag. 59. Ἐν μέσῃ τῇ Τρωαδίᾳ) Adi librum XI. vbi totidem verbis hæc eadem narrantur.

ἐν τῇ Σακασηνῇ καὶ τῇ Ἀρξηνῇ) Scribendum τῇ Σακασηνῇ & Ἀρξηνῇ: non tantum quia sic rectè lib. XI. Sed quia sic postulat analogia. Nā ita multa dicūtur, vt Xerxena, Cambysena. Apud Stephanum in dictione Καμβυσηνή deprauatissimum locum sic lege. Καμβυσηνὴ καὶ Ξερξηνὴ ἀπὸ Καμβύσου καὶ Ξέρξου. Ita enim scripserat ipse: quē vide in Ξερξηνή.

τὴν πλείω μέρη φασὶν ἐδείκνυε τῆς ἀμπέλου) Idem de Mauritania testatur Geographus lib. vltimo.

ἐν ᾗ γε καὶ εἰς τετρακοσίαν) Non erat cur ita laboraret in huius loci emendatione Xylander: quum totidem literis repetantur hæc omnia libro XI. vnde fuit facillimum locum emendare. Γενεὰ autem & seculum quot annos complectātur, præter Grammaticos omnes qui poetæ locum de Nestore attigerunt, vide apud Censorinū cap. V. & Plutarchum. Notus est etiam Herodoti locus. Sanè in sacris literis vna generatio spatium est centum annorum, vt vel ex XV. capite Geneseos notum est. Atque hoc sequūtur & IC^ti. vt in quæstione de vsufructu relicto Reipublicæ responsum est leg. Le-

A gatum. D. De vsu & fructu. & leg. An vsusfructus. D. De vsufruct. Verùm γενεὰ passim apud veteres longè aliter accipitur: éstque annorum ferè XXX: vt apud Herodotum, Diodorum, & Polybium lib. IIII. vbi de Eleis sic scribit, ἔνιοι γὰρ αὐτῶν ἐπὶ δύο στέργουσι τὸν ἐπὶ τῶν ἀγρῶν βίον, ὥστε τινὰς ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς γενεὰς ἔχοντας ἱκανὰς οὐσίας, μὴ παραβεβληκέναι τὸ παράπαν εἰς Ἠλείαν. Vide amplius Eustathium.

Ἀλλ' ἡ μὲν Βαγαδανία) Legendum Βαγαδαονία. Idem error & lib. XII. est commissus: quod nec Xylander
B nec alii docti viri animaduerterunt. Stephanus Βαγαδαονία, μοῖρα Καππαδοκίας τοπωτάτη. & addit dictam vt Καταονία. Apud Suidam Βαγδαδαονία perperam pro Βαγαδαονία scribitur. Nam ille Stephani locum descripserat.

σπανίων εἶναι τε) Imo tota ferè Cappadocia est ἄξυλος vt ait lib. XII. vbi de Argæo monte.

καὶ τῆς φαναροίας) Caue putes quod existimauit Xylander, esse legendum φαναγορείας. Profectò vir eruditus Strabonem nō adhibuit in consilium cum ita censuit. Φαναροία enim Straboni lib. XII. pars est regionis Pon-
C ticæ cæli solique felicissimi. τὴν φαναροίαν, inquit ille, συνέχει ὅτι ἡ Σιδήνη, καὶ ἡ Θεμίσκυρα. τούτων δ' ἡ φαναροία κεκτηται μὲν ἔχουσα τοῦ Πόντου τὸ κράτιστον. καὶ γὰρ ἐλαιόφυτός ἐστι καὶ εὔοινος, καὶ τὰς ἄλλας ἔχει πάσας ἀρετάς. At Phanagoria procul à Ponto semota vrbs est ad latus Asiaticum Bospori Cimerii: autores, Strabo, Ptolemæus, omnes geographi.

ὁ τοῦ Μιθριδάτου στρατηγὸς) Neoptolemum hunc vocat lib. VII.

ὅτι τῇ ῥαγείσῃ χαλκῇ ὑδρίᾳ διὰ τὸν πάγον) Sic Diodorus
D Siculus lib. III. in maximi frigoris descriptione Καὶ χαλκοῖ μὲν ἀγγεῖα ῥήγνυνται.

μόλις γὰρ ἂν ταυτικλινεῖς ἐν τοῖς) Lego εἰς. Præpositio ἐν locum hic habere nequit. Interpres autem locum hūc tractat perquam indignè: quod in Commentariis nostris aliàs pluribus docebimus.

ἐστι δὲ Βάκτρα καὶ τὰ τοῦ σώματος) Totus locus fœdè corruptus Xylandrum in magnos errores impulit. Legendum puto, Ἔστι δὲ Βάκτρα καὶ τὰ τοῦ στόματος (hoc est τὸ στόμα, vel τὰ ἐπὶ στόμα) τῆς Κασπίας θαλάσσης εἴτε Ὑρκανίας
E παμπολὺ ἀρκτικώτερα. Sententia plana est & perspicua: Nam cum locutus esset hactenus de Indiæ tantum parte aquilonia, eámque dixisset lōgè vltra fines τῆς οἰκουμένης amoueri, nunc addit, etiam præter Indię partem hanc & Bactra & quotquot sitæ sunt regiones ad latus Tauri septentrionale vsque ad ostium maris Caspii, omnia inquam hæc, ex Hipparchi sententia posita esse extra fines terræ habitatæ: quū tamen habitari ea constet. Hanc lectionem in suis cod. videtur vetus interpres reperisse qui sic vertit. *Suntque Bactra & Caspy maris*
F *siue Hyrcani ostium admodum omnino septentrionaliora.* Ita enim habent antiquæ editiones, non *ostijs* vt posteriores. Potest & ita legi, ἐστι δὲ Βάκτρα καὶ τὰ στόματος &c. εἶναι autem omnino legendum non ἐστι. Quis nescit mare Caspium etiam Hyrcanium appellari? Xylander tamen Βάκτρων legit & τῆς τε Τρωαδίας. Iudicent docti homines.

μέχρι τῆς Ἰνδικῆς) Vett. cod. ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς. Sed & prior interpres ἀπὸ legit.

μείζω χώραν ταύτης ἐπέκεινα νέμεται) In vett. lib. transpositis vocibus ita legitur μείζω ταύτης ἐπέκεινα χώραν
G νέμεται. At nostræ operæ vocem χώραν imprudenter omiserunt. non magis sua profectò culpa quàm eorum qui ὑπὸ φιλοκερδίας τῆς ἐσχάτης, omnia sus dèque habent, modò vno die si fieri queat absoluere & venum exponere libros quos edere parant, possint: vt sæpe dum hæc ederentur subiret iniquum Strabonis fatum ac meum ipsius χλευάζειν, qui in talia tempora incidissemus. Quod semel testatum volui, vt eò æquiores se præberent lectores, si quid huiusmodi in hac præcipiti festinatione commissum obseruauerint.

αὐτὰ τι τὰ περὶ) Legendum γε, id est saltem, non τι. quod disputationem attendenti facilè apparebit.

σταδίοις, χιλίοις, πεντακοσίοις) Veteres vel ita habent, σταδίοις, δισχιλίοις, πεντακοσίοις: vel ita σταδίοις δὲ πεντακοσίοις

A περὶ τοὺς δισχιλίους. Et vetus quoque interpres δισχιλίους legit non χιλίους, idque est verius. τὸ δὲ autem ferri sine maiori mutatione non potest.

ὡς ἂν καὶ σαφῶς ἀντιλέγει περὶ τῆς ἀποδείξεως) Nemo dubitat, vt puto, legendum esse σαφῶς pro σαφὲς. Præterea verò olim legere οὐ σαφῶς. Sensus est, ex superiori disputatione constare Hipparchum parum σαφῶς aduersus Eratosthenem disputasse: qui quidem cum eo disputans argumento siue medio vteretur non minus obscuro & controuerso, quam esset illud ipsum de quo erat quæstio. B Siquis sine negatione legere velit, erunt hæc accipienda εἰρωνικῶς.

Πάλιν δ' ἐκεῖνα) Vox πάλιν initium est nouæ disputationis vt apud Aristotelem ferè semper: ἐκεῖνα autem videlicet τοῦ Ἐρατοσθένους. Nam Eratosthenis sunt hæc ab Hipparcho reprehensa vt ait paullò post: vt nequeam satis mirari ita hic excutiuisse Xylandrum, vt hæc Hipparcho tribueret.

Μεγασθένει τι ἀντιλέγει) Legendum ἀντιλέγειν. Quum, C inquit, dixisset Eratosthenes falsa esse quæ de Iodia refert Daimachus, eúmque addidisset eundem Daimachum contraria dicere iis quæ à Megasthene traduntur. Disputatio sequens potuit vel puerum mouere, vt sic legendum censeret: vt omittam quod non aliter vetus interpres legit.

Ταῦτα δὲ φάσκοντος) Lego δὴ: vt paullò post Ταῦτα δὴ εἰπόντος.

Ταῦτα δὴ εἰπόντας) Legēdū εἰπόντος, nimirū Ἐρατοσθένους.

ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου κειμένων) Lego ἐπὶ ἐπὶ τοῦ. Expli- D cat obiter quænam dicantur ἀντικείμενα ἀλλήλοις. Dicuntur, inquit, ἀντικείμενα sibi inuicem τὰ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου κείμενα quę in eodem sita sunt parallelo. Idem significat esse ἐπ' εὐθείας.

ἐπὶ τὰ Ἀρμένια ὄρη χιλίους εἶναι) Legendum δισχιλίους vt mox docebimus.

ὅτι τὸ ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ τὰ ὄρη χιλίων καὶ ἑκατὸν φησὶν Ἐρατοσθένης) Negat dixisse Eratosthenem distare Thapsacum à portis Armeniacis stad. ∞ ∞ c. Hoc verò falsissimum est. Dicebat enim Eratosthenes distare Thapsa- E cum à portis Armeniacis stad. ∞ ∞ c à montibus autē Armeniæ longè plura: quot autem, nō expresserat: quū illud iter non reperisset dimensum. At Hipparchus id quod non erat ab Eratosthene expressum, ponebat (vt paullò post dicitur) stadiorum esse ∞ ∞. Sic efficiebat Thapsacum à montibus Armeniæ distare stadia ∞ ∞ ∞ ∞ & c. Sed hoc, ait Strabo, Eratosthenes non dixerat. Iam nemo non videt legendum hic esse δισχιλίων, itémque paullò antè δισχιλίους pro χιλίους. Atque hoc est alterum Hipparchi in hac disputatione peccatum, προσχρῆται enim λαμβάνων ψεῦδος. Porrò quod de Eratosthene F diximus, adeo perspicuè à Strabone infra traditur: vt valdè mirer errare hic quemquam potuisse.

ἀλλ' ἑαυτῷ κεχαρισμένως) Legebatur κεχαρισμένως quod Xyl. vertit expre c. Legendū verò esse vt habēt veteres libri κεχαρισμένως nemo nō videt, & ita legit vet. interp.

κατὰ τοῦτο τοῦ δισχιλιοστοῦ χώματος ὑπεζευγμένων) Sustulimus monstrum lectionis & præter analogiam omnem, ὑποτετυχυῖαν Significare voluit Strabo, τὸ δισχιλιοστοῦ χῶμα fuisse seruatum, non quidem exactè, sed σύνεγγυς: G ideo ait ὑποτετηρημένον non τετηρημένον. Qui huius linguæ analogiam cognitam habent, non ignorant hanc esse vim præpositionis ὑπὸ in compositione. Sic differunt γλαυκὸν & ὑπόγλαυκον, φθορὰ & ὑποφθορὰ, λευκὸν & ὑπόλευκον. Notauit hoc etiam Athenæus lib. XIIII. vbi docens vnde esset dicta ὑποτρίμματα, quēadmodum, inquit, τὸ περιστερὸν τὸ λευκὸν ὑπόλευκον καὶ τὸ μέλαν ὑπομέλαν, οὕτω καὶ ὑπότριμμα [illegible] Atque etiam hoc latini sunt imitati. V[illegible] depranatio huius loci inde profecta quod τὸ ὑπὸ super scriptum fuerat à diligenti lectore [illegible] vera [illegible] est [illegible].

ἀλλ' ἀπὸ [illegible]) Paullò post vbi totidem propè verbis hæc repetuntur, legitur ἀπὸ τῶν ἄρκτων, quo etiam modo fortasse non sine ratione dixerit aliquis esse hîc quoque legendum. Et quæ de Euphrate docet Geographus eam lectionem confirmant. Verumtamen nihil temerè mutandum.

ὑπηρεσίῳ παραπλήσιον) Non puto vocem ὑπηρέσιον id significare quod vult Xylander. Nam quæ de Mesopotamiæ finibus dicuntur pluribus libro XVI. satis indicāt, eam nauigio vt vetus interpres vertit, similem esse potius quam puluino vt Xylander. Quare ὑπηρέσιον interpretor πλοῖον ὑπηρετικὸν vt passim Græci historici appellāt. Significat hæc vox & quod equo insterni solet: Diod. Sicul. lib. XX. τοῖς δὲ ὑπηρεσίοις διατεταγμένοις ἔχειν καθ' ἑαυτὸν χωρὶς τῶν ναυτῶν ὑπηρέτας καὶ χαλινόν. Strabo autem libro XVI. quum dicit Mesopotamiam esse πλοίῳ similem, satis manifestò docet, ὑπηρέσιον hoc loco nihil esse aliud quàm quod dixi, hoc est πλοῖον ὑπηρετικόν. Nauigium enim reuera refert ea maximè parte qua conueniunt Tigris & Euphrates, qua de parte intellexisse Eratosthenem, cum hoc dicebat ex eius verbis satis apparet: Sic enim paullò post, ποιεῖ δὲ τὸ σχῆμα τῆς Βαβυλωνίας καὶ Μεσοποταμίας ὑπηρεσίῳ παραπλήσιον. Positum autem esse ὑπηρέσιον pro ὑπηρετικὸν πλοῖον, non magis mirari debemus quam quod ὑπηρετικὰ sæpe sine voce πλοῖα dicunt. Dio, καὶ πάντας τοὺς ἑταίρους ἐς ὑπηρετικὰ ἐμβαλών.

καὶ γὰρ [illegible] τὰ διαστήματα) Prior interpres totum locum ita legit. Καὶ γὰρ καὶ τὰ διαστήματά φησιν ἐκ πολλῶν συνάγειν, τῶν τοὺς σταθμοὺς περιγεγραμμένων, ὧν τινας καὶ ἀνεπιγράφους καλεῖ: ille que opinor vel ita legendum, vel sic potius. Καὶ γὰρ καὶ τὰ διαστήματα φησὶν ἐκ πολλῶν συνάγειν, vt subaudiatur φησὶν Ἐρατοσθένης, quod millies apud Strabonem faciendum. Sententia igitur fuerit hæc, Interualla quæ profert Eratosth. ait ipse collegisse se, &c. Deinde lego, ποιεῖ δὲ καὶ [illegible]: hæc interualla, inquit Strabo, collegisse se ait Eratosthenes à variis qui Itineraria scripserunt: quorum tamen nonnulla fatetur esse eiusmodi, vt eorum nesciat autorem.

ἐκ τῶν χωρογραφιῶν) Sententia non est obscura: verba tamen esse corrupta nemo non videt. Legi potest ἐκ τῶν χωρογραφικῶν εἰδέναι. vel simpliciter, δεῖν χωρογραφικῶς εἰδέναι. aut ἐκ τῆς χωρογραφίας εἰδέναι.

σταδίους χιλίους καὶ πεντακοσίους χάριν) Legendum δισχιλίους. Strabo libro XVI. λέγει δ' Ἐρατοσθένης, τὸ ἀπὸ Θαψάκου, καθ' ὃ ἦν τὸ ζεῦγμα τοῦ Εὐφράτου τὸ παλαιόν, ἐπὶ τὴν τοῦ Τίγριδος διάβασιν, καθ' ἣν διέβη Ἀλέξανδρος αὐτὸν δισχιλίους τετρακοσίους. Et ita rectè paullò post hoc eodem libro scriptum reperies. Interpres qui turpem hanc mendam non animaduertit satis hoc ipso prodidit quam parum totam istam disputationem [illegible] intelligeret. Eandem negligentiam toto ferè libro ne dicam opere deprehendes.

πλευρὰν τὴν πλευράς) Ita legendum non [illegible] nisi volumus Strabonem σολοικίζειν.

καὶ τὰ [illegible] τῶν ὀρῶν τοῦ τε[illegible]) In veteribus libris est περὶ ἄρκτους. Sed vereor ne hic locus grauius laboret. Quis enim tam puer est vt non intelligat aquilonium latus tertiæ istius σφραγῖδος parte Tauri definiri non ea quæ septentrioni est obuersa, sed ea quæ meridiei? Quare nisi obstarent veteres codices censerem omnino esse tollendas illas voces τοῦ ἄρκτους. Docti viri cogitent.

¶ PAG. 55. σταδίους [illegible] ἑπτακισχιλίους) Lege ἑπτακισχιλίους καὶ διακοσίους. Primum, sic habent lib. manu exarati: Deinde ita legit vetus quoque interpres. Postremò nisi ita legas, frustra quæres cur paullò antè dixerit μικρῷ πλειόνων ἢ ἑπτακισχιλίων.

τῶν δ' [illegible] πλευρῶν) In omnibus libris ita legitur. Ego verò repugnantibus omnibus libris & interpretibus legendum contendo πλαγίων. Nam postquam dixit Strabo siue Eratosthenes de tertiæ σφραγῖδος lateribus duobus, incipit nunc de reliquis duobus agere. Dictum est autem de iis lateribus quæ longitudinem definiunt: nunc dicendum restat de transuersalibus, siue iis quæ latitudinem conficiunt: quæ si quis dicat πλά-

A πλάγια appellari quia ad mare vsque pertingunt, quęxari ego cur πλάγια potius quam ὀρεινά? Nam & ad montes pertinent. Deinde quæram cur πλάγια potius quam παραλλάγια. Græci enim πλάγια tantum ea vocant quæ in altũ mare porriguntur: quo modo promontorium Garganum πλάγιον infra dicitur. Sed nemo satscio eruditus reperietur vnquam qui hanc lectionem tueri velit.

ἀπὸ Βαβυλῶνος εἰς τοὺς ὅρους τῆς Καρμανίας) Sic emendauimus, quum antea in omnibus Græcis Latinísque editionibus legeretur Ἀρμενίας: quem errorem quod non animaduerterint interpretes crassa profectò est & plus
B quã supina negligẽtia. Scilicet Armenia est ad mare rubrũ. Hoc Eratosthenes aut Strabo si dixissent, puerorum cachinnos nunquam effugissent. Ita autem esse legendum vt emẽdauimus non magis veteres codices docere possunt in quibus ita est scriptum, quàm tot loci superiores, vbi sic legitur.

τῆ πρώτης μερίδος ἐν μυρίων) In quibusdã vett. cod. legi-
C tur δισμυρίων, idq́; vetus interpres est secutus: perperã.

μὲν ὀρθῶν δὲ) Legendum ex coniectura μὲν πρὸς ὀρθὰς δὲ τῇ διὰ Κασπίων πυλῶν μεσημβρινῇ. At in libro soceri mei Henrici Stephani ita legitur hic quoque vt paullò antè, μὲν πρὸς ὀρθὰς δὲ τῇ. Xylander hunc locum melius quam vetus interpres tractauit.

δι' Ἀθηνῶν) In vett. lib. semper δι' Ἀθηναίων legitur.

ἔτ' ἂν τοσούτων σαδίων) Addenda vox εἶη, vel ita ἔτ' ἂν εἴη τοσούτων vel post vocem τοσούτων. Videndum etiam an paullò antè desit vox ἐγγύς post vocem εἶη.

D Τὸν δ' ἀμειβόμενος προσέφη) Videtur esse ea Homero. Sic Iliad. α. μελίσσι ταμεῖν.

δυνατὸν ἦ) subaudi χρῆσθαι πρὸς τοὺς σφαιρικούς. Nam tale quid omnino supplendum: si quidem ab autore est prætermissum.

ἢ τῶν ἄλλων γνωρίμων τινὶ χημάτων) Hoc faciunt Geographi in multorum locorum descriptione. Sic totam terram quæ habitatur chlamydi comparant: sic & Alexandriæ solum χλαμυδοειδὲς vocant: sic Italiam alij κισσῷ alij folio querno comparãt. Sardiniam vestigio hu-
E mano: Iberiam βυρσῇ βοός: Naxum ἀμπέλου φύλλῳ: Peloponnesum, πλατάνου φύλλῳ: Cyprum ouinæ pelli, & Pontum Euxinum arcui Scythico.

ὡς ἴδιον ἑνὸς ἔθνους) Ita legitur in omnibus codicibus: neque aliter interpretes. Mihi tamen suspecta est hæc lectio, & vel ὡς αὐτὸς ἑνὸς ἔθνους legendum videtur: vel ὡς ἴδιον ἑνὸς ἔθνους. Sententia quidem non est obscura.

¶PAG. 58. δυεῖν τὴν σφραγῖδα ἐπιθανον) Quis nõ videt vocẽ δυεῖν ineptè hic esse positã? Equidẽ vel inducendã omnino cẽseo, vel ita legẽdũ τὸ μὲν μέχρι δυεῖν προσάγειν τὴν
F σφραγῖδα, δυεῖν ὄντος ἀπιθανόν. sequuntur enim duo argumenta quibus id probat.

Σύρων λεγομένων) De Syrorum appellatione vide initio lib. XVI.

ἐμβαλεῖ τῆς ἂν ἐξισοῦσθαι τῇ Ἰνδικῇ) Deesse quædam ante hæc verba videtur: προείρηκε satis argumento esse: vt sit hæc sententia. si producatur tertia hæc σφραγὶς vsque ad mare, etsi futura est maxima: tamen ne sic quidem Indiæ siue tertiæ σφραγῖδι parem fore.

προσλαβών) Ita vett. lib. rectè: præcessit enim τὸ μέχρι
G θαλάττης. Vulgò προσλαβὼν quasi subaudiretur ὁ Ἐρατοσθένης quod non conuenit.

καὶ τὸ μέχρι τῶν ὀρῶν τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας) Quorum montium? non enim satis video quosnam potissimum intelligere debeamus. Quare malim τῶν ὅρων. Ὅρος diuidens Æthiopiam felicem, est isthmus inter duos sinus Persicum & Arabicum. Ὅρος Ægypti, sinus Arabicus cum isthmo inter eum sinum & mare nostrum. Vetus autem interpres ita hunc locum transtulit, vt videatur voces illas τῶν ὀρῶν non legisse.

τοσαύτῃ προσθήκῃ) Videtur esse sententia ἐλλιπὴς ac manca: quæ plena erit, si sic legas, ac distinguas, τὸ βόρειον ἐκπεσόντος σφραγῖδος τῆς ὅπερ ἐκεῖνος εἶπεν, σὺν τοσαύτῃ πρ. Neque tamen ita scripsisse Strabonem aio: Οὐχ οὕτω πέ-

A περαμαι. Tantum dico quid suspicer.

οὐχ ὅπερ ἐκεῖνος εἴρηκεν) Sic legitur in vete. lib. nisi quod in quibusdam ὥσπερ scriptum est pro ὅπερ.

καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς ὁρίοις) Omnino corruptus est iste locus. In vett. lib. legitur εἰσαγάγοντι παρὰ τὴν ὅρισιν κ. longè melius: verùm de eo plura in Commentariis.

τὴν Μεσήνην) Magnus error Xylandri, qui putat Mesenen esse Mesopotamiã, atque ita vertit. Atqui Mesene est μέση τοῦ Τίγριδος vt Stephanus ait: non τοῦ Τίγριδος καὶ
B Εὐφράτου vt Mesopotamia: vide Plinium libro VI. cap. XXVII. Stephanus Messenen eãdem cum ea quæ Adiabene vocatur putat esse. Idem Stephanus alio loco docet Mesenen vocari eam regionem quàm cingit Tigris in duos alueos scissus: quorum qui est ad dextram appellatur Delas, qui ad sinistram Tigris. Plinius autem addit, vbi postea remeauere in vnum alueum hi duo, appellari Pasitigrin. Ex his facilè videt lector harum rerũ vel mediocriter peritus, quantũ à veritate absunt, qui Mesenen cum Mesopotamia confundũt.

C εἶτ' ἐξεζήτει αὐτὴν τοῦτον λέξιν) In priore editione Germanica operarum errore legitur ὅτι. Xylander eum errorem non videtur animaduertisse: ita enim edidit: & præterea parum feliciter hunc locum est interpretatus. Intelligit autem isthmum Eudæmonis Arabiæ quem ait eum superius expressa παρὰ τὴν latus meridianum quartæ σφραγῖδος potuisse conficere: τοῦτον igitur legendum non τοῦτο: & itẽ λέξιν non δεξιὰν vt habent quidam manuscr.

μέχρι τῆς μεταξὺ τοῦ σομάτων) Vetus lectio plenior est,
D μέχρι τῆς παραλίας τῆς μεταξύ.

¶PAG. 59. γεωμετρικῶς ἀνασκευάζει τὰ ὑπ' ἐκείνου τυπωδῶς λεγόμενα) Laborabat antè hic locus ab interpunctione. vocem γεωμετρικῶς cum superioribus coniunxit Xylander, magno errore: longéque melius vetus interpres cum ἀνασκευάζει iunxit. Xylandrum si nihil aliud, saltem similes loci mouere debuerunt, Quoties enim hoc in Hipparcho reprehendit Strabo, quod quę παχυμερέστερον & γεωγραφικῶς dicta erant ab Eratosth. ipse γεωμετρικῶς refellit? Paullò post, Ἐρῶμεν δὲ πρὸς αὐτὸν ὅτι τοῦ Ἐρατοσθέ-
E νους ἐν πλάτει λαμβάνοντος ἀδηλίας ὅπερ οἰκεῖον ἐστι γεωγραφίας, ἐκεῖνος γεωμετρικῶς αὐτὸν ἐλέγχει.

τῶν πρὸς τὴν ὀρθὴν ἐχουσῶν) ἐχουσῶν. In veteribus sic, προσεχουσῶν τὴν ὀρθὴν.

¶PAG. 60. Παρὰ τὰ δὲ ταῦτα λέγων ὁ γεωμετρικῶς ἐλέγχων ὁ πιθανῶς) Ex iis quæ paullò antè notauimus apparet legendum esse ὡς γεωμετρικῶς ἐλέγχων ὁ πιθανῶς. Vetus tamen interpres retinuit & ipse vulgatam lectionem.

τὸ μὲν ἐν πλάτει μείζονι) Vox πλάτει atque adeo totus iste locus valdo est mihi suspectus. Nec mihi satisfacit
F quod aliquando putaui, legendum esse ἐν πίστει. Quare de hoc loco Amplius.

μείζονι μὲν ἐν αὐτῷ) Fortè legendum μείζονι μὲν ἦν, vel μείζονι μὲν, ἐν αὐτῷ, vel sic ἐν μείζονι μὲν.

μήκει δὲ καὶ τὸ παρακείμενον ὄρος) Lego, ὄρος. Taurum enim montem intelligit. Sic mox πλάγιος δὲ Longitudinem enim τῆς οἰκουμένης efficit mare nostrum & ei συνεχὴς Taurus. Est autem habitatæ terræ longitudo Straboni ἑπτὰ μυριάδων.

δύναιτ' ἂν ἀπόδειξις) Lego δύναιτ' ἂν εἶναι ἀπόδειξις Omni-
G no enim videtur excidisse vox εἶναι.

προσθήσει δὲ καὶ τοῦ φιλάττι) Rectè Xylãder hunc locum emendauit, inserta vocabula τὸ antè τῇ.

συμπίπτει φασὶ πλείους) Suspecta mihi vox συμπίπτει. Certè συμπίπτειν mallem.

τῶν ἑπτακισχιλίων) Vetus lectio ἑξακισχιλίων.

¶PAG. 61. παρὰ τὸν Εὐφράτην, προσθεὶς κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐνταῦθα) Non dubium mihi est hunc locum sic esse dispungendum, Τὸν δή γε ἐκ δὲ ὡς εἴρηκε τετρακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων σταδίων τῆς ἐπὶ Βαβυλῶνα ἀπὸ Θαψάκου, παρὰ τὸν Εὐφράτην προσθεὶς κατὰ τὴν ἐνταῦθα, vel sic potius, τῆς ἐπὶ Βαβυλῶνα ἀπὸ Θαψάκου παρὰ τὸν Εὐφράτην· παρὰ τὸν Εὐφράτην προσθεὶς. Nam quod prudenter adiectum fuisse notat Strabo, hęc sunt verba, παρὰ τὸν Εὐφράτην. Quare fallitur Xylander.

τοὺς παραλλήλους ἐκείνους ἐν τῷ αὐτῷ πλάτει) Legendum puto τοὺς παραλλήλους ἐκείνοις τοὺς ἐν αὐτῷ.

¶PAG.61 ἐπ' εὐθείας ἀπὸ Κασπίων πυλῶν) Videntur deesse aliquot verba. Sententia non est admodũ obscura.

¶PAG.63. καὶ προσθέντος τοὺς εἰς Διοσκουριάδα ἐντεῦθεν δ' ἑξακοσίους) Lego, καὶ προσθέντος τοὺς εἰς Διοσκουριάδα ἐντεῦθεν. ἔτι δὲ ἑξακοσίους. cuius lectionis rationẽ in Commentariis pluribus exponemus.

πλειόνων ἢ δισχιλίων σταδίων) Vetus quidam codex, τρισχιλίων. mendosè, vt puto.

πλειόνων ἔτι τὸν ἐκ Καρίας ἐπὶ πορθμὸν πλὴν σταδίων πεντακισχιλίων) Deesse negationem ante vocem πλειόνων rectè à Xylandro est animaduersum. & in veteribus legitur μὴ πλειόνων. Sed & ἑπτακισχιλίων pro πεντακισχιλίων puto esse legendum.

¶PAG.64. καὶ αὐτὸν τὸν Ἵππαρχον συνεξετάζομεν) vt ὑπερβάντες & ἀπολυόμενοι sic & συνεξετάζοντες puto legendum : aut mutata distinctione, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἵππαρχον συνεξετάζωμεν.

Ἴδωμεν δὲ καὶ Ποσειδώνιον) Post Eratosthenem & Hipparchum inquirit in Posidonium.

¶PAG.65. Ἀριστοτέλης δὲ αὐτὴν καλεῖ) Veteres codices habent, Ἀριστοτέλη δὲ αὐτὴν καλεῖν. vt pendeat oratio ab illis φησὶ δὴ ὁ Ποσειδώνιος.

καὶ τῶν ἀρκτικῶν εὐκράτους) Quorsum hæc obsecro te lector? Profectò si locum attendis diligenter, non dubitas deesse quædam, totúmque locum aut hoc aut simili modo esse supplendum, legendúmque. Ἀριστοτέλης δὲ αὐτὴν (videlicet τὴν διακεκαυμένην) καλεῖ μεταξὺ τῶν τροπικῶν. τὰς δὲ μεταξὺ τῶν τροπικῶν καὶ τῶν ἀρκτικῶν εὐκράτους. Qui vel tenuissimã Sphæræ cognitionem habent, intelligent vel me tacente ita omnino esse legendum. Neque est obscura deprauationis causa, de qua millies in hoc opere nobis erit querendum.

εἰς Μερόην εἶναι μυρίους) Ait à Syene ad Meroen esse stadia CCIↃↃ. id verò falsum esse certissimum est. neque hic autoritatibus opus est. In promptu sunt Strabonis Cleomedis, & omnium Geographorum loci. Et tamen in voce μυρίους mendum inesse non possumus suspicari propter sequentia : nisi illa quoque corrupta esse velimus dicere. Itaque de isto loco velim cogitent docti viri.

ἔτι πᾶσι πρὸς ἅπερ καὶ λέγεται μόνοις εὔκρατος) Lego ἔτι παρὰ πᾶσι. Nihil, inquit, ad rem facit τὸ, μὴ παρὰ πᾶσιν eosdem esse arcticos : Nam si iidem sunt παρὰ πᾶσι τὴν εὔκρατον οἰκοῦσι, sanè & παρὰ πᾶσι πρὸς ὅπερ μόνοις λέγεται εὔκρατος. Verum quis obsecro concedet παρὰ πᾶσι τοῖς τὴν εὔκρατον οἰκοῦσι eosdem esse arcticos?

ταύτας τε καὶ δύο ἄλλας εἶναι τὰς ὑπὸ τοῖς τροπικοῖς) Refert Achilles Statius in Aratum zonas à Posidonio sicut & à Polybio (de quo mox) sex constitui. Verum si Strabonis potius fidem sequimur, videtur Posidonius septem, non sex tantum agnoscere zonas. Nam præter eas quinque, quas omnes agnoscunt, duas nouas ipse constituebat tropicis subiacentes, angustas illas quidem, sed tamen quæ habeant aliquid ἴδιον. Quare videtur errasse Achilles Statius cum illa de Posidonio scriberet.

ὡς τὰ νέφη προσπίπτοντα) Κυριολογία. Nam νεφέλη παρὰ τὸ נבל quod est ἔπεσε, cecidit. quia cadentes nebulæ pluuiam efficiunt. Polybius paullò aliter, ἐπιφερομένων δὲ ὄμβρων καὶ βροντῶν ἐνεστῶσαν πάντα συμβαίνει τὸν ἀέρα ἐκ τῶν νεφῶν κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ὑπὸ τὴν ἑαυτὴν πεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Sic alibi, ὁμίχλας πεπληκυίας.

ὀμβρους ποιεῖν) Ait Posidonius in iis locis qui tropicis subiacent nunquam pluere. Vide verò infra lib. XV.

καὶ εὐυδροτέραν) Scripti quidam codices αὐδροτέραν. Malè. Mouisse autem videtur τὸ παράδοξον vt mutarét veram lectionem, quum non concoquerent cur regio æquatori subiacens esset εὐυδροτέρα quàm ea quæ tropicis. Verùm, & veterum autoritas & recentiorum αὐτοψία docent in iis locis magnos imbres esse loco hyemis.

A τοῖς ἀρκτικοῖς ὑποπεπτωκυίας) Manu exarati codices ὑποκειμένας.

δύο δὲ τὰς μεταξὺ τούτων τε καὶ τῶν τροπικῶν καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ) Videamus quid hæc sibi velint. Ait Strabo Polybium facere sex zonas. deinde eas enumerat. dixit iam de duabus: iis nimirum quæ arcticis subiacent. tum hæc verba subiicit, quæ si quid ego græcè scio, nihil aliud sonant quàm præter illas duas de quibus iam dictum, esse alias duas μεταξὺ τούτων videlicet τῶν ἀρκτικῶν, hoc

B est inter arcticos, tropicos & æquinoctialem. Sed velim me doceant interpretes quanam fieri ratione possit vt eadem zona sit inter arcticos, tropicos, & æquinoctialem. Præterea quum sex zonas Polybius faciat, cur quatuor tantum à Strabone enumerantur? Iam vereor ne otio tuo Lector abuti videar, si pluribus aduersus istam lectionem egero. quippe, luce iam clarius est, deesse hic membrum vnum, ab imperito & inerti librario, vt alia passim, omissum : eò faciliùs, quòd eadem verba sæpius repetebantur. Ergo legendus totus

C locus ad hunc modum, Πολύβιος δὲ ποιεῖ ζώνας ἕξ. δύο μὲν τὰς τοῖς ἀρκτικοῖς ὑποπεπτωκυίας. δύο δὲ τὰς μεταξὺ τούτων τε καὶ τῶν τροπικῶν. καὶ δύο τὰς μεταξὺ τούτων καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ. Habes integram enumerationem zonarum Polybii. quarum duæ arcticis subiacẽt: duæ intra tropicos continentur. duæ sunt intra tropicos & æquatorem. Polybius enim perustam terræ plagam, siue τὴν διακεκαυμένην diuidit, ac partitur in duas zonas. Sequitur paullò post de Polybio τὴν διακεκαυμένην μέντοι δίχα διαιρῶν, πρὸς οὐ φαύλην ἐπίνοιαν φαίνεται κεκινημένος. Mox, ὥστε καὶ τὸ

D ἡμισφαίριον τέτταρσιν ἐξ ὅλων συμπεπτωκέναι τριῶν ζωνῶν ὁμοειδῶν τῶν ἐν ἑκατέρῳ. Vide & Achillem Statium.

¶PAG.66. καὶ φυτῶν συστάσεις, καὶ τῶν ἄλλων ἡμίσυ σταλέντων ὑπὸ τοῦ ἀέρι) In tribus antiquis codicibus deerat vox συστάσεις post φυτῶν. Itaque existimabam locum ita esse legendum καὶ φυτῶν καὶ τῶν ἄλλων συστάσεις τῶν ὑπὸ τῷ ἀέρι. Verum obstat veterum quatuor codicum consensus in quibus monstrum illud lectionis ἡμισυσταλέντων reperitur : vt hoc loco aqua omnino mihi hæreat : magnámque habiturus sim gratiam ei qui me veram huius loci lectionem docuerit.

E ἀπεψυγμέναι) Libri veteres κατεψυγμέναι vt alibi.

ἡ σφαῖρα δίχα ἡ γῆς)Lectio vetus τμηθεῖσα δίχα ἡ σφαῖρα τῆς γῆς.

¶PAG.67. ἡ τὰς ὑπὸ τοῖς τροπικοῖς συνάγειν) Manu scripti quidam εἰσάγειν.

καὶ τὸ συνδεχομένου τὸν τῶν Κεερδίων ἀγῶνος) Vetus interpres qui, Proserpinalia. vertit, videtur legisse τὸν τῶν Κορείων ἀγῶνος. Κόρη enim, Proserpina. vnde Κορεῖα dicta videntur vt Διάσια. Festum Iouis. Atque húc fortasse per-

F tinet quod libro superiore dixit Strabo de sacris Ideę matris apud Cyzicenos. Cum hæc scripsissẽ reperi annotatum in eo codice quem mihi socer Henricus Stephanus suppeditauit, in quatuor manu exaratis codicibus legi Κορείων.

δέξασθαι τὴν ἀρχὴν) veteribus διαδέξασθαι.

¶PAG.68. εἶπε δὲ τούτων ὑγείας τε τυγχάνειν) Et veteres libri habent ὑγιείας vt Aldi codex : tamen placet mihi vehementer Xylandri emendatio ὑδρείας.

G τὸ δ' ἀκρωτήριον φέροντα) Veteres libri προσφέροντα.

γνῶναι δὲ ἰδιωτικὸν)Malim γνωσθῆναι δέ. & ita videtur vetus interpres legisse.

τούτους δὲ πλεῖν) Malim τούτοις δὲ πλεῖν videlicet τοῖς πλοίοις.

Ἀλλὰ τῶν δὴ ναυκλήρων τινὰς) Malim Ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν ναυκλήρων.

τὴν οὐσίαν ἐκδιδόντα πᾶσαν) Rectiùs veteres libri ἐνθέμενον.

κατασκευάζειν πλοῖον μέγα) Malim κατασκευάσαντα vt mox ἐμβιβάσαντα.

ἐμβιβάσαντα μουσικὰ)Lege ἐμβιβάσαντά τε.

ἄγοντα ἐπινοεῖσθαι πρὸς γῆν)Liber soceri ex duobus manuscriptis ἐφορμίσαι.

ἀλλ

ἀλλὰ ἀφεῖναι τὰ φορτία συνιδόντα) Vetus interpres qui sic vertit *Cæterum prius in terram onus & lignorum pars maxima peruecta sunt.* legit ἀλλὰ φθῆναι. Atque ita hunc locum iampridem emendauerat Quintinus Claudus vir eruditissimus.

παρεπέμψατο ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν ἀναχθεῖσαν ναυστολίαν) Quid est ἀναχθεῖσαν ναυστολίαν? Nauem ἀνάγεσθαι quid sit non ignoro. ναυστολίαν nescio, hic præsertim. Lego ἀναδειχθεῖσαν ναυστολίαν, plana & perspicua sententia. Confirmat emendationem meam vetus interpres.

ἐνδεδέσθαι γεωργικὰ ἐργαλεῖα) Et hic lege ἐνθέσθαι. Sic & liber soceri Henrici Stephani.

ἐν τῇ Βόγου βασιλείᾳ) Non video quare putare debeamus cum Xylandro Bogum esse quem Latini Bocchū vocant. Nam diuersa esse hæc nomina ex historiis & Strabonis lib. vltimo apparet. Fit enim ibi Bogi ac Bocchi mentio.

μέχρι τοῦ δεῦρο τὰ Εὐδόξου ἱστορίας ἔχω) Legendum μέχρι τῶν δε τῆς. Hactenus cognita mihi est (ait Posidonius) Eudoxi historia: quid autem eo factum sit postea, sciunt illi apud quos versatus est, Hispani ac Gaditani. Non est dubium mihi hanc verā esse lectionē. Nam vulgata mendosa est, & sententia quam interpretes ex ea eliciunt hoc loco non conuenit.

¶PAG. 69. Θαυμαστὸς δὲ κατὰ τὰ τοιαῦτα, ὅπως) Ita legitur in omnibus codicibus: & ita quoque interpretes. Mihi verò hæc lectio de mēdo suspecta est: habeóque persuasum legendū esse ὁ Ποσειδώνιος nō ὅπως. Errori ansam dedit compendiosa scribendi ratio librariorum, qui ὁ ̅π̅ω̅ς scripserunt cum vellent intelligi ex histribus litteris prima, media, vltima, ὁ Ποσειδώνιος. At imperiti homines coniunxere postea & fecere ὅπως: quæ vox hoc loco tam malè quadrat, quàm bene conuenit dictio quam reponimus. Qui versati sunt vel mediocriter in veteribus codicibus sciunt satis quam frequens sit in nominibus præsertim propriis compendiosa hæc scribendi ratio. vnde postea sparsæ infinitæ mendæ per bonorum autorum libros. Ac venit nunc mihi in memoriam locus Dionysij Halicarnassensis vbi similis error est commissus: quem locum etsi iam pridem in Notis quas admodum adolescentes scripsimus ad Laertium, emendauimus: tamen quia video id non esse ab eruditis hominibus qui nuper cum autorē ediderunt, obseruatum, etiam hic ὡς ἐν παρέργῳ castigabimus. Dionysius in Dinarcho, Ἀλλὰ Δῆμος ὁ Μάγνης ὃν ἔδοξε φιλίστωρ πολυΐστωρ, ἐν τῇ περὶ τῶν ὁμωνύμων πραγματείᾳ. Noli quærere quis sit iste Demus qui scripserat περὶ ὁμωνύμων. Demetrium enim Magnetem intelligit, qui scripserat librum hoc indice Περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων. Autores Plutarchus, Athenæus, Laertius, qui toties eum scriptorem laudant. Verùm quum à properante librario scriptum esset Δημος vel Δημ̅ pro Δημήτριος, (quo modo π̅ρ scribitur pro πατὴρ & μ̅ρ pro μήτηρ, & ἄν̅ος pro ἄνθρωπος aliáque id genus) factum ea re vt antiquus autor nomen suum apud Dionysium amitteret. quam iniuriam homini libero fieri legibus Romanis non permittitur.

τὸ δὲ Βεργαῖον διάσμα τοῦτο) Vel pueri videant vocem διάσμα hic nullo modo conuenire. Lego autem διήγημα. Vocat Βεργαῖον διήγημα narrationē Eudoxi, quasi diceret fabulam esse meram. Nam vt libro priore diximus, tanta fuit mentiendi in Antiphane Bergæo consuetudo, vt locum prouerbio fecerit.

πεπλάσθαι γὰρ ὑπ' αὐτοῦ ...) Et hæc sunt corrupta. Totus verò locus ita legēdus: εἴθ' ὑπ' αὐτοῦ πεπλασμένον, εἴτ' ἄλλων πλασάντων πεπιστευμένον. Τίς γὰρ ὁ πιθανότης κατὰ τοῦτον μὲν &c. hoc est, *Siue ab ipso Posidonio conficta fuerit hæc narratio siue credita tantùm, cùm esset ab aliis conficta. Nā in hac narratione quid est quod sit probabile?* Porrò non fuisse hæc de Eudoxo conficta à Posidonio, apparet ex his Plinii lib. II. cap. LXVII. Præterea *Nepos Cornelius autor est Eudoxum quendam sua ætate cum Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum, Gades vsque peruectum.*

A πάντας τοὺς θαλάττης) Liber soceri Henrici Stephani ex quatuor veteribus codicibus τῆς πάντη θαλάττης, quæ lectio & elegantior est, & verior.

τοὺς ἑσπερίους Αἰθίοπας) Eiusdē codex ex quatuor manuscriptis, τοὺς ἑσπερίους vt alibi passim.

τῆς διὰ Βόγου ναυτιλίας) Liber Henrici Stephani ex quatuor manuscriptis, τῆς διὰ Βόγου ναυστολίας.

¶PAG. 70. συνοικῆσαι τινὰς) Scribo συνοικίσαι. Nam cum longè differant οἰκῆσαι & οἰκίσαι, tamen vix dixerit aliquis,

B quoties etiam in veteribus libris οἰκῆσαι scriptum pro οἰκίσαι reperiatur.

καὶ τὴν ἄλλην τὴν τοιαύτην) Liber soceri Henrici Stephani ex duobus scriptis τὴν παραπλησίαν.

ἣ δ' ἔστι ὁ πλάσας αὐτὴν ἠφάνισεν, ὡς ὁ ποιητὴς τὸ τῶν Ἀχαιῶν τεῖχος) Respiciebat Posidonius cum hæc scriberet Aristotelis locum de muro Achiuorum quem refert Homerus. Nam eum multi è veteribus eius muri rudera ac vestigia quærerent, Aristoteles merum esse poetæ commentum existimabat. Strabo lib. XIII. ποιητὴ γὰρ γεγονέναι

C φασὶ τὸ τεῖχος, ἢ οὐδ' ἱδρῦσθαι, ὁ δὲ πλάσας ποιητὴς ἠφάνισεν ὡς Ἀριστοτέλης φησί.

Εἰκάζει δὲ) Quisnam? Nimirum Posidonius: Nam de eo tantum hîc sermo: neque aliter hæc queunt accipi. Atqui Posidonius adeo hæc non dixit quæ ei hîc à Strabone tribuuntur, vt è contrario autores huius sententiæ grauiter reprehenderet: quod cum ab ipso Strabone ex libris Posidonij pluribus sit relatum libro septimo, miror admodum quid nunc Straboni in mentem venerit vt Posidonio tribueret quod ita ab eo ex-

Dploditur Non enim verisimile est variasse à seipso hac in parte Posidoniū in suis scriptis: potius crediderim Strabonis hîc esse ἁμάρτημα μνημονικόν, Posidonio imprudenter tribuentis quod Ephori potius fuit. Posidonius autem quid super hoc censuerit, ex his verbis lib. VII. vbi de Cimbris, apparebit. Ταῦτα δὲ (nimirum quæ hîc Strabo ait) δικαίως ἐπιτιμᾷ τοῖς συγγραφεῦσι Ποσειδώνιος, καὶ οὐ κακῶς εἰκάζει ὅτι λῃστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι, καὶ μέχρι τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν ποιήσαιντο στρατείαν. qui locus tam huic contrarius est quam aqua igni.

E καὶ τῶν συγγενῶν ἐξελάσαι) Putabam legendum esse τῶν Τωυγενῶν. Mouebat enim simillimo loco libri septimi, vbi Toygeni dicuntur se Cimbris adiunxisse: idque etiam alibi repetit. Nunc nihil censeo mutandum: Nā & libri veteres omnes ita habent: & præterea quàuis Cimbris se Toÿgeni adiunxerint, tamen longius à mari habitabant quàm vt dici possit vllam maris πλημμύραν eorum regionem inundasse, eósque ad quærendas nouas sedes impulisse.

καὶ ἐν ἀναλύσει δίκην γίνεται) Torsit me vehementer hic lo-

F cus: nec dū tamen veram eius lectionem potui excogitare. Nā ne in libro quidem soceri amplius quicquam notatum est, quàm legi in quatuor scriptis καὶ ἐν ἀναλύσει δίκην γίνεται. Dum aliquid certius occurrat lego, καὶ ἐν ἀναλύσει δίκης γίνεται, hoc sensu, occupari Posidonium in eo vt culpa absoluat eos quos modo reprehenderat ob malè partitam τὴν οἰκουμένην. Sumptum è foro: vbi notum est quid sit ἄφεσις vel διάλυσις τῆς δίκης.

παρ' ἧς ἐνδὸν χρησίμως) Malim παρ' ἧς εἶεν χρήσιμοι. Sed & χρησίμως ferri potest.

G θετικὸν πρόβλημα τὸ ζήτημα) Non enim omnis ζήτησις est θέσις: sed ea tantum quæ tam affirmatiuè quam negatiuè tractanda proponitur.

ἠρεμεσίοις γὰρ εἶ) Liber soceri ex duobus scriptis ἐρεμεσίοις. In eodem ex vnico scripto legitur ἰψεαδη pro ἰψεύδη.

. . . . . . Καὶ εἰσιόντα τὴν ἑσπέραν οἰκουμένην) Interpretes ita hunc locum tractauêre vt Oedipo opus sit, si quis velit sententiam elicere: Neque enim animaduerterūt, quod debuêre tamen, locum esse mutilum. Nos verò hoc etiam amplius, quomodo vera lectio restitui debeat. Legendum enim Κρέοντα δὲ τὸν εἰσιόντα τὴν ἑσπέραν οἰκουμένην. Id ita esse euincit Strabo qui libro superiore eundem poetæ locum tractans Cratetis explicationem

φιλοσοφία ex Aliis Aristotelis locis) ὡς καὶ ἡ φυσικὴ, ἀλλ' οὐ πρώτη. Vide & initium libri v. vbi diligenter distinguitur ἡ πρώτη φιλοσοφία ἀπὸ τῆς φυσικῆς.

πάλαι τε ἐστὶ) Relata etiam libro primo. Vbi vide quæ notauimus.

ἀκατάληπτος περὶ πάλαι) Scripti quidam libri τοῦ ὅλου.

¶Pag.76. περὶ τῶν ἀρκτικῶν καὶ τῶν τροπικῶν) Traiectio in his verbis ab imperitis librariis cōmissa, ita totom locum obscurauit, vt ab eius sententia procul Xylander aberret. Lege igitur cum vett. lib. Τὸν δ' αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τῶν τροπικῶν καὶ περὶ τῶν ἀρκτικῶν, παρ' οἷς εἰσὶν ἀρκτικοὶ διορίζουσι. Sententia nō est obscura: addit Geographus illa παρ' οἷς εἰσὶν ἀρκτικοὶ, quia non omnes, circulos arcticos agnoscunt: qua de re dictum est in superioribus ab eodem.

¶Pag.77. Τὰ συνεχῆ δ' ἂν) Quia incipit Geographus hoc loco docere lectorem principia Geographiæ, placuit quibusdam separare hanc partem à superioribus: nam etiam in veteribus quibusdam codicibus hic constituitur libri tertij initium. Mihi verò hæc partitio non probatur: Is enim est duorum istorum librorum ordo, eàque dispositio, vt sequentia à superioribus non rectè separari queant.

εἴρηται γὰρ ὅτι καὶ τῶν αἰσθήσει καὶ τῷ λόγῳ δεικνυται τοῦτο) Paullò aliter legebatur hic locus in Aldino codice. Sed ita esse legendum vt emendauimus etiam sine veterum codicum, ope facilè fuit videre. Lectorem enim Strabo ad librum priorem reiicitquē si consulat vel puer, intelliget sic omnino esse legendum. Sic ibi Strabo, Ὅτι δ' ἡ οἰκουμένη νῆσός ἐστι πρῶτον μὲν ἐκ τῆς αἰσθήσεως καὶ τῆς πείρας ληπτέον. Mox, Καὶ ἔστιν ἡ αἴσθησις λαβεῖν ἐκ ὑπάρχει ὁ λόγος δείκνυσι. Xylandri negligentiam nemo sanus hoc loco excusauerit.

συγχωρεῖν) Malim cum veteribus libris quibusdam συγχωρεῖν.

ἐφαρμόζοντα) Fortè ἐφαρμόζοντας, vt ἀφελόντας modo.

καὶ ληφθέντος παρ.) Scribe καὶ τοῦ ληφθέντος.

ἔλαττον ἢ ἥμισυ) Scribe ἔλαττον.

πλεῖον δ' εἶναι τὸ λοιπὸν) Putabam legendum esse πλεῖον αὖ εἶναι τὸ λοιπόν. Sed hic locus grauius laborat quam vt facilè sanari queat sine auxilio meliorum librorum. Interea nihil muto

¶Pag.78. ἐκ τοῦ δὴ δεῖ πλάτος) Scripti quidam δὴ habēt pro δεῖ, quidam δὲν, quod melius conuenit.

Ὅτι ὁ δ' ἰσημερινὸς Ἐρατοσθένους τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου σταδίων μυριάδων πέντε καὶ εἴκοσι καὶ δισχιλίων.) vide Macrob. & Cleom.

τοιοῦτος ἑξηκοστῶν σταδίων) Veteres circulum in Sphæra maximum diuidebant in partes LX. Posteriores verò, quia videbatur commodius, eas partes sexies multiplicarunt, eundémque circulum constituerunt partium CCCLX. At qui in partes tantum LX. tribuebant iis vnum quódque τεσσαρακοστῶν XV. partium erat, ὅταν ὁ ὅλος ᾖ κύκλος LX. Partes autem singulas Astrologi ἑξηκοστὰς appellant, Latini *sexagesimas*: vtitúrque illa voce etiam Strabo paullò post. Neque dubito ego doctos viros mihi esse assensuros eandem vocem hic quoque restituenti. Nam quid hæc lectio sibi vult? ἑξηκοστῶν σταδίων. Nimis certum est scripsisse Strabonem ἑξηκοστάδων.

τοιοῦτον γὰρ εἶναι) Scribe τοιούτους γάρ εἶναι.

τὰ ὑπὸ τοῦ Βορυσθένους) Lege τὰ ἀπὸ. Sed quia Aldus ediderat ὑπὸ pro ἀπὸ inde manauit ὑπὸ.

ἐσχάτους τῶν γνωρίμων Σκυθῶν Ῥωξολανούς) Strabo lib. septimo, ὑπὲρ τοὺς Ῥωξολανοὺς οὐδένας οἰκοῦντας ἴσμεν.

τῆς Βρεττανικῆς) In quibusdam veteribus scribitur aliquoties hæc vox per Π initio, vt & apud Stephanum Πρεττανικὴ.

¶Pag.79. ἐνταῦθα μὲν πλεῖον) Deest aliquid vt plena sit sententia.

παντεχοῦ. Πολλαχοῦ δ' ἡ περιγραφόμενος) In veteribus quibusdam libris legitur Παντεχοῦ δ': vnde suspicari meritò posse quis videtur ita esse legendum mutata distinctione. Παντεχοῦ δ' ἡ πολλαχοῦ γε περιγραφόμενος τοῖς ἀνθρώποις ὁ Πυθέας, aut etiam sine ἡ.

τὰ ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου) Scripti tres διὰ Βυζ.

οὐδὲν δεῖ τοῖς ἐκείνου λεχθεῖσι φροντίζειν) Suspectus mihi locus: quanquam lib. vett. in ordine tantum verborum variant, οὐδὲν δεῖ φροντίζειν τοῖς ἐκείνου λεχθεῖσι.

καὶ γὰρ τὴν Βρεττανικὴν ἔχειν ἐπέμψαν Ῥωμαῖοι) Vide libro quarto, vbi de Britannia.

διὰ τῶν χειμερινῶν οἰκουμένων) Veteres lib. χειμερινῶν: non placet: quanquam ita vetus interpres: ἀκουμάτων, vox est mihi suspecta.

¶Pag.80. περὶ τοῦ δυσμικοῦ) In multis veteribus libris scriptum est δυσικοῦ. Ac mirum quàm sæpè illa vox in manu scriptis occurrat: quæ ne Græca quidem videtur esse.

διάνοια τίθησιν) Malim συντίθησιν vt modo dixit, ἐκ δὲ τούτων συντίθησιν ἡ διάνοια τὸν τοῦ μάλα νόμον. Est autem hic locus egregius, & vt si quis alius illustris.

εἰσὶ πλανηθεῖσιν εἰς ὅτου χεῖρα τόπους) fortasse περὶ τοὺς ἐντὸς χεῖρα τόπους.

ἀκοὴ πρὸς ἐπιστήμην πολὺ κρείττων ἐστὶ) Lego κρείττων. Quod ait, præstare auditum visui πρὸς ἐπιστήμην: id verò controuersia non caret: nec Straboni assentietur Polybius, qui τὴν ὅρασιν longè præfert. Quum enim, inquit, duo veluti instrumenta nobis sint à natura concessa, οἷς πάντα πυνθανόμεθα καὶ πολυπραγμονοῦμεν visus haud paullò certior est & ἀληθινώτερος, & vt ait Heraclitus, ὀφθαλμοὶ τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες. Vide reliqua Equidem Polybium & Strabonem facilè conciliari posse existimo: quum sit vtriusque sententia meo iudicio verissima. Nam etsi certior est ἡ ὅρασις: tamen pauca omnino sic sciri possunt: ideò ἡ ἀκοὴ vtilior πρὸς ἐπιστήμην dici meritò potest.

¶Pag.81. Ἀπήγγελται δ' ἡμῖν) hoc est, Exposita et iam sunt à nobis ea quæ de Hyrcania & Bactriania accuratius Apollodorus Artemita quàm alij conscripsit. Hāc esse sententiam apparet ex lib. XI. vbi in descriptione illarum regionum toties citatur Apollodorus Artemita. Interpretes hunc locum aliter accipiunt quibus non assentior.

ἃ πολλῶν ἐκείνων μᾶλλον ἀφώρισαν) Fortè ἃ τῶν πολλῶν, vel ἃ τῶν ἄλλων. ἀφορίζειν est accuratè explicare alicuius regionis fines ac terminos.

ἐμβαλλόντων μετὰ στρατιᾶς ναυσὶ) Malim ἐμβαλόντων. Historiam habes libro XVI.

στόλος ἤδη πλεόντων) Vide libro XVII. vbi de Alexandria.

καὶ πρὸς τὰς χρείας τὰς πολιτικάς) Memor est vbiq; sui instituti. Nā hoc opus eorum potissimum gratiā suscepit qui in Reip. administratione versantur: vt libro primo dictum est.

ποῖόν τι καὶ πόσον μέρος) Scripti duo, ποῖόν τι καὶ πόσον

καὶ τὴν τῶν Αἰγυπτίων) De hac diximus ad lib. I.

καὶ ἴσον εἶναι τὸ μέγιστον) Lege cum veteribus codicibus ἴσον non ἴσον.

τοῦτο δ' ἤδη δῆλον) Lege sine ἤ vt in quinque veteribus scriptis.

¶Pag.82. ἔν τε τῇ περὶ Γάδειρα καὶ Ἰβηρίας ποτὲ ὁρᾶσθαι) Quid? non enim dicit quid illud sit quod in Hispania conspici possit. Puto autem deesse alicuius sideris nomen. Ipsius fortasse Canopi de quo etiam in sequentibus loquitur.

μικρὰ τῶν Γαδ.) Malim μικρῷ.

¶Pag.83. τὰς δ' ἐκ κατακλειδῶν, αἷς φασι δεῖ λέγειν) Legē & distingue, τὰς δ' ἐκ κατακλειδῶν. Τὰς μὲν δὴ φασι λέγειν. Xylander hunc locum optimè interpretatus est.

μὴ πολὺν μὲν) Lege καὶ τὰς πολὺν μὲν.

καὶ μακάτι ἤσαν κατακλείδων) Lege totum hunc locum: Intelliges ni fallor, legēdum esse μακάτι ἤσαν κατακλειδῶν, vel ἐκ κατακλειδῶν, vt paullò antè, vel κατακλειδωσίν vt opponantur σχήματα & κατακλειδωτά.

τὰ ἰσχὺν παρέχοντες) Lege cum veteribus τὰ γ' ἰσχὺν.

ἐνταῦθα καὶ τὸ ἀφ.) Fortè, καὶ ἐνταῦθα. Vulgò malè hæc distinguuntur: περισσαλαμβάνειν autem habent veteres quidam, non περιλαμβάνειν.

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS
ET CASTIGATIONES IN LIBRVM III. GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

ΑΠΟΔΕΔΩΚΟ'ΣΙ δ' ἡμῖν τὸν πρῶτον τύπον τῆς γεωγραφίας) Geographi officium bifariam partitus est Strabo libro secundo: Prius enim tradēdam esse dixit χονδρικὴν quādam ὑποτύπωσιν, rudémque informationē totius οἰκουμένης, docendúmque & quāta ea sit, & qualis, & πῶς ἔχουσα πρὸς τὴν ὅλην γῆν, aliáque id genus quę de habitata à nobis terra generatim dici scirique decet: Deinde autē ad τὰ καθ' ἕκαστα dixit esse accedendum, ac singulorum locorum situm & ingenium exponendum. Cum igitur priorem partem sit executus Strabo libro superiore, restat vt ad posteriorem se conuertat. Porrò quum eodem prorsus ordine ac via eadem progrediatur in partium singularum enarratione, qua supra omnes in generali τῆς οἰκουμένης descriptione partes recensuit, nihil est cur de hoc plura dicamus.

καὶ ὑπεσχόμεθα ἔπειτα) Respicit illum locum libri superioris, vbi ita scribit, τὸν αὐτὸν τρόπον χρὴ καὶ τὸν γεωγράφον &c.

κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας) quas supra exposuit illo loco. Αρκτέον δ' ἀπὸ τῆς Εὐρώπης, ὅτι πολυσχήμων τε, καὶ πρὸς &c. Plinius, *Primum ergo de Europa altrice victoris omnium gentium populi, longéque terrarum pulcherrima.* Inde & Ptolemæus orditur. Et sanè quum ab iis ordiri sit melius quæ notiora sunt quàm ab ignotioribus, necesse erat veteribus ab occasu incipere. Nam τὸ δυτικὸν πέρας τῆς οἰκουμένης, & certum erat, & omnibus notum: τὸ ἀνατολικὸν contra, nec certum, nec multis cognitum.

ταύτης δὲ τὸ μὲν πλέον οἰκεῖται φαύλως) τὸ πλέον, hoc est, τὰ μεσόγεια pleráque omnia, totáque ferè ἡ παρωκεανῖτις. Nec verum est elogium Melæ quod ille Hispaniæ toti tribuit. *adeo*, inquit ille, *fertilis, vt sicubi ob penuriam aquarum effeta & sui dissimilis est, linum tamen aut spartum alat.* Minus etiam considerate & Solinus, & Iustinus libro XLIIII. Hispaniam dilaudant. Nam etsi in Hispania omnia reperiuntur quæ illi aiunt: tamen toti non rectè attribuuntur. Nam vt ait Strabo multis locis οἰκεῖται φαύλως, est etiam vbi non οἰκεῖται.

ἡ δὲ προσβόρρειος) Atqui Plinius Hispaniam quacunque ambitur mari, vni vult cedere Italiæ.

Ἔοικε γὰρ βύρσῃ) Dionysius Periegetes. Ἥπειρον κείνην ἰκέλην ἐνέπουσι βοείῃ. Mela τὸ σχῆμα Hispaniæ sic explicat, *Ipsa Hispania nisi qua Gallias tangit, pelago vndique incincta est: vbi illis adhæret, maximè angusta, paulatim se in nostrum mare & Oceanum extendit, magis magisque latior ad Occidentem abit, ac fit ibi latissima.* Iustinus. *Forma terræ prope quadrata, nisi quod arctantibus freti littoribus in Pyrenæum coit.* Æthicus verò trigonam Hispaniæ formam facit.

ἔχει δὲ σταδίων ἑξακισχιλίων ὁμοῦ τὸ μῆκος) Hispaniæ longitudo vt variè sumi potest, ita ab autoribus variè traditur. Vide Plinium libro quarto cap. XXII. Oram Hispaniæ meridiei obuersam ita metitur Strabo infra. A Gadibus ad columnas stadia sunt 2000. Inde Carthaginem nouam 2200. Totidem inde ad Iberi fluminis ostia: à quo loco ad Pyrenæos montes stadia sunt 1600. qui stadiasmus efficit summam stad. 8000. Polybius libro III. eandem τὴν παραλίαν ita metitur. A noua Carthagine ad τὰ κατὰ τὰς Ἡρακλείας στήλας στόμα stadii sunt 3000. ab eadem ad Iberi fluminis ostia st. 2600. Inde ad Emporium, qui locus non ita multum distat à Pyrenæis 1602. Quare à Columnis ad Emporium stadia erūt secundum hanc Polybii dimensionē 7200. Itaque Strabonis hic locus de mediterraneis non curuo littore intelligendus. Porrò stadia 6000. efficiunt DCCL. M. pass. Romana mensura: si quis cum Plinio conferre velit.

πλάτος δὲ πεντακισχιλίων) Quæ sunt DCXXV. M. pass. Appianus verò initio Ibericæ historiæ autor est Hispaniæ latitudinem quibusdam in locis censeri stadiorum CCIↃↃ: sed hoc quomodo sit accipiendum ipse indicat. addit enim, καὶ ἔστιν αὐτῆς τὸ πλάτος ἀντὶ μήκους. quanquam ne sic quidem criminatione falsi se liberat.

καὶ μάλιστα πρὸς τῇ Πυρήνῃ) Nam hac parte angustissima est Hispania, vt ex Mela & Iustino modo retulimus, & infra à Tarracone ad Pompelonem ipsámque Oceani oram stadia dicuntur esse CIↃ CIↃ CCCC. Iustinus tamen ita scribit, *Porrò Pyrenæi montis spatium sexcenta millia passuum efficit.* quæ sunt stadia IV CIↃ DCCC. Diodorus verò Pyrenæos ait porrigi in longitudinē stadia fere III CIↃ.

Ὄρος γὰρ διηνεκὲς ἀπὸ νότου πρὸς βορρᾶν) Plinius, *Ipsa Pyrenæi iuga ab exortu æquinoctiali fusa in occasum brumalem breuiores latere septentrionali quam meridiano Hispanias faciunt.*

στενότερον τὸν ἰσθμὸν ποιοῦντας παρὰ τὸ Ἰβηρικὸν) Vt ea sit sententia quam Xylander elicit legendum fuerit παρὰ τὸν Ἰβηρικόν. Nam ita interdum loquitur. Mox, ἐλάσσω ἔχουσι σφοδροτέραν παρὰ τὰς ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις. Sed ea sententia falsa est: Neque enim isthmus hic Gallicus Hispanico est angustior. Straboni enim vterque hic isthmus minor est stadiis 3000. maior autem 2000. De Hispanico testatur hoc loco: de Gallico sic scribit libro superiore συνάγεται δὲ εἰς ἰσθμὸν ἐλαττόνων μὲν ἢ τρισχιλίων σταδίων, πλειόνων δὲ ἢ δισχιλίων. Et Hispanicum potius esse angustiorem probari facilè possit. Plinius. *A Pyrenæi promontorio Hispania incipit, angustior non Gallia modò, verum etiam semetipsa.* Et Strabo igitur idem voluisse hic indicare videtur: itáque eius verba aut legit, aut accepit vetus interpres, qui ita vertit quasi legisset, παρὰ τὸ Ἰβηρικὸν πέλαγος. Ego verò suspicabar deesse vocem πλάτος quam librarius omisisset, quia eadem mox sequitur, vt superuacaneam. Docti cogitent.

ὃν καλοῦσι Νήριον) Secuti sumus Xylandri emendationem vocis Νήριον pro Ἱέρνη quæ Strabonis ipsius autoritate nititur. Veruntamen quum apud Melam nominetur in eodem tractu fluuius Ierna, dubitamus aliquod grauius malum huic loco subesse.

¶ PAG. 95. τῇ Λατίνῃ φωνῇ καλοῦσι Κύνεον) Verba Strabonis nihil habēnt aut obscuri aut ambigui: satis enim apertè significat tractum vicinum promontorio Sacro Cuneum agrum esse appellatum. Sed hæc parum consentiunt cum iis quæ ab aliis traduntur. Nam Aeliano quidem autore non ager vicinus, sed ipsum promontorium Cuneus appellatur: idque rationi videtur esse magis consentaneum, vt quiuis tabulas intuens facilè iudicabit. Mela tamen & ipse Cuneum agrum vocari tradit. Nam quod eruditissimus Pintianus putabat emendandum Melæ locum legendúmque *Cuneus à Græcis dicitur* non *Cuneus ager dicitur.* id verò ferri non potest. quis enim mihi persuadeat voce Græca illum locum Hispanos nominasse? & Strabo disertè ait Latinam vocem eos vsurpasse. quod mirum non est: Nam & Romanis parebant illo tempore Hispaniæ & linguæ Latinæ vsu fuisse delectatos Hispanos, præter quàm quod testatur paulò post geographus, infinita locorum nomina docere possim, apud Plinium præsertim. Plinio non ager promontorio Sacro vicinus, sed aliud quoddam promontorium Cuneus appellatur. Appiano verò quid faciemus obsecro, Cuneos populos sæpius appellanti? Ego Cuneos ab eo quodam loco appellari obseruaui, quos Strabo Celticos vocat

in mentione vrbis Cunistorgis.

προσεμβάλλειν δὲ τῷ χώματι νησίδια τρία) Mirum est nec Plinium nec Melam vllam fecisse harum insularum mentionem. Rursúsque mirum est Strabonem nullam eorum promontoriorum facere mentionem quorum hîc meminêre & Plinius & Mela. Ille enim vt dixi Cuneum esse ait promontorium à Sacro diuersum. huius autem verba sunt hæc, *Lusitania trans Anam quà mare Atlanticum spectat, primum ingenti impetu in altum abit, deinde resistit, ac se magis etiam quàm Bætica abducit: qua prominet bis in semet recepto mari in tria promontoria dispergitur. Anæ proximum quia lata sede procurrens se ac sua latera fastigat, Cuneus ager dicitur: sequens Sacrum vocant. Magnum quod vlterius est.* Sed qui hunc locum Strabonis cum verbis Melæ diligenter comparabit facilè intelliget Artemidori insulas non esse alias, quàm quæ Mela appellat promontoria ab vtroque latere Sacri. Ego autem sæpius obseruaui insulas & promontoria apud Geographos confundi: ita vt quod alius *ἄκραν* siue promontorium esse dixerit, alius insulam aut peninsulā appellet. Sic quam paullò post Scombrariā insulam vocat noster, Ptolemæus *ἄκραν* hoc est promontorium. *Καινὺς* in Italia Straboni & Stephano insula esse dicitur, Plinio promontorium. Minoa ante Megara Straboni insula, Thucydidi *ἄκρα*. Leucas Ptolemæo *ἄκρα* dicitur, Straboni & Thucydidi insula semper vel peninsula. Possem alia referre. Ergo hîc quoque *ἄκραι* Melæ sunt *νησίδια* Artemidori: vt valde mirer viris doctissimis qui in explicandis Mela & Plinio laborarunt hæc non venisse in mentem.

Ἡρακλέους δ' ἱερὸν ἐνταῦθα δείκνυσθαι) Quis non videt legendum esse *οὐ δείκνυσθαι*?

καὶ μεταφέρεσθαι ὑπὸ τῶν παραγινομένων) Nō ausim affirmare locū mēda carere. Sententia tamē perspicua est. Dixerat Ephorus in eo tractu esse tēplū Herculis: id Artemidorus negat, & vnde ortum sit mendacium indicat: nempe ex eo quod illius loci accolæ dicerent sacrum eum esse Diis nescio quibus, ac de lapidibus referrent qui in speciem aræ collocati fuissent, eos vel sua sponte migrare & subinde locum mutare, vel à Dis ipsis transferri solitos. Apud Iustinū de religione huius loci sic scriptū reperio. *In huius gentis finibus sacer mons est, quē ferro violari nefas habetur: sed si quando fulgure terra proscissa est, quæ in his locis assidua res est, detectum aurum velut Dei munus colligere permittitur.*

μείζω δύνειν τὸν ἥλιον) Mirum non est hominibus imperitis ita fuisse visum, cum certum sit. & Solem & alia corpora cœlestia maiora videri cum oriuntur aut occidunt, quàm cum *μεσουρανεῖ*. cuius rei rationē Physici atque etiam Optici variè explicant, & Strabo mox veram aperit. quæ & *παρακλεῖον* qui certi videtur causa est.

σβεννυμένου τῷ πελάγει) quasi Sol nihil aliud esset quam *μύδρος διάπυρος*, & ardens aliquod corpus, quod Oceano immersum perinde strideret vt ferrum candens aquæ immissum: quę meræ sunt nugæ & aniles quidē. Et tamen reperti sunt olim Philosophi qui solē *μύδρον* esse *διάπυρον* pronuntiarent in primis autem Epicurus fidem habens Hispanis hac in parte. Cleomedes de Epicuro. *Ἀλλὰ γὰρ μυθικοῖς χρησάμενος πεισθεὶς ὡς ἐπὶ Ἰβήρων ἱστορήσαντος ἐμπίπτοντα τὸν ἥλιον τῷ Ὠκεανῷ ψόφον ἐμποιεῖν σβεννύμενον, ὡς διάπυρον σίδηρον ἐν ὕδατι, ἐπὶ ταύτην ἦλθε τὴν δόξαν.* Meminit huius rei & doctissimus poeta Ausonius initio epistolæ ad Paulinum XIX.

Condiderat iam Solis equos Tartesia Calpe
Stridebátque freto Titan insignis Hibero.

Narrat etiam Tacitus tale quid de mari Germanico.

διὰ τὸ τὰς ἀναθυμιάσεις) Non dubiū quin hæc sit vera eius rei causa. Vide præter alios Cleomedem.

ἐπ' Ἄνας πρὸς νότον ἐπιστρέφει) Intelligit flexum Anæ quem his verbis Ptolemæus indicauit *Καὶ ἡ ἐπιστροφὴ τοῦ ποταμοῦ γεωγραφεῖται παρὰ τὴν Ταρρακωνησίαν ὡς ἐπὶ τὸ Βαλεαρικὸν πέλαγος.*

οἱ Κελτοὶ

οἱ Κελτοὶ νέμονται τὸ πλεῖον) Manuscripti libri *Κέλτοι*. Lego *Κελτικοί*, vt alibi in hoc libro. Plinius de Bætica, *Celticos à Celtiberis ex Lusitania aduenisse manifestum est, sacris, lingua, oppidorum vocabulis, quæ cognominibus in Bætica distinguuntur.*

καὶ Καρπητανοὶ καὶ Ὠρητανοί) Quod ait hos populos esse *ἐν τοῖς ἔσω μέρεσι τῆς Βαιτικῆς*, conuenit cum Plinio qui Tarraconensem à Bætica ac Lusitania iugis Oretanis Carpetanísque distingui ait. Sed quod Bæticæ hos videtur attribuere, dissentit Ptolemæus, qui in *ἐπαρχίᾳ* Tarraconensis prouinciæ eos recenset. videntur autē Carpetani ii esse quos alii Greci Carpesios appellant. Stephanus, *Καρπήσιοι ἔθνος Ἰβηρικὸν τὸ ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ*. Polybius sanè libro III. *Καρπησίους* appellat quos Carpetanos Liuius in eadem historia libro XXI. *Καρπητανοὺς* tamen idem Polybius agnoscit alibi, nisi nobis nostri imponunt libri. vt & Liuius Carpesiarum gentē lib. XXXIII. Legimus apud Stephanum existimasse quosdam *Καρπητάνους* eos esse qui Calpen accolerent, sic dictos quasi *Καλπητανοὺς* aut *Καλπητανοὺς* potius.

καὶ Οὐέττονες) *Οὐέττωνες* vt infra & apud Ptolemęum. Silius Italicus

At Vettonum alas Balarus probat æquore aperto.

Ptolemæus Lusitaniæ hos adscribit, vt & Plinius libro IIII. cap. XXII. qui tamen alibi in Hispania citeriore eos collocare videtur: quanquam eo loco malè legitur Vectones. vt & capite XX. libri IIII. nisi quis putet Vectones hoc posteriore loco alios esse à Vettonib.

πρὸς ἀρετὴν χρυσοειδῶς τὴν εὐκαιρίαν) Plinius de Bætica *Cunctas prouinciarum diuiti cultu & quodam fertili ac peculiari nitore præcedit.*

¶PAG. 96. *ἀπὸ δὲ τῶν ἐνοικούντων τουρδητανίαν*) Scribe *τουρδητανίαν* vt infra. Etiam Stephano Turdetania & Bætica voces sunt synonymæ. *τουρδητανία*, ait, Hispaniæ est regio, quæ & Bætica vocatur, circa Bætin. Incolæ *τουρδητανοὶ* vocantur & *τουρδοῦλοι*. Addit deinde, vocatam hanc regionem ab Artemidoro *τυρτυτανίαν*, & incolas eius *τύρτιος καὶ τυρτυτανούς*. Turdulorum autem appellationem non vni tantùm Hispaniæ populo conuenire rectè videntur docti viri annotasse. Plinius III. cap. I. Turdulos in Lusitaniam & Tarraconensem accolere. libro autem IIII. cap XXII aliorum meminit, qui & Barduli appellentur. Ptolemæo Turditani & Turduli diuersi quidem sunt populi, sed eiusdem regionis nempe Bæticæ. quanquam Turditanorum regionem etiam trans Anam extendit.

οἱ μὲν τὰς αὐτὰς νομίζουσι) Scribe *νομίζοντες*. vel *ὥς οἱ μέν*.

τοῖς τουρδητανοῖς πρὸς ἄρκτον) Ptolemæo Turduli Turdetanis sunt *πρὸς ἀνατολὰς καὶ νότον*. At Strabo infra Augustam Emeritam in Turdulis collocans, vbi eos velit intelligi satis docet.

ὑπὸ γλώττῃ σιδία) Vetus lectio, *γλώττῃ μιᾷ*.

τοίνυν ἡ χώρα αὕτη) Bætica, cuius *περιορισμὸν* longè alium vide apud Ptolemæum.

τῆς δὲ γῆ) *δὴ*. & *εἰς ἣν* non *ἣν*.

τῶν καλουμένων Βαστητανῶν) Vetus lectio *Βαστητανῶν* & apud Ptolemæum *Βαστητανοί*, & ita in Strabone paullò post. Sed Ptolemæus distinguit inter Bastulos & Bastitanos, quos hîc cōfundit Strabo. Bastulos Ptol. ibi collocat vbi & Strabo, sed Bastetanos in citeriore Hispania.

τῇ δ' ὑψηλῇ μέγα) Paulinus ad Ausonium.

Discussit bimarem celso qui vertice Calpen.

ὥστε πόρρωθεν ὑποπτεύειν νησοειδῆ φαίνεσθαι) Mela de Abyla & Calpe montibus. *Vterque quidem sed Calpe magis & pene totus in mare prominens.* Vide quæ sequuntur: Nam Mela illum montem accuratè descripsit.

καὶ πρὸς αὐτῷ Κάλπη πόλις) Legendum censeo *Καρτηΐα πόλις*. Nam eam vrbem hîc intelligi & res ipsa docet, & ex eo colligi potest, quòd toties eam infra nominans, nihil tamen de eius situ alibi dixisse reperitur. Carteiam autem esse vicinam *τῷ Κάλπῃ* monti, satis constat. Mela postquam Calpen descripsit, *Sinus vltra*

est, in

est, in eâque Carteia. Plinius. *Carteia, Tartessos à Græcis dicta, Mons Calpe.* Idem traditur & à Ptolemæo. At Calpen vrbem nemini veterum ne nominatam quidem tepe-rio. Nam quod in Antonini Itinerario Calpe & Carteia distingui tanquam vrbes duæ diuersæ videntur: id verò me nihil mouet, cum ille totus locus ita sit perturbatus & corruptus vt ex eo certi constitui nihil possit. Carteiam Appianus semper Καρπησσὸν vocat.

ναυσταθμός ποτε ὑπῆρχεν) Vetus lectio ναυσταθμόν. Vtroque genere efferunt autores: atque in hac voce mirè variant veteres codices.

εἶτα Μελλαρία) Omnes ita appellant præter Ptolemæum, vbi Μενραλία, constanter scribitur. Estque ei alia etiam Menlaria vrbs Contestanorum propè Sucronem. Apud Stephanum reperio etiam Μελλαρίαν appellasse Græcos hanc vrbem.

καὶ μετὰ ταῦτα Βελων πόλις καὶ ποταμός) Apud Ptolemæum Βαιλὼν & vrbis & fluuij nomen scribitur. Sed Strabo scripsit Βελὼν vt ex Stephano cognoscimus. Nonnulli tamen è Latinis Bello scribunt.

ἐν τούτῳ οἱ διάπλοι μάλιστα εἰσὶν εἰς Τίγγιν) In Antonini itinerario maritimo scriptum est: *A Bellone traiectus in Tingi Mauritaniam, stadia* CCXX. Plinius verò libro V. cap. I. de Tingi, *Abest à Belone oppido Bæticæ, proximo traiectu* XXX. M. *pass.* quem si sequimur, apud Antoninum scribendum fuerit CCXL. Apud Melam locus est deprauatissimus quẽ vt existimẽ corrigendum hic indicabo. Vetus lectio ita habebat, *Atque vnde nos sumus Cingeterarum Mellaria, & Belo*, qui locus viros doctos mirè hactenus torsit. Nouissimè antè vir eruditiss. Andreas Schottus veram lectionẽ sibi visus est inuenisse: quam ego sanè multis nominibus probare nequeo. Lego autem, *Atque vnde nos sumus Tingi contraria Mellaria*: aut *Tingi è regione sita Mellaria*. Nam Tingis factã hic à Mela mẽtionem mihi est persuasissimum: primum quidem veterem lectionem spectanti, quæ est vt dixi, Cingenterarum, aut etiam vt in suis libris doctissimus Elias Vinetus reperit Tingentera: vt iam de eo dubitari non possit. Deinde autem video morem Melæ hunc esse vt locorum in altera ora oppositorum mentionem faciat. Sic alibi, *Maiorem Sabæi tenent partem: ostio proximam & Carmanis contrariã Macæ.* Nec moueri quicquam debet quod alij Tingin Beloni non Mellariæ faciunt contrariam. Nam Belo & Mellaria ita sunt vicinæ vt mirari hoc nemo debeat. Sanè qui Ptolemæi tabulas inspexerit & huius rei desinet, causam quærere, & mihi nisi fallor assentietur.

Ην δὲ καὶ Ζῆλις τῶν Τιγγῶν ἀστυγείτων) Scripserat vt puto Strabo Ζῆλις hic quoque vt libro XVI. quanquam istis in nominibus Barbaris nullam secuti sunt veteres certam analogiam. Plinio Zilis. Ptolem. Ζιλία vocatur.

ἀλλὰ μετῴκισαν ταύτην εἰς τὴν περαίαν Ῥωμαῖοι) Plinius aliter rem narrat: *Zilis*, inquit, *regum ditioni exempta, & iussa in Bæticam petere iussa*. Sed à Strabone stare Ptolemæus videtur, qui in hac Hispaniæ ora oppidum quoddam memorat cui nomen Transducta, in quod scilicet collocati fuerint isti de quibus nunc loquitur Strabo: & de quibus dubitaui aliquando an hæc Melę verba essent accipienda. *In eâque Carteia vt quidam putant Tartessos, & quam transuecti ex Africa Phœnices habitant.* Nam videbatur satis apertè Transductam Ptolemæi σημαίνειν. Nũc iis assentior qui ad Carteiam ea referunt.

καὶ ὠνόμασαν Ἰουλίαν Ἰόζαν) Iuliæ Iozæ mentionem adhuc quod quidem meminerim non reperi. Puto autem vt dixi esse quam Ptolemæus Transductam nominat. Plinius quidem est autor Tingi mutato nomine appellatam fuisse Traductam Iuliam: sed id ad hunc locum nihil facit.

εἶτα Γάδειρα) Latini Gades fere vocant: sed Græci propius ad vocis originem accedentes dicunt τὰ Γάδειρα & τὴν Γάδειραν vt Eratosthenes teste Stephano. Nã ea vox vt ex Plinio & Solino intelligere est, qui sepẽ interpretantur, origine Hebraica est. Nam Hebræis גדר id significat. Ineptum est nimis quod Græci Grammatici volunt nobis persuadere, dictam Γάδειρα quasi γῆς δειρά. Melius Hesychius, Γάδειρα, τὰ περιφράγματα φοίνικες.

A

ἀνδρείᾳ δὲ τῇ ἐν τοῖς ἀγῶσι) Ἀνδρείαν vocat quam melius εὐπορίαν dixisset vt docet Philosophus Nicomacheorũ libro III. ita autem scripsisse Strabonem etiam ex Eustathio constat. Sed & lib. XVI. etiam apertius ἀνδρείαν posuit ἀντὶ τῆς εὐπορίας. Ibi enim de Tyro loquens, esse eam ait διαδιάγουσι μὲν propter multitudinẽ τῶν ... πλωτῶν, δὲ διὰ τὴν τοιαύτην ἀνδρείαν.

B

καὶ φιλίας πρὸς Ῥωμαίους) Vetus lectio φιλίᾳ. Rectè. Vide totam Ciceronis orationem pro Cornelio Balbo. Dio lib. XLI. testatur, Gaditanis omnibus datam à Cæsare ciuitatem cum initio belli ciuilis in Hispaniam venit.

ὁ Μενεσθέως λιμὴν) Etiam Ptolemæus huius meminit. Menestheus autem iste Atheniensium fuit dux belli Troiani tempore. Legimus enim in Græcorũ commẽtariis Menestheum de quo loquitur Homerus, Athenas ex Ilio reuersum, inde à Thesidis pulsum fuisse, & in Hispaniam venisse.

C

ἀνάχυσις καὶ ἀνάβασις) Ptol. εἰσχύσιν appellat. vt & Philostratus libro V. Latini æstuaria, quæ vox, Græca ἀνάβασις rectè exprimitur. Plinius autem æstuaria Bætis vocare videtur, quæ Strabo & Ptol. ἀναχύσεις. Plinij verba sunt. *Inter æstuaria Bætis* oppidum Nebrissa, cognomine Veneria, & Colobona coloniæ, Asta quæ Regia *dicitur*. In tabulis Ptolemaicis magno errore Asta tã procul ab Æstuariis collocatur, vt meritò dubitet aliquis, cur hãc ἀνάχυσιν appellẽt & Strabo & Ptol. τὴν κατὰ Ἄσταν. Nec dubito quĩ corrigi hac in parte debeat primũ quidẽ numeri Ptolemaici, deinde eius tabulæ. Habeo ego antiquã eius editionẽ quæ latitudinẽ Astæ tribuit gr. 37. nõ vt vulgò 37.20''. q; probo: & ita puto corrigendũ. Itaq; in Græco notetur latitudo λζ tantũ: nõ λζ γ'. Porrò æstuaria hæc pluribus describit infra eodem.

D

αἱ ἐκβολαὶ τοῦ Βαίτιος διχῆ σχίζονται) Mirum est in tabulis Ptolemaicis nihil tale apparere. Sanè in veteris editionis cuius modo memini tabulis non ineleganter, duo ista Bætis ostia rectè exprimuntur: & vero cum memorat Ptolem. Βαίτιος τὸ ἀνατολικὸν στόμα indicat satis, aliud se agnoscere δυτικὸν, vt in Rhodano & aliis fluuiis.

E

καὶ ὁ τοῦ Καπίωνος πύργος) Libri quidam manu exarati habebant Ἀπίωνος. In Mela videtur vetus fuisse lectio libro III. *monumentum Capionis scopulo magis quàm insulæ impositum*: nam ita video quosdam qui patrum memoria scripserunt, locum illum legere: hodie tamen omnes Geryonis de quo alio loco idem Mela.

F

¶ PAG. 97. ὥσπερ ὁ φάρος) Alexandrinus videlicet: verùm Æthicus in Hispaniæ descriptione altissimi cuiusdam fari meminit: sed is alius est: quanquam illum θαυμασίως κατεσκευασμένον ait, vt Strabo. *Secundus angulus intendit vbi Brigantia ciuitas sita est Gallicie, ac altissimũ farũ, & inter pauca memorandi operis, ad speculã Britanniæ erigitur.*

καὶ πόλις Ἔβουρα) Apud Stephanum Ἔβορα: qui ait vrbem esse ad Oceanum sitã propè Gadira. Sed alia sunt Ebora alia Ebura. Apud Ptolemæum tria ita vocata oppida reperio, quorum nullum est ad Oceanum vt vult Stephanus, sed omnia in mediterraneis. Primum est Turdulorum. Alterum Lusitanorum quod Ἔβορα scribitur. Tertium Edetanorum in citeriore Hispania.

G

πλείους δὲ ὑπὸ μὲν) Superior summa stadiorum bis mille; efficiebat Romana mensura M. P. CCL. hæc CCXXX tantum colligit: stadia autem quadraginta, supra mille & octingenta.

ὧν ὁ Βαῖτις διαρρεῖ ποταμὸς) Lego διαρρεῖ. Paullò antè αὕτη δ' ἐστὶν ἣν ὁ Βαῖτις διαρρεῖ ποταμός. Idem error multis locis commissus.

καὶ γὰρ διακοσίας φασί) Mirum sanè vt ait: Plinius in tota Bætica cuius pars tantum est ἡ ἐντὸς τοῦ Ἄνα oppida omnia esse numero CLXXV. scribit. Sed Strabo & hic &

alibi Græcos autores ſequitur.

Μαρκέλλου κτίσμα) Dubium an hic ſit M.Claudius Marcellus qui Cos.anno ab V.C.DCI. ſortitus eſt citeriorē Hiſpaniam & ibi rem feliciter geſſit, vt & Appianus & Epitomę narrant: κτίσμα autem Marcelli cū vocat Cordubam, non mœnia ipſa reſpicit, quæ opinor etiam antè eum erant, ſed coloniam eò miſſam à Romanis vt ipſe explicat.

ἡ μὲν Ἰσπαλις ἐπιφανής) Silius Italicus,

Et celebre Oceano, atque alternis æſtibus Hiſpal.

καὶ αὕτη ἄποικος Ῥωμαίων) Plinius oppida recenſens cōuentus Hiſpalenſis. *Et à leua Hiſpalis cognomine Romulenſis.*

ἡ Βαῖτις ὑπεροχὴν ἔχει) Mendoſam eſſe lectionem hanc, non eo tantum moueor vt credam, quia nuſquam video fieri mentionem vrbis quæ ſic appelletur: ſed etiam quia Stephanus Βαῖτιν fluuium eſſe Iberiæ annotans, non videtur fuiſſe taciturus eſſe & vrbis nomen, ſi ita in Strabone legiſſet. Nam hac ille in parte diligenter ſatis eſt verſatus. Videtur legēdum Βαίκυλα de qua idem Stephanus, Βαίκυλα πόλις Ἰβηρίας πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις, quæ videtur eſſe ea quam Obuculam Hirtius, Ptolemæus Ὀβύκουλα, Appianus Ὀβολκώλαν appellant, & vicinam faciunt Hiſpali & Cordubæ. Eſt & Βαικούλα Authetanorum apud Ptolemæum, ſed in citeriore Hiſpania.

Ἰτάλικα καὶ Ἰλιπα ἐπὶ τῷ Βαίτι) Fortaſſe Ἰταλικὴ ἢ καὶ Ἰλίπα. Plinius, *Ilipa cognomine Italica.* De Italica ſcribit Appianus in Hiſpanica hiſtoria conditā fuiſſe eā à Cornelio Scipione. In Antonini quoq; itinerario vbi deſcribitur iter ab oſtio fluminis Anæ Emeritam vſque nominantur vt hoc loco coniunctim, Ilipa, Tucci, & Italica. Sed aliorum eſſe vidētur oppidorum nomina: aut errat Strabo vehementer cum ad Bætim eſſe ſitas Italicam & Ilipam ait: quod non eſt putandum. Nam ſub finem huius libri docet iterum è Poſidonio qui fuerat locorum αὐτόπτης, Ilipam eſſe ἐπὶ τῷ Βαίτι, diſtantem à mari ſtadia fere DCC. In Ptolemæo nihil reperio quod his conueniat.

Ἄστιγις δ' ἀπωτέρω καὶ Κάρμων.) Scripti libri, & Epitome Ἄστινα Legendum Ἄστιγα δ' ἀπωτέρω. Nec dubium, eſſe quam alij vocant Ἄστιγι Aſtigi. Nam ita interdum ſolet Strabo harū Barbararū vocū rectū efferre. Sic ἡ Τίγγα libro XVII. quam omnes Τίγγιν Tingi appellant. Et tamē libro III. dixit τὴν Τιγγὸς. Plutarchus verò quartum caſum ita extulit in Sertorio, καὶ τὴν Τίγγιν εἰς ἣν ἔφυγε &c. Ptolemæus recenſens vrbes mediterraneas Turditanorum, Ἄσυλα, Ἄστιγις, Χαρμονία. Sed apud Antoninum Aſtigi & Carmon vt vicinæ vrbes coniunguntur.

καὶ Ὀβούλκων) Sic rectè Epitome, & libri ſcripti. Stephano eſt Ὀβόλκων. Plinius, *Et XIIII. M. paſſuum remotum in mediterraneo Obulco, quod Pontificenſe appellatur.*

ἔτι δ' ἐν αἷς) Scribe, ἔτι δ' ἐν αἷς.

Μούνδα καὶ Ἄτεγουα καὶ Οὔρσων καὶ Τοῦκις.) Sic Plinius, Huius conuentus ſunt reliquæ coloniæ immunes, Tucci quæ cognominatur Auguſta gemella, Ituci, quæ Virtus Iulia, Attubi quæ Claritas Iulia, Vrſo quæ Genua Vrbanorum, inter, quæ fuit Munda cum Pompeij filio capta. *Pro* ἀπίτυα non in Epitome tantum, ſed etiam in ſcriptis libris erat Ἀτίτυα & ita vetus interpres: nec dubito, quin aut hæc aut quæ mox ſequitur, Αἴγουα ſit quam Hirtius appellat Ateguam. Græci Ἀτεγούαν vocant: quamque obſeſſam tandem Cęſar expugnauit. Οὔρσων Appiano Ὄρσων Hirtio eſt Vrſao. Τοῦκις etiam ſcribendum.

καὶ Ἰουλία) Eſt & apud Ptolemæum Ἰουλία quædam in hoc tractu. Plurimas ibidem fuiſſe Iulias ſed quæ aliquo cognomine diſtinguerentur è Plinio ſatis notum eſt.

καὶ Αἴγουα) Videtur eſſe Eſcua Ptolemæi. Plinio Hegua.

πρῶτον δ' ἡ πρώτη μητρόπολις) Ait πρῶτον πρωτα quia pares fere di-

A re dignitate fuiſſe videntur illo tempore in ea parte Hiſpaniæ Munda & Corduba: & Ptolemæus hanc potius μητρόπολιν vocat. Hirtius de Corduba, *quod eius prouinciæ caput eſſe exiſtimabatur.* Obiter lectorem monebo videri apud Ptolemæum pro Δαπέδα vel Βετούνδα, legendum Munda. Nam qui putant Arundam Ptolemæi Mundam eſſe aliorum Geographorum, eos ego longè falli exiſtimo: nec erit obſcurum quiſquis rem attentius conſiderarit, vt omittam Arundam agnoſci à Pli-

B nio diuerſam à Munda.

σταδίοις χιλίοις καὶ πεντακοσίοις) Rectè Xylander vocem ἓξ expunxit, quæ in plerîſque veteribus libris non reperitur: in nonnullis tamen eſt ἑξακισχιλίοις, ſed falſò.

εἰς ἣν ἔφυγε ἡττηθεὶς ὁ Γναῖος) Victus Gnęus eo prælio quod deſcribitur ab Hirtio capite quarto De bello Hiſpanienſi, ex hac fuga opidum Mundam ſibi conſtituit præſidium. Vide Plutarchum in Cæſare, Epitomas & Appianum libro ſecundo Ἐμφυλ.

εἰς τινὰ ὑπερκειμένην θαλάττης ἐρυμνὴν) Hirtius, *Pompeius cum paucis profugit & locum quendam munitum natura occupat.*

C Vide locum.

ἁλοὺς ὑπὸ τῶν Ἀντωνίου στρατιωτῶν) Vetus lectio στρατηγῶν, itémque Epitomes & prioris interpretis. Rectè. Nam Sextus Pompeius à M.Titio & Furnio Antonij legatis, eſt captus & interfectus: autor Dio libro quadrageſimonono, & Appianus libro V. ἐμφυλίων.

Κονίστοργις δὲ γνωριμωτάτη) De hac vrbe quamuis γνωριμωτάτη quæramus amplius. Nam mihi quidem eius nomē apud alios incompertū: prǽterquā apud Appia-

D num qui in Ἰβηρικῇ eius meminit & Κονίστοργιν appellat, vrbem non Celticorum vt Strabo, ſed Cuneorū.

¶ PAG. 98. τὸ παλαιὸν δὲ καὶ μονοξύλοις) Naues μονοξύλους vocant Græci quas Liuius ex ſingulis arboribus cauari ait. Latinis *lintres.*

τὸ δ' ἄνω τὸ ἐπὶ Κασαῶνα) Variè ſcribitur hæc vox. Nā paullò poſt Κασαῶνα ſæpius legemus. Ego verò vtranq; lectionem puto eſſe mendoſam. Eſſe enim quam Latini *Caſtulonem*, Polybius & Stephanus Κασταλῶνα, infra certa ratione demonſtramus. Itaq; apud Straboně quoque

E Κασταλῶνα ſemper legendum: niſi quis malit Καστλῶνα vt apud Plut. in Sertorio. Nam vocalem ante λ ſæpe elidunt Græci, vt in Τρόπλων & Ἄσκλων. Apud Plinium vbi vulgò ita legitur, *Inde primum nauigabilis Bæti. Oppida Carbulo.* cogitabit harum rerum peritus lector num ſit potius legendum *Caſtulo*: quam in περιηγήσει eius tractus fuiſſe ab eo prętermiſſam non ſit mihi veriſimile. Præterea ſciendum eſt, in antiquis tabulis Ptolemaicis quas habeo, eum omnino ſitum habere Caſtulonem quem dat Strabo hic: nempe vt ſupra Cordubam ad

F Bætin non Anam propius caput ſita ſit. Quare apud Ptolemæum exiſtimo numerum qui latitudinem notat eſſe corruptum, & pro λϑ reponendum λη cum aliquot fortaſſe an ſcrupulis.

συνάπτουσι πρὸς βορρᾶν) Vetus lectio, συνάπτουσι αὐτῷ.

ἐν τοῖς τόποις κατὰ Ἰλίπαν) Manu exarati, ἐν τοῖς κατὰ Ἰλίπαν τόποις.

καὶ τοῖς κατὰ Σισάπωνα) Plinio Siſapo. Ptolemæo Σισαπῶνη quam formam in plerîſque id genus nominibus vſurpat.

G ἔχει δὲ καὶ νήσους ὁ ἀνάπλους) Torſit me diu hic locus: nec mihi facilè quis perſuaſerit rectè eum ſe habere. Nam de Bæti flumine accipi iſta nequeunt: idque vel cæcus videat, præſertim propter mentionē Tagi paullò poſt. Quare de Ana omnino locus videtur accipiendus. Sed quid eſt τὸ ἀνάπλουν ἔχειν νήσους? An reſpicit ad ῥυμουλκίαν, quam ad rem oprādæ ſunt omnino commodæ ripæ fluuiis: alioquin labor improbiſſimus erit ſubeundus: ſæpéque ab vna ripa ad alteram ſeſe conferunt ij qui naues remulco trahunt niſi commoda ſit illa ripa quā primum inſiſtere cœperunt. Hoc ſi eſt, legendum fuerit, ἔχει δὲ καὶ νήσους ὁ τοῦ Ἄνα ἀνάπλους aut ſimplicius ἔχει δὲ καὶ ὁ Ἄνας ἀνάπλους.

ὑπὸ δὲ τηλικούτοις) quantis ſcilicet ὁ Βαῖτις. Nam Bætis fluuius

fluuius eſt Ana maior. Ideo ab Arabibus Guadalgebir appellatus eſt quaſi flumen magnum.

ὥσπερ εἴρηται δὲ καὶ) hoc eſt, Quemadmodum diximus ὑπερκεῖσθαι Bæti flumini montes vbi ſunt variorum ſecturæ metallorum: ita etiam ſupra Anam porriguntur iidem montes, qui etiam ad Tagum vſque pertinent.

τὰ μὲν γὰρ τὰς μεταλλείας ἔχοντα χωρία) Plinius libro xxxiii. hanc ἀπορίαν eleganter inuertit. *Cæterum*, inquit, *montes* Hiſpaniæ aridi ſteriléſque & in quibus nihil aliud gignatur huic bono coguntur fertiles eſſe.

τὸ παρήκοντα τοῦ Ἄνα) Plinius de Bæturia. *Quæ autem regio à Bæti ad fluuium Anam tendit: extra prædicta Bæturia appellatur.*

πολλάκις καὶ ἐπὶ ὀκτὼ σταδίους ἀναπληρουμένας) Egregiam verò laudem, quum in locis ad Oceanum ſitis quamplurimis æſtuaria huiuſmodi reperiantur quę non viii. ſed ad D & plura ſtadia poſſint ἀναπληροῦσθαι. Sed deierare auſim non ita fuiſſe à Strabone ſcriptum. Neque verò alio teſte hanc meam ſententiam tueri quam Strabone volo, qui infra de his ipſis æſtuariis ſic ſcribit, ἐνταῦθα δ' αἱ ἀναχύσεις ἐπὶ πλείους ἢ πεντακοσίους σταδίους. Quin igitur locus ſit fœdè corruptus dubitari non poteſt: verum emendare ſine auctoritate codicis nec facile, nec tutum.

τοῖς ναυπηγίοις ἐπιφέρεσθαι) Vetus lectio, ταῖς ναυκληρίαις ἐπιφέρεσθαι καταναυμαχιζομέναις τὰ ὅμοια καὶ ἀνακουφιζομέναις.

¶ Pag. 99. Νέβρισσα) Ptolemæo Νέβρισσα, Plinio inter æſtuaria Bætis Nebriſſa cognomine Veneria. Silius Italicus etiam vocis originem docere nos voluit.

Ac Nebriſſa Dionyſeis conſcia thyrſis,
Quam Satyri coluêre leues, redimitáque ſacra
Nebride.

καὶ Ὀνόβα, καὶ Σώνοβα) Onobam in hoc tractu nominat Plinius, ſed videtur eam longiùs ab Oceani littore collocare in mediterraneis. Ptolemæo Onoba parum diſtat ab æſtuario ad Anam, eáque eſſe videtur quam hic Strabo intelligit. Sonobam nuſquam reperio. ſed dubium non eſt quin ſit Colobona Plinii quam ille inter Bætis collocat æſtuaria. Eſt & alia vrbs nomine parum diuerſo ad eandem Oceani oram inter Anan & Bætin Plinio Oſſonoba cognomine Luſturia, Ptolemæo, Onobaluſturia coniunctim nominata. Mænobam quæ mox ſequitur, agnoſcit & Plinius.

προσλαμβάνουσι δὲ καὶ διώρυγες) Has dioryges ſiue foſſas videtur Plinius fluuios appellare, cuiuſmodi eſt Mœnoba fluuius.

πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἐστὶ καὶ τὴν Ῥώμην) Figura Homerica, quaſi Roma non ſit in Italia. Æſchylus μετ' Ἀθηνῶν Ἑλλάδος τε.

καὶ τὸν πλάγιον) Sententia quam eliciunt interpretes menti Strabonis repugnat. Nunc omnia clara & perſpicua reddidimus, adiectis parentheſeos notis.

καὶ μάλιστα τοῦ πελαγίζοντι) Ergo nauigatio in alto hoc eſt πλοῦς ὁ πελάγιος non potuit dici modo ἔχειν δυσκολίαν, vt volunt interpretes.

ὅτι οἱ Εὖροι κατ' ἐκεῖνο τὸ πέλαγος) Ait Poſidonius obſeruaſſe ſe Euros in alto noſtro mari ſpirare Eteſias. Ariſtoteles autem docet Eteſias à Septentrione occidentem verſus flantes mutari ſolitos in θρασκίας, ἀργέστας καὶ ζεφύρους, qui ſunt venti partim ab Septentrione, partim ab occaſu flantes. Ariſtotelis ſententiam confirmat & Diodorus Siculus cuius hæc ſunt libro primo, τοὺς ἐτησίας ἰδεῖν ἐστὶν οὐδέν τι μᾶλλον ἀπὸ τῆς ἄρκτου πνέοντας ὑπὸ τῆς ἑσπέρας. οὐ βορέαι γὰρ οὐδ' ἀπαρκτίαι μόνοι ἀλλὰ καὶ οἱ πνέοντες ἀπὸ θερινῆς δύσεως ἀργέσται κοινωνοῦσι τῆς τῶν ἐτησίων προσηγορίας. Itaque ſecundum Ariſtotelis & Diodori ſententiam, Eteſiæ in mari noſtro flabunt ab Occidente & fient Fauonii vel Cauri. At contrarium ſe obſeruaſſe ait Poſidonius, flare enim Eteſias in noſtro mari ab Oriēte, & eoſdem eſſe cum Euro. quæ Poſidonii aſſertio mire confirmat Plinii ſententiam, ſcribentis de Eteſiis libro ſecundo. *In Hiſpania & Aſia ab Oriente eſt flatus eorum, in Ponto ab Aquilone reliquis in partibus à meridie.* Quod in

A Ponto ſit ab aquilone flatus Eteſiarum alii quoque multi teſtantur. Scholiaſtes Apollonii: ὑπάρχουσι ἐναντίοι οἱ Ἐτησίαι τοῖς εἰσπλέουσι τὸν Πόντον, ὅτι τε βορέαι κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους. Polybius libro quarto, αἵ τε γὰρ ἀφ' Ἑλλησπόντου πνέουσι τοῖς τόποις, αἵ τ' ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐκ τοῦ Πόντου τοῖς Ἐτησίαις. Fruſtra igitur conantur quidam ſuperiorem Plinii ſententiam labefactare. Equidem verè dictum puto ab A. Gellio Eteſiam ex alia atque alia parte cœli ſpirare. qua in ſententia video eſſe &
B Iulium Cæſarem Scaligerum virum ſummum, cuius iudicium libenter amplector.

μόλις γὰρ διηνέχθησαν) Laborat hic locus ab interpūctione, quod etiam ſine libris facilè obſeruaueram. Ita autem habent veteres libri, περὶ μὲν εἰς Ἰταλίαν κατέπαυσε μόλις, διηνέχθησαν περί τινας. Iidem mox, ἀπαντικρὺ τῶν τῶν μερῶν.

ἐξάγεται δ' ἐκ τῆς Τουρδητανίας) è Bætica. Iuſtinus eadem de Hiſpania. *Hinc enim* (ait) *non frumenti tantum magna copia eſt, verum & vini, mellis, oleique.*

C σῖτός τε) Hiſpanos frumentū Romanis pependiſſe veterū teſtantur hiſtoriæ. Et ex Hiſpania Romam inuehi ſolitum frumentum etiam ex Plinii xviii. conſtat.

καὶ οἶνος πολὺς) Plinius libro xiiii. cap. de vinis generoſis, Hiſpaniarum vina recenſet Luletana, Tarraconenſia, Lauronenſia, & Balearica: è Bætica nullum.

καὶ ἔλαιον οὐ πολὺ μόνον ἀλλὰ καὶ κάλλιστον) Plinius xv. ii. de oleo, *Reliquum certamen inter Iſtriæ terram & Bæticæ par eſt.*

καὶ κηρὸς δὲ) Etiam hodie cera commendatur Hiſpanienſis.

D καὶ πίττα ἐξάγεται) Videtur tamen pix Hiſpanienſis parū fuiſſe probata. Plinius xiiii. cap. xx. de pice, *Fit è piceæ reſina: in Hiſpania autem è pinaſtris minimè laudata: Eſt enim reſina harum amara & arida & graui odore.*

καὶ κόκκος πολὺς) Vide Plinium libro xvi. cap. viii. Idem libro ix. cap. xli. *Coccum Galatiæ rubens granum, vt dicemus in terreſtribus, aut circa Emeritam Luſitaniæ in maxima laude eſt.*

καὶ μίλτος) Maximè in Siſaponenſi regione teſte Plinio libro xxxiii. capite vii. Iuſtinus de Hiſpania, *Minij certè nulla feracior terra.* De Minio vide Vitruuium li-
E bro vii.

τῆς σινωπικῆς γῆς) De Sinopide vide Plinium, xxxvi. vi. Dioſcorides μίλτον σινωπικὴν vocat, quē lege libro v.

ἅλες τε ὀρυκτοὶ παρ' αὐτῆς εἰσὶ) Lege παρ' αὐτοῖς vt in manuſcriptis. Sales autem ὀρυκτοὺς ſiue qui effodiantur è terra multis locis commemorat Strabo. vide Plinium libro xxxi. capite vii.

καὶ δ' ἐκ τῆς ὄψου ταριχεία) Lege καὶ δ' ἡ ἐκ τῶν ὄψων. ὄψων autem nomine piſces intelligi præcipuè, notius eſt quam vt
F notari debeat. Inde Straboni εὔοψος θάλαττα, mare piſcoſum, & piſcibus abundans.

πολλὴ δὲ καὶ ἐσθὴς πρότερον ἤρχετο) Mos veterum fuit hic, vt veſtes potius emerent quàm pannum. Inde toties apud Liuium & alios hiſtoricos veſtes Roma ad milites miſſæ, totiéſque à militibus petitæ, ac Gracchi lege conceſſæ. Nec exemplis opus eſt, quæ paſſim occurrūt. Vide infra de Patauio. Ἔρχεσθαι autem pro φέρεσθαι ſiue ἄγεσθαι dixit ſumto hoc loquendi genere è plebe: qualia multa ſunt in optimis quibuſque ſcriptoribus. Sic
G & nos hodie loquimur. De ſagis Hiſpanorum res eſt nota.

ταῖς δ' ἔρια μᾶλλον) Vocem μᾶλλον in μαλακώτερα putaui aliquando mutandam. Nam ἡ ἔρια τῇ μαλακότητι paſſim commendatur. De lana Hiſpanienſi vide apud Plinium libro viii. capite xlviii. Scripti habent ταῖς δὲ καὶ ἔρια.

τῶν Κοράξων) Locus mutilus. Deſunt enim quædam verba, ex quibus tota pendet ſententia. Videtur conferre lanam quæ ex Hiſpania afferebatur Romam cum ea quam mittebant Coraxi. Coraxorum gentis Ponticę non infrequens apud veteres mentio vt apud ipſum Ariſtotelem & Heſychium. Sed de eorum lanis nihil adhuc reperi. Vetus autem interpres populum Hiſpa-

nienſem eſſe putauit.

ταλαντιαίους γὰρ ἀπαντᾶν τοὺς κριούς) Neſcio an hæc ad muſmonas arietes pertineant, de quibus libro v. Nam etiam in Hiſpania eſſe huiuſmodi arietes, ſed raros, teſtis Plinius libro octauo. Et Diodorus libro quinto autor eſt Celtiberos ſagis vſos quorum τὸ ἔριον eſſet παραπλήσιον ταῖς αἰγείαις θριξίν. qua ratione muſmiones ab arietibus diſtinguit Strabo.

ὑπερβολὴ δὲ καὶ τῶν λεπτῶν ὑφασμάτων) Silius Italicus hunc locum explicat libro tertio.

> *Atque altrix celſa mittebat Setabis arce,*
> *Setabis, & telas Arabum ſpreuiſſe ſuperbas*
> *Et Peluſiaco filum componere lino.*

In fine huius libri ait Geographus circa Carthaginem nouam δένδρον ἐξ ἀκάνθης φλοιὸν ἀφιέναι, ἐξ οὗ ὑφάσματα γίνεται κάλλιστα.

ἄπερ οἱ Σαλτιῆται κατασκευάζουσι) Hæc nullius autoritate poſſum confirmare: & quinam iſti ſint Saltiatæ adhuc quæro. Interea lego ex Silio Σεταβῆται. hanc laudem videtur paulò poſt Emporitanis tribuere quos ait eſſe λινουργοὺς ἱκανούς.

ἄφθονος δὲ) Eleganter ἄφθονος ἀφθονία.

πλὴν τῶν γεωρύχων λαγιδέων) Catullo propterea cuniculoſa Celtiberia dicta.

κεστρεῖς λεβιάδας προσαγορεύουσι) ἔνιοι hoc eſt Maſſilienſes. Grammatici Græci in Gloſſis ſuper voce λεβηρίς. πολύμαχος ὁ χαμαιπετὴς πλείστην φησὶ δυσμαχωνιστοῦ καὶ λιμώπτω. ἡ ζῷον μικρὸν ὄνομα ἔστι τὴν λεβηρίδα, μικρῷ λαγωῷ ὅμοιον ὁ Ῥωμαῖοι μὲν κονίκλον καλοῦσι, Μασσαλιῶται δὲ λεβηρίδα.

λέγονται πρεσβεύσασθαι ποτε πρὸς Ῥωμαίους) Loquitur Strabo tanquam de re antiqua & pene dubiæ fidei, quod miror: Id enim contigerat haud ita multò ante quam hæc ille ſcriberet, etiã ſi in extrema ſenecta hos ab eo ſcriptos eſſe libros dicamus. Plinius, *Certum eſt Baleαricos aduerſus prouentum eorum auxilium militare à Diuo Auguſto petiſſe.* Refertur hoc iterum eodem libro.

αντίταξιν μὲν δυναμένων) Lege δυναμένων vt veteres libri rectè habent.

φθόρον δέ τινι λοιμικῇ καταστάσει) Profectò vox φθόρος nihil aliud eſt quàm mera totius ſententiæ φθορά. Legendum ἀέρων. ἀέρων λοιμικὴν κατάστασιν vocat aerem corruptum & malum, & peſtilentem, quem ait cauſam eſſe ſæpe cur magna repente copia ſerpentum, & murum terreſtrium exiſtat. quod verum eſt! Sic enim ſæpe in mediis æſtibus Solis ranas enatas memini. neque verò id vnquam contigit quin verè ſit ἡ τοῦ ἀέρος κατάστασις λοιμική. Verùm eandem hanc eſſe cauſam cur abundent aliquando cuniculi non facilè mihi perſuaſerim: Id tamen cenſet Strabo, qui infra hoc eodem libro hoc repetit. Legendum autem eſſe ἀέρων conieci è veterum librorum ſcriptura, in quibus legitur ὡρῶν. quod & ipſum fortaſſe ferri poſſit: quanquam ἀέρων magis probo. Sic Diodorus, λοιμικὴ κατάστασις ἐπέσχε τὰς πόλεις διὰ τὴν τοῦ ἀέρος φθοράν. Idem alibi λοιμικὴν περίστασιν & ἀέρα ὑπὸ λοιμώδη coniungit.

ἃς ἡ Λιβύη φέρει, φέρουσι ἐπιτυδες) Lege τρέφουσι. Vetus interpres legiſſe videtur, ἃς ἡ Λιβύη τρέφει.

¶ ΡΑGΙΟΙ. τὸ πλῆθος τῶν γαυκλήρων) Scripti τῶν ναυκληρίων.

ἐκ πολλαπλασίων) Scripti nonnulli, ἐκ πολλαπλασιάσεως. In aliis deeſt hoc totũ, idque meo iudicio rectius.

ὀρύγων τε) Oryges inter cete nominat, cum alii terreſtrem feram faciant: Deſcribitur eleganter ab Oppiano Κυνηγετικῶν libro ſecundo.

καὶ φυσητήρων) De his monſtris marinis vide plura libro xv.

φαίνεται τις νεφώδης ὄψις κίονος) Plinius aliter. *In Gallico Oceano phyſeter ingentis columnæ modo ſe attollens, altiórque nauium velis diluuiem quandam eructans.* Strabonem puto veriùs loqui, qui non ipſum ſe attollere ait, ſed ſpiritum tantum mittere, qui ſpiritus procul intuentibus ſpeciem columnæ νεφώδους præbeat. quod & nominis ratio docet: & tamen facit columnæ mentio, vt putem Plinium

A Plinium eum hæc ſcriberet, eiuſdem cuius & hic noſter verba ſecutum potius eſſe, quàm aſſecutum.

ὑπὸ τῆς ἄλλης τῆς ἔξωθεν παλαιᾶς) Locus corruptus, quem ideo neuter interpretum intellexit. Ait Strabo quod Plinius, cum ſcribit thynnos tempore hyberno latere in gurgitibus imis niſi tepore aliquo euocentur. ἀλέας, tepor. Ariſtoteles χαίρουσι δὲ οἱ θύννοι μάλιστα τῶν ἰχθύων τῇ ἀλέᾳ, καὶ πρὸς τὴν ἄμμον τὴν πρὸς τῇ γῇ προσχωροῦσι, τῆς ἀλέας ἕνεκεν. quæ verba mirè Strabonis locum illuſtrant. idẽ ex Ariſtotele repetit Athenæus. Lege igi-

B tur in Strabone, ὑπὸ τῆς ἀλέας τῆς ἔξωθεν θαλάσσης.

τρέφεται δὲ βαλανηφόρων) Polybius libro xxxiiii. vt refert Athenæus, de Hiſpania ſcripſerat, ὅτι βάλανοί εἰσι κατὰ βάθος ἐν τῇ αὐτόθι θαλάττῃ πεφυτευμέναι ὧν τὸν καρπὸν σιτουμένους τοὺς θύννους πιαίνεσθαι. Ex Polybio ſumſit Strabo, quod ipſe mox indicat. βάλανον δρυΐνην vocat Geographus alibi δρυοβάλανον. Sed hic arborem ipſam videtur ſignificare.

χαμαιζήλῳ τινὶ παντάπασιν, ἁδρότατον δ' ἐκφερούσῃ καρπὸν)

C In libris ſcriptis totus locus ita legitur, χαμαιζήλῳ τινὶ παντάπασι δρυΐ. πολὺν δ' ἐκφερούσῃ καρπόν. Sed illud πολὺν pro ἁδρότατον ex gloſſa manaſſe ſuſpicor. quæ ſanè interpretatio melior eſt ea quam interpres habet. τὸ πολὺ enim indicare opinor voluit potiùs quàm τὸ μέγα.

καὶ ἐν τῇ γῇ) etiam in mediterraneis.

ὅδ' ἐντὸς στηλῶν) Senſus eſt: Glans quæ reperitur intra Herculis columnas, eſt illa quidem minor, ſed maiori tamen copia reperitur. de illo loquendi genere ἀεὶ καὶ μᾶλλον diximus libro primo. Non nego interpretis ver-

D ſionem verbis græcis conuenire, ſed ita vertendum eſſe vt diximus, quæ ſequuntur indicant. At in nonnullis antiquis libris tota hæc periodus deſiderabatur, quod non probo.

ἔστι τε προσθαλάττιον τὸ ζῷον τοῦτο) Quis ferat thynnum animal marinum, προσθαλάττιον vocari? An quia tepore interdum, interdum glande ad litus euocantur, ideo erunt προσθαλάττιοι θύννοι? Nugæ. Legendum eſſe aio, ἔστι τε ὡς θαλάττιον τὸ ζῷον τοῦτο. Iam ante monuimus locum hunc totum è Polybio eſſe deſumptum. Inde &

E hic locus nobis emendandus. Polybii verba referente Athenæo ſunt, διόπερ καὶ ἂν ἁμάρτοι τις λέγων ὅτι ἔστι θαλαττίους ὗς θύννους. Deinde cauſa appellationis ſequitur eadem quam affert noſter: εἰσὶ γὰρ οἱ θύννοι ὥσπερ ὗες ἀπὸ τῆς βαλάνου αὐξανόμενοι. Strabo autem ſic, καὶ πίονες γὰρ τῇ βαλάνῳ καὶ πιαίνεσθαι ἐμπίπτοντες ὑπ' αὐτῆς.

ἐμπίπτοντα ἀλλὰ καὶ μάλιστα) Verba illa ἀλλὰ καὶ μάλιστα vt gloſſema grammatiſtæ cuiuſdam deleto & inducito, & ad autorem ſuum amandato. Nam etiam in veteribus libris nihil tale apparet.

F τὸ περὶ τῆς μεταλλείας ἔπαινος) Autorum teſtimonia in hanc rem proferre quid opus eſt? Sciunt omnes tot eſſe qui Hiſpaniam hoc nomine dilaudarint, quot fuerunt, qui de ea quicquam ſcriberent.

σπάνιον δ' ἐν ἀμφοτέροις τυχεῖν) Lege cum veteribus libris ἐντυχεῖν. Suſpicabar prius vel ἐπιτυχεῖν eſſe legendum, vel ἀμφοτέροις ἐπιτυχεῖν. Sic Diodorus libro quinto, τοῖς καρποῖς ἐπιτυγχάνειν dixit.

ἐξ ἧς πᾶσαι χυτευόμενος) Scribe auctoribus libris, χυτευόμενος. Sic infra, de ſtanno, χυτεύεσθαι δ' ἔστι τοῖς ὑπὲρ τοὺς

G Λυσιτανοὺς βαρβάροις.

ὁ δὲ χρυσὸς οὐ μεταλλεύεται μόνον) Vide apud Pliniũ, de tribus modis auri inueniendi libro xxxiii. capite iiii.

τὴν χρυσῖτιν ἄμμον) Ballucam appellabãt Hiſpani: Græci vna dictione χρυσάμμον. Plinius libro xxxiii. cap. iii. *Hiſpani quod minutum eſt ballucem vocant.* γύδιον Gloſſarium vetus, χρυσάμμος baluca. Iterum, χρυσίου ἀργυρίου Valuca. Et lege prima Cod. De metallariis & metallis. *Itaque ſi qui ſponte confluxerint, eos* laudabilitas tua octonos ſcrupulos in ballucam, quæ græce χρύσαμμος appellatur, cogat exſoluere.

καὶ φρέατα δ' ὀρύσσοντες) *Plinius*, Alio modo puteorum ſcrobibus effoditur. *Idem*, Quod puteis foditur canalicium

litium vocant, alij canaliense, marmoris glareis inhęrens.

τῶν χρυσωρυχίων) Ita etiā vert. libri: quam scripturā cōfirmat & vox χρυσωρυχτὴς apud Grammaticos per ω scripta: quanquam anologia postulare videbatur, vt χρυσωρύκτης siue χρυσορύχος, & χρυσορυχεῖον scriberetur. Sic namque τοιχωρύκτης siue τοιχωρύχος.

¶ PAG. 101. ἄξιον δὲ Γαλάτας) Totus locus in veteribus ita legitur Ἀξιοῦσι δ' Γαλάται παρ' ἑαυτοῖς εἶναι κρείττω τὰ μέταλλα, τά τε ἐν τῷ Κεμμένῳ ὄρει, καὶ τὰ ὑπ'. De metallis Tarbellorum lege libro IIII.

ἢ μικροτέραις βώλοις, αἳ καὶ κάθαρσιν ὀλίγην ἔχουσι ταλάς) Plinius longè aliter, *Aurum* inquit, *arrugia quæsitum, non coquitur, sed statim suum est. Inueniuntur ita massæ nec non in puteis etiam denas excedētes libras: palacras Hispani, alij palacranas vocant.* Videtur Strabo balucem intelligere, & cum pala siue palacra confundere. Diodorus voce Græca, πλάκας τῆς γῆς παλυχρύσους dixit.

μίγμα ἔχοντος ἀργύρου καὶ χρυσοῦ) Ait electrum ex auro & argento esse mixtum: hinc intelligimus Silij Italici carmen libro primo

Electri gemino pallent de semine venæ.

ἐν δὲ τοῖς ἐρυθροῖς) Legendum existimo, ἐν δὲ τοῖς ῥείθροις. De Hispania est sermo, in qua nullos Erythros reperio: nec quiquam hûc pertinet Erythia insula paulo post. Putaui aliquando posse & Ἀρταβροις legi. cuius vocis in ἐρυθροῖς mutatio fuit procliuis. Sed Astures potissimum hoc nomine commendari video.

ἢ θρύπτεται φρέαρ.) Lego, ἢ ὀρύττεται φρέαρ. Imperiti & aliud agentes librarij ex ὀ fecerunt θ, malè. Plinius. *Apud nos tribus modis* (aurum inu nitur, *Fluminum ramentis, vt in Tago Hispaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Asiæ, Gange Indiæ: nec vllum absolutius aurum est cursu ipso trituque perpolitum. Alio modo puteorum scrobibus effoditur.* Puteos autem in hunc vsum solitos effodi docet idem Plinius alibi etiam apertius. Sed & Strabo modò id dicebat. Quid si legamus ἢ θρύπτεται ἢ ὀρύττεται φρέαρ. Nam uox quidem θρύπτεται commodè accipi poterit de auri grandioribus massis quæ inter ramenta quandoque reperiuntur, confirmatúrque hæc lectio sequentibus mox verbis, τὴν δὲ συρτὴν βῶλον τὴν ἀργυρεῖτιν φασὶ κόπτεσθαι. Plinius. *Quod effossum est, tunditur lauatur.*

βαρεῖα γὰρ ἐστὶ καὶ ὀλέθριος) Plinius, *Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus, sed maxime canibus.* Lucretius Lib. VI.

Denique vbi argenti venas aurique sequuntur,
Terraï penitus scrutantes abdita ferro:
Quales expirat scaptesula subter odores?
Quidve mali sit vt exhalent aurata metalla?
Quas hominum reddunt facies? qualésque colores?
Nonne vides audisve perire in tempore paruo
Quàm soleant, & quàm vitai copia desit
Quos opere in tali cohibet vis magna?

Ποσειδώνιος δὲ) Videtur Posidonius accuratè admodum de metallis Hispanorum tractasse: Nam Diodorus quoque Siculus eorum rationem ex professo explicaturus, non aliunde vt nos deprehendimus, quàm è Posidonio totam suam narrationem hausit: ipsáque adeo verba Posidonij vsurpat, quum tamen eum autorem nusquam laudet: quod longè à Strabonis candore & ingenuo animo alienum est. neq; verò debuit Diodorum pudere profiteri per quos profecisset. Locus Diodori est libro quinto. Quod autem in Posidonij stylo notat Strabo, idem perpetuò apud scriptorem summum Plinium dico, obseruabis. Nam eius oratio plena est huiusmodi ῥητορείας, quæ lectorem sæpe magis afficiat quàm res ipsæ quæ narrantur. Non longè abieris: in eo capite quod de metallorum ratione conscripsit, quàm multa sunt id genus? Porrò facundię & ῥητορείας Posidonij exempla pete è Seneca, qui ex eius libris multa profert epist. XCI. Eam lege.

οὐ γὰρ ἀπιστεῖν τῷ μύθῳ) Nota fabula de incēdio montiū, vnde auro fertilis reddita sit tota regio. Nō est autem dubium fabulæ causam dedisse Pyrenæorum appellationem. Græci namque adeo simplices fuère, vt sibi persuaderent ἀπὸ τοῦ πυρὸς vocatam τὴν πυρήνην: quod nihilo prudētius ab iis dictum quàm à Lysimacho dicta esse Hierosolyma παρὰ τὸ τὰ ἱερὰ συλᾶν. Sed de his alias. Etsi autem vti dixi fabulæ ansam dedit nomē Πυρήνης: tamen non defuere qui de aliis montibus eadem narrarent, vt Posidonius ipse, de Rhipæis montibus, quos cum Alpib. confundebat. Vide Athenæum libro VI.
B & Eustath. III. Odyss. Com.

ἡ γῆ τὰ χρυσᾶ) Assentior Xylandro legenti ἡ γῆ τάλαντα.

ὕλην εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἐξέζεσε) Vox ὕλην suo loco mota vt è veteribus libris apparet, totam sententiam perturbat. Hic igitur eam inducito, deinde lege, διὰ τὸ πᾶν ὄρος καὶ πάντα βουνὸν ὕλην εἶναι νομίσματος, vel potius διὰ δὴ τοῦτο.

ἀεννάων) Lege ἀεννάοις & ἀτελεύτοις, quod etiam in Planudæ Excerptis reperi.

C Τὴν δ' ἐπιμέλειαν φράζων τὴν τῶν μεταλλευόντων) Silius Italicus

——*Astur auarus*
Visceribus laceræ telluris mergitur imis,
Et redit infœlix effosso concolor auro.

ὅτι φησὶν ἐκεῖνος εἶναι τῶν Ἀττικῶν ἀργυρείων) Athenæus eundem Posidonij locū ita refert. Τὸ μέν τοι γε πολὺ τούτων βαθείαις καὶ χρονίαις μεταλλείαις ἐείσαται, κατὰ τὴν Φαληρέα Δημήτριον ἐλπίζοντας τῇ πλεονεξίας ἀνάξειν ἐκ τῶν μυχῶν τῆς γῆς αὐτὸν τὸν Πλούτωνα.

D καὶ τούτων νῦν) Scribe ὧν autoribus libris.

σκολιὰς τεμνόντων καὶ βαθείας τὰς σύριγγας) Plinius, *Tertia ratio opera vicerit Gigantum: Cuniculis per magna spatia actis, cauantur montes ad lucernarum lumina.* Diodorus Siculus de auri conficiendi ratione libro quarto, & Strabonis & Plinij locum illustrabit: Κατὰ γὰρ βάθους, inquit, διαδύνοντες οὐκ ἐπ' ὀλίγας, ἀλλ' ὡς ἂν ἡ διάφυσις τῆς κατασκευῆς πέτρας ὑπάρχῃ τότε μὲν ἐν δὲ ταῖς ἐν τοῖς διώρυξι γωνίαις καὶ σκολιότητας ἐν σκότει διαπεμπόντες λύχνους ἐπὶ τῶν μετώπων προσηρμοσμένους περιφέρουσι.

E καὶ θεὸς τοὺς ἐν αὐτοῖς ἀπαντῶντας ποταμούς) Totus hic locus ita fœdè est corruptus vt minimè mirer vidisse hic nihil interpreres. Nos (σὺν θεῷ εἰπεῖν) etsi ope codicum destituti, facta tamē diligenti inquisitione harum rerum, omnia ita correximus vt non dubitemus etiam doctos viros quibus hæc curæ, nostram diligentiam esse approbaturos. Ita igitur legendum: καὶ θεὸς, τοὺς ἐν αὐτοῖς ἀπαντῶντας ποταμοὺς πολλάκις, τοῖς Αἰγυπτίοις ἀνατλοῦνται κοχλίαις· τὸ δ' ὅλον ὁ αὐτὸν εἶναι τούτοις καὶ περὶ τοῖς
F Ἀττικοῖς: hoc est, *Præterea fluuios qui sæpe in istis cuniculis & fossis occursant, cochleis Aegyptiacis machinis exhauriunt: Neque vero idem vsuuenire istis, quod quondam Atticis metall.* Nunc rationem omnium reddemus.

καὶ θεὸς τοὺς) Ita esse distinguendum vt docuimus luce iam clarius est. Sed error ab iis est profectus qui non ánimaduertebant θεὸς aduerbialiter pro προσέτι esse positum, quod tamen nouum non est. Dio libro quadragesimo sexto, καὶ θεὸς, συνέβη τό τε ἰχθύων σφῶν σφαγὰς ποιοῦσι & alibi sæpe. Strabo lib. XVI. de Sidoniis,
G παραδίδονται καλλίτεχνοι, καὶ πάσιν καὶ ὁ ποιητὴς δηλοῖ, θεὸς δὲ, καὶ φιλόσοφοι.

τοὺς ἐν αὐτοῖς ἀπαντῶντας ποταμούς) Occursant & fisses, quos vt inquit Plinius aut igni & aceto rumpunt, aut si longiores sint, latus sequuntur.

τοῖς Αἰγυπτίοις ἀνατλοῦνται κοχλίαις) Torsit me hic locus diu multúmque: tandem lætatus sum veram lectionem esse me nactum. Ita autem esse legendum docuit me Diodorus Siculus qui eadem ex eodem Posidonio referens, ita scribit, καὶ τὸ πάντων παραδοξότατον· ἀπαντλοῦσι γὰρ τὰς ῥύσεις τῶν ὑδάτων τοῖς Αἰγυπτιακοῖς λεγομένοις κοχλίαις, οὓς Ἀρχιμήδης ὁ Συρακούσιος εὗρεν ὅτε παρέβαλεν εἰς Αἴγυπτον. De cochlea machina ad tollendam aquam, habes apud Vitruuium: quis autem eius esset in Ægypto tantus vsus vt αἰγυπτιακὴ appellari debeat, pluribus exponemus

libro XVII. vbi de Nilo. Mirum autem, libros omnes manu scriptos constanter retinere ineptam illam vocem σκελιᾶς.

τ̓ ἄλλον) Sequuti sumus lectionem eam quam ex vnico exemplari annotatam reperimus. primùm quidem à Ludou. Budæo deinde in codice soceri Henrici Stephani.

ὅτι μὲν γὰρ ἀνελαβεῖν σαφῶς, ἐκ ἰλαβον, ὅσα δὲ εἶχον ἀπέβαλον) Omnino dictum hoc est ad imitationem illius Homero, si credere fas est pernitiosi ænigmatis, ὅσ' ἕλομεν λιπόμεσθ' ὅσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα. Sed vt hoc ænigma interpretemur, quando non est id ab interpretibus factum, notandum est, vel legendum esse ἀπέλαβον pro ἀνέλαβον, vel ita certè istud ἀνέλαβον esse accipiendum: neque enim nnuum est vt ἀνὰ in compositione pro ἀπὸ accipiatur. Iam verò λαμβάνειν & ἀπολαμβάνειν, hoc est, capere & recipere, hoc differunt quod dare & reddere, de quibus vide lege 1. §. 33. Dig. Depositi. & orationem de Halonesо vbi insignis est de verbis λαμβάνειν & ἀπολαμβάνειν disputatio. Dicebat ergo Posidonius Athenienses qui ingentes sumtus fecissent in quærendo auro atque argẽto, nec multũ tamẽ inuenissent, adeo vt pares essent rationes accepti & expẽsi, dicebat inquam, id ipsum quod inuenissent, Athenienses non posse dici λαβεῖν, hoc est cepisse, sed ἀναλαβεῖν hoc est, recepisse. Nam qui rem suam à se prius datam aut alio modo alienatam recuperat, is non capere sed recipere dicitur: nec λαμβάνειν eum dicimus, sed veriùs ἀπολαμβάνειν. Vide τ̓ περὶ Αλονήσου. Hæc nisi vehementer fallor vera est istius ænigmatis interpretatio: Diodorus tamen Posidonij locum sic expressit, μεγάλην δ' ἰσχὺν περιαλλαγὴν τὰ μέταλλα ταῦτα συγκρινόμενα τοῖς κατὰ τὴν Ἀττικήν· ἐκεῖνα μὲν γὰρ οἱ μεταλλεύοντες, καὶ πρὸς ταῖς ἐργασίαις μεγάλας προσέμενοι δαπάνας, ἃ μὲν ἤλπιζον ἐνίοτε λαβεῖν οὐκ ἔλαβον, ἃ δὲ εἶχον ἀπέβαλον. Ego verò quid in his sit ænigmaticum non intelligo: nec dubito Diodorum hoc ænigma malè narrando suum fecisse. Athenæus eiusdem Posidonij verba ita refert, χαριεντιζόμενος γοῦν φησὶν, ὅτι πολλάκις κατὰ τὰ ἀνοῖγοντες τὰ φρέατα τὴν ἀδήλου ἐλπίδα, μὲν μέλλοντες λαβεῖν, ἃ δ' εἶχον ἀπέβαλον, ὥσπερ αἰνίγματος ἀγῶνι τυγχάνοντες. Suspicari aliquis posset aut Athenæi codicem, aut Strabonis esse corruptum, & alterum ab altero emendandum, quum præsertim vterque ex professo Posidonij dictum referat, sitque in vna tantum voce diuersitas lectionis.

τοῖς μὲν γὰρ χαλκουργοῖς) Diodorus, Οἱ ἐργαζόμενοι τὰ χαλκουργεῖα, τὸ τέταρτον μέρος χαλκοῦ καθαροῦ ἐκ τ̓ ὀρυττομένης γῆς λαμβάνουσι.

τῶν δὲ ἀργυρευόντων τῶν ἰδιωτῶν) Nihil fuit causæ cur de hac lectione quereretur interpres, nec debuit vocẽ ἰδιωτῶν habere suspectam. Diodorus τῶν δὲ ἀργυρευόντων τινὲς ἰδιωτῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις Εὐβοϊκὸν ἐξαίρουσι τάλαντον. in Diodoro malim ἀργυρευόντων: in Strabone vetus lectio est ἐξαιρόντων aut ἐξαιρέντων non ἐξαίρειν, quod rectius est.

τ̓ δὲ κασσίτερον) Stannum interpretes: Plinius tamen duo plumbi genera faciens, nigrum atque candidum, pretiosissimum ait candidum à Græcis appellatum cassiteron. Sic libro quarto Cassiteridas insulas à plumbi fertilitate nomen habere scribit.

οὐκ ἐπ' ἐπιπολῆς εὑρίσκεσθαι φησιν ὡς τοὺς ἱστορικοὺς θρυλλεῖν) Diodorus, Γίνεται δὲ καὶ κασσίτερος ἐν πολλοῖς τόποις τ̓ Ἰβηρίας, οὐχ εὑρισκόμενος ἐξ ἐπιπολῆς (ὡς ἔν τισιν ἱστορίαις τινὲς τεθρυλλήκασιν) ἀλλ' ὀρυττόμενος. En furtum Diodori manifestum: furtum appello quia vt dixi, tota hac narratione nusquam Posidonium autorem laudauit. Quod autem ait Posidonius à plerisque falsò περὶ κασσιτέρου fuisse affirmatum, id Plinius quoque qui post Posidonium & Strabonem scripsit ita affirmare videtur, vt qui aliter sentiant, falli eos indicet. Ita enim scribit libro XXXIIII. capite XVI. *Sequitur natura plumbi cuius duo genera nigrum atque candidum. Pretiosissimum candidum, à Græcis appellatum cassiteron, fabulosèque narratum in insulas Atlantici maris peti, vitilibusque nauigiis circumsutis corio aduehi. Nunc certum est in Lusitania gigni & Gallecia summa tellure harenosa, & coloris nigri.* summa tellure, hoc est, ἐξ ἐπιπολῆς.

γίνεσθαι δ' ἐν τε τοῖς ὑπὲρ τοὺς Λυσιτανοὺς βαρβάροις) Diodorus, ὑπὲρ γὰρ τ̓ τῶν Λυσιτανῶν χώρας ἐστὶ μέταλλα πολλὰ τοῦ κασσιτέρου.

καὶ ἐν ταῖς Καττιτερίσι νήσοις) Diodorus Siculus non videtur apud Posidonium legisse τὸ καὶ. Addit enim, κατὰ τὰς προκειμένας τ̓ Ἰβηρίας ἐν τῷ Ὠκεανῷ νησίδας, τὰς ἀπὸ τ̓ συμβεβηκότος Καττιτερίδας ὠνομασμένας. Sed lectionem Strabonis sequentia confirmant.

καὶ ἐκ τ̓ Βρεττανικῶν δ' εἰς τὴν Μασσαλίαν κομίζεσθαι) Diodorus sic, πολὺς δὲ καὶ ἐκ τ̓ Βρεττανικῆς νήσου διακομίζεται πρὸς τὴν κατάντικρυ κειμένην Γαλατίαν, καὶ διὰ τ̓ μεσογείου Κελτικῆς ἐφ' ἵππων ὑπὸ τῶν ἐμπόρων ἄγεται, παρά τε τοὺς Μασσαλιώτας καὶ εἰς τὴν ὀνομαζομένην πόλιν Ναρβῶνα.

ἐξάνθειν φασὶν ἀργυρίῳ τὴν γῆν κασσιτέρῳ) Confer cum Plinio.

χρυσίῳ λευκῷ) Locum hunc habeo de mendo suspectum. Nam de plumbo quod aurum colore referat, id enim opinor est χρυσίον, nihil legisse memini: licet Plinius in auratis metallis plumbum reperiri autor sit: sed an ideo χρυσίον possit appellari non facilè dixerim & vox λευκῷ quæ sine συνδέσμῳ sequitur non videtur conuenire. An ita locus debet corrigi? ἐξάνθειν φασὶν ἀργυρίῳ τ̓ γῆν κασσιτέρῳ, καὶ χρυσίῳ λευκῷ ἀργυρομιγὲς γάρ ἐστι. vt τὸ ἀργυρομιγὲς referatur ad χρυσίον figura dicẽdi vsitatissima Grammaticis πρὸς τὸ σημαινόμενον dicta, quasi esset χρυσὸς non χρυσίον. Sic paullò post Γάδειρα quum nominasset addit καὶ τὰς πρὸς αὐτῶν quasi dixisset τ̓ Γαδείρων νῆσον.

τ̓ δὲ σκαλίσι τὰς γυναῖκας διαμώσας) διαμᾶσθαι τ̓ γῆν est terram τῇ ἄμῃ fodere & accumulare. Strabo autem instrumentum quo id fit σκαλίδα vocat non ἄμην aut σκάφην vt grammatici vocem διαμῶσαι explicantes, qua vtuntur Attici potius quàm actiua διαμᾶν.

πλύνειν ἐν ἠθητηρίῳ) Lego ἠθητηρίῳ. Manifesta est analogia. Nam vt à φροντίζω dicimus φροντιστήριον, sic ab ἠθίζω quod est colare, erit ἠθητήριον, quod instrumentum significat per quod mittitur ista aggesta terra. Potest & ἠθητήριον legi ab ἠθέω, quod potius dicitur hoc sensu quàm ἠθίζω, atque hoc probo. Plinius. *Lauant eas harenas metallici, & quod subsidit coquunt in fornacibus.*

ἐπὶ τ̓ κίστην) Vtinam nullus in Strabone locus esset mihi aut ad intelligendum obscurior, aut ad corrigendum difficilior quàm iste est: de quo tamen vterque interpres desperauit. Lego ἐπὶ κίστῃ consentientibus etiam libris antiquis, in quibus erat ἐπὶ κίστῃ. Κίστη est πλεκτὸν κιβώτιον. vel est igitur dictum ὑπὸ παραλλαγῆς, ἐν ἠθητηρίοις ἐπὶ κίστῃ, vel significat instrumenta illa quibus terra hęc colari sueuerat κίσταις fuisse imposita, quę id exciperent, quod defflueret. Plinius Calathos appellat, quum dicit, *Et ideo in quibus aurum colligitur, remanent eum eo*: quanquam locus Plinij ex eo potius intelligendus est, quod super hoc scribit Diodorus, ἐπὶ γὰρ πλατείας σανίδος μικρὸν ἐγκεκλιμένης τιθέντες τ̓ κατειργασμένην μάρμαρον ὕδωρ ἐπιχέοντες, εἶτα τὸ μὲν γεῶδες αὐτῆς κατατήκουσι διὰ τῆς ὑγρῶν κατατρίψεως, τὸ δὲ τ̓ σανίδος ἔχοντα τὸ δὲ χρυσίον ἴσχον ἐπὶ τ̓ ξύλου παραμένει διὰ τὸ βάρος. Quod autem affert vir doctus de nardo πιστικῇ: id verò nihil ad rem.

¶ Pag. 102. τέτταρες μυριάδες ἀνθρώπων) Hi sunt, quos in metallum damnatos IC^ti appellant: éstque regum Ægyptiorum inuẽtum, mortis damnatis vitam in istos vsus concedere, vt narrat Diodorus libro primo & tertio. In libris scriptis nonnullis est μοίρας pro μυριάδας. Item ἐν τοῖς σταδίοις, non οἴκοις.

κομιζόντων εἰς ὕδωρ διαρπάζοντων) Diodorus cuius paullò antè verba referebamus, non κομίζειν vti solitos in hanc rem metallarios ait, sed πλατείαις σανίσι. Conferendus locus, & quæ ibi sequuntur.

εἰς ὑψηλοτέρας καὶ μετέωρας καμίνους) Lego καμίνους.

κ, Κασαῶνι) Κλασῶν supra legebatur. Scribe Κασαλῶνι.

πολὺ δ' ἀπωθεν τ̃ Κασαῶνος) Scribendum Κασαλῶνος. Id ita esse locus Polybij quem ascribam euincit. Ita ille libro decimo, ὁ δ' τῶ Καρχηδονίων στρατηγὸς ἐτύγχανε μὲν διατρίβων ἐν τοῖς περὶ Κασταλῶνα τόποις, περὶ βάϐυλα πόλιν, ἢ μακρὰν τῶ ἀργυρίων μετάλλων. Vides argentifodinas dici esse prope Castalonem, quod hic ait Strabo. Quare dubium non est hunc esse Κασαλῶνα, itaque semper corrigendum.

τ̃ Βαῖτιν καλοῦν Ταρτησσὸν) De Bæti igitur accipiendus Stephani locus in Ταρτησσός. Ταρτησσὸς, inquit, πόλις Ἰβηρίας ἀπὸ ποταμοῦ τοῦ ἀπὸ Ἀργυρῶ ὄρους ῥέοντος, ὅστις ποταμὸς κ, κασσίτερον ἐν Ταρτησσῷ καταφέρει. Certissimum est Bætin intelligi, quem de monte Argyro fluere modò dicebat Strabo. Pausanias Ἠλιακῶν β. de fluuio Iberiæ quem vocat Ταρτησσὸν. Τὸν δ' ποταμὸν μέγιστον ὄντα τῶ ἐν Ἰβηρίᾳ κ, ἀμπωτιν παρεχόμενον, Βαῖτιν ὀνομάζουσιν οἱ ὕστερον.

κ, τὰς πρὸς αὐτὴν νήσους Ἐρύθειαν) Erythian nomen esse plurimarum insularum nusquam opinor reperies: Strabo ipse infra non alias insulas quam vnam aliquã, à plerisque eam quæ à Gaditana vrbe angustissimo freto sit dirempta Erythiam fuisse appellatam autor est. Vide infra.

διότι ξυνθεῖν χαλόν) Quomodo χαλὸν, si παρὰ τὰς Bætis in monte Argyro?

πόλιν ἐν τῷ μεταξὺ χώρᾳ) Scripti πέρα. De hac vrbe Stephanus in Tartessos.

τ̃ συνεχῆ τῇ Κάλπῃ Ταρτησσίδα καλεῖ) Quid mirum agrum Calpe vicinum Ταρτησσίδα γῆν vocari, quum Carteia ad Calpen sita Tartessos antiquitus dicta sit? autores Strabo, Plinius, Mela, alij. Iniquè igitur facit Artemidorus qui Eratosthenem hoc nomine reprehendat.

κ, τὸ τὰς ἀμπώτεις μέχρι δεῦρο περαιοῦσθαι) Non puto tam imperitum rerum istarum fuisse Eratosthenem, vt putaret in ea tãtum Oceani parte æstus cieri in Oceano: sed hoc voluit opinor quod paullò antè docuit nos Geographus, æstus inter Sacrum promontorium & Mauritaniam maiores excitari, & magis esse impetuosos quàm alibi.

ἀναγκαιότερα ἐστὶ πρὸς τὴν Κελτικὴν) Nihil habeo quo locum hunc emendem. In scriptis est ἀπαρεσ...τερα. Videtur ita legisse prior interpres

Ὁ δ' ποιητὴς) Digreditur paululum Strabo ab instituto de Hispania sermone, ad Homerum suum: in cuius ἀπολογίας ἀντίφρων admodum est hic autor. De istis autem omnibus libro primo dictum satis. Quare in hunc locum pauca tantum notabimus.

τῶν τε χείρων λεγομένων περὶ αὐτὸν κ, τ̃ ἀμείνον) Sic libro primo, Ἐστι γὰρ ἀμφοτέρως τοῦτο δέξασθαι, κ, βέλτιον κ, χεῖρον. Vide reliqua.

πρὸς δύσιν ἐσχάτην ἤκειν αὐτὴν) Non improbo hanc lectionem: magis tamen placet quæ est in antiquis libris, ἐσχάτη ἤκουεν αὐτὰ.

¶PAG.103. οὕτως ἐγένετο ὑπεχείρει) Libri veteres οὕτως ἐγένετο σφοδρ' ἐξ ὑποχ.

Ὀδυσσεία πόλις δείκνυται) Legerem Ὀδυσσεῖς. Stephanus, Ὀδυσσ. ἡ πόλις Ἰϐηρίας ἀρτενικῶς. κ, τὸ ἐθνικὸν δ' ὁμοιον. φοινικὸν δ' ὡς Ἀτραμῦς κ, ἀτταμῦς. sed etiam infra iterum sic scribitur & ita quoque habet Eustathius. An autem hæc sit Vlysippo Latinorum, quod video quibusdam probari, quærant docti Hispanorum.

τοῖς τε περιλειφθεῖσι) Troianis qui ex incendio patriæ se eripuerant, vt Helenus, Æneas, Antenor & si qui alij. & opponit τοῖς περιλειφθεῖσι τοῖς Ἕλλησι. quare non probo quod aliquando existimaui, legendum esse τοῖς τε βαρϐάροις κ, τοῖς Ἕλλησι. Eadem libr. pr.

ἀπόπτου ἐκ τῶν κινδυνῶν) Scripti ἀπολαῦσαι.

τότε γὰρ ἀὴρ εὐαερ κ, τὸ ζέφυρ') Iustinus, *Salubritas cæli per omnem Hispaniam æqualis, quia aeris spiritus nulla paludium graui nebula inficitur: Huc accedunt & marinæ auræ, vndique versus assidui flatus, quibus omnem prouinciam penetrantibus, euentilato terrestri spiritu, præcipua hominibus sanitas redditur.*

τό, τε ἐπὶ τοῖς πέρασι τῆς γῆς) Laborabat hic locus ab interpunctione: quæ res Xylandro imposuit. Ait Strabo, ea omnia quæ superioribus Homeri versibus continentur, Hispaniæ conuenire: vnde sequitur quod initio proposuit, Homerum εἰδέναι τούτων τῶν τόπων ἐπ' αἰθέρων. Ergo legendum τό, τε & ἐφ' οἷς.

¶PAG.104. κ, μακάρων νησοὶ νήσους) Vide ad librum primum: De istis insulis multa Plutarchus in Sertorio.

B μετὰ τὸ Βαρκα στρατεύσαντος) Is est Amilcar cognomento Barcas, qui Hispaniam administrauit ante Asdrubalem, fuitque Annibalis pater. vide Appiani Ἀννιβαϊκά. Ab hoc Barca Barcina factio apud Carthaginenses notissima.

φάτναις ἀργυραῖς κ, πίθοις χρυσοῖς) Rectè quidem Xylander lectionem Epitomes φιάλαις damnauit: cuius enim magnificentiæ esset phialis vti argenteis, quod hodie apud nos etiam mediocris fortunæ hominibus

C licet? Contra autem mira & prorsus superans omnem fidem argenti copia, si vt hæc videtur velle lectio, etiam præsepia ex argento fuerint facta: Neque fanè tale quid alibi vsquam legisse memini. Quare φάτναις quidem lego, sed lacunarium certum genus intelligo hoc est φατνωμάτων: vt non præsepia sed domuum lacunaria ex argento facta dicantur: quod nouum non est. Sic enim Polybius diuitem cultum Ecbatanorum regiæ Persarum describens, ait δοκοὺς κ, φατνώματα fuisse ἀργυρᾶ. Dixisse autem bonos scriptores φάτνας in hoc sensu, dubium non est. Diodorus Siculus libro pri-

D mo, κ, τούτου μονόλιθον ἐν ὀροφῇ, φάτναις κ, ζῳ... ποὶ διαγεγλυμμένα, κ, γραφαῖς διαφόρως πεποικιλμένα. Potes etiam de mensis accipere. Nam id quoque significat interdum vox φάτνη quasi φάγνη παρὰ τὸ φαγεῖν dicta. Hesychius, φάτνη, κ, ἡ τράπεζα, κ, ἡ τῶν κτηνῶν, κ, ἐπὶ τῶν τοίχων. Autor incertus apud Suidam, τὴν Ἀντωνίνου διεγέγραφ' ὡς κ, ὑποκεχάλκων ἅμα φάτνῃ. Ælianus, Οἱ Μαξιμῖνοι τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς φάτνης οἰκεῖς ἐδεδοκότας ἐξήλασαν. Sed illa prior interpretatio vera omnino est. Statius Thebaidos lib.

E primo.

Et nondum crasso laquearia fulua metallo
Montibus aut altè grayis effulta nitebant
Atria.

Lucanus libro VIII. palatium Cleopatræ describens,

Ipse locus, templi quod vix corruptior ætas
Exstruet, instar erat: laqueataque tecta ferebant
Diuitias, crassumque trabes absconderat aurum.

Plinius de Suanis gente Colchica, eorúmque rege Eu-

F sobe, *Sed & illius aureæ cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atque parastatæ.*

Ἀνακρέοντα μὲν ἔτως εἰπεῖν) Plinius lib. VII. cap. XLVIII. Anacreon poeta Arganthonio Tartessiorum regi CL. tribuit annos.

χαλίσαντα Ἀργανθώνιον) Locus est Καιρὲς. Ἀπεχόμενοι δ' ἐς τὸν ταρτησσὸν προσφιλέες ἐγένοντο τῷ βασιλεῖ τῶ Ταρτησσί ων, τῷ ὄνομα μὲν ἦν Ἀργανθώνιος. ἐτυράννευσε δ' Ταρτησσοῦ ὀγδώκοντα ἔτεα, ἐβίωσε δ' πάντα, εἴκοσι κ, ἑκατόν. Vide Marc. Tull. de senectute. Lucianus vt Strabo, loci Herodoti & Anacreontis meminit. Ἀργανθώνιος μὲν ὁ Ταρτησσίων

G βασιλεὺς πεντήκοντα κ, ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς, κ, ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων, ἀλλὰ τοῦτο μὲν μῦθος ποὶ δοκεῖ. Obiter notabis Luciani μνημονικὸν ἁμάρτημα: neq; enim rectè Herodotum citat. Phlegon quoque eodem modo peccat cum scribit. Ἀργανθώνιος ὁ τῶ Ταρτησσίων βασιλεὺς ὡς ἱστορεῖ Ἡρόδοτος κ, Ἀνακρέων ὁ ποιητὴς, ἔτη ρν. Vide Plinium & Valerium.

ἔνιοι δ' Ταρτησσὸν) Notãt id Mela & Plinius, Pausanias & Appianus.

Λατῖνοι οἱ πλεῖστοι γεγόνασι) Plinius autor est oppidã Bæticæ XXIX. Latio fuisse antiquitus donata.

Πιζαυγέσα) Probo vehementer scripturam librorum Παξαυγέσα. Sic alia in Hispania reperies ab Romanis cognominata, vt apud Ptolemæum Παξ Ἰουλία. Plenius

est huiusmodi cognominibus Plinij de Hispania tractatus.

ἐν τοῖς Τουρδύλοις Αὐγοῦστα Ἠμερίτα) Ptolemæo Lusitanorum vrbs in mediterraneis. Plinius eam Anæ fluuio esse appositam testatur. De hac Ausonius

Iure mihi post has memorabere nomen Iberum
Emerita: æquoreus quam præterlabitur amnis.
Submittit cui tota suos Hispania fasces.

Prudentius autem nec Turdulorum vt Strabo, nec Lusitanorũ vt Ptolemæus, sed Vectonum esse indicat, in accurata eius descriptione: quem locum propter elegantiam integrum proferam: Est autem in Eulalia.

Nunc locus Emerita est tumulo
Clara colonia Vectoniæ:
Quam memorabilis amnis Ana
Præterit: & viridante rapax
Gurgite mœnia pulchra lauat.

Καισαραυγοῦστα) Ptolemæo Καισάρεια Αὐγοῦστα. Pomponius, *Vrbium de mediterraneis in Tarraconensi clarissimæ fuerunt Palantia & Numantia nunc est Cæsaraugusta.*

στολάτοι λέγονται ἤ τογάτοι), A nonnullis veteribus libris aberant illa ἢ τογάτοι: quæ tamen ἀπεὶξ sunt nobis retinenda: Sic namque Gallos quoque togatos legimus qui Romanos mores induissent. Vide Dionem sub finem libri quadragesimi sexti. Et Strabo ipse paulò post ita scribit, hos fuisse εἰς τὸν ἥμερον καὶ τὸν Ἰταλικὸν τύπον μετακειμένους ἐν τῇ τηβεννικῇ ἐσθῆτι. Ratio nominis in promptu: nam Toga quam Græci τήβενναν vertunt, vestis Romanorum propria.

Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱερῦ πάλιν) Descripsit hactenus oram Hispaniæ quæ est à Calpe ad Sacrum promontorium: nunc pergit ab eodẽ Sacro promontorio ad Neriũ Artabrorum promontorium, quod occiduum latus & septentrionale terminat.

ἐφ' αἷς ἡ Ὀλυσίπων) Ad quas ἐκβολὰς Tagi est Ὀλυσίπων & recta nauigatio à Barbario promontorio, estque illud interuallum stadiorum x. nisi mendum in numero.

ἀπὸ τοῦ λεχθέντος πύργου) Apparet deesse nonnihil in superioribus: Nam in toto libro vnius πύργου facta mentio, quẽ appellauit Καπίωνος qui nihil ad hunc locum facit.

καθ' ἃ ὑδρευ ντὰς ἐν τοῖς λάκκοις) Duo hęc postrema verba aberant à duobus manuscriptis codicibus: & sunt sanè deprauata mirificè. Xylandri coniectura non esset illa quidem improbanda, si vllum locum in illo tractu reperiremus cui nomen esset ἵππων, quod ipse sibi nescio qua ratione falsò persuasit. Nam ὅλιγος ἵππων, quod apud Ptolemæum legitur, aliud esse constat. Hermolaus autem Barbarus vir longè longéque doctissimus, quem non sine flagirio audent quidam Barbarum appellare, is igitur putabat legendum hoc loco ἐπὶ τοῦ λάκκου. Nam Lanceam oppidum & Plinius & Ptolemæus commemorant. Ego etsi non habeo quod super hoc liquidò possim affirmare, præsertim cum ita legatur in libris veteribus, tamen Hermolao libenter assentior. Iam verò quod ad vocem ὑδρεύοντας, non esse eam in ἱδρύοντας mutandam quod Xylandro videbatur, euincit simillimus hoc eodem libro locus, vbi de Bætis exundationibus similiter ita scribit, ποτὲ δὲ καὶ καλύπτεσθαι τὸ ὕδωρ, ὥστε ὑδρεύεσθαι τὰς προσπαλούσας αὐτῷ.

μυριαγωγοῖς ἀναπλεῖσθαι) Nauem μυριαγωγὸν appellat quam libro XVII. in simillimo loco μυριοφόρον. βαθὺς δὲ ἐστιν ἀρκεῖ μυριοφόρῳ ναΐ. Thucydides libro VII. ἐπεισαγαγόντες γὰρ ναῦν μυριοφόρον αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι. Eadem ergo ratione nauis μυριαγωγός. Nec est vocis analogia obscura. Sic enim ἱππαγωγὸς nauis etiam Liuio dicitur, & Thucydidi στρατιωτιγωγὸς libro octauo.

καὶ νηοῖον ἀπὸ αὐτῶν) Scribe νησίον.

ἐλυσιοις καὶ πολύπλοι) Scripti libri habebant δυσαλθεῖς: quidam ἀλλαθεῖς. Sic δυσαλθεῖς legas in Epigrammatis. Lego tamen ἀναλθεῖς cui voci sua pulchrè constat analogia Nam vt à ψῦχος & κλέος fiunt ἀψυχεῖς καὶ ἀκλεεῖς, sic ab ἄλθος,

A ab ἄλθος, ἀναλθεῖς. Ἄλσος autem vt sciunt omnes non saltum tantum Deo sacrum significat: sed quemlibet locum κατάφυτον & καταδενδρον.

κεῖται δ' ἡ νῆσος, κατὰ λόγον ἀπολειπεῖν κυμάτων) Quatuor illa verba κατὰ λόγον ἀπολειπεῖν κυμάτων non agnoscit prior interpres. Et sunt sanè corrupta. quin si ea sustuleris plana erit & perspicua sententia, quæ nunc Oedipo aliquo opus habet. Puto autem è margine in textum irrepsisse, hac ratione: Cum enim modò dixerit Strabo

B insulam hanc habere longitudinem XXX. stadiorum πλάτος autem μικρὸν ἀπολεῖπον, suspicor ad ista verba notatum fuisse ab aliquo κατὰ λόγον γὰρ ἀπολείπει. quod verum est. latitudo enim κατὰ λόγον minor est longitudine. Sed hæc iuris sunt arbitrarii. Suspicatus hoc quoque sum aliquando, quia Μόρωνος mox fit mentio quasi iam alibi nominatæ, legendum fortasse hic esse, pro κατὰ λόγον ἀπολειπεῖν, sic, κατὰ Μορῶνα πόλιν. de quo docti iudicent. Insulã autem hanc, Londobridem esse Ptolemæi, infœlix est viri docti coniectura. Nihil enim à vero alienius

C dici potuit. Illa est in alto Oceano, hæc procul à mari in flumine Tago supra eius æstuaria.

PAG. 105. Βροῦτος ὁ Καλλαϊκὸς προσαγορευθεὶς) Scripserat Liuius libro LIIII. de hoc bello. & XLV. de bello aduersus Callaicos, vnde cognomen Callaici reportauit D. Iunius Brutus: quẽ alii scriptores Callaicum vt hic Strabo & Plinius, alii Callæcũ, alii Gallicũ nominant, prout nimirum variè scribitur illius prouinciæ nomẽ. Huius porrò belli est apud Orosium & Eutropium aliósque rerum Romanarum scriptores mentio: sed

D mentio tantum, nusquam narratio: quæ si alicubi extaret minus esset ignota illa vrbs quam vocat Strabo Moronem.

τοῖς δὲ τοῦ ποταμοῦ πλίθροις ἐπεχείρησε τὴν ὁλοσιν) Locus corruptissimus & qui me diu torsit. In libris scriptis ita legitur πυλαόσιν. quæ lectio etsi quouis monstro monstrosior est, mihi tamen ad veram lectionem indagandam præiuit: Legẽdum igitur est, τοῖς δὲ τοῦ ποταμοῦ πλάθροις ἐπιτειχίσαι τινὰς πόλεις. Nolo quorundam more emendationem nostram prædicare: verissimam certè eam

E esse persuasum fere habeo. Nam & mutatio priscæ lectionis parua fit, & Strabo paulò post ἐπιτειχίσαι ita scripsisse. Cum enim subiicit, ὡς τὰ τῆς ἀνὰ τὸν τάγον πόλεων αὐτῷ χρᾶσθαι annon satis manifestò significat hæc verba de quibusdam vrbibus ad Tagum sitis esse accipienda? Iam πλίθροις in πλάθροις minori mutatione restituo quàm ῥείθροις vt Xylander. In reliquis duabus vocibus syllabarum transpositione peccatum est: & sanè ex ἐπιτείχισαι nemo non videt lapsum procliuem fuisse in ἐπεχείρησε. Similiter etiam pro τινὰς πόλεις ea-

F dem transpositione syllabarum, & literarum aliquot mutatione monstrum illud natum est, quo nullum tota Africa monstrosius πυλαόσιν. Ipsum porrò loquendi genus quod restituimus, & elegans est & sententiam continet optimam. Ait namque Strabo, fuisse aliquot vrbes in vtraque fluminis ripa à Bruto munitas, vt esset commeatus inuectio facilis ac tuta. Sic lib. sequenti dicuntur Massilienses κτίσαι τινὰς πόλεις ἐπιτειχίσματα τοῖς Ἴβηρσι. hoc est quibus suos fines defenderent ab incursionibus Hispanorum.

G πολύιχθυς δ' ὁ ποταμὸς) Iustinus de Hispaniæ fluuiis, *In hac* cursus amnium non torrentes, rapidique vt noceant, sed lenes, & vineis campisque irrigui, æstuariisque Oceani affatim piscosi.

καὶ ὀστρίων) MS. ὀστρακίων.

τῶν λεχθέντων ὀρῶν) Illo loco, λέγεται μὲν δὲ τὰ μεταλλεῖας ἔχοντα ὄρη καθήκει δὲ ταῦτα πρὸς τὸν τάγον.

καὶ μέχρι τῆς Σπαρταρίας ἐκ μέσης τῆς ἐκτὸς στηλῶν) Legendum omnino ἐντὸς στηλῶν vt habent libri scripti. Nam hoc significat Strabo, Oretanorum regionem magis ad meridiem accedere quam Carpetanorum & Vettonum: quos tres populos vt vicinos Geographi sæpe coniungunt: adeo autem νοτιωτέραν ait esse Oretanorum regionem, vt etiam aliqua sui parte porrigatur vsque ad mare nostrum,

re nostrum, nostrum inquam: non enim poterat ad fretum ἐκτὸς στηλῶν pertinere, vt cuiuis rem diligenter consideranti statim patebit.

καὶ Οὐακκαίων) Aliis Vaccæi Stephano Βακκαῖοι. Sic in aliis multis Latinis dictionibus Græci partim literam B pro V ponunt partim diphthongum ου, vt Βιργίλιος & Οὐιργίλιος. Ἀλβίων, & Ἀλουίων. Plinij Barduli Ptolemæo sunt, Οὐαρδουλοί.

κατ' Ακουιτανὴν πόλιν) Stephanus, Ἀκουϊτανία πόλις Ἰβηρίας κατὰ Στράβωνα ἐν τῷ τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν Ἀκουϊτανοί, (sic enim legendum non Ἀκυτανοί) ὡς αὐτός· ὅτι καὶ τὸ ι χρὴ πλεονασμὸν ἔχειν. Ex his Stephani verbis meritò suspicetur quis legendum apud Strab. Ακουιτανίαν: alioquin frustra quæres locum quem indicat Stephanus. Mirum verò quod ait, Ακουϊτανοὺς apud nostrum ab ista vrbe dici: cum ille perpetuò sic appellet Aquitanos, gentem quamuis τοῖς Ἴβηρσι παραπλησίαν, tamen in Gallia sitam.

ἔχων διάβασιν) hoc est, *transfossam*. Xylander, *perlabens*, crasso errore: melius vetus interpres.

Κάσταλον καὶ Ωρία) Legendum Κασταλὼν καὶ Ὠρία. Docet id locus Artemidori apud Stephanum: qui postquam docuit Ὠρίαν vrbis esse in Hispania nomen, vnde dicti sint Ὠρητανοί, subiicit locum Artemidori, ἀμφότεροι γὰρ, inquit, κατοικοῦσι τὴν παραλίαν, καὶ πρὸ τῆς μεσογαίας· ἔσχατοι μὲν Ὠρητανοὶ πόλεις δ' ἐν αὐτοῖς εἰσι μεγάλαι Ὠρία καὶ Κασταλών, qui locus huic Strabonis est planè geminus: sed liberandus est mendis quibus est obsessus Stephani codex. Nā primū Ὠρησία malè legitur itē Ορσία adhuc ineptius pro Ὠρία vt rectè habet Strabo, & ita quoque Stephanum scripsisse ex ipso certissimum est. Deinde Κατάλων pro Κασάλων scribi perperam, non dicam suspicari me, sed certo scire ex ipso Stephano, qui alio loco Castalonem magnam vrbem Oretaniæ ex eodem Artemidoro commemorat. Mirum verò, quum toties hanc vrbem Strabo nominet nusquam eius nomen rectè scriptum posse reperiri.

Τὸ δὲ Τάγου τὰ πρὸς ἄρκτον ἡ Λυσιτανία ἐστὶ) Longè alius Lusitaniæ περιορισμὸς apud Romanos scriptores & Ptolemæum: quem non ignorauit Strabo vt ipse mox docet: sed maluit tamen sequi veterum Geographorum diuisiones, quam Romanorum principum, qui pro sua libidine prouinciarum terminos modo hos modo illos constituebant.

ἔνιοι καὶ τούτους Λυσιτανοὺς ὀνομάζουσι) Ptolemæus quidem in descriptione Lusitaniæ Οὐέττωνας commemorat.

ὅμοροι δ' εἰσὶν) Non Lusitani, sed ij quos dixit latus orientale Lusitaniæ efficere, Carpetani, Vettones, Vaccæi & Callaici.

τῶν Ἀστουρίων) fortasse Ἀσούρων vel Ἀστύρων. Infra Ἀσούρους vocat.

μυρίων καὶ τρισχιλίων σταδίων) Assentior Xylandro putantis è notis α, τ fuisse factas ι, γ, hoc est positum esse 13000 pro 1300.

ἡ δ' ἐν χώρα ἀεὶ ἧς λέγομεν) Lusitania, cuius laudes è Polybio habes apud Athenæum initio libri octaui.

Μυλιάδας) Ptolemæo fluuius ἐφεξῆς τῷ Τάγῳ est Μόνδας: etsi autē scio Græcos non eodem modo omnes Barbara ista nomina solitos efferre, persuasum tamen habeo non aliter scripsisse Strabonem quàm Ptolem. Legitur in Strabone quoque Μόνδας. Plinius. *Ab Durio Tagus* CC. M. P. *interueniente vndâ*.

καὶ Οὐακούα) Apud Ptolemæum Mondæ succedit οὐακος.

μετὰ δὲ τούτους Δόριος) Ptolemæus, postquam superiorum fluminum ἐκβολὰς nominauit, μεθ' ἃς, inquit, αἱ τοῦ Δορίου ποταμοῦ ἐκβολαί. Appiano semper Δόριος. Plinius hunc fluuium eodem modo quo Strabo ferè describit. *Durius amnis*, inquit, *ex maximis Hispaniæ, ortus in Pelendonibus & iuxta Numantiam lapsus, dein per Areuacos Vaccæosque, disterminatis ab Asturia Vettonibus, à Lusitania Gallecis, ibi quoque Turdulos à Bracaris arcens*.

εἶτ' ἄλλοι ποταμοί) Auum fluuium commemorat Ptolemæus inter Durian & Nebin, cui succedit fluuius Limius

A mius, qui est Obliuionis fluuius, cōtrario ordine quam apud Strabonem. Auo Celandum adiungit Mela.

ὁ τῆς Λήθης) Non dicit ἡ Λήθη, sed ὁ τῆς Λήθης. Rectè. Nam is fluuius nō Obliuio, sed Obliuionis fluuius appellabatur. Pomponius Mela, *Et cui Obliuionis cognomen est Limia*. Plinius, *Aeminius quem alibi quidam intelligunt & Limæam vocant, Obliuionis antiquitus dictus*. Sic igitur Græcè non Λήθη sed τῆς Λήθης dici debet. Fallitur ergo vir eruditus qui annotat Limæam à Strabone Λήθην appel-

B lari. Fallitur etiam Appianus qui cum reperisset hunc fluuium λήθης appellari secundo casu, rectum inde finxit ὁ Λήθης, quod non debuit. Nam & fluuius inferorum ὁ Λήθης vocatur. In Epigramm.

——οὐδ' εἰ θέμις ἐν φθιμένοισι.
Τῷ Λήθης ἐπ' ἐμοὶ μήτι πίνειν ὕδατος.

In Epitoma Liuij LV. malè *fluuium Obliuionem* vulgò edunt, quum sit legēdum *Obliuionis*. Apud Liuium ipsum non dissimile mendum obseruabimus. Nam vbi vulgò edunt libro XXXIIII. *Misit expeditos* pedites equi-

C tésque qui circa Cylarabin (gymnasium, id est, minus trecentos passus ab vrbe) cum erumpentibus à porta Lacedæmoniis prælium commiserant. Legendum est, *qui circa Cylarabis gymnasium*, (id est &c. Neque enim Cylarabis appellatus est ille locus, sed Cylarabis gymnasium. Pausanias Κυλαράβου γυμνάσιον, in Corinthiacus. Redeo ad Lethæum fluuium: de eo Silius Italicus libro primo,

Quique super Grauios lucentes voluit arenas
Infernæ populis referens oblinia Lethes.

D Strabo libro XIIII. varios Obliuionis fluuios referēs, Ληθαίους vocat.

ὃν τινὲς Λιμαίαν) Sic Plin. Mela vocat Limiam. Ptolemæus Limium.

οἱ δὲ Βελιῶνα) Non displiceret eruditissimi viri coniectura super his verbis, putantis esse allusum ad vocem Latinam Obliuionis, cum legerem Οβλιουίωνα non ὦνα. Sed obstant veteres libri in quibus omnibus constanter ita legitur. Nihil igitur mutandum.

καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Βαῖνις) Lego μετ' αὐτόν. Nam ordinem

E fluuiorum indicat; quanquam Ptolemæus, vt iam dixi aliter collocat. Existimo enim quem hîc vocat Βαῖνιν non alium esse ab eo qui Ptolemæo Νῆβις.

οἱ δὲ Μίνιον φασὶ) etiam Ptolemæo fluuius qui Lethęo succedit Minius appellatur: sed is alius est à Bæni: siquidem Bænis & Nebis idem est fluuius. Suspicari aliquis possit, legendum esse hoc loco Νίμιον vel Νίμις. Nam Appianus eum fluuium qui Lethæo succedit ita nominat περάσας δὲ καὶ τοῦτον (λήθην) καὶ μέχρι Νίμιος ἑτέρου ποταμοῦ παρελθών. Veruntamen in tanta scriptorum incon-

F stantia nihil affirmare possumus.

πολὺ μέγιστος) Plinius testatur Minium amnem IIII. M. P. ore spatiosum esse.

ἐπὶ ὀκτακοσίοις σταδίοις) Lege ὀκτακισίοις σταδίοις.

¶ PAG. 106. καὶ χηλαὶ δύο ὁμοίως ἔχουσαι) Χηλαὶ vocant Græci quas Latini pilas: hæ erant moles in mare procurrētes, & portum à ventis defendentes, hoc sensu in Glossario Pila explicatur παραστάς: nam quod in foribus παραστάδες id in portu istæ χηλαὶ & pilæ. Moles etiam vocant Latini scriptores: Græci generali interdum voce

G χώματα. Pollux χηλαὶ enumerat inter loca ad quæ nauis commodè potest appellere. Recentiores Græci, μώλους Latina voce appellant.

Τῆς δὲ μέχρι Βρέτου στρατείας ὅρος ἐστὶ) Idem docet Appianus. Nam is postquam exposuit res à Bruto gestas trās Minium, adiicit inde eum esse Romam profectum. Epitome Liuij LV. *D. Iunius Lusitaniam vrbium expugnationibus vsque ad Oceanum perdomuit: & quum fluuium Obliuionis transire nollent raptum signifero signum ipse transtulit, & sic vt transgrederetur persuasit.*

ἄλλοι πλείους ποταμοί) Via & Tamara Ptolemæo.

ὕστατοι δ' οἰκοῦσιν Αρταβροι) Mira confusio apud Plinium in expositione huius tractus. Primum Nerion promontorium malè confundit cum Olisipponensi. Nam

Nam aut fallor vehementer, aut hęc duo fuere occiduis literis diuersa promontoria: prius Olisipponense, vbi Olisippo vrbs, deinde Nerium: quod Strabo & Ptolemæus aiunt accoli ab Artabris. ideo promontoriū Artabrū à veteribus nonnullis dictum: quos dū reprehendit Plinius, ipse, opinor, se non intelligit. Celticum autem idem esse cum Nerio inde intelligimus quod Strabo mox testatur Celticos τῆ ἄκρᾳ ϖεριοικεῖν.

τοῦ Λιμαι ποταμοῦ) Lege Λιμαίας vt supra Λιμαίας. & Plinio Limæas. In scriptis libris est Λιμίου sicque vetus vertit.

Αρταβρῶν λιμένας ϖεριοικοῦσι) Scripti libri λιμένα. Ptolemęo etiam Αρτάβρων λιμήν.

οἱ δὲ νῦν τοὺς Αρτάβρους Αροτρέβας καλοῦσι) Dubium est docendine an reprehendēdi animo hęc scribat. Plin. quidem acriter reprehendit. Cum enim dixisset Arrotrebas promontorium Celticum accolere, postea eos reprehēdit, qui Artabros ibi collocarent. Vide locum. Mela Αρτάβρων λιμένα Ptolemæi: & Strabonis Arotrebrarum portum nuncupat. Qui autem conciliare nituntur Plinium Melæ frustra sunt.

ϖερὶ τριάκοντα) Scripta lectio, ϖερὶ ν̄, hoc est πεντήκοντα. Lusitaniam testatur Plinius totam esse populorum XLV.

ϖρός τε ἀλλήλοις καὶ συνεχεῖ πολέμῳ) Eleganter scripti libri καὶ πολέμῳ συνεχεῖ ϖρός τε ἀλλήλους, καὶ ϖρὸς τοὺς ὁμόρους. Tali autem ingenio esse hodiéque Hispanos, nimis verum est. Iustinus penè ad verbum, *Corpora hominum ad inediam, laboremque: animi ad mortem parati. Bellum quàm otium malunt: si extraneus deest, domi hostem quærunt.* Silius Italicus,

Prodiga gens animæ, & properare facillima mortem.
Namque ubi transcendit florentes viribus annos,
Impatiens æui spernit nouisse senectam.

καὶ κώμας ποιήσαντες τὰς πόλεις αὐτῶν) Κῶμαι sunt quæ mœnibus carent: πόλεις quæm œnibus cinguntur. Consilium autem Romanorum, quo hîc vsi dicuntur ad pacandam Hispaniam, à M. Portio Catone autore est profectum: qui teste Plinio effecit vt omnium vrbium quæ intra Bætin essent, muri vna die deiicerentur, vide Appianum & Plutar. Frontinus, *M. Portius Cato deuictas à se Hispaniæ ciuitates, existimabat in tempore rebellaturas fiducia murorum: scripsit itaque singulis vt diruerent munimenta, minatus bellum.* Ergo quod Cato in parte Hispaniæ à se subacta fecerat, id postea qui Lusitaniā deuicere sunt imitati. Is autem fuisse videtur Cæsar, qui Lusitanos & Callaicos primus teste Plutarcho sub iugum Romanorum misit: Augusto id tribuit Strabo non vno loco.

πλὴν ὀλίγων) Libri veteres, σπάνει ὄντων τῶν ἐμφύτων ἀγαθῶν, οἰκειότητα λιτῶν.

εὐζώνους κούφοις διεξελίκτοις) Diodorus libro quinto, de Lusitanis, κούφοις γὰρ χρώμενοι καθοπλισμοῖς, καὶ παντελῶς ὄντες ἐλαφροὶ καὶ ὀξεῖς δυσχείρωτοι τοῖς ἄλλοις εἰσί.

διεξελίκτοις) hoc est qui facilè aciem explicent: nam id Græci dicunt ἐξελίσσειν τὴν τάξιν. Dio, οὐ γὰρ τάξιν ὅπως ἀπιστήσωσιν αὐτοῖς ᾔδεσαν ἐξελίξαντες. Xenophon quoque παιδ. lib. VIII. ait ducis boni esse, ὅπως δεῖ ἀναφαίνοντα τῶν πολεμίων, ὀρθῶς ἐξελίξαι.

οἱ δ' ἄλλοι νευρίνοις κράνεσι) Diodorus autor est, Lusitanos φορεῖν ἐν τοῖς πολέμοις πέλτας μικρὰς παντελῶς, διαπεπλεγμένας νεύροις καὶ δυναμένας σκέπειν τὸ σῶμα ϖεριττότερον διὰ τὴν στερεότητα. Idem Celtiberis κράνη tribuit χαλκᾶ.

οἱ πεζοὶ δὲ καὶ κνημῖδας ἔχουσι) Diodorus de Celtiberis, καὶ ϖερὶ τὰς κνήμας περιειλοῦσι τρίχινας κνημῖδας.

ἀσπίδιον δ' αὐτοῖς δίπουν) Polybius libro III. testatur scuta similia fuisse Gallis & Hispanis. De Gallicis lib. sequenti. θυρεοὺς vocat Polybius. Idem Diodorus libro quinto.

ξιφίδιον ϖρὸς τούτοις ἢ κοπίς) Idem Polybius gladios Hispanorum & Gallorum diuersos ait esse. Horum vsum esse tantum ϖρὸς καταφοράς ad cædendum: illorum ϖρὸς κέντημα καὶ καταφοράς ad punctim cæsimque pugnandum: describitur à Diodoro pluribus, lib. V.

A λινοθώρακες καὶ οἱ πλείους) Polybius, Καὶ τὸ μὲν Κελτῶν ... ὡν, τὸ δ' Ἰβήρων λινοῖς ϖεριπορφύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων, ξενίζουσαν ἅμα καὶ καταπληκτικὴν συνέβαινε γίνεσθαι τὴν ϖρόσοψιν.

σπάνιοι δὲ ἁλυσιδωτοῖς χρῶνται) Ait σπάνιοι, quia Gallorū proprium inuentum non Hispanorum lorica. Varro, *Lorica à loreis, quod de corio crudo pectoralia faciebant: postea succuderunt Galli è ferro sub id vocabulum ex annulis ferream tunicam.* Vsos tamen lorica fuisse Celtiberos testatur

B & Diodorus.

ἀκόντια δ' ἕκαστος πλείω) Gæsa intelligit. Glossarium. Ακόντιον εἶδος Gesa. Sunt autem gesa Hispanis propria. Nam qui Gallorum inuentum esse volunt, quia dixit Virgilius,

——*Duo quisque Alpina coruscant* *Gesa manu.*

falluntur nisi me Athenæus fallit: qui libro VI. autor est gęsorum vsum didicisse Romanos ab Hispanis. Scio tamen gæsa Gallis tribui à pletisque scriptoribus.

Λακωνικῶς διάγειν φασί) Lacones in Hispania olim fuis-

C se, & testatur infra Strabo disertè, & ex aliquot oppidorum nominibus quæ commemorant Plinius & Ptolemæus facilè est intelligere.

ἀλειφόμενοι χρώμενοι δὶς καὶ πυρίαις) Explicat quid sit λακωνικῶς διάγειν: oleo nimirum vnguere se, & vti πυρίαις Dio libro LIII. de Agrippa, τὸ πυριατήριον τὸ Λακωνικὸν κατεσκεύασε. Λακωνικὸν γὰρ τὸ γυμνάσιον ἐπειδήπερ οἱ Λακεδαιμόνιοι γυμνάζεσθαί τε ἐν τῷ τότε χρόνῳ καὶ λίπα ἀσκεῖν μάλιστα ἐδόκουν ἐπεκάλεσε. Straboni alio interprete non fuit opus. Porrò quid sit πυρία, hoc est Caldarium siue Te-

D pidarium Laconicū præter alios vide apud Vitruuium lib. V. cap. X.

καθαρείως καὶ λιτῶς) Sic de se Ausonius semihispanus, *victum, vestitum, suppellectilem, munda, non splendida.* Diodorus Siculus de Celtiberis testatur, esse eos ὀπιμελεῖς καὶ καθαρίους τὰς διαίτας.

καὶ μονοτροφοῦντας) Phylarchus apud Athenęum testatur τοὺς Ἴβηρας πάντας ὕδωρ πίνειν, καίτοι πλουσιωτάτους ἀνθρώπων ὄντας· μονοσιτεῖν τε αὐτούς λέγει διὰ μικρολογίαν, ἐσθῆτας δὲ φορεῖν πολυτελεστάτας.

E ὑδροπόται) Ptolemæus Tetrabili libro secundo docet Tyrrheniæ, Galliæ & Hispaniæ gentes esse φιλοκαθαρίους & munditiei studiosas: & causam scilicet affert, διὰ τὸ συνοικειοῦσθαι τῷ τοῦ Τοξότου καὶ τοῦ Διός. De Italis & Gallis certissimum est: & disertè nostris Gallis hanc laudem tribuit Geographus libro sequenti. Athenæus libro IIII. de conuiuiis Gallorum, ϖροσφέρονται δὲ ταῦτα καθαρίως.

¶ PAG. 107. πάντα δ' ὑπὲρ ἑκατὸν) Πάντα, hoc est ἑκάστου γένους. Sic apud Athen. lib. IIII. ἑκατὸν πάντα σφάττειν. Sic

F ille, θύεται μὲν δ' ἐν τῇ τριακάδι καὶ τιμῆς τῆς ἑορτῆς, τὸν Παφλαγόνα φησὶ βασιλέα θύειν, ἑκατὸν πάντα σφάττειν, ἀρξάμενον ἀπὸ βοῶν ἀρξάμενον.

χρῶνται δὲ καὶ ζύθει) Ζῦθος est πόμα ἐκ κριθῶν κατασκευαζόμενον: prærer Grammaticos, Diodorus libro quarto. εὑρεῖν δ' αὐτὸν καὶ τὸ ἐκ κριθῆς κατασκευαζόμενον πόμα, τὸ ϖροσαγορευόμενον μὲν ὑπ' ἐνίων ζῦθον, οὐ πολὺ δὲ λειπόμενον τῆς ϖερὶ οἶνον εὐωδίας. Idem alio quoque loco Zythi commendat εὐωδίαν. Non ita Iulianus in Epigrammate εἰς οἶνον ἀπὸ κριθῆς.

G Κεῖνος νέκταρ ὄδωδε, σὺ δὲ τράγου· ἦ ῥά σε Κελτοί,
Τῇ πενίῃ βοτρύων, τεῦξαν ἀπ' ἀσταχύων.

ἀντ' ἐλαίου δὲ βουτύρῳ χρῶνται) Butyri vsus Græcis Latinisque ferè incognitus. Ideo Plinius libro XXVIII. *E lacte, ait, fit & butyrum, barbararum gentium laudatissimus cibus, & qui diuites à plebe discernat. Plurimum è bubulo, & inde nomen: pinguissimum ex ouibus.* Plura Dioscorides libro II.

ϖροκαθίζουσι δὲ καθ' ἡλικίαν καὶ τιμήν) Locus igitur apud Lusitanos in accubitu honorificentissimus, erat primus & summus. Apud Gallos medius. Athenæus libro quarto ὅταν δὲ πλείονες συνδειπνῶσι, καθίζουσι μὲν ἐν κύκλῳ· μέσος δὲ ὁ κράτιστος ὡς ἂν κορυφαῖος χοροῦ, διαφέρων τῶν ἄλλων.

ϖεριφαντεῖν λαμβανόμενοι τῶν χειρῶν) Libri scripti, ἀντιπεσόντι

συντι λαμβανόμεναι τῶν χειρῶν.

μελανείμονες ἅπαντες, τὸ πλέον ἐν σάγοις) Diodorus de Celtiberis, φοροῦσι δ' οὗτοι σάγους μέλανας τραχεῖς.

κηρίνοις δὲ ἀγγείοις χρῶνται καθάπερ καὶ οἱ Κελτοί) De Gallis id significare videtur Diodorus Siculus libro quinto sic scribens. καὶ τὰ κοινὰ πλύνοντες τοῦ τούτων ἀποπλύματι χρῶνται. Athenæus tamen, qui lib. iiii. Celtarum vasa explicat qualia fuerint, horum non meminit.

αὐτὶ δὲ νομίσματος) Diodorus libro quinto capital fuisse ait incolis alterius Gymnesiarũ, inuehere in insulam pecuniam.

οἱ δὲ λίαν ἐν βάθει φορτίων ἀμοιβῇ χρῶνται) Prior interpres legisse videtur λίαν ἐν βάθει. Verum sine autoritate librorum nihil necesse mutare. οἱ ἐν βάθει sunt, qui mediterranea incolunt. Nam apud Strabonem sexcentis locis hoc loquendi genus reperies, libro v. τῇ δ' Ἀλβα διὰ τὸ ἐν βάθει τῆς χώρας ἱδρῦσθαι. exempla passim occurrunt.

ἢ τοῦ ἀργύρου ἐλάσματος ἀποτέμνοντες διδόασι) Idem fere Cæsar de Britannis.

καταπετρῶν) Καταπετροῦν est aliud nihil, puto, quàm κατὰ πέτρας βάλλειν. præcipitem dare de saxo. Κατὰ πέτρας in hoc loquendi genere fere semper græci dicunt, non ἀπὸ πέτρας vt Homerus Od. ξ. κατὰ πέτρης βαλέειν & Theognis Ῥίψον καὶ πέτρης ἠλιβάτου. Ergo idem καταπετροῦν. Simili ratione dixere & κατακρημνίζειν: Nam & κατὰ κρημνῶν βάλλειν dicunt. In Euangelio Matth. ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν. At πετροῦν Scholiastæ explicant λιθάζειν, lapidibus obruere. vnde etiã καταπετροῦν dici potest, vt καταλιθοῦν & καταλιθάζειν.

ἔξω τῶν ὁρῶν ἢ τῶν ποταμῶν) Lego ἔξω τῶν ὅρων ἢ τῶν πόλεων.

τοὺς δ' ἀρρώστους) Quos Latini depositos. Res pueris nota. De Assyriis id narrat Herodotus, & Strabo lib. xvi.

διφθερίνοις τε πλοίοις ἐχρῶντο) Coriaceorum nauigiorum in veteri historia non infreqoens mentio Plinio, Solino, Dioni, aliis. Antiphilus in Epigrammatis.

> Τλητόμοι πεῖσμα δὲ νεῶν χαῖρε τὸν ἐπὶ πόντου
>   Κύματος ἀλλ' ὁ δηρετὸς ὀστράκων.
> Γόμφος δ' οὐκ ἔτι χαλκὸς ἐν ὀλκάσιν, οὐδὲ σίδηρος
>   Ἀλλὰ λινορραφέων ἀφθονίη δέδεται.

ἅλες πορφυροῖ τριφθέντες δὲ λευκοί) Salem rubrum & Memphi fuisse repertum, testis Plinius xxxi. vii.

ἔστι δὲ τῶν ὀρείων) Scripti βορείων. Nihil muto. Sic enim supra. Οἱ δ' ὄρειοι τὰ δύο μέρη.

ὀκνῶ δὲ τοῖς ὀνόμασι πλεονάζειν) Hoc sæpe queritur Plinius, vt libro iii de Hispania, *Ex his digna memoratu, aut Latiali sermone dictu facilia.*

Πλευταύρους) Veteres legunt, πλευτούρους.

Ἀλλότριγας) Fortasse Αὐτρίγονας. Ptolemæo & Plinio Autrigones.

κατέλυσεν ὁ Σέβαστος Καῖσαρ) Vide Epitomen Liuii lib. cxxv. & Florum libro quarto, capite vltimo. Suetonius de Augusto, *Externa bella duo omnino per se gessit: Dalmaticum adolescens adhuc: & Antonio deuicto Cantabricum.* Velleius etiam λῃστεία ab Augusto fuisse sublata indicat: scribit enim de Hispanis. *Has igitur prouincias tam diffusas, tam frequentes, tam feras, ad eam pacem abhinc annos ferme L. perduxit Cæsar Augustus: vt quæ maximis bellis nunquam vacauerant, ea sub C. Antistio, ac deinde P. Silio legato, cæterisque postea etiam latrociniis vacarent.*

οἵ τε Κωνιάκοι) Hi fortasse sunt qui Κονίσκοι paullò post appellantur.

πλεῦν τοίνυν) Hic ergo vnicus Augusto inuictus totis Hispaniis populus remansit: quod mihi quidem non fit verisimile. Nam disertis verbis paulò post dicuntur ἅπαντες ὑποχειρίους λαβεῖν Romani: nec vestigium huius rei in historia reperio. sed nec τοίνυν nomen. Πλεῦθος quidem quosdam vocat Appianus. Idem Λευσίνων quorumdam meminit qui Iberum accolunt. sed ea nihil opinor ad hunc locum. Quare videndum annon potius ita locus sit legendus. καὶ οἱ περὶ τὰς πηγὰς τοῦ Ἴβηρος οἰκοῦντες πλευταύροι. vt hoc sit vrbis nomen non gentis. Sed præstat

A præstat ὑπάρχειν. Vulgata lectio ne Ἑλληνίζει quidem.

τὸ μὲν πλάτος ἀνώμαλον) Lege vt est in libris antiquis. τὸ μὲν πλάτος ἀνώμαλον, τὸ δὲ μῆκος μικρῷ πλειόνων.

ἐπὶ πλεῖον καὶ βραχύ τι σταδίους) Fœliciter vir eruditus locum emendauit. Nam scripti libri ita habent: ἐπὶ πλεῖον ἢ δισχιλίους σταδίους εἴρηται. Sed aliter locum interpretor quam ille: longè enim fallitur cum hæc refert ad sequentia, quæ ad præcedentia pertinẽt. Dixit enim supra Geographus, Hispaniæ longitudinem esse stadio-

B rum vi ciↄ. modo autem dicit restare describendam Hispaniæ partem stadiorum iiii ciↄ. Nam inquit, Bæticæ longitudo est stadiorum ciↄ ciↄ quod etiam supra docuit. Scribit enim de Bætica, Μεγέθος δ' ὁ πλεῖον ἐστὶ τῆς χώρας ταύτης ἐπὶ μῆκος καὶ πλάτος ὁ δισχιλίων σταδίων. Iã bis mille & quater si coniungas habebis vi ciↄ quæ est summa τοῦ μήκους, superius posita, ad quam non dubium respicere hîc Strabonem.

¶ PAG. 108. δισχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους) Lege vt habent scripti, δισχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους. Polybius ait

C ciↄ ciↄ ciↄ.

ἄλλους τοσούτους) Polybio sunt stadia ciↄ ciↄ DC.

μέχρι Πυρήνης καὶ τῶν Πομπηΐου ἀναθημάτων) Plinius, *Pompeius Magnus trophæis suis, quæ statuebat in Pyrenæo DCCCXLVI. oppida ab Alpibus ad fines Hispaniæ vlterioris in ditionem à se redacta testatus est.* Horum non semel mentio est in hoc opere.

χίλιοι καὶ ἑξακόσιοι) Polybio quoque ab ostiis Iberi ad Emporias stadia sunt ciↄ DC.

καλοῦσι δὲ Λιλητανῶν) Scripti semper fere vocãt Ἐλητανούς.

D τοὺς ἀρχαίους ὀνομαζομένους Ἰνδικήτας) Latinis Indigetes, Ptolem. Ἐνδιγέται. Ita tamen scripsisse Strabonem, testis fit Stephanus qui Ἰνδικὴν vrbem in hac Hispaniæ parte commemorat, vnde dicti sunt, ait, Ἰνδικῆται.

μέχρις Ὀρτόσπεδα) Ilipulam itémque Ortospedam & Idubedam videtur vnum montem ὑποτιθέναι facere.

ἐχούσης Μάλακα) Stephano Μαλάκη. In scriptis perpetuo errore Μαλα.

ἴσον δισχιλίους τῆς Κάλπης) hoc est stadia secundum quosdam D. secundum alios DCC. sunt & qui DCCC.

E scribant.

ἐμπόριον δ' ἔστιν ἐν τοῖς ἐν τῇ περαίᾳ νομάσι) Locus corruptus vt etiam pueri videre possunt. Legendum aliquando potaui ἐμπόριον δ' ἐστὶ τοῖς τ' ἐν τῇ περαίᾳ καὶ τοῖς ἐν τῇ μεσογαίᾳ. vel καὶ τοῖς μεσογαίοις. Mouebar simili loco infra de Carthagine noua. Nunc sustineo me.

τῆς Μαινάκης) Stephanus Μαίνακ cuiusdam meminit quam & Μαινάκην vocari ait: sed Κελτικὴν esse vrbem scribit.

οὐκ ἔστι δὲ) Nec confundit has vrbes Ptolemæus eas ita

F recensens, Μάλακα, Μαίνοβα, Σίξ. Nam Μαίνοβα Ptolemæi dubio procul est Μαινάκη Strabonis, siue Strabo ita scripsit, siue quod verius puto corrupta veteri τοῦ κ pro β scriptura a. Cuius rei passim obuia sunt exempla. Plinius quoque *Malacha cum fluuio fœderatorum: Dein Menoba cum fluuio Sexi.*

ὑστάτην τῶν φωκαϊκῶν πόλεων) Phocaenses enim in Hispaniam ad Arganthonium venisse testis locupletissimus Herodotus.

καὶ πλησίον μᾶλλον φοινικικὴ τῷ σχήματι) Lego, καὶ πλησίον

G μᾶλλον, φοινικικῇ τῷ σχήματι. Nam et quod de Mænaca dixerat, esse eam ἀπωτέρω, opponit πλησίον, & quod dixerat apparere in Mænacæ ruderibus vestigia vrbis Græcanicæ, opponit hanc esse φοινικικήν. Caue igitur ne in vnum duo hæc membra confundas: quod fecere interpretes.

ἡ τῶν Ἐξιτανῶν πόλις) Quam Mela Hexi, Ptolemæus Σὲξ vocat, Plinius Sexi. quod non mirabitur qui eorum quæ de Salmydesso aliisque id genus libro primo docuimus.

ἀφ' ἧς καὶ τὰ ταρίχη ἐπωνύμως λέγεται) Plinio Sexitana salsamenta dicuntur. Meminit Athenæus libro iii. hunc locum proferens non Strabonis, vt falsè quidam putant.

Μετὰ ταύτην Ἄβδηρα) Alii Ἄβδηρα, Abdera vide Stephanum. A

ἐν Καλλαϊκοῖς δὲ τῶν μετὰ Τεύκρου στρατευσάντων) Iustinus, *Gallaeci autem Graecam sibi originem asserunt: Siquidem post finem Troiani belli Teucrum morte Aiacis fratris inuisum patri Telamoni, cum non reciperetur in regnum Cyprum concessisse, atque ibi urbem nomine antiquae patriae Salaminam condidisse. Inde accepta opinione paternae mortis, patriam repetisse. Sed cum ab Eurysace Aiacis filio accessu prohiberetur, Hispaniae litoribus appulsum loca ubi nunc est Carthago noua occupasse: Inde Gallaeciam transisse, & positis sedibus genti nomen dedisse.* Silius Italicus libro III. B

Dat Carthago viros Teucro fundata vetusto.

τινὰς δὲ Ἀμφιλόχου) Iustinus *Gallaeciae autem portio, Amphilochi dicuntur.*

περὶ τοὺς ἑσπερίους Αἰθίοπας) Praua lectio decepit hactenus interpretes Non enim Æthiopes Lotophagi fuere dicti: sed qui occiduis Æthiopibus erant vicini. Notissima est Æthiopum diuisio Homerica, Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν.. de qua dictum libro primo satis. Ergo legendum περὶ τοῖς ἑσπερίοις Αἰθίοψι Id etsi luce clarius est, potest tamen à me confirmari. Eustathius enim non aliter legit. ... inquit, ... C

Οἱ δὲ θαυμάζοι) Iterum digreditur ad Homeri defensionem.

...) Scripti, οἱ δ' ... Tangit Aristarchum alibique omnes qui dicta ab Homero omnia vt fabulosa interpretabantur. D

¶ ...) Sic libro secundo.

...) Vsurpat verba Polybij de Pythea.

μεγάλους δ' ἐκ ...) Manifestissimum est legendum esse, vt habent scripti, ... Inde dicti ... Pertinet huc quod Iustinus ait, Hispanos ante Viriatum nullum habuisse magnum ducem: quem ipsum inquit, non vt iudicio populi electum, sed vt cauendi scientem declinandorumque periculorum peritum, secuti sunt. huic apparet ... Hispanorum. E

διὰ τὸ μεγάλας) Nemo non videt qui aliquid videre potest, deesse hic negationem. Lege cum veteri interprete, διὰ τὸ μὴ μεγάλας.

ἐκ περιουσίας) Vetus interpres sic expressit, *per maiorem potentiam incurrentibus*, Xylander omisit: sed non est dubium ἐκ περιουσίας significare hoc loco quod illo Gregorii. ... hoc est facile & sine labore. Sic iterum hoc ipso libro extremo, ... ἐκ περιουσίας ... F

...) Lege cum libris scriptis, ... Bene autem colligit Strabo. Nam si temporum rationem ineas, reperies à belli Punici secundi initio, quo tempore primum de Hispaniis cogitarunt Romani, ad ea tempora quibus Hispanias subegit Cæsar Augustus, annos esse plus minus ducentos. Florus libro secundo capite XVII. *Hispania nunquam animus fuit aduersus nos vniuersa consurgere, nunquam conferre vires suas libuit, neque aut imperare, aut libertatem suam tueri publicè.* Post, *In hac prope ducentos per annos dimicatum est, a primis Scipionibus in primum Cæsarem Augustum, non continue, nec coherenter sed prout loca fecerat.* Velleius Paterculus de Hispania, *Per annos CC. in hac multo mutuoque ita certatum est sanguine, vt amissis P. R. imperatoribus, exercitibusque, sæpe contumelia, nonnunquam etiam periculum Romano incuteretur imperio.* G

...) Duplici nomine græci hanc vrbem appellant, Καινὴν πόλιν & Καρχηδόνα νέαν. Polybius lib. III. ... Καρχηδόνα ... Notat hoc & Stephanus.

...) Polybius libro secundo, de Asdrobale ... Καρχηδόνα ... μεγάλα δὲ ... Καρχηδονίους

Καρχηδονίους. Appianus contra omnium fidem refert, Annibalem deletis Saguntinis omnibus Saguntum rursus ... & ciuibus frequentasse: eàque vrbs (inquit) nunc videtur appellari Carthago Spartaria.

...) Lege. ... ἤπειρον.

τοῖς ἔξω ...) An vocat τοὺς ἔξω regiones exteras? An Hispaniam intelligit vlteriorem? Nam vtroque modo posse accipi constat.

...) Ait ...: nam reuera à Carthagine propius abest Sucro.

καὶ πολισμάτιον) Hanc vrbem prætermittit Ptolemæus: causam Plinius istis verbis indicat, *Sucro* fluuius & quondam oppidum.

... Καρχηδόνα) Scripti, ... Καρχηδόνι.

... Διάνιον) Dianium ait Plinius à Carthagine noua per continentem abesse stadiis septingentis. Eo vsum esse Sertorium tanquam arce belli vt nostes ait, etsi apud Plutarchum non legitur, ex Cicerone tamen intelligimus, cuius hæc sunt, è libro quinto contra Verrem: *Quicunque accesserant ad Siciliam paulo pleniores, eos Sertorianos milites esse, atque à Dianio ... dicebat.* meminit Dianij Cicero & libro in Verrem primo.

...) Scribe ... Nam ita etiam noster codex. In hoc tractu, hoc est in Sucronensi sinu Ferrariam promontorium commemorat Mela.

καὶ νησίδια Πλανησίας) Hanc insulam nemo veterum quod sciam isto loco agnoscit: dico isto loco: Nam Planasiam quidem habet & Ptol. Sed alio in mari: Omnino autem Planasias tres commemorat diuersis locis Strabo. Prima est ista, quam vt dixi nemo veterum agnoscit: altera est prope Leronem & Stoechadas ante litus Massiliensium cuius mentionem facit lib. sequenti: quæ & ipsa aliis Geographis neglecta est, neminique veterum quod meminerim nominata. Tertia est cuius lib. II. meminit prope Æthaliam siue Iluam: quam Ptolemæus quoque & Plin. aliique agnuscunt, & Planasiam appellant. Quod ad eam attinet qua de nunc est sermo Straboni, potuit ea latere inter alias XX. ferme paruas insulas, quas isto loco mari vadoso fuisse Plinius autor est.

καὶ Πλουμβαρία) Plumbariam reperio apud Ptol. quoque: sed in Sardoo mari.

...) Ptolemæus Scombrariam promontorium nominat.

...) Athen. lib. III ... V. de Plinium libro XXXI. cap. VIII.

...) Cum notat autor Epitomes ... hoc sibi vult, notatu esse dignum neutro potius genere dixisse Strabonem τὸ γάρον quam ὁ γάρος Nam ita quoque dicitur. Athenæus libro secundo, ... Καὶ ... γάρον.

...) Polybius Ζάκανθαν vocat: & ait sitam in prominenti ad mare ..., in confinio Iberiæ & Celtiberiæ, septem stadia procul à mari. Liuius libro XXI de Sagunto: *Ciuitas ea longè opulentissima vltra Iberum fuit, passus mille ferme à mari, oriundi à Zacyntho insula dicuntur: mistique etiam ab Ardea Rutulorum quidam genere.* Historiam pete è Polybio, Appiano, & Epitomis. Stephanus & Ζάκανθαν & Σάγουντον nominat.

καὶ Ὀλέαστρον) Veteres, Ὀλέαστρον, cum Plinio, non vno loco.

Δέρκετον ...) Rectè Xylander Δέρτωσα. Veteres tamen libri hunc errorem hic retinent constanter omnes.

...) Plinius, *Iberus amnis nauigabili commercio diues, ortus in Cantabris.*

Ταρακών) Ptolemæo Ταῤῥάκων. Stephano Ταῤῥάκων.

...) Lege ... Ἀγκυροβόλιον frequens in Strabone vox, quæ locum significat in quo iactis anchoris stare saltem nauis possit. ... nomine à Græcis huiusmodi loci appellantur, vt apud Thucydidem & Polybium libro primo de

quodam

A quodam oppido, ἀλίμενον μὲν, inquit, πόλεις δ' ἔχον καὶ σχοινιὰς ἐκ τῆς γῆς ἀφθονίας. Arrianus vtrumque coniunxit, ἀγχοροβολοῦσι δ' ἐν αὐλαῖς ἔχοντα τοῖς ὅρμοις, κατὰ χωροις ἐπιτηδείοις. Apud Plutarchum ex Heraclito, ἀγκυροβολεῖν scriptum est.

τῶν τε Λεητανῶν) Laetanos hic collocat & Ptolemaeus, Lartoleetae mihi planè sunt incogniti.

μέχρι ἐμπορίου) Emporias Ptolemaeus vocat & Plinius ac Liuius vt libro trigesimoquarto, *Rhoda secundo vento*
B *Emporias ventum*. Idem tamen appellat & Emporia, vt libro XXIX. *Emporia vt peterent gubernatoribus edixit*: nisi hic quoque Emporias legendum: aut potius vbique Emporia restituendum. Scribit Stephanus, Ἐμπόριον πόλις Κελτικὴ, κτίσμα Μασσαλιωτῶν. Sic Appianus, κατέπλευσεν ἐς Ἰβηρίας εἰς τὸ καλούμενον ἐμπόριον. Sed quod Stephanus vocat Κελτικὴν πόλιν ratione caret: Nam nec ἐν τῇ κελτικῇ erat, nec à Celtis condita. Massilienses enim ἐν τῇ κελτικῇ quidem erant, Celtae tamen non erant.

ἡ Ῥοδόπη πολίχνιον) Constanter appellatur haec vrbs
C Rhoda ab aliis Geographis & historicis: quare hic quoque lego, Ῥόδη πολίχνιον. Stephanus, Ῥόδη, πόλις Ἰβηρίας. Ipse Strabo libro XIIII. τὴν Ῥόδην dixit de hac vrbe cum loqueretur: vt suspicari aliquis possit scripsisse hic quoque Ῥόδην, nisi ibi potius ῥόδην. In Ptolemaei Graecis libris error idem ferè qui apud Strabonem. Legitur enim Ῥοδίπολις, cum sit legendum, Ῥόδη πόλις, vt habet vetus interpretatio Latina quam habeo.

πολίχνιον Ἐμποριτῶν) Malo Ἐμποριτῶν vt alibi in Strabone & Stephano.

δίπολις δ' ἐστὶ τείχει διωρισμένη) Liuij verba Straboni
D instar erunt commentarij. *Iam tunc* Emporiae duo oppida erant muro diuisa. vnum Graeci habebant à Phocaea, vnde & Massilienses oriundi, alterum Hispani. Sed Graecum oppidum in mare expositum, totum orbem muri, minus quadringentos passus patentem habebat: Hispanis retractior à mari trium millium passuum in circuitu murus erat.

τῷ χρόνῳ δ' εἰς ταυτὸν πολίτευμα συνῆλθον) Liuius *Nunc in* corpus vnum confusi omnes: Hispanis prius, postre-
E mo & Graecis in ciuitatem Romanam ascitis.

Ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς πλησίον) Ptolemaeus Emporias inter duo flumina collocat, Sambrocam, & Clodianũ: adeo vt sit obscurum, verum potius intelligas. Plinij autem verba difficultatem etiam augent. *Flumẽ Alba, Emporiae, geminum hoc, veterum incolarum, & Graecorum: qui Phocaeẽsium fuere soboles: Flumen Tichis.* Sed Mela omnem difficultatem tollit, qui Clodianum ad Emporias fluere scribit.

τὸ δὲ σπαρτοφόρον τὸ ἀχρηστοτέρας καὶ ἑλείας σχοίνου) τὸ σπάρτον & τὸ σχοῖνον confundit & est loquendi genus elegans, σπαρτοφόρον σχοίνου, qua forma dicunt οἰνοχοεῖν ὕδωρ & id genus
F alia. Sed est quod praeterea in hunc locum obseruemus. Nam obsecro, satin sanus Strabo qui spartum Hispaniae appellet iuncum inutilem & palustrem? illud prius nemo dicet, qui non antè rem totam nauticam vt inutilem damnare in animum induxerit: hoc Plinius non concedet qui testatur spartum esse propriè iuncum aridi soli. Quare dubium non est quin verissima sit lectio scriptorum codicum, vbi legitur τὸ ἀχρηστοτέρας καὶ λείας σχοίνου. Quid sit σχοῖνος λεία non igno-
G rant qui Dioscoridem legerunt: qui eius duo facit genera: quorum alterum σχοῖνος λεία alterum ὀξύσχοινος appelletur: vide locum cap. χλδ. Vetus etiam interpres λείας legit non ἑλείας.

καλοῦσι δὲ Ἰουγγάριον πεδίον) Ptolemaeus in hoc tractu Ἰουγγαρίαν oppidum commemorat: cuius meminit etiam Antoninus.

τῶν τῆς Πυρήνης ἄκρων νέμονται) Locus corruptus: & aliqua voce mutilus.

φέρεται ἐπὶ Ταρράκωνα) Veteres φέρεται δὲ ἐπὶ Ταρράκωνα.

ἀπό τε τῶν ἀναθημάτων τοῦ Πομπηίου) Iter à summo Pyrenaeo, vbi sunt Pompeij trophaea Tarraconem, ita describit Antoninus.

Summo Pyrenaeo.	
Iuncaria	M.P.XVI.
Cinniana	M.P.XV.
Aquis Voconis	M.P.XIII.
Secerras	M.P.XV.
Praetorio	M.P.XV.
Barcenone	M.P.XVII.
Fines	M.P.XX.
Antistiana	M.P.XXVII.
Palfuriana	M.P.XIII.
Terracone	M.P.XVII.

describitur & hoc modo breuius ab eodem.

A Pyrenaeo	
Iuncaria	M.P.XVI.
Gerunda	M.P.XXVII.
Barcenona	M.P.LXVI.
Stabulo nouo.	M.P.LI.
Terracone	M.P.XXIIII.

καὶ Βετλίβρον) Vetus interpres legit Βετλεβρόνον. Ego de isto loco quid pronuntiem non habeo: nisi putet fortasse aliquis esse Secerras Antonini, corrupta aut hic aut ibi lectione.

καὶ τοῦ Μαραθῶνος καλουμένου πεδίου τῇ Λατίνῃ γλώττῃ) Haec sunt commoda interpretatione iuuanda: alioquin videbitur dicere Marathonẽ vocem esse Latinam: verùm ille hoc potius ait, appellari hunc locum Romana voce quae respondeat Graecae μαραθῶν. Sic autem exprimit Foenicularium campum Latinis dictum, vt apud Ciceronem in epistolis ad Atticum. Exprimit autem eleganter: Nam ita postulabat analogia: & Marathon quoque in agro Attico non aliunde nomen inuenit, vt testatur Stephanus. Quod autem putãt doctissimi viri scribẽdum esse τὸ Μαραθρηνὸν, prorsus ratione caret. An igorabat vir eruditus quum illa scriberet μάραθον dici & μάραθρον pro eodem? An verò analogiam vocis μαραθῶν quam exposuimus non videbat?

ἐκ δὲ Ταρακῶνος) Scripti ἐκ δὲ τοῦ Ταρράκωνος.

κατὰ Δέρτωσσαν πόλιν) Antoninus ita hoc iter describit.

Terracone	
Oleastrum	M.P.XXI.
Traia capita	M.P.XXIIII.
Dertossa	M.P.XVII.

ἐντεῦθεν διὰ Σαγουντοῦ καὶ Σετάβιος) In Antonini Itinerario ita legitur.

Dertossa	
Intibili	M.P.XVII.
Idum	M.P.XXIIII.
Sepelaci	M.P.XXIIII.
Saguntum	M.P.XXII.

καὶ συνάπτει τῷ σπαρταρίῳ) Spartariũ campum intelligit qui est circa Carthaginem nouam, quae ideo Spartaria Latinis, Graecis σπαρτοφόρος appellatur. Plinius de hoc tractu. *Veruntamen complectetur animo qui volet miraculum aestimare, quãto sit in vsu omnibus terris nautica armamentis, machinis aedificationum, aliisque desideriis vitae. Ad hoc omnes vsus quae sufficiant, minus XXX. M. pass. in latitudinem à littore Carthaginis nouae, minusque in longitudinem esse reperientur.*

ὡς ἂν ἀλιχοινοῦντι καλουμένῳ πεδίῳ) Ait Spartarium campum ita esse à Latinis appellatum, quasi Graecè aliquis dicat ἀλιχοινοῦντα: vbi vides iterum spartum σχοῖνον verti, & Spartarium campum ἀλιχοινοῦντα, qua forma multa dicuntur, vt ἀγροῖς, vbi multa ἀγρὸς. Sic ἀχερδοῦς, φηγοῦς, μυρρινοῦς, & id genus sexcenta. Sed cum spartum sit iuncus aridi soli quaenam ratio est cur ἀλιχοινοῦντα potius quam σχοινοῦντα campum Spartarium appellemus? Profectò à mala manu profecta est ista vox. In veteribus libris desiderabat vox ἂν, vnde intelligimus prius ita fuisse lectum, ὡς ἂν σχοινοῦντι: quod qui voluerũt emendare scripserunt ἀλιχοινοῦντι. At Strabo ipse paullò post non ἀλιχοινοῦντα, sed σχοινοῦντα locum hunc vocat. Quare hic quoque legendum ὡς ἂν σχοινοῦντι καλουμένῳ πεδίῳ.

¶Pag.111. καὶ Ἐγελάστα) Egelestanorum meminit Plinius in descriptione Tarraconensis: Egelastam idem dixit numero vnitatis lib. XXXI. cap. VI.

τοῦ χωροῦντος εἰς ταυτὸ καὶ) Lege & distingue: τῆς χωρούσης ἐπὶ ταυτὸ δὲ πίπτουσαν τὸ σχῆμα, τὰ περὶ. Sic libri veteres, & prior quoque interpres: alter locum non intellexit.

τὰ περὶ Κλάστωνα) Lego hîc quoque Κάσλωνα vel Κασάλωνα. Castulonem reperies in Itinerario Antonini quem de his consule.

ἐλθεῖν καὶ Καίσαρι) Scribe ἐλθεῖν Καίσαρα, vel τὸν K.

ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις εἰς τὴν Ὀβούλκωνα) Appianus hoc ita refert vt videatur dicere Cęsarem diebus vigintiseptẽ aduenisse in Hispaniam Ὁ δὲ Καῖσαρ ἧκε μὲν ἀπὸ Ῥώμης ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις βαρυτάτῳ στρατῷ μακροτάτην ὁδὸν ἐπελθών. Autor historiæ de bello Hispaniensi hoc tantũ ait, Cæsarem cũ ad bellum cõficiendum in Hispaniam venit summa celeritate esse visum. Dio lib. XLIII. tanta celeritate Cæsarem visum ait, vt prius ipse tum suis, tum hostibus visus fuerit, quam de eius aduentu in Hispaniam quicquam esset intellectum.

τὸν περὶ τὸν Μούνδαν πόλιν) Lego τὴν Μούνδαν. Nam ὁ Μούνδας fluuius potius fuerit, de quo paullò supra.

καλοῦσι δὲ τοῦτο Ἰδούβεδα) Ptolemæo Idubeda mons est vt Straboni: Plinio fluminis nomen.

ἐπέχει δ᾽ ἀπὸ τοῦ μέσου δίηκον ἐπὶ τὴν δύσιν) De hoc monte videntur accipienda Melæ verba, *Pyrenæus primo hinc in Britannicum procurrit Oceanum, tunc in terras fronte conuersus, Hispaniam irrumpit, & minore eius parte ad dexteram exclusa trahit perpetua latera continuus, donec per omnem prouinciam longo limite immissus, in ea littora quæ Occidenti sunt aduersa perueniat.*

D Καισαραυγοῦστα καλουμένη) Ptolemæo vrbs μεσόγειος Ἠδητανῶν, & scribit disiunctim, Καισάρεια Αὐγοῦστα.

καὶ Κέλσα) Manifestò Celsam ad Iberum collocat: vt necesse sit in tabulis Ptolemaicis malè notari eius longitudinem. Itaque pro *ις* fortasse legendum *ιε* vt propius absit à longitudine Cæsaraugustæ, quæ & ipsa ad Iberum est sita.

E κατοικία τις) hoc est, *colonia* vt rectè prior interp. Vetus inscriptio nummi apud eruditiss. Ortelium, *COL. V. I. CELSA.* quod ita interpretor, *Colonia vetus, Iulia Celsa*: aut vt Plinius loquitur, *Colonia veteris Latij*. Apparet enim esse veterem coloniam. Alij legunt, Colonia Victoria Iulia Celsa.

τῶν Ἰακκητανῶν) Probo emendationem viri doctissimi Claudij Puteani, qui corrigit καὶ Ὄσκας quanquam iudicet idem Puteanus legendúmne sit potius καὶ Λίσσας καὶ Ὄσκας. Lissam enim Iaccetanorum vrbem Oscæ & Ilerdę vicinam agnoscit Ptolemęus: nec mirum Iaccetanis tribui vrbem à Ptol. quæ à Str. Ilergetibus. Nam in plerisque id potest obseruari. Verumtamen nihil affirmo.

F ἐν Καλαγούρει Οὐασκώνων πόλει) Ptolemęus aliter extulit, Καλαγουρίνα. In hac vrbe obsessum fuisse à Pompeio Sertorium legitur in Epitome Liuiana XCII.

ἐπὶ Ἰλέρδᾳ δὲ νῦν) Assentior hic quoque doctissimo Puteano, feliciter ex Plutarchi Sertorio emendanti ἐπὶ Ὄσκᾳ δ᾽ ἐν Ὄσκᾳ. Nã etsi disertè id Plutarchus nõ ait, vero tamen per esse simillimum, ex eius historia facile intelligimus. Appianus cædem Sertorij pluribus narrans locum tamen vbi ea contigit non expressit.

G καὶ περὶ Ἰλέρδαν ὕστερον Ἀφράνιος καὶ Πετρήϊος) Epitome Liuij CX. *Caius Cæsar Massiliam quæ portas ipsi clauserat, obsedit: & relictis in obsidione C. Trebonio & D. Bruto, profectus in Hispaniam L. Afranium & C. Petreium legatos Cn. Pompey cum septem legionibus ad Ilerdam in deditionem accepit, omnes incolumes misit.* Vide Dionem libro XLI. vbi semper Ἰλέρδαν leges.

Καίσαρος τοῦ θεοῦ) Quos Latini Diuos, Græci θεοὺς appellant. Vulgarium optimum *Diui*, θεοί. Idem tamen Diuos interpretatur θεοὺς & ἡμιθέους. Sed Græci rerum Romanarum scriptores *Diuum* hoc est τὸν ἀποθεωθέντα semper θεὸν vocant, vt poetæ Latini.

A Τὴν μὲν Ἰλέρδαν ὡς ἐπὶ δύσιν ἰοντι) Ptolemæo Ilerda est Ibero ad ortum: Vide & Antoninum.

Ταρράκωνος δὲ περὶ τετρακοσίους) hoc est M. P. LVIII. fere. Antoninus Tarracone Ilerdam docet esse M. P. LXII. quæ sunt stadia D. quatuor demptis.

περὶ ἄρκτον δὲ Ὄσκας πεντακοσίους τετταράκοντα) hoc est M. P. LXVIII. fere. Antoninus ita describit.

B

Ilerda	
Tolus	M. P. XXXII.
Pertusa	M. P. XVIII.
Osca	M. P. XIX.

vnde colliguntur M. P. LXIX.

τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ τῷ Πυρηναίῳ ἱδρυμένην πόλιν) Prior interpres legit Oedasunen Οἰδάσουναν, vt in nonnullis codicibus reperitur: in aliis est Οἰάσουνα quod meam confirmat sententiam, iampridem putantis esse Οἰασὼ πόλιν Ptolemæi: quod Pintiano quoque placere video. Falluntur autem magnopere, qui annotant vocari hanc C vrbem ab Appiano Ὀρσῶνα. Ὄρσων enim Appiano est quæ Ὄρσων supra.

Πομπέλων ὡς ἂν Πομπηϊόπολις) Scribo Πομπηϊούπολις, vel Πομπηΐου πόλις vt Κοσσαιτανῶν πόλις. De Pompelone nemo non.

περὶ ὃν πύργοι διαφόροι τοῖς Καρχηδονίοις ἱδρυμένοι) Quum hæc ederentur non ausi sumus sine scripti codicis autoritate, reponere veram lectionem Καρτιμηρίας: ita lectionem Aldi retinuimus. Postquam verò codicem suum optimè de literis meritus socer Henricus D Stephanus nobis concessit, veram lectionem in eo reperimus. Καρτιμηρίας posito υ pro β vt passim. Quare legendum Καρτιμηρίας cum vetere interprete. De Athenæi loco dictum à nobis supra.

¶Pag. 112. τὴν ἀρχὴν ἔχοντες ἐκ τῆς Ἰβηρίας) Nemo non intelligit legendum esse τῆς Κελτιβηρίας.

Νομαντίας) Idem dixit etiam supra: vbi scribebatur Νουμαντία per υ, vt apud Ptol. Stephanus, Νομαντία, πόλις Ἰβηρίας. Τὸ ἐθνικὸν Νομαντῖνος λέγεται διὰ τοῦ ι. Apud Appianum vtrumque per ο scribitur in Iberica.

E καὶ τὴν Σεγγουντίαν) Placet Hermolao Barbaro legi Σαγουντίαν vt, inquit, *apud Plinium Segontia*. Habet & Ptolemæus Σεγουντίαν quam Παραμικὰν cognominat, sed paulum diuerso situ.

Καρπητανοὶ ὅμοροι τοῖς Κονίσκοις) Supra Κονιακούς vocabat. An hi sunt Κόνιοι Polybio libro decimo? quem ille populum ἐντὸς τῶν Ἡρακλείων στηλῶν locat. Apud Horatiũ *Cuncanos* Celtiberiæ gentem interpretantur plerique omnes, qui fortasse hi sunt.

F καὶ αὐτοὶ τοῦ Κελτικοῦ στόλου γεγονότες) Nulla hic ambiguitas, quam frustra comminiscitur Xylander: qui non leniter errat quum putat στόλον amictum posse verti: στολὴν aut στολισμὸν id Græci dicunt non στόλον. Significat igitur, Verones quoque è Celtis esse oriundos, & vnà cum reliquis Hispaniæ partem occupasse. Autor mihi huius interpretationis Strabo, cuius sunt hæc οἵ τε Κελτοὶ, οἱ νῦν Κελτίβηρες καὶ Βήρωνες καλοῦνται. Miror verò τὸ μεσαῦθον Xylander putarit legendum τοῦ Ἑλληνικοῦ στόλου.

πόλιν ἔχοντα) Ptolemæo Οὐαρία Veronum vrbs: sed paullò remotior ab Ibero in eius tabulis.

G καὶ οἱ τῶν Βαρδυάλων καλουμένων) Fortè Βαρδούλους. Videntur esse Barbuli Ptolemæo. Plinius Turdulos cum Bardulis librariorum fortasse culpa confundit. quod sequitur apud Plinium, *& Tapori*, gentis alius nomen esse puto, non aliud Turdulorum cognomen, vt doctos viros illum locum accipere video. Βαρδυήτας Polybij nescio an huc faciant: Vide Stephanum.

καὶ Διττανῶν) Lego Λαιητανῶν, ex ipso Strabone, qui Lætanos supra in hac ora collocauit. Dittanos diligenter quærens, nusquam reperio.

τὸν Κελτιβηρικὸν πόλεμον) Bellum Numantinum alij vocant: de quo lege historicos.

εἰσρυέντι ἱππεῦσιν) Florus paullò aliter libro secundo, capite decimooctauo, de Numantia, *Quatuor millibus Celtibe-*

Celtiberorum, XL.millium exercitum per annos XIIII. sola sustinuit. Sed Strabo Celtiberici belli nomine etiam illud complecti videtur, quod aliquot ante annis cum Viriatho est gestum, itémque illud quod Metellus in Celtiberia gessit.

πολυχρονίων διεγαρτήσεσιν) Aliter rem alii narrant: Consule Appianum Orosium, Frontinum & alios.

καὶ οἱ Λουσῶνες) Lusonum meminit sæpe Appianus Ibericis.

καὶ Σέγηδα πόλις) Stephanus, Σεγήδη πόλις Κελτιβήρων. Segedam aliam habet Plinius, inter Bætin & Oceani orã in mediterraneo sitam. Ptolemæus vrbem Areuacarum quandam Σεγόβιαν nuncupat.

καὶ Παλλαντία) Et Appiano, & Ptolemæo Pallantia Vaccæorum est non Areuacorum.

ἐν τῷ Ἴβηρι ἱδρυμένη) Imò ἐπὶ τῷ Ἴβηρι dixit & ita legendum.

σταδίους ἐπὶ ὀκτακοσίους) Lege περὶ ὀκτακοσίους. Ex Itinerario Antonini facilè intelliges cur dixerit περὶ. Sic ille iter hoc describit.

Numantia	
Augustobriga	M.P.XXIIII.
Turiassone	M.P.XVII.
Caraula	M.P.XVIII.
Cæsar Augusta	M.P.XXXVII.

quæ sunt omnino M.P.XCVI. at stadia DCCC. conficerent M.P.C. ideo dixit περὶ.

καὶ Σεγόβριγα) Ptolemæo Σεγόβριγα, per γ. quod magis Hispanicum videtur. Nam in illa regione τὸ βριγα multorum oppidorum nomina terminat: quicquid illa vox veteri Hispanorum lingua sonet. Apud Plinium in dictionibus huiusmodi τὸ g mutatum est fere in c. Sic ergo Segobricam nominat, vt libro XXXVI. cap. XXII.

Σεγισαμῶνα καὶ Ἰντερκατίαν) Segisamonenses, itémque Intercatienses etiam Plinius commemorat. Ptolemæo & Intercatia & Segisama vrbes sunt Vaccæorum.

Μάρκον Μάρκελλον πεφεύγασι φόρον) In libris scriptis desideratur vox Μάρκελ. non rectè. Hic enim est M. Claudius Marcellus qui anno V.C. DC. circiter, bellum aduersus Celtiberos feliciter gessit vt Appianus refert.

Τιβέριον Γράκχον) Quem de Celtiberis & sociis eorum triumphasse autor est Liuius libro XLI.

κωμῳδῶν φησι) Posidonius Polybii dictum exagitans.

τοὺς πύργους καλοῦντα πόλεις) Hispania arcibus & castellis olim abundabat, vrbes in ea non ita multæ nec magnæ. Inde apud nos manauit prouerbium de castellis Hispanorum. Πύργους autem, id est turres sæpe ab historiarum scriptoribus Vrbium appellatione honestari, facilè Straboni concesserim. Poetæ contra vrbes ipsas πύργους sæpe vocant. A qua dictione factam esse vocem Burgum nõ illam quidem Latinam, sed Latinitate post translatum in Thraciam imperium donatam, miror esse qui aut ignorent, aut negent. Nam qui vocem esse origine Germanicam censent, satis hoc ipso suam harum rerum ignorationem produnt: est enim vt dixi pura pura Græca, in Macedonia & Thracia primum vsurpata: qui βύργον pro πύργον vt Βερενίκην pro Φερενίκην dicebant. Quare etiam in optimo Glossario *Burgum* non aliter explicatur, quàm πύργος Sed de his aliàs.

ὥσπερ ἐν ταῖς θριαμβικαῖς πομπαῖς) Notum est in pompa triomphali oppidorum expugnatorum simulacra præferri sol[illegible].

πλ[illegible] [illegible]λεις) Ego Straboni assentior habeo enim Plinium [illegible]torem, qui in tota Bætica oppida fuisse testis est [illegible] CLXXV. in citeriore CCXCIIII: In Lusitania aute[m] non expressit Plinius quot essent: tamen non fit mi[hi] verisimile tot fuisse in ea parte potissimum, vt numerus mille vrbium expleretur. Ephorus verò autor ant[iqui]ssimus, iam fuit rerum Hispanicarum rudis, vt [illegible] am vnius vrbis nomen esse putauerit. Autor Iosep[hus].

αἱ δὲ πόλεις [illegible]) Distingue, ἄγριοι γὰρ οἱ κατὰ κώμας οἰκοῦντες. τοιοῦτοι δ' [illegible] ἀνθρωποι. αἱ δὲ πόλεις ἡμερῶσιν οὐδ' αὐταὶ

A ῥᾳδίως, ὅταν πλεονάζῃ τὸ . . . . [illegible] χωρῶν τῆς πλησίον οἰκούντων. In lacuna desunt huiusmodi quædam verba, τὸ [illegible] τῆς : Quod ad distinctionem, eam prior sequutus est interpres.

καὶ κοῦφοι κατὰ τὴν ὅπλισιν) Liuius libro XXII. de Hispanorum cohorte quadam loquens, *Ea assuetior montibus, & ad concursandum inter saxa rupésque aptior, cum velocitate corporum, tum armorum habitu.*

¶ PAG. 113. *καὶ αἱ λίμναι πληθύουσιν*) Legendũ censeo, ἔστι δὲ

B ὅπου καὶ αἱ λίμναι . . . . . . πληθύουσι. Deest autem vox πτηνοῖς vel ὀρνέοις. éstque hæc sententia, Sunt & lacus in Hispania qui λιμναίοις auibus abundent. aues autem hæ, sunt cycni &c. Sic alibi, ἡ χώρα ἐλάφοις πληθύει. & lib. V. αἱ λίμναι τρέφουσι [illegible] πολὺ καὶ τὸ πλῆθος τὸ λιμναῖον. Possit aliquis putare πληθύουσι absolutè fuisse positum nec quicquam deesse quod equidem non probo. Cycnum animal esse λιμναῖον, notius est, quàm vt moneri quisquam debeat.

πολλαὶ δὲ καὶ ὠτίδες) Quas Græci Otidas, Hispani aues

C tardas vocant, inquit Plinius. Consule Athenæum.

κάστορας φέρουσιν οἱ ποταμοί) Est enim animal ἀμφίβιον, vt ait Dioscorides, quem vide libro secundo κδ. & Plinium libro XXXII. cap. III.

καθάπερ ἄλλοις πολλοῖς) hoc est, quemadmodum in aliis rebus multis videre est, vt in certis locis optima nascantur, ita in castoreo contingit, quod è Ponto affertur optimum. Deinde subiicit aliarum rerum exempla quarum congeriem magnam habes apud Athen. lib. pr. Pertinet huc omnino Latini poetæ hic locus

D *——nonne vides croceos vt Tmolus odores?*
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, virosáque Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epyros equarum?
Continuò has leges æternáque fœdera certis
Imposuit natura locis, quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem.

Prorsus ista Strabonis mentem explicant. Xylander verba quæ ascripsi omisit.

ὁ Κύπριος χαλκὸς μόνος φέρει τὴν Καδμίαν λίθον) Quid

E sit Cadmia lege apud Plinium lib. XXXIIII. cap. X. Ibi paulò aliter quàm Posidonius ita scribit. *Omnis Cadmia in Cypri fornacibus optima.* & Dioscorides, Καδμείας ἀρίστη μέν ἡ Κυπρία. deinde autẽ eius καδμείας mentionem facit, quæ ex Macedonia, Thracia, Hispania aduehuntur.

καὶ τὸ χαλκανθὲς) Plinius capite sequenti: *Sed & æris flos medicinæ vtilis est: Fit ære fuso, & in alias fornaces translato. Mox. In Cypro maximè officinæ omnia.* Dioscorides χάλκανθον dicit, qui capite λγ. Cypriacum & His-

F paniense pluribus describit.

καὶ τὸ σῶρυ) Vide Dioscoridem libro quinto ϛϡ. vbi σῶρυ ἄριστον esse τὴν Κυπρίαν ait. Confer eum Plinii capite XIII. libri XXXIIII.

τὰς κορώνας μελαίνας εἶναι) Si hoc Hispaniensibus cornicibus proprium est, vt sint nigræ, ergo aliorum locorum non erunt nigræ: quod vel putare stultum est. Sed profectò deest hic negatio, legendúmque est, μὴ μελαίνας εἶναι: quod in suo codice iampridem annotauerat vir longè doctissimus, singularis amicus meus Iacobus

G Daleeamplus.

εἰς τὴν ἐξαιμάτωσιν Ἰβηρίαν) Lege cum veteribus libris & Epitome, [illegible].

τοὺς ἄνω λουομένους ἐν δεξαμεναῖς πεπαλαιωμένῳ) Notus iam est eruditis omnibus hic spurcissimus Hispanorum mos ex Catullo, Diodoro, & Appuleio. Diodorus causam huius moris indicat, [illegible] τὸ σῶμα λούοντες [illegible] τοὺς ὀδόντας [illegible], ταύτην ἡγούμενοι θεραπείαν εἶναι τοῦ σώματος.

καθάπερ Κατοῦλλος φησί) Catullus Celtiberos ait:

Nunc Celtiber in Celtiberia terra
Quod quisque minxit, hoc solet sibi manè
Dentem atque russam defricare gingiuam.

[illegible]) Libri scripti [illegible]. Nihil muto.

ἔχοντα κόρακας κατὰ θαλάττας) Vocat κόρακας instrumēta quibus mulieres Hispaniæ velū adducebāt aut reducebāt: quia simile aliquid habuit ei machinę quā describit Polybius lib. primo, & Κόρακα nominat. Vide locū.

καὶ ἰόντες καὶ ὑπομένοντες) Suspecta lectio. Et pro ἀπαθείᾳ dubitaui aliquandu num legerem ἀνδρείᾳ.

καὶ γὰρ τέκνα μητέρες ἀπέκτειναν) His nihilo sunt humaniora quæ passim in historiis de Numantinis obsessis, itémque Calagurritanis leguntur, aliisque Hispaniæ populis.

¶Pag. 114. Κοινὰ δὲ καὶ πρὸς ἀνδρείαν) Lege καὶ τὰ πρὸς ἀνδρ.

γεωργοῦσι γὰρ αὗται) Iustinus. *Fœminæ res domesticas agrorúmque culturam administrant: ipsi armis & rapinis seruiunt.*

ἐν δὲ τῇ Λιγυστικῇ φησὶν ὁ Ποσειδώνιος) A Posidonio igitur habet Diodorus Siculus, licet ille hoc dissimulet, qui sanè non satis candide aduersus Posidonium egit, toties eius nomen reticens, quum tam multa ex eius scriptis in sua transferat. Affetam autē eius locum vt conferri cum Strabone possit. Sic igitur Diodorus de Liguribus scribens libro quarto. Μισθοῦ δὲ ἀλλήλοις ἐργαζομένων τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν, ἴδιόν τι καὶ παράδοξον καθ' ἡμᾶς συνέβη περὶ μίαν γυναῖκα γενέσθαι. Ἔγκυος γὰρ οὖσα καὶ μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἐργαζομένη μισθοῦ, μεταξὺ συνεχομένη ταῖς ὠδῖσιν, ἀπῆλθεν ὡς τινας θάμνους ἀθορύβως.

τεκοῦσα δ' ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὸ ἔργον) Diodorus εἰς οὓς τεκοῦσα, καὶ τὸ παιδίον φύλλοις περικαλύψασα, τοῦτο μὲν εἰς τινας θάμνους ἀπέκρυψεν. αὐτὴ δὲ συμμίξασα τοῖς ἐργαζομένοις τὸν αὐτὸν πόνον ὑπέμεινεν [illegible] οὐδὲν διανοηθέντων τῶν δὲ συνειδότων.

καὶ αὐτοῖς ὅλον τὸν μισθὸν ἐργαζομένη) Hactenus Straboni pulchrè cum Diodoro conuenit: in sequentibus variantia est aliqua. Verba huius sunt, Τῷ δὲ βρέφει κλαυθμυρίζοντι, καὶ τῆς πράξεως φανερᾶς γενομένης, μόλις ὁ προεστηκὼς ἠδυνήθη πεῖσαι καταλιπεῖν τὸ ἔργον. [illegible] ἀπέδωκε τὸν μισθὸν, ἵνα ὁ μισθωσάμενος ἐλεήσας, καὶ τὸν μισθὸν ἀποδοὺς ἀπέλυσε τοῦ ἔργου. Annotatum est legi apud Diodorum καὶ καθ' ἡμᾶς quæ lectio si vera est, videtur Diodorus illo καὶ innuere voluisse, se non idem narrare cum Posidonio, sed rem quæ suo tempore contigisset. Philosophus certè in libello περὶ θαυμασίων ἀκ. rem ita narrat, vt videatur id passim in Liguria more gentis fuisse receptum. Ἴδιον δὲ φασι καὶ τοῦτο παρ' αὐτοῖς εἶναι. Αἱ γυναῖκες ἅμα ἐργαζόμεναι τίκτουσι, καὶ τὸ παιδίον ὕδατι περικλύσασαι, παραχρῆμα σκάπτουσι καὶ σκάλλουσι.

πρὸς τὸ κρινεῖν λύσαντα) Non ergo soli Germani hoc factitarunt: rectéque Philosophus multis barbaris in vsu fuisse scribit. Διὸ, inquit, πολιτ. VIII. παρὰ πολλοῖς ἔθος τῶν βαρβάρων ἐστὶ, τοῖς μὲν εἰς ποταμὸν ἀποβάπτειν τὰ γιγνόμενα ψυχρὸν, τοῖς δὲ σκέπασμα μικρὸν ἀμπίσχειν οἷον Κελτοῖς. De hoc more nihil est necesse ex Virgilio, Græcorúmque Epigrammatis & aliis ea proferre, quæ iam sunt omnibus nota.

οὐδὲ τὸ τῶν μυῶν ἴδιον) Rectè: Nam à muribus è Gyaro quæ est vna de Cycladibus, incolas fuisse aliquādo fugatos autor est Plinius. Idem alibi de muribus. *Plurimi ita* ad Troadem perueniunt, & iam inde fugauerunt Incolas. Aelianus quoque libro XVII. capite [illegible] idem quibusdam Italis contigisse scribit: quod his verbis Diodorus Siculus confirmat. Περὶ γὰρ τὴν Ἰταλίαν μυῶν πλῆθος ἀρουραίων ἐξ(ανα)φυὲν τοῖς πεδίοις ἐξέβαλέ τινας τῆς πατρίδος χώρας. Videntur & Diodorus & Ælianus Cosam intelligere. de qua canit Rutilius Rufus,

Dicuntur ciues quondam migrare coacti,
Muribus infestos deseruisse lares.

καὶ τῶν ἄλλων νόσων, Scripsi τῶν ἄλλων. Probo: Nam ita quoque prior interpres in suis repetit.

ἐπὶ τῆς Ακυιτανίας) Scripsi Ακυϊτανίας, vt apud Ptolem.

ἀναπηγνύντες ἐπὶ τῶν σταυρῶν ἐπαιώνιζον) Videtur tangere historiam quæ est apud Iustinum. *Celebratur etiam bello Punico serui illius patientia, qui vltus dominum inter tormenta risu exultauit, serenáque lætitia crudelitatem torquentium vicit.*

Τοῖς ἀνδράσι διδόασι αἱ γυναῖκες προῖκα) Ne hoc quidem Hispanis proprium. Nam etiam veterum Iudæorum moribus hoc fuisse receptum, docent nos sacræ literæ non vno loco. Præterea scribit Cornelius Tacitus de Germanis, *Non vxorem marito dotem, sed vxori maritum afferre.* & de Gallia nescio quid non dissimile narrat Cæsar libro VI.

κληρονόμους ἀπολιπεῖν ἀδελφάς) Scripsi ἀπολείπεσθαι: quod verbum extremis voluntatibus esse valde aptum sciunt omnes ex formulis veterum, & libris IC[torum].

B παρὰ τὸ ἐκ τοξικοῦ) De toxico Hispanorum vide Plinium libro decimosexto capite x quamquam id aliud est ab eo quod hic describitur. Fit enim è taxi baccis, hoc è cicuta.

ὃ ἔχουσιν ἕτοιμον πρὸς τὰ ἀβούλητα) Mos veterum hic fuit vt ad incerta fortunę paratum haberent venenū: quod reges potissimum aliósque magnos viros factitasse constat: Ideóque morem hunc regium vocat Liuius libro XXX. de Masanissa. *Ingenti ad postremum edito gemitu, fido ex seruis vno accito sub cuius custodia regio more ad* C *incerta fortunæ venenum erat, ei mistum in poculo ferre ad Sophonisbam iubet.* Idem de Demosthene aliisque magnis viris legimus. Quod Strabo dixit πρὸς τὰ ἀβούλητα, Liuius, ad incerta fortunæ, Diodorus libro quinto πρὸς τὰ παράδοξα τῆς τύχης.

καὶ τὸ κατασπένδειν αὐτοὺς οἷς ἂν προσθῶνται) De Gallorum Soldurijs ex Cæsaris Commentarijs, & Damasceni loco qui apud Athenęum exstat res etiam pueris hodie nota. Puto autem à Gallis ad Hispanos manasse hoc institutum. Nam id quoque in Hispania vsitatum fuisse D præter Strabonem alij quoque testantur. Plutarchus imprimis qui in Sertorio ita scribit. ἔθους δ' ὄντος Ἰβηρικοῦ, τοὺς περὶ τὸν ἄρχοντα τεταγμένους συναποθνήσκειν αὐτῷ πεσόντι, καὶ τοῦτο τῶν ἐκεῖ βαρβάρων κατάσπεισιν ὀνομαζόντων, τοῖς μὲν ἄλλοις ἡγεμόσιν ὀλίγοι τῶν ὑπασπιστῶν καὶ τῶν ἑταίρων, Σερτωρίῳ δὲ πολλαὶ μυριάδες ἀνθρώπων κατεσπεικότων ἑαυτοὺς ἠκολούθουν. Κατασπένδειν dixere Strabo & Plutarchus pro deuouere, & τοὺς κατασπεισμένους vocant deuotos. Dio dixit κατασπεῖσαι & κατασπείσασθαι, quem vide lib. LIII. itémque Valerium Maximum, qui Celtiberia hoc tribuit libro II. E cap. VI.

Τινὲς μὲν οὖν εἰς δύο μέρη διῃρῆσθαι φασὶ) Mendum quod in hac lectione latet nemo facilè odorari poterat, nisi additum esset à Strabone κατὰ τὸν ἰσθμόν. Nam falsum est dixisse eum antè Celtiberiam in duas partes esse diuisam. Verba eius sunt, περὶ ὧν δ' Ἰδουβέδα, ἡ δὲ τῶν Κελτιβήρων εἰς τέτταρα μέρη διῃρημένη. Ergo legendū hic quoque εἰς δ' μέρη. Imperitus aut aliud agens librarius qui primus hunc locum corrupit ex δ' fecit δύο. quod genus mendi non vno loco in hoc infœlici scri- F tore deprehendimus.

ὁ πολὺ μὲν περιφέρεται τὸ φιλόδικον) Locus corruptus Legendum suspicor ἐξ ἑαυτῶν δ' ὁ πολὺ μέρος δὲ περιφέρονται τὸ φιλοδίκαιον. nisi quis malit τὸ φιλοδίκαιον, quam verā que vocem libro primo coniunxit. Illam tamen malo & quæ sequuntur eam lectionem videntur confirmare.

Ἐπεὶ καὶ Ἰβηρίαν) Ἰβηρίας vocem vt ait, variè veteres acceperunt: Polybius disertè docet hoc nomine oram G tantū Hispaniæ nostro mari obuersam intelligi, reliqua vt incognita nullo nomine sua ætate fuisse insignita. Καλεῖται δὲ inquit, τὸ μὲν παρὰ τὴν καθ' ἡμᾶς παρῆκον ἕως Ἡρακλείων στηλῶν, Ἰβηρία. τὸ δὲ παρὰ τὴν ἔξω καὶ μεγάλην προσαγορευομένην, κοινὸν μὲν ὄνομα οὐκ ἔχει, διὰ τὸ προσφάτως κατωπτεῦσθαι, κατοικεῖται δὲ πᾶν ὑπὸ βαρβάρων ἐθνῶν πολυανθρώπων.

καὶ Ἱσπανίαν μόνον ἐκάλουν) Attende lector verba hæc: facilè intelliges deesse hic aliquid & hoc aut simili modo esse legendum, τὴν αὐτὴν Ἰβηρίαν λέγεσθαι καὶ Ἱσπανίαν. οἱ δ' Ἰβηρίαν μόνον ἐκάλουν. κ.τ.λ. hoc est, alij. Hispaniam autem etiam Spaniam veteres vocabant. vt D. Lucas in Actis & Plutarchus De fluminib.

¶Pag. 115. οἱ δ' ἔτι πρότερον αὐτοὺς τούτους Ἰγλῆτας) Lego Γλῆτας. Stephanus Γλῆτες ἔθνος Ἰβηρικόν. Vel, Ἰγλῆτας. Idem Stephanus ex Hecatæo Ἴγλητες, ἔθνος Ἰβηρικόν.

ἄλλοι

ἄλλοτε δ᾽ ἄλλως διαιροῦσιν) Vel vide Iustiniani Nouell.

νυνὶ δὲ τῶν ἐπαρχιῶν) Vide ad finem totius operis.

πέμπεται στρατηγὸς ἐπ᾽ αὐτήν) Sic vocat τὸν ἀνθύπατον, vide Dionem.

ἔχων ταμίαν τε καὶ πρεσβευτήν) quid sit ταμίας certum est. Vocat autem πρεσβευτὴν, quem magis propriè πάρεδρον vocasset. Sed ita vsus tamen obtinuit. Notat hoc Dio libro LIII. Πέμπονται, inquit, ἐς μὲν τὰ τοῦ δήμου, ὥστε ἐκλέγεσθαι, ὅτε ταμιεύοντας, οὓς ἂν ὁ κλῆρος ἀποδείξῃ, καὶ οἱ παρέδρους τοῖς τὸ κῦρος τῆς ἀρχῆς ἔχουσιν· οὕτω γὰρ ἂν ὀρθῶς αὐτοὺς, οὐ πρὸς τὸ ὄνομα, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἔργον, ὡς προεῖπον καλέσαιμι· ἐπεὶ οἵ γε ἄλλοι πρεσβευτὰς καὶ τούτους ἑλληνίζοντες ὀνομάζουσι.

πλησίον Καστλῶνος) Iam millies dixi legendum esse Κασταλῶνος, vel Καστλῶνος. Hanc esse Castulonem vt supra disputauimus, ecce testem omni exceptione maiorem: Plinius libro secundo capite secundo. *Baticæ longitudo nunc à Castulonis oppidi fine Gades*: vbi notabis vocē *Nunc*. Nam planè idem significat quod Strabo.

πέμπονται δ᾽ ἀπ᾽ αὐτοῦ δύο πρεσβευταί) Quia mox addit istos πρεσβευτὰς alios infra se πρεσβευτὰς habuisse, existimant doctissimi viri corruptum esse istum locum: Nam eos quidem qui missis à Cæsare parerent, πρεσβευτὰς rectè dici: illos autem τοὺς ἔχοντας τὸ κῦρος τῆς ἀρχῆς, vt loquitur Dio, non rectè. Sanè πρεσβευτὰς πρεσβευτῶν dici non temerè leges. Verum omnem scrupulum eximit nobis Dio: qui tam diligenter annotat πρεσβευτὰς istos omnes à Græcis rerum Romanarum scriptoribus dici. Imo disertè docet idem, Cæsarem iussisse vt πρεσβευταὶ siue legati vocarentur quos ipse cum imperio mittebat, non tantum eorum πάρεδροι. Quare in Strabone nihil omnino mutandum.

δικαιοδότης ὢν Λυσιτανοῖς) Legendum è veteribus libris δικαιοδοτήσων. Theophilus, περὶ τοῖς συγκλητικοῖς ἦν ὁ ὕπατος, δικαιοδοτῶν καὶ τέμνων τὰς δίκας.

μέχρι τοῦ Δουρίου) qui fluuius, latus Bæticæ aquilonium efficit. Anas autem in quo definit Bætica, vt supra dictum est, latus meridianum. Sic Plinius quoque & Ptolemæus Lusitaniā vocant eam tantum regionē quæ est inter Anam & Durium. Mela lōgè aliter, cui Lusitania Oceano tantummodo obiecta est, sed latere ad septentriones, fronte ad occasum.

ἦν οἱ μὲν πρότερον Λυσιτανοὺς) Locus de mendo mihi suspectus.

Ρεῖ δὲ διὰ τῶν ἀσύρων) Omnia hæc, vsque ad τὸ δ᾽ ἑξῆς παραλίας in veteribus libris desiderabātur. Et sanè cum Strabonis Geographia duas contineat partes τὴν περιήγησιν καὶ τὴν ἱστορίαν videri possint illa ad περιήγησιν potius pertinere quàm ad ἱστορίαν, in qua nunc versatur. Veruntamen nihil censeo mutandum multis de causis.

Μίνιος ποταμὸς) Est opinione mea is quem Ptolemæus Μινίον vocat: quanquam in περιηγήσει magna est differentia.

καὶ μικρὸν ἀπωτέρω πόλις Νοῖγα) Plinius, *Aegia Asturum, Nœga oppidum in peninsula Pesici.* In Ptolemæi descriptione huius tractus legimus, Καντάβρων Νοῖγα οὐεκσία: quæ verba ita nonnulli accipiunt vt Nœga fluuij sit nomen, quod non puto: licet in veteri versione addita sit vox fluuius.

δικαιοδοτῶν) Latini dicunt, Præsidem conuentus agere, siue forum agere, quando in prouincia iuri dicendo vacat: quod rectè ait Strabo hieme fieri solitum: vide apud Græcum paraphasten Institutionum iuris.

τὰς μὲν Πιτυούσας δύο) Placet Straboni duas esse insulas quæ vno communi nomine Pityusæ appellentur: quarum altera Ebusos, altera Ophiusa dicatur. Idem & Ptolemæus docet. Pomponius quoque Mela idem sentire videtur, licet Pityusas vtramque communi appellatione dici non moneat. At Plinio longè alia mēs qui vtrique huic insulæ nomen Ebusus conuenire ait: & Colubrariam siue Ophiusan aliam facit à Pityusis. Longè falluntur qui Plinium Straboni & Ptolemæo conciliare

A conciliare quærunt. Diodorus Siculus eosdem cum Plinio sequi autores videtur. Πιτυοῦσαν enim agnoscit vnam magnam insulam: in qua vrbs sit quæ appellatur Ερεσός: nisi eius codex sit corrigēdus: & pro Ερεσὸς legendum Εβυσός. Idem Diodorus annotat Pityusam à copia τῶν πιτύων quas illa insula fert, nomen inuenisse. Plinius à frutice pineo.

καλοῦσι δὲ Βαλιαρίδας) Vide librum XIIII.

B εἰσὶ πελάγιαι μᾶλλον) Diodorus situm Pityusæ accuratè ita describit. Est, inquit, πελαγία distans, ab Herculis columnis trium dierum totidémque noctium nauigatione: ab Africa diei & noctis vnius, ab Hispania diei vnius. Liuius Pityusam à continenti centum fermè millia abesse autor est. Plinius à Strabone etiam hìc dissentit: qui μᾶλλον πελαγίας esse vult Baleares quam Pityusas.

καὶ πρὸς ἑσπέραν κεκλιμέναι) Plinius de mari Iberico, *Insulæ per* hæc maria *primæ* omnium Pityusæ, à Græcis dictæ.

C καλεῖται δ᾽ αὐτῶν ἡ μὲν Εβυσος) Eustathius in Dionysium periegeten scribens, & hunc Geographi locum afferens, videtur legisse Βοῦσος vt libro secundo notauimus. Dio autem appellat Εβεσὸν lib. XLIII.

Τῶν δὲ Γυμνησίων ἡ μὲν μείζων ἔχει δύο πόλεις) Plinius de Balearibus. *Maior C. M. passuum longitudine: circuitu verò* CCCLXXV. *M. Oppida habet ciuium Romanorum Palmam & Pollentiam, Latina Ciuium & Cunici, & fœderatum Bocchri fuit.*

D τῶν ἑξακοσίων σταδίων) Si Plinium sequimur, maior est longitudine stadiorum DCCC. Et Diodorus ait hanc insulam primam esse magnitudine, post septem istas quæ in nostro mari sunt omniū maximæ. Siciliam, Sardiniam, Cyprum, Cretam, Eubœam, Corsicam Lesbum.

ὡς ἑβδομήκοντα διέχει σταδίους) At Plinius à maiore Balearum, minorem distare ait XXX. M. P. quæ fuerint stadia CCXL. Sed numeros Plinianos esse mendosos puto.

E ἀμφω δὲ εὐδαίμονες) Diodorus, Ἀμφότεραι αἱ νῆσοι χώραν ἔχουσιν ἀγαθὴν καρποφόρον, καὶ πλῆθος τῶν κατοικούντων ὑπὲρ τοὺς τρισμυρίους. Vide locum.

χοιράδας δὲ) Lycophron Gymnesias appellat χοιράδας. Liuius libro XXVIII. eas esse ἀλιμένους docet.

διεβλήθησαν ἅπαντες) Notabis causam belli Balearici. Florus, *Baleares insulæ piraticā rabie corruperant maria*: Mox *Ascendere etiam inconditas rates, & præternauigantes subinde inopinato impetu terruere.* lib. III. cap. VIII.

¶PAG. 16. χιτῶνας πλατυσήμους) Tunicam lati claui intelligit.

F ἄζωστοι δ᾽ ὅπου καὶ ἀγῶνας) Nudos æstatem transigere harum insularum incolas, indéque nomen insulis impositum testatur Diodorus. Lycophron vitam transigere reliquis indumentis carentes sola sisyrna tectos

οἱ δ᾽ ἀμφικλύστους χοιράδας Γυμνησίας
σισυρνοδῦται καρκινοι πεπλωμένοι,
ἄχλαινον ἀμπρεύσουσι νήλιπον βίον.

σισύρναν autem interpretantur ἄτριχον δέρμάτιον, pellem sine villis: vide Hesych.

G μελαγχρανέων σιδήρῳ μικρῷ) λόγχη vt Hesychius annotat, est ὁ τοῦ δόρατος σίδηρος, ferrū quo munitur hasta. Inde verbum λογχεύω: & Nomen θυρσόλογχον, de quo libro primo.

σφενδόνας δὲ περὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς) Lycophron, Τριπλαῖς δικώλοις σφενδόναις ὡπλισμένοι. Florus. *Tribus quisque fundis præliatur.* Diodorus, Ὁπλισμὸς δ᾽ ἐστὶν αὐτοῖς τρεῖς σφενδόναι καὶ τούτων μίαν μὲν περὶ τὴν κεφαλὴν ἔχουσιν, ἄλλην δὲ περὶ τὴν γαστέρα, τρίτην δ᾽ ἐν ταῖς χερσί. Sic alij quoque. Quare negligentius à Strabone dictum περὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς.

μελαγκραίνας, σχοίνου εἶδος) Quia non omnes sciunt quid sit μελάγκραινα, ex qua ait fieri fundas Balearium, ideo addit eius vocis explicationem σχοίνου εἶδος. Sic alibi μάπερις φυτοῦ τι εἶδος. De melancranide vide Plinium.

καὶ Φιλητᾶς ἐν Ερμηνείᾳ) Philetæ autoritate confirmat

μελάγκρανιν esse iunci genus. Fuit Philetas Grammaticus antiquus qui voces difficiliores & obscuriores erat interpretatus, partim in eo opere quem appellauerat Ἄτακτα, partim in Ἑρμηνείᾳ opere versibus conscripto, (vt sunt Martialis Apophoreta) vt ex hoc loco apparet. & isto Antigoni in congerie Mirabilium historiarum vbi postquam dixit, spinam Siculis dictam κάκτον hanc vim habere vt si ceruum fortè vulneret, ossa eius reddat ἄφωνα & ἄχρηστα πρὸς αὐλούς: subiicit ὅθεν ὁ Φιλήτας ἐξηγήσατο περὶ αὐτῆς, εἴπας

Γινέσθω δὲ νεβρὸς ἀπὸ ζωὴν ὀλέσασα,
Ὀξείης κάκτου τύμμα φυλαξαμένη.

quum dicit ἐξηγήσατο alludit vt puto ad operis titulum Ἑρμηνεία. Philetæ meminit Athenæus multis locis: & Strato comicus apud eundem, ——ὥστε με

Τῶν τοῦ Φιλήτα λαμβάνοντα βιβλίων
Σκοπεῖν ἕκαστα τί δύναται τῶν ῥημάτων.

In versibus Philetæ lego,

——ἀμφὶ δ' ἀραιάς.

ἢ τριχίνας ἢ νευρίνας) Pertinent hæc ad fundas Balearium. Totus locus sic legi debet, Σφενδόνας περὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς, μελαγκρανίνας, (χοινίου εἶδ. ὁ. π. τ. χ. ἢ. φ. ἐν. Ερ. Αδγ. &c.

ὡς χοινίῳ ἐζωσμένου | non ἐζωσμένῳ | μελαγκρανίνας) ἢ τριχίνας, ἢ νευρίνας. Plana est sententia. Ait fundas Balearium vel ex melancranide (quæ sit species iunci teste Phileta) fieri, vel ex pilis, vel neruis. Xylander hūc locum tractauit vt reliqua: hoc est negligentissimè: qui si vererem interpretem consuluisset, fecisset prudentius: non enim incidisset in tam crassum errorem.

ἄρτον ἐδίδοσαν) matres videlicet: vide Florū & Diod.

ἀνδ. τε τὰς σφενδόνας τυχεῖν) Quis neget legendum τῇ σφενδόνῃ? Sic etiam erat in Planudæ Excerptis.

δέρεις ἴτειν) Scripsi δέρρεις Festus, Δεῖρις Græci appellāt pelles nauticas, quas nos vocamus segestria.

κἀντεῦθεν τὸ στρωμνωτῆρι) Loquitur de Gymnesiis. Iis igitur id tribuit quod alij plerique omnes Ebuso, quæ altera est è Pityusis.

οὐδὲ γὰρ τοὺς λαγιδεῖς ἐπιχωρίους εἶναι φασιν) Plinius, *Nec cuniculos Ebusos gignit populantes Balearium messes.* Mela de Ebuso, *Omnium animalium quæ nocent adeo expers, vt nec ea quidem quæ de agrestibus mitia sunt, aut generet, aut si inuecta sunt sustineat.*

Ἥρας νῆσον ὀνομάζουσι) De Iunonis insula vide Plinium lib. v. cap. x x i i. Ptolemæo non est insula, sed promontorium, in quo sit extructum Iunonis fanum.

πλὴν τῶν Παταουΐνων) Nam Patauij quoque vt Gadibus censos esse quingentos equites discimus libro v.

οὐ πολὺ μείζονα τῶν ἑκατὸν σταδίων τὸ μῆκος) Plinius ex Polybio tradit longam esse hanc insulam M. X I I. Latam I I I. M. P. quæ à Strabonis sententia non procul absunt. Stephanus στενὴν vocat ἢ πετρώδη.

Βάλβος Γαδιτανὸς ὁ θριαμβεύσας) Non temerè dixit ὁ θριαμβεύσας: voluit enim notare singularem honorem L. Cornelio Balbo Gaditano habitum, qui de externis (erat enim Gadibus natus) primus triumphauit, vt Plinius, Solinus & Dio annotant: triumphauit autem, de Garamantibus & aliis Africæ populis. De eius opibus Dio lib. quadragesimo octauo.

ὅτι τῆς προκειμένης νησίδος) Illustrabunt hunc locum Plinij verba de Gadibus. *Ab eo latere quo Hispaniam spectat, passibus ferè C. altera insula est longa* M I I. M. P. M. *Lata, in qua prius oppidum Gadium fuit.* Hanc insulam appellat Erythiā Stephan. & Ἀφροδισιάδα dictam annotat.

¶ PAG. 117. ὅσον σταδίων πορθμὸν ἀπολείπουσα) Plinius longè aliter *Abest à continente, proxima parte minus passus* DCC. *reliqua parte plus septem* M.

Ἐρύθειαν δὲ τὰ Γάδειρα ἔοικε λέγειν ὁ Φερεκύδης) Vide Melam, Plinium, Dionysium & alios.

ἐν πεντήκοντά τε ἡμέραις πίνεται τὸ ζῷον) Libri veteres, ἐν τριάκοντα Citatur hic locus libro sexto, vnde apparet scripsisse πεντήκοντα.

τοιαῦτα λέγεται) Scripsi λέγοντες & ἀποικίαν. Itémque νομίσαντας, rectè.

A ὀνομάζει) Rectè iidem ὀνομάζειν.

ἢ τῶν Αἰξιτανῶν πόλις) Nisi totum Obliuionis fluuium exhausimus, non dubitabimus legendum esse ἢ τῶν Ἐξιτανῶν πόλις, & ita libri veteres.

τοῖς μὲν δοκεῖν) Scripsi, τοὺς μὲν & τοὺς δέ. Varias autem fuisse veterum super istis Herculis columnis sententias etiam Hesychius annotat. Nam de iis cum loqueretur, Ἔνιοι, ait, αὐτὰς νήσους εἶναι φασιν· οἱ δὲ προχώματα·

B οἱ δὲ τῆς ἠπείρου ἄκρας· οἱ δὲ πόλεις· καὶ οἱ μὲν δύο, οἱ δὲ τρεῖς· οἱ δὲ μίαν, οἱ δὲ τέσσαρας.

περὶ τὸν πορθμόν) Veteres, περὶ τὸ πορθ. Atque hæc ferè omnium est sententia, Columnas Herculis esse in ipso Oceani ostio. Incertus autor apud Suidam. Ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἔρυμα τα μεγάλα ἔβαλεν εἰς τὸ στόμα τοῦ ὠκεανοῦ, ὡς αἱ ἐμπόδια εἶναι τοῖς ὀλεθρίοις θηρίοις.

ψεῦσμα φοινικικόν) Punicum fides veteribus suspecta: vnde apud Platonem φοινικικόν τι.

C ¶ PAG. 118. ὑλητίρας περὶ λόγον.) Lego, τί ἂν τις διϊσχυρίσαιτο, περὶ ἐλέγχου ἢ πίστιν, ὑλητίρας περὶ λόγον ὄν.

Ταδ' ἔχ' ἢ Πελοπόννησος) Lege, Τάδ' ἔχει Πελοπόννησος. Vide Plutarch. in Theseo, & infra lib. I X.

τοιαύτης ἐκφαίνοντα οἷον) Lege cum veteribus τοιαύτην ἐμφαίνοντα οἵαν.

¶ PAG. 119. κρήνην ἐν τῷ Ἡρακλείῳ ἐν Γαδείροις) Plinius huius fontis ita meminit lib. secundo cap. C I I I. *Nam dulces* haustus in mari plurimis locis, vt ad Chelidonias insulas & Aradum, & in Gaditano Oceano. Idem Plinius libro secundo cap. X C V I I. *Gadibus qui est*

D *delubro Herculis proximus, fons inclusus ad putei modum, aliàs simul cum Oceano augetur, minuitur que: aliàs verò vtrunque contrariis motibus. Eodem in loco alter, Oceani motibus consentit.* De Arado Strabo libro X V I. Causam huius rei sic Lucretius explicat,

Præterea dispersa foras erumpere cogit
Vt per aquam subitò, sursumque ea conciliari.
Quod genus endo mari spirat fons dulcis aquāi,
Qui scatit & salsas circum se dimouet vndas.

E *Et multis aliis præbet regionibus æquor*
Vtilitatem opportunam sitientibus nautis
Quod dulces inter salsas interuomat vndas.

πότιμον δὲ εἶναι) Scripsi tantum πότιμον.

καταλαμβάνουσι μὲν αὐτῆς) Legendum cum veteribus κλυζούσης, & ita autor Epitomes. Opponitur mox γυμνουμένης.

τὴν ὑδρείαν ἔχον) Assentior Xylandro τὴν ὑδρείαν ἀπέχον.

περὶ τοῦ δεξαμενῆς) Legerem libentius κενῶσ, & cum Xylandro. αντιπε' εισιν.

F ἐν τοῖς παραδόξοις ἀρυλλουμένοις) Libri veteres ἐν τοῖς παραδόξοις θρυλλουμένην. Intelligit libros Aristotelis Antigoni & aliorum qui περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων scripserunt.

τοῦ λακκαίου ὕδατος) Ὕδωρ λακκαῖον, nō est aqua lacustris: minus etiam fluuiatilem significat. Ita enim appellantur aquæ cisternarum quæ ἐν λάκκῳ, hoc est in cisterna asseruentur. Sed adi Scholia Aristophanis & Athenæum de hac voce: ac περὶ λακκαίου ὕδατος libro tertio idem Athen.

G καὶ περιέχουσι) Scripsi παρέχουσι.

ἐκχεῖ τὴν ἐκρύσιν) Epitomæ autor ἔχει τὴν ἔκρυσιν. Mox πάθος pro βάθος non delerem: quod in Epitome extat.

καὶ συνεξαίροντα μὲν ἐκεῖνα) Lego καὶ συνεξαίρονται μὲν ἐκεῖναι. Sensus est, Atque illæ quidem aquæ cum mari instantur, seséque extollunt, adeo vt exundent, quando fit illa veluti spiritus emissio.

ἡμέρα μὲν γὰρ καὶ νυκτὶ ἡ τοῦ ἡλίου περιφορὰ μετρεῖται) Liber soceri Henrici Stephani, ἡμέρα μὲν γὰρ καὶ νυξὶ τῇ τοῦ ἡλίου περιφορᾷ μετρεῖται.

τὴν μὲν ἡμερησίαν ἀποδιδοῦσαι, τὴν δὲ μηνιαίαν, τὴν δὲ ἐνιαυσιαίαν) Hæc tria marini æstus genera videtur Manilius obscurè indicare his versibus,

Sic Pontum mouet, & terris immittit & aufert
Atque seditio pelagi, nunc sidera Lunæ
Mota tenens, nunc diuerso stimulata recessu,
Nunc anni spatio Phœbum comitata volantem.

συνεχέστερον τὸ πλῆθος) Autor Epitomes nimis hic fuit de suo liberalis. Eum vide & Plin. lib. II. cap. XCVII.

¶ PAG. 120. τὴν δὲ μηνιαίαν) Cæsar libro IIII. *Eadem nocte accidit, vt Luna esset plena, quæ maritimos æstus in Oceano efficere consueuit.*

τὰς δὲ ἐνιαυσιαίας) Tacitus lib. pri. *Mox impulsu aquilonis, simul sidere æquinoctij, quo maximè tumescit Oceanus, rapi, agique agmen.*

B τὴν δὲ περίοδον τούτων) Quæ sequũtur valde sunt obscura propter menda quibus obsidentur. Sed qui seriem totius huius disputationis diligenter obseruauerit, nõ difficile quid sibi velit Strabo, intelliget. Est enim aduersus Posidonium instituta disputatio: cuius sententiam superius positam de errore Gaditanorum refellere vult Geographus. atque ea gratia allata sunt ab eo quæ de variis περιόδοις æstuum Oceani retulit. quæ

C omnia non aliter videntur sciri potuisse, quàm ex diligenti Gaditanorum obseruatione. His igitur relatis, ita deinde aduersus Posidonium disputare videtur. Ais Posidoni Gaditanos in errorem fuisse inductos, quod viderẽt sæpe eodem tempore contingere & τὴν τῆς θαλάττης πλήμμυραν, & τὰς ἀμπώτεις, & ex eo perperam collegisse τὴν ἀντιπάθειαν eius putei & maris. Sed quæro ex te Posidoni, qui fit vt Gaditani quorum solertiam & diligentiam in obseruatione rerum quæ difficiliores longè erant obseruatu probas ac sententiam libenter

D amplecteris, qui, inquam, fit vt Gaditani tam fœdè decepti fuerint, in ea re potissimum, cuius tam facilis fuit obseruatio? Quid enim facilius quàm hoc obseruare, quod nimirum non semper concurrerent, ἡ λειψυδρία & ἡ ἄμπωτις? Nonne enim multo facilius fuit hoc obseruare quam τὴν ἐνιαυσίαν περίοδον? Et tamen de ea Gaditanis fidem habet Posidonius: cum sit verisimile si in illa priori obseruatione decepti sunt ac tam crasso errore errarunt, longè etiam grauius eosdem in ista

E posteriore errasse. Hæc est nisi vehementer fallor mens istius loci, quam qui semel assecutus fuerit, ei de verbis postea facile erit constituere.

Τῶν δὲ περιόδων) Vetus legit δύ. quod probo, nisi δὲ pro δύ accipias. Hæc autem eò pertinent, vt doceat quam facile fuerit Gaditanis obseruare τὰ περὶ τοῦ φρέατος.

πῶς οὖν τὰ πολλάκις) Quomodo obseruarunt Gaditani sæpe eodem tẽpore contingere τὴν συμπλήρωσιν καὶ τὴν ἄμπωτιν? non obseruarunt autem etiam τὴν λειψυδρίαν eodem tempore sæpe euenire?

F ὃ πολλάκις μὲν) Hæc videntur ex Posidonii sententia dici.

τοὺς Γαδειρίτας) Docet nunc, absurdum esse fidem Gaditanis in hac re abrogare, quibus in aliis rebus obseruatu longè difficilioribus tu credas. Ita autem lege Ἢ τοὺς Γαδειρίτας ταῦτα μὲν ἐκ ἱκανοὺς φυλάξαι τηρῆσαι τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα· τὰς δ' ἐνιαυσίους περιόδους ἐκ τῶν ἅπαξ συμβαινόντων κατ' ἔτος τηρῆσαι; Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε. An, inquit, dicet Posidonius his obseruandis quæ quotidie eueniunt non fuisse idoneos Gaditanos, ea autem quæ semel in anno contingunt rectè obseruasse? Interrogatio ἰσοδυναμεῖ τῇ ἀποφάσει. Non sanè hoc dicet Posidonius. In fine sententiæ verba illa τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα quæ ex proximo membro ineptè sunt repetita censeo esse tollenda: nisi quis malit magnum hic esse aliquot sententiarum hiatum, quod equidem non puto. Quæ sequuntur Ἀλλὰ μὴν ὅτι. eò pertinent vt doceat Posidonium in re difficiliori Gaditanorum fidem esse secutum.

τὰ μὲν συμβαίνοντα οὐκ εἶδον) Non viderunt nec obseruarunt puteum hunc aqua interdum deficĩ recedente maris æstu.

τοῖς δὲ μὴ συμβαίνουσιν ἐπίστευον) Crediderunt perpetuum esse vt recedente maris æstu puteus aqua plenus esset: quod non semper contingit vt quidem vult Posidonius.

καὶ ἀνωμαλίας τινὰ ἐν τούτοις καὶ ὁμαλότητα) In veteribus legitur, καὶ ὁμαλίαν τινὰ ἐν τούτοις καὶ ἀνωμαλότητα. Nihil muto.

κατὰ τοὺς συναγγισμοὺς δὲ τὴν ἀνωμαλίαν) Scripti τὴν ἀναλογίαν.

καὶ ἐπὶ λ σταδίους) Vetus lectio, καὶ ἐπὶ ν σταδίους.

ὥς τε καὶ νήσους ἀπολαμβάνεσθαι) Testatur hoc Cæsar libro sexto: *Qui proximi Oceano fuerunt, in insulis sese occultauerunt, quas æstus efficere consuerunt.*

τὸ τῆς χρηπῖδος ὕψος) Confusa hæc sunt & mendosa. Estque de hoc loco mihi diutius cogitandum. Lego autem, τὸ δὲ τῆς κρ.

οὔπω φθάσαι) Lego οὐδ' οὕτω φθάσαι. Euincit ita esse legendum, vel ὑφ᾽ ἑαυτῆς.

¶ PAG. 121. ὅμοιοι ταῖς τραγικαῖς ταῖς ὑπήναις) Ridicula lectio & istis hominibus quorum barbas hircinas esse ait iniuriosa. Vetus lectio, ταῖς τραγικαῖς Ποιναῖς. Lege Ποιναῖς, vt etiam citat Eustathius. Sic Liuius incessum furialem dicit. Totum locum illustrabunt hæc Athenæi verba libro XII. Ἴβηρες ait, καίτοι ἐν τραγικαῖς στολαῖς, καὶ ποικίλαις προϊόντες, χιτῶσι ποδήρεσι χρώμενοι οὐδὲν ἐμποδίζονται τῆς πρὸς τοὺς πολέμους ῥώμης. quibus verbis tribui id vides Hispanis, quod hic Cassiteridum incolis.

ἐπήλαυε δυναστείας) Scripsi δυναστείᾳ.

ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ἡ ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτική) In plerisque libris scriptis hæc desiderabantur. Sed non est nouum apud Græcos scriptores vt ab eadem sententia & prior liber finem, & qui deinceps sequitur initium habeat: quod à Thucydide potissimum ac Dionysio Halic. & Dione videmus esse obseruatum. Atque hactenus de Hispania.

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS ET CASTIGATIONES IN LIBRVM IIII. GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

ἘΦΕΞΗΣ δ' ἐστὶν ἡ ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτική) Hispaniã sequitur Gallia: hæc igitur post illam explicanda. Est autẽ Gallia à Græcis Latinisque scriptoribus bifariam diuisa: in eam quæ est ἐντὸς τῶν Ἄλπεων, & eã quæ est ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων. Romani Cisalpinam & Transalpinam dicunt: Sed quæ Græcis Latinisque Cisalpina, nobis Gallis est Transalpina, & contra. Profectis autẽ ab Hispania, prior occurrit quam vocari diximus ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτικήν. Quare de hac Galliæ parte prius sibi esse dicẽdum ait Geographus. Porro Celtarum nomen quã latè pateret apud veteres libro primo diximus: hîc

autem Galliam vno communi nomine Κελτικὴν appellat Strabo: eadem ratione qua tertia orbis pars, Asia dicta est: ab ea nimirum eius parte quæ prima Græcis nota fuit: & Hispania tota Ἰβηρικὴ est appellata, eum prius ita dicta fuisset ora eius quæ nostro mari est obuersa: quæ prima in Græcorum hominum cognitionem venit. Sic & Κελτικὴ apud vetustissimos Græcos ea tantum Galliæ erat pars, quam mare mediterraneum alluit: Nam eam tantùm nouerant: Postcà id nomen etiam ad alias partes quæ paulatim cognosci cepere translatum est: donec tandem toti Galliç postquam tota cognita fuit est attributum. Idem de Romana Galliæ appellatione sentiendum: Nam qui Celtç propriè appellantur, ii à Rom. Galli dicti sunt autore Cæsare. Deinde ea vox latius accipi cepit. Polybius autem Κελτικὴν proprio nomine appellat eam austrinæ oræ partem quæ est inter Narbonem & Pyrenæos. qua de re paullò post.

ἐν τῇ γεωγραφίᾳ πρότερον τι τύπῳ) Libro secundo, ἐν τῇ γεωγραφικῇ ὑποτυπώσει.

οἱ μὲν δὴ τριχῆ διῄρουν) Hæc Galliæ diuisio in Aquitanos, Belgas & Celtas, antiquissimorum Græcorum esse videtur, qui hanc totius Galliæ φυσικὴν vt ipse mox appellat diuisionem vt facilior esset eius descriptio, commenti sunt. Apud Latinos & recentiores Græcos vt Ptolemæum, Gallia longè aliter diuiditur: & quod Cæsaris autoritate suam hanc diuisionem fulcire paullò post videtur: frustrà est Strabo vt ibi dicemus.

τοὺς μὲν Ἀκυιτανοὺς τελέως ἐξηλλαγμένους) Non Aquitanos tantũ ait Cæsar ab aliis Gallis ἐξηλλαγμένους: sed omnes Gallos lingua, institutis, legibus inter se differre.

ἀλλὰ καὶ τοῖς σώμασιν) In scriptis erat τοῖς ὀνόμασι. Malè: Nam sic iterum paulò post. Aquitani, inquit, à reliquis Gallis differunt, κατά τε τὰς τῶν σωμάτων κατασκευὰς καὶ κατὰ τὴν γλῶτταν, ἐοίκασι δὲ μᾶλλον Ἴβηρσι qui locus huic par est & geminus. Ausonius.

Inter Aquitanas gentes & nomen Iberum.

ἀλλ᾽ ἐνίους μικρὸν παραλλάττοντας ταῖς γλώτταις) Etiã hodie de Gallis verè dixeris quod olim de Græcis Strabo, eos nimirum χεδὸν κατὰ πόλεις ἄλλους ἄλλως διαλέγεσθαι. Nam in Gallia certè nostra, tot ferè linguæ sunt, aut certè tot eiusdem linguæ dialecti, ac diuersi pronuntiandi modi, quot sunt Galliæ, non dicam prouinciç, sed vrbes.

ἀφωρισμένας δὲ καὶ τῶν Ἀλπεινῶν ὀρῶν ἐνίων) Intelligit Salyum montes prope Massiliam, quos montes quare Alpes appellet mox aperiemus. Caue autem putes Celtarum nomine hoc quidem loco Salyes, eósque omnes intelligi qui inter Massiliam & Varum fluuium habitant. Vide paulo post.

καὶ τινὰς τῶν παροικούντων τὸν Ῥῆνον καὶ τὰς Ἄλπεις) Non puto esse inducendas has voces, καὶ τὰς Ἄλπεις. quas veteres omnes codices agnoscunt. Nam etsi videntur Belgç ab Alpibus esse longè remoti, tamen quàm latè acceperint Alpium nomen veteres, satis vel ex Strabone constat, & monebimus hac de re alio loco commodius.

οὕτω δὲ καὶ ὁ θεὸς Καῖσαρ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εἴρηκεν) Ait Cæsarem in suis Commentariis Galliam ita diuidere, vt superius exposuit. Id verò longè secus esse, fallique Strabonem vehementer, (quod cum eius bona venia dictum sit) constanter affirmo. Id quidem verum est, scribi à Cæsare vt à Strabone Galliam esse omnem diuisam in partes tres: quarum vnam incolant Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtç, nostra Galli appellantur. Sed debuit Strabo animaduertere sequi Cæsarem in hac diuisione Galliæ eos autores qui Galliam à meridie montibus Gebenna & Iura definiebant, non mari nostro vbi erat quam prouinciam vocabant Romani. Solinus, *Gallia inter Rhenum & Pyrenæum item inter Oceanum & montes Gebennam ac Iuram porrigitur.* At Straboni Galliæ latus meridianum nostrum mare efficit: vt mirum iam non sit in horum περιγραφαῖς

A περιγραφαῖς præsertim Celtarum parum inter vtrumque conuenire. Profectò vir magnus cum hęc scribebat, vel Cęsaris Commentarios non legerat: vel alii certè ii fuerunt, quàm qui hodie in studiosorum manibus versantur. quod non est putandum.

ὁ δὲ Σεβαστὸς Καῖσαρ τετραχῆ διελών) De hac Galliarum diuisione in quatuor partes consule Ptolemæum qui ea vtitur.

Ἀκυιτανοὺς δ᾽ οὖν ἐκείνους·) Deest verbum. An repe-

B tendum διεῖλε?

προσέθηκε δὲ ἐμίους καὶ δεκατέσσαρα ἔθνη) ἐνίους vertit Xylandet, iis aliis: Nos vero augeamus rem Aquitanorum quatuor populis, & legamus προσέθηκε δὲ τεσσαρεσκαίδεκα ἔθνη. Quis me ita esse legendum docuit? Strabo optimus credo, magister. Verba eius, ἔστι δὲ περὶ τῶν Ἀκυιτανῶν λεκτέον καὶ τῶν προσνενεμημένων αὐτοῖς ἐθνῶν τεσσαρεσκαίδεκα Γαλατικῶν, τῶν μεταξὺ τοῦ Γαρούνα κατοικούντων καὶ τοῦ Λίγηρος. Hæc iampridem scripseram: postea dedit mihi edito ferè iam Strabone vtendum codicem suum, do-

C ctissimus socer Henricus Stephanus, in quo ita scriptũ erat.

καὶ ὅ, τι ἂν ᾖ καὶ μνήμης ἄξια) Legendum omnino ἄξιον. Nam ita libri veteres habent.

Ὅσα μὲν φυσικῶς διώρισται) Plane hic nugatur interpres: qui ad physicũ reiicit, quæ Strabo geographos suo iure sibi vindicat. Sensus enim horum verborum est, Geographi officium esse iis diuisionibus vti quæ videantur ab ipsa natura esse profectæ, non à principibus qui πολιτεύονται πρὸς τοὺς καιρούς, institutæ. quænam

D autem sint φυσικαὶ τομαὶ ita diligẽter lib. 11. exposuit, vt mirer eius oblitum esse Xylandrum. Addit καὶ ὅσα ἐθνικά. gentes enim singulas seorsim se explicaturum, vt sunt ipsæ inter se distinctæ, pollicetur. non confusè, vt confundunt sæpe principes, varias gentes in vnam cõtribuentes, aut contra.

¶ PAG. 123. ἃ πάσαν μὲν ἣν αὐτὴ ποταμοῖς κατάρρυτος) Vide Solinum. Seneca etiam causam indicat. lib. Nat. Quæst. III. *At contra*, ait, *constat Germaniam Galliámque & proximè ab his Italiam abundare riuis & fluminibus: quia cælo hu-*

E *mido vtuntur, & ne æstas quidem imbribus caret.*

πορθμευομένων ἐπ᾽ ὀλίγον τῶν φορτίων) Si ita scripsit, πορθμεύεσθαι τὰ φορτία dixit vt alio loco, ἀρχαῖς τὴν ἰσθμόν, quo loquendi genere vulgo vtimur. Existimo tamen legendum esse potius φορτίζομενον, & nisi vehementer animi fallor haud aliter autor scripserat. Potest & ἐμπορευόμενον legi: Nam simili ferè modo loquitur lib. XI. ἐμπορεύεσθαι κατάγοντας τὸν Ἰνδικὸν φόρτον.

παρόντι δ᾽ ἐπὶ τὰς ἄρκτους) Scripsi, προϊόντι.

ἡ ῥᾳδίως τελεσφορεῖ) Sic libro secundo. Atque hoc qui-

F dem verè Geographus. Illi verò qui Galliam totam vino carere scribunt, vehementer quod omnes Galli scimus, errant. Ita autem videtur Liuius existimasse & & alij nonnulli è veteribus.

Ταύτης δὲ τὴν χώραν κ.τ.λ.) Narbonensem prouinciam ita διαγράφει elegantissimus poeta Ausonius.

Insinuant quà se Sequanis Allobroges oris:
Excluduntque Italos Alpina cacumina fines:
Quà Pyrenaicis vicibus dirimuntur Iberi:
Quà rapitur præceps Rhodanus genitore Lemanno.

G *Interiusque premunt Aquitanica rura Cebennæ,*
Vsque in Tectosages primæuo nomine Belgas
Totum Narbo fuit.

τὴν δ᾽ ἐνδοτέρω αἱ Ἄλπεις ἐν μέρει) Alpes hic appellat Salyum montes, qui porriguntur à locis Massiliæ vicinis ad loca Cemmenis montibus propinqua. quod prima fronte absurdum videri queat: cum omnes sciant Alpes longè ab illis tractibus semotas Italiæ esse obiectas. quin ipse Strabo ipse infra Alpes à vadis Sabbatis incipere est autor. Sed sciendum est, Alpium nomine omnes fere minores intelligi montes qui prope Alpes hinc inde surgunt. quare etiam Salyum istos montes Alpes appellarunt veteres vt Polybius qui libro secũdo scribit τὴν τῶν Ἄλπεων παρώρειαν λαμβάνουσαν τὴν ἀρχὴν ἀπὸ Μασσαλίας.

Μασσαλίας. Non tamen inter Polybium & Strabonem omnino conuenit. Hic enim vt dixi, à Vadis Sabbatis, non à Massilia principium duci Alpium scribit. Libro autem secundo etiam apertius exposuit nobis Geographus, suam super istis sententiam. Dixit enim, Alpes lineam περιφερῆ efficere, cuius τὸ κυρτὸν Cemmeno mōti esset obuersum: τὸ κοῖλον versus Italiam & Liguriam pateret: qui locus hunc aperit.

ὅπερ δ' ἐστὶν ὡς εἴπομεν πρότερον) Vbi obsecro id dictum est antea? Apparet non satis integros peruenisse ad nos Strabonis libros. Nam in iis quæ habemus, hactenus Vari nulla reperitur facta mentio.

μέχρι τοῦ ἱερὰ τῆς Πυρηναίας Ἀφροδίτης) Ptolemæus quoq; fanum istud Veneris ὅριον cōstituit Hispaniæ & Galliæ: atque adeo tam in Tarraconensis descriptione, quam in Narbonensis eius mentionem facit.

ἔστι δ' ἔνθεν εἰς Νάρβωνα) Iter ergo ex Hispania in Italiam, est huiusmodi,

A fano Veneris
Narbonem M.P.LXIII.
Nemausum M.P.LXXXVIII.
Aquas sextias M.P.LIII.
Varum vsque M.P.LXXIII.

Τὸ πᾶν, à finibus Hispaniæ ad Italiæ proximam partem, M.P.CCLXXVII. Hæc placuit ita describere, vt cū Antonini Itinerario facilior esset collatio: qui etsi in descriptione itineris parum videtur differre, in numeris tamen eius magna diuersitas. A Pyrenæo enim Narbonem vsque M.P. esse ait XCIIII. Inde Nemausum XCI. Antipolis autem & Vari non meminit. Sed Cauellionis, de quo itinere mox Strabo.

εἰς Νάρβωνα γ μίλια ξ') Scribe vt habent veteres, μίλια ξγ.

ἐκ Νεμαύσου δὲ διὰ ἐργῶν) Scripti ὑγέρνου, quod verius esse, mendum quod statim sequitur euincit.

σταδίους ἀνέρχεται εἰς δισχιλίους ἑξακοσίους) Superior summa miliarium CCLXXVII. efficiebat stadia M.CCCCLXXV. putatis in singula miliaria stadiis octo cū tertia parte: quod Straboni placet.

καὶ τῆς Κοττίου) Vetus lectio, καὶ τοῦ Κοττίου: subaudiendum γῆς. Hæc est Κοττίου siue Κοττίου reguli ditio, cuius toties infra meminit.

μέχρι μὲν Γέρνου) Lego ὑγέρνου vt paullò antè habebant libri veteres.

¶PAG. 124. εἰς Ἐμβεβρόδουνον κώμην) Legendum est, εἰς Ἐβρόδουνον πόλιν. Ebrodunum namq; intelligit in Alpibus Cottiis situm oppidum.

πρὸς τὴν Κοττίου) Supple γῆν: ne te interpretes in errorem abducant.

ἐπὶ Ὤκελον τὸ πέρας τῆς Κοττίου γῆς) Ocelum ait Cæsar esse extrēmum citerioris prouinciæ oppidum.

ὑποπέπτωκε δ' αὐτοῖς ὁ λιμὴν θαυμασίως πέτρᾳ) De hoc portu Dionysius,

——ἔνθα τε χαῖα

Μασσαλίη τετάνυσται, ἐπὶ τροφὸν ὅρμον ἔχουσα.

Is portus Λακύδων teste Eustathio nominabatur: Quod nomen cum in antiquis editionibus Melæ rectè scriberetur, primus Hermolaus Barbarus, Melæ scripturam sollicitauit, & locum illum imprudens vir doctiss. corru[p]it. Sic igitur in Mela legendum, *Et Lacydon Massiliensium portus, & in eo ipsa Massilia.* Αλυκίδες autem quam vocem substituerat Hermolaus è Strabone, nihil pertinent ad hunc portum.

καὶ τὸ τοῦ Δελφινίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν) De Apolline Delphinio lege Plutarchum in Theseo, Attica Pausaniæ, Pollucem & alios.

διοικοῦνται δ' ἀριστοκρατικῶς οἱ Μασσαλιῶται) Vsos esse Massilienses ὀλιγαρχίᾳ testis sit Aristoteles πολιτ. libro V. & VII.

οἱ Τιμοῦχοι καλοῦνται) Erant & apud Naucratitas Τιμοῦχοι vt ex lib. IIII. Athenæi discere possumus.

μηδὲ διὰ τριγονίας ἐκ πολιτῶν γεγονώς) Pertinet hûc locus Aristotelis libro πολ. III. vbi Ciuem in nonnullis Rebusp. non

A busp. non alium intelligi scribit, quàm cuius auus abauus & tritauus fuerint ciues: vnde inquit exstitit illa quæstio, Qua ratione abauus ille aut tritauus fuerit πολίτης. Verba philosophi sunt: οἱ δὲ καὶ τοῦτ' ἔτι πάλιν ζητοῦσιν. οἷον ἐπὶ πάππους δύο, ἢ τρεῖς, ἢ πλείους. οὕτω δὲ ὁριζομένων πολιτικῶς καὶ ταχέως, ἀποροῦσί τινες τὸν τρίτον ἐκεῖνον ἢ τέταρτον πῶς ἔσται πολίτης.

καὶ κατάμπελον) Vox elegans κατάμπελος, hoc est, *vineis referta.* Sic dicitur locus κατάδενδρος, & καταδρυμος,

B & πόλις κατείδωλος Apud Lucam in Actis Apost. cap. XVII. Vinum autem Massiliensium ait Athenæus esse καλὸν, sed ὀλίγον & παχὺ καὶ σαρκῶδες. vide Plinium.

τὰς μὲν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν) Emporias intelligit, vide libro tertio.

τὴν δὲ Ῥόδην Ἀγαθὴν τοῖς περὶ τὸν ποταμὸν οἰκοῦσι τὸν Ῥοδανόν) Videtur Strabo quam Stephanus annotat dictam à veteribus nonnullis fuisse Τύχην Ἀγαθὴν appellare Rhoen Agathā: Sed verius puto cōfundi ab eo vrbes duas vicinas, Agathā & Rhodē. quā nominat vtrāq; Plin. III de-

C scriptione eius tractus: ex quo putaui aliquādo legēdū esse hoc loco, τὴν δὲ Ῥόδην καὶ Ἀγάθην τοῖς. Verba Plinij sunt, *Oppida de cætero rara, præiacentib. stagnis, Agatha quondā Massiliensium, & regio Volcarum Tectosagum: atq; vbi Rhoda Rhodiorum fuit, vnde dictus multò Galliarum fertilissimus Rhodanus amnis.* Apud Stephanum quoque huius opinor oppidi mentionem reperio: quanquam is non Ῥόδην, sed Ῥοδανουσίαν itémque Ῥοδανουσίαν vocat: & πόλιν esse scribit ἐν Μασσαλίᾳ. Μασσαλίας nomine intelligens & ipse vt Dionysius poeta regionem Massiliensium. Rhodanusiam

D nominat & Sidonius Apollinaris Epist. libro primo. Strabonis codicem esse emendandum potius quàm vt ipse negligentiæ insimuletur, etiam eo adducor vt credam, quod postea Agatham simpliciter nominat, non Rhoen Agatham.

τὸ δὲ Ταυρέντιον) Ptolemæo Ταυρόεντιον: atque ita hîc scribendum: nam etiam infra Ταυρόεντιον rectè legitur. Priscis Græcis Ταυρόεις. Stephanus. Ταυρόεις, πόλις Κελτικὴ, Μασσαλιωτῶν ἄποικος· οἱ πολῖται Ταυροέντιοι: Vide reliqua.

E εἰσὶ δὲ καὶ νεώσοικοι) Vide infra de Cyzico. Ille locus erit isti pro commentario.

Σέξτιος ὁ καταλύσας τοὺς Σάλυας) Epitome lib. LXI. *C. Sextius proCos. victa Saluiorū gēte Coloniā aquas Sextias condidit, ob aquarū copiā, & calidis & frigidis fōtibus, atque à nomine suo ita appellatas.* Vide Velleium & alios Rom. historicos. Plutarchus in Mario, ὕδατα Σέξτια vocat.

ὧν τινὰ μεταβεβληκέναι φασὶν εἰς ψυχρά.) Solinus, *Aquæ quoque Sextiæ eo loco claruerunt, quondam hyberna consulis, postea excultæ mœnibus. Quarum calor olim acrior exhalatus,*

F *per tempora euaporauit, nec iam par est famæ priori.* Epitome Liuij videtur significare ab initio fuisse calidos & frigidos fontes.

¶PAG. 125. ἐν δυναστείᾳ τῶν Μασσαλιωτῶν ἐστέφησαν) Florus lib. III. cap. II. *Primi trans Alpes arma nostra sensere Salyi: quum de incursionibus eorum fidissima atque amicissima ciuitas Massilia quereretur.*

κατὰ δὲ τὸ τράχωνα) Scripti τράχωνος, malè. Sic enim alibi multis locis τράχων opponitur planitiei. In iisdem erat ἐπὶ ζ non η.

G τὸ ἐν τῷ Ἀβεντίνῳ) De Dianæ Ephesiæ fano quod in Auentino monte Romæ à populis Latinis fuit Seruij Tullij hortatu atque impulsu factum, vide Dionysium Halicarnasseum, Liuium, & Plutarchum.

τὸ αὐτὴν διάθεσιν ἔχοντες παρὰ τοῖς Μασσ.) Legendum τὴν αὐτὴν διάθεσιν ἔχον τῷ παρὰ τοῖς M. Sic paullò antè, τὴν ξόανον τὴν διάθεσιν τὴν αὐτὴν. Vulgata lectio & falsa est, & falsam continet meo iudicio sententiam. Neque enim à Massiliensibus sumserunt, credo, Dianæ Ephesiæ simulachrū Romani: nec id aut Liuius aut Plutarchus aiunt. sed coluerunt Romani Dianam Ephesiam eodem ritu quo à Massiliensibus colebatur, suntque hac in re eorum exemplum secuti, vt putat Strabo. Vide verò historicos, maximè Dionysium Halicarn. lib. IIII.

τῷ κατηνθέντι

τοῦ κρατηθέντι σεσῶσθαι μέρει) Lege Cæsarem de bello ciuili libro primo.

περὶ τὰ λεχθέντα) Rem militarem intellige, cuius laudem magnam Massiliensibus supra tribuit.

ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια Ἑλληνιστὶ γράφειν) Cæsar de Gallis testatur libro sexto, eos in publicis priuatisque rationibus Græcis literis vti. Idem libro primo, in castris Heluetiorum tabulas repertas esse ait literis Græcis confectas. Quod autem doctissimi viri & in omni doctrinæ genere summi negant ad illum libri primi locum quicquam facere alterum qui est libro septimo; nec istum Strabonis: ignoscant mihi obsecro: Non possum assentiri: primum quia Gallorum nomine etiam Heluetios intelligi non possumus dubitare si Cęsarem modò consulimus: deinde non video vbi dixerit Strabo id sua ætate Gallos cœpisse facere, vt συμβόλαια Græcè scriberent: & profectò Strabo id nusquam dixit.

σοφιστὰς γοῦν ὑποδέχονται) Sophistas hîc accipe vt in Iure Romano, & recentioribus Græcis scriptoribus. Sunt quos hodie professores vocamus, & Doctores à docendo, vt illi ἀπὸ τοῦ σοφίζειν, quod est σοφὸν & doctum reddere.

τοὺς δὲ αἱ πόλεις κοινῇ μισθούμεναι καθάπερ καὶ ἰατρούς) Medicos publicè olim fuisse conductos passim loquuntur historiæ. Vide tit. Cod de professorib. & medicis. De professoribus & magistris publico salario donandis primus omnium apud Gręcos videtur cogitasse Charondas: quem refert Diodorus Siculus libro XII. νομοθέτησε τὸ πολιτῶν τοὺς υἱεῖς ἅπαντας μανθάνειν γράμματα χορηγούσης τῆς πόλεως τοὺς μισθοὺς τοῖς διδασκάλοις. Laudentur verò Galli maiores nostri qui primi videntur hanc Charondæ præstantissimam & vtilissimam legem re ipsa comprobasse. Græcos enim id non factitasse, ex eorum monumentis facilè intelligimus. Romani autē multis post annis Gallorum hoc factum videntur ęmulati: ac tandem apud Romanos iis qui literas docerent, salarium ex fisco dari cœpit: quod primus omnium Quintilianus videtur nonnullis accepisse. Et tamen scribūt Romani Grammaticos Roma primùm in Galliam venisse, vt hunc literarum cultum Romæ debeant Galli non Massiliæ: quod non fit mihi verisimile. Suetonius de Claris Grammaticis, *Nam in prouincias quoque Grammatica penetrauerat, ac nonnulli de notissimis doctoribus peregre docuerūt: maximè in Gallia Togata, inter quos Octauius Teucer, & Sicennius Iacchus, & Oppius Cares.*

Τῆς δὲ λιτότητος τῶν βίων καὶ τῆς σωφροσύνης) Ecce commendat Strabo Massilienses duplici nomine, quod essent homines frugi, & temperantes: vtranque tamen iis laudē videtur adimere prouerbium πλεύσειας εἰς Μασσαλίαν: de quo consule Athenæum lib. XII. Sed ea morum deprauatio contigit fortasse post Strabonis tempora.

ἑκατὸν χρυσοῖ) Lege χρυσῶν. χρυσοῦς autem dixit Romano more, qui Aureos cum dicunt, nummos subaudiunt. Græci νόμισμα intelligunt & dicunt χρυσᾶ.

ὥστε μὴ ὑπακούειν) Notum est fuisse in prouinciis Romanorum aliquas vrbes quibus permissum erat suis vti legibus & vocabantur liberæ ciuitates. Sic de Nemauso paullò post. vide Strabonem libro XVII. extremo.

ἐπὶ ἄκραν Κιθαριστὴν) Promontorium Citharisten Ptolemæus appellat. Plinius, *In ora, Massilia Græcorū Phocaensium fœderata. Promontorium Citharista, portus.* Vide & Melam, qui melius opinione mea quàm Plinius hæc loca recenset: videtur enim errare Plinius Citharisten promontorium inter Massiliam & eius portum collocans.

ἔστι δ᾽ ὁ κόλπος διπλοῦς) In tabulis Ptolemæi optimè isti exprimuntur: Nam duplex iste sinus ibi rectè distinguitur, Prior is est quem conficit ab occasu fanum Veneris in extremo Pyrenæo, ab ortu mons quem Strabo Sigium, Ptolemæus Setium vocat. Alter sinus quem Gallicum propriè noster ait, est inter Sigium montem, & Citharisten promontorium. Blasconem insulam cuius etiam Plinius meminit, paullò aliter collocat Ptolemæus quàm Strabo.

A Νάρβων ὑπέρκειται τῶν τοῦ Ἄτακος ἐκβολῶν) Plinius, *Flumen Atax è Pyrenæo Rubrensem permeans lacu: Narbo Martius, Decumanorum Colonia XII. M. pass. à mari distans:* quo ex loco intelligimus λίμνην Ναρβωνῖτιν quam vocant Strabo & Stephanus Rubrensem esse lacum. Atacem fluuium vnus Polybius libro tertio, & XXXIIII. Narbonem appellauit.

μέγιστον ἐμπόριον ταύτης) Lege ex libris, τῶν ταύτῃ. Ausonius de Narbone,

B
> *Te maris Eoi merces, & Iberica ditant*
> *Aequora, te classes Libyci, Siculique profundi:*
> *Et quicquid vario per flumina, per freta cursu*
> *Aduehitur toto tibi nauigat orbe καταπλοῦς.*

ἐμπόριον οὐ μικρὸν Αρελάτῃ) Variè scriptum hoc nomē reperies in veterum libris. Græcis est Ἀρέλατα fere, vel Ἀρελᾶται vt Ptolemæo. Latinis Arelate, dicitur & Arelatæ, & Arelas, & Arelatus. Emporium autem fuisse Arelatæ οὐ μικρὸν vt ait, testantur hæc Ausonij in carmine

C de Arelate,

> *Præcipitis Rhodani sic intercisa fluentis,*
> *Vt mediam facias nauali ponte plateam,*
> *Per quem Romani commercia suscipis orbis*
> *Nec cohibes, populósque alios & mœnia ditas:*
> *Gallia quis fruitur, gremioque Aquitania lato.*

¶PAG. 128. ὅ,τι Ρουσκίνων) In Ptolemæi codicibus Ρουσκίνων, fluuius vocatur: vrbs Ρουσκινῶν: vterque locus ex Strabone emendandus. Polybius Ρούσκυνον vocat.

καὶ ὁ Ἰλίβιρρις) Ptolemæi Græcus codex fluuium no-

D minat Ἰλλιβεριν: vrbem Ἰλλίβεριν: scripserat vtroque loco Ptolemæus Ἰλλίβερις. Polybio est Ἰλλίβερις. Liuio Illiberis libro XXI.

πόλιν ἔχων ὁμώνυμον ἑκάτερος) Polybius apud Athenęum scribit, μετὰ τὰ Πυρηναῖα ἕως τοῦ Νάρβωνος πεδίον, δι᾽ οὗ φέρεσθαι ποταμοὺς Ἰλλίβεριν καὶ Ρούσκυνον ῥέοντας παρὰ πόλεις ὁμωνύμους κατοικουμένας ὑπὸ Κελτῶν.

τοῦ δὲ Ρουσκίνωνος καὶ λιμνοθάλαττα ἐστί) Totum istum tractum stagnis abundasse indicat Plinius.

ἁλυκίδα μικρὸν) Salsulas Latini appellant. In Antoni-

E ni Itinerario non est dubium Salsulas esse illo loco quas describit hîc Strabo. Apud Melam prope Rubresum lacum Salsulas fontem legimus. Sic libro XII. terra quam Mæander rigat, dicitur πλήρης ἁλμυρίδων.

τὸ τοὺς ὀρυκτοὺς κεστρεῖς ἔχον) Polybius apud Athenęum eandem rem pluribus ita narrat, ἐν ἐν τῷ πεδίῳ τούτῳ εἶναι τοὺς λεγομένους ἰχθῦς ὀρυκτούς· εἶναι τὸ πεδίον λεπτόγεων καὶ πολλὴν ἄγρωστιν ἔχον πεφυκυῖαν· ὑπὸ δὲ ταύτην διάμμου τῆς γῆς οὔσης ὑπὸ δύο καὶ τρεῖς πήχεις ὑπορρεῖν τὸ πλαζόμενον ὑπὸ τῶν ποταμῶν ὕδωρ, μεθ᾽ οὗ ἰχθύες κατὰ τὰς παρεκχύσεις ὑπὸ τὴν γῆν, χάρ-

F ριν τῆς τροφῆς (ἐπιλίχνοι γὰρ τῆς ἀγρώστεως ῥίζης) πεποιήκασι πᾶν τὸ πεδίον πλῆρες ἰχθύων ὑπογαίων, οὓς ἀναμῶσι καὶ λαμβάνουσιν. Sed videtur Polybius campum Lapideum vbi est plurima ἄγρωστις, confundere cum illo loco vbi sunt pisces fossiles. Aristoteles lib. θαυμ. ἀκουσ. causam cur pisces isto loco effodiantur hanc affert. Est inquit prope Massiliam lacus qui exundans, ingenti piscium copia loca vicina tegere solet: quæ loca postea Etesiis spirantibus terra obruuntur, sicque solida superficies, quam loci incolæ τριόδοντι scindentes piscium referunt quātum volunt.

G Idem ex Theophrasto & Plinius & Seneca referunt. Pomponius Mela vt rem falsam irridet. Liuius vt portentum narrat libro XLII. in Gallico agro qua induceretur aratrum, sub existentibus glebis pisces emersisse. Sed etiam aliis locis effodi pisces constat. Vide Athen. lib. VIII. initio.

καὶ τριόδοντι τρήσαντα) Τριόδους instrumentum est piscatorum, quo maiores capiunt pisces. In Epigrammate Leonidæ,

> Τρηχεῖαν τριόδοντα, ποσειδώνιον ἔγχος.

Philippus poeta τρίαιναν appellat.

> Κητοφόνον τε τρίαιναν ἐν ὕδασι καρτερὸν ἔγχος.

ἐξ ἧσπερ ὁ Ἄταξ) Pomponio & Plinio Atax fluit è monte Pyrenæo non Cemmeno.

A ὅτι Ὄϐρις) Pompeio & Plinio Obris. Ptolemæo Ὄρϐις hic fluuius dicitur, non Ὀρϐίων vt falsò multi annotant.

καὶ ὁ Ἀραύραρις) In prioribus editionibus erat vt & in manuss. ὁ Ῥαύραρις quod interpres mutauit, & edidit Ἀραύραρις vt apud Pomponium Atauraris: Ptolemæo est Ἀραυρις.

τούτων ἐφ' ἑνὸς) An Atacem intelligit? videtur id suadere quod de Narbone subiicitur. An potius Obrin? Ipsum id suadet genus loquendi: In Ptolemaicis tabulis medium collocatur hoc oppidum inter vtrúmque flu- B uium.

Βλιτέρα πόλις) Vetus lectio Βλιτέρα, vt Plinio Bliteræ In Ptolemæo corruptè Βαιτῆραι pro Βλιτέραι, vel Βλιτέραι.

καὶ τῶν ἐκϐολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ) Eustathius Grāmaticus diligētissimus, cui perpetuò in ore noster hic Geògraphus, interdū adeo deprauatis vsus est codicibus, vt vestigia verborū Strabonis vix agnoscas: cuius rei illustreandi dū exéplū est quod annotamus libro XIII. Sed hic quoque pro istis Strabonis verbis, videtur legisse Ῥυγίνης. Scribit enim λιθῶδες istud πεδίον esse μεταξὺ Μασσαλίας καὶ C Ῥυγίνης quod omnino è deprauata istius loci lectione ortum puto.

πεδίον ἐστὶ) Visitur hodiéque hic campos, ac vulgo vocatur, *Les Craux*. Est inter Arelate & Massiliam.

καλεῖται δὲ λιθῶδες) Mela, lapideum littus vocat Plinius lapideum campum, Solinus lapidarium.

μελαμβόρειον καταπνεῖ τὸ πνεῦμα βίαιον καὶ φρικῶδες) In libris scriptis partim μελάβορειν legitur, partim μελαμβόρειον quæ est vera lectio. Sic enim voce eleganter ficta τὸν μέλανα βορρᾶν exprimit, quē ventū, ait Diodorus, spirare ἀπὸ δυσμῶν θερινῶν δυσμαῖς καὶ ἄρκτου. Galli similiter vocant Boream ni- D grum. Notum est autem flare interdum in Galliæ ista parte ventū quendam qui terras vehementer obscurat: éstque hic ventus mirè impetuosus. Eum nos tum alibi sæpe tum ad Auenionem maximè sensimus: prorsus, vt ait, φρικώδη καὶ βίαιον, vix vt in equo stare possemus. De hoc loco sensit Aeschylus in Prometheo soluto istis carminibus, quæ nos è Galeno describemus simul & emendabimus.

Εὐθεῖαν ἕρπε τήνδε. καὶ πρῶτον μὲν
Βορεάδας ἥξεις πρὸς πνοάς. ἵν' εὐλαβοῦ
Βρόμον καταιγίζοντα, μή σ' ἀναρπάσῃ
δυσχειμέρῳ πέμφιγι συστρέψας ἄνω.

E Βορεάδας πνοὰς vocat Æschylus quod Straboni est μελαμβόρειον. hoc est vt dixi μέλας βορέας. quo modo μέλανα ἀέρα poetæ sæpe dicunt. Secundus poeta Epigrammatarius,

Ἢ ὁ μέλας ἔτ' ἀὴρ ἐποντίσε.

Horatius,

Niger rudentes Eurus inuerso mari
Fractosque remos differat.

F Porro autem ventum hunc Galli Circium vocabant. A. Gellius lib. II. cap. XXII. *Galli ventum ex sua terra flatem quem sæuissimum patiuntur, Circium appellant, à turbine opinor eius ac vertigine.* Vide & Senecam ac Plinium.

κατακυλινδεῖσθαι) Mallem κατακυλίεσθαι. Hæc ita exprimit Diodorus lib. V. vbi de isto vento plura, καὶ ὅλως δὲ καταιγίζοντας λάβρως ἀφαρπάζειν ἀπὸ μὲν τῶν ἀνθρώπων τὰ ὅπλα, καὶ τὰς ἐσθῆτας, ἀπὸ δὲ τῶν ἵππων τοὺς ἀναβάτας.

G Ἀριστοτέλης μὲν οὖν) Locum Aristotelis hodie opinor non habemus: Idem tamen huius rei etiam libro sec. μετεωρολ. meminit, quo loco de terræ motu quē ἐπικλίντην appellat disputans, ita scribit, ὅπου δ' ἂν φλέβες ἅμα γίγνωνται σεισμοῖς, ἀποπαλάζειν πλῆθος λίθων, ὥσπερ τῶν ἐν τοῖς λίκνοις ἀναβρασσομένων. τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον γενόμενοι σεισμοί, τά περὶ Σίπυλον ἀνέτρεψαν, καὶ τὸ καλούμενον Φλεγραῖον πεδίον καὶ τὰ περὶ τὴν Λιγυστικὴν χώραν. De terræ motu quem Posidonius βρασματίαν vocabat, alij βρασματίας, vide Senecam. Ammianus Marcell. lib XVII. *Fiunt autē terrarum motus modis quatuor:* H *Aut enim brasmatiæ sunt, qui humum intus suscitantes, sursum propellunt immanissimas moles.*

ἐρείσματι δὲ καὶ λείας) Scripti ἐρείσματι δὲ καὶ λείους.

καὶ τὴν αἰτίαν) Forrasse, Καὶ ὑπὸ τὴν αἰτίαν. Sed hic locus non est sanus.

Τὸ μέντοι δυσαπολόγητον) Ἀπολογεῖσθαι est causam alicuius rei seu facti reddere. Plutarchus hoc vocat, τὸ ἀπολόγησιν τῆς αἰτίας.

ἃ παρ' ἄλλοις ἐξαλαϐεῖν) Melius scripti λαϐεῖν.

φησὶ γοῦν Προμηθεύς) Iampridem notauit doctissimus socer Henricus Stephanus è Dionysio Halicarnassensi locum istum de Æschyli Prometheo Soluto esse descriptum. Patet hoc etiam ex his quæ scribit Hyginus As- B trono. lib. II. cap. Engonasin. *Aeschylus, ait, in fabula, quæ inscribitur Prometheus Lyomenos, Herculem ait esse non cum dracone, sed cum Liguribus depugnantē. Dicit enim quo tempore Hercules à Geryone boues abduxerit, iter fecisse per Ligurum fines, quos conatos ab eo abducere pecus, manus contulisse & quam plures eorum sagittis confixisse. Sed postquam Herculi tela defecerent, multitudine Barbarorum & inopia armorum defessum, se ingeniculasse multis iam vulneribus acceptis. Iouem autem misertum filij, curasse vt circa eum magna copia lapidum esset, quibus se Herculem defendisse, & hostes fugasse*

C ἐπεὶ πᾶς χῶρος ἐστὶ μαλθακός) Hoc nihil ad intelligendum facilius: si quidem memineris dici hæc Prometheo multò antè quam ille campus lapidibus esset cōplutus: tunc πᾶς χῶρος erat μαλθακὸς lapidibúsque carebat.

Νεφέλην δ' ὑποσχών.) Lego ὑπερσχών. est enim hæc sententia, Iouem cum vellet lapidibus pluere in Herculis gratiam, nubem prius excitasse quæ Herculē hostium ipsius oculis eriperet: deinde autem saxea pluuia totū illum campum operuisse. Νιφάδα autem vocat huius- D modi pluuiam.

ὥσπερ ἂν κρεῖττον ὄν) Elegantissimi huius loci vmbram vix assecuti sunt interpretes: mentem sane non viderūt. Legendum aio ὥσπερ οὐ κρεῖττον ὄν. Verba sunt Posidonij Æschylum subsannantis, quod Iouē fecisset in Herculis gratiam lapidibus pluere & totum illum campū operire: quasi vero, dicebat Posidonius, nō fuisset satius facere vt iisdem lapidibus cælitus delapsis obruerentur Herculis hostes: quàm eum inducere lapidibus carentem, & Iouem eius gratia lapidibus pluentē, qui- E bus postea se defendat Hercules. Ergo, ὥσπερ οὐ κρεῖττον ὄν, significat quasi non esset melius. Sic libro XI. ὥσπερ οὐ δυνατὸν ὄν. Dio libro quinquagesimoseptimo. ὥσπερ οὐ πολλῷ ἄμεινον ὂν, ἀντέχεσθαί τινα ἀποδειχθέντα ἀρχῆς. Polybius libro XI. ἐπέκειτο τοῖς φεύγουσιν, ὥσπερ οὐκ αὐτὸν τὸν φόβον ἱκανὸν ὄντα τοὺς ἅπαξ ἐγκλίναντας ἄχρι τῶν πυλῶν συνδιώκειν. Autor incertus apud Suidam, Φιλίας Ἀ... ἑρμηνείας ἐχρήσατο. ὥσπερ οὐκ αὐτὸς ὤν, ὁ πεισθεὶς τὸ γεγονὸς ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ὑφελόμενος. Sic & libro secundo supra ὥσπερ τῆς ἱστορίας δέοντος ἐγχειρεῖν ὄντος. Nam ibi quoque τὸ ὥσπερ nota F est reprehensionis. Vides ergo referri Posidonij verba quibus Æschylum ille reprehendebat. quod manifestissimè illa euincunt quæ statim sequuntur, μυθωδέστερος ὁ μυθογράφος τοῦ αἰτιολογοῦντος τὸν μῦθον.

¶ PAG. 157. ὁ τοσοῦτον διὰ χώρας ποιοῦσι λίθων) Vetus interpres τοσούτων vt λίθων, & mox τὸ μὲν οὖν τοσοῦτον.

τὸ μὲν οὖν τοσοῦτον) Incipit Strabo respondere reprehensioni Æschyli.

ἀλλὰ καὶ τἆλλα τοιουτότροπα φήσεις) Lego, ἀλλὰ καὶ τἆλλα, καὶ ταυτοτρόπως φήσεις. Sensus est. Æschyli dictum & alijs ra- G tionibus posse defendi, & eo maxime, quod eius causam referat poëta ad fatum: Nam in iis, ait Strabo, quæ à diuina prouidentia administrantur, quæque lege fati fiunt, multa sunt eiusmodi vt causam frustrà inquiras.

Καὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ προνοίας) Stoicorum est placitum ἡ πρόνοια. quam cum toties astruat Strabo hoc opere, nō aliud desiderare debemus argumentum, vt sciamus quam ille sectam sequatur. Infra eodem, postquam dixit Galliam irrigari fluminibus quæ ad commercia & omnino βίον πολιτικὸν vtilitatem maximam præstent, H subiicit, merito aliquem dicturum προνοίας id esse ἔργον. Vide libro XVI.

τῶν ἀνθρώπων) Vetus lectio, τῶν ἀνθρωπίνων.

διήμαρτεν δὲ τὰ Αἰγύπτια ἀλλὰ μὴ τὴν Λιϐύην) Inanis est igitur illa

tur illa Ægypti laudatio apud Lucanum.

Terra suis contenta bonis, non indiga mercis,
Aut Iouis, in sola tanta est fiducia Nilo.

præstabat enim Iouis indigam esse quàm Æthiopiæ. Non esse autem Ægyptum ἄνομβρον, hoc est, non ita aqua pluuia irrigari vt alia loca, tam certum est, quàm certum est eandem πολλάκις ὕεσθαι sæpe in ea pluere. Vide Aristidem in Ægyptio.

καὶ τὸν Πόντον εἰς Σινώπην πλεῖν τὰ ναυάγια φέρεσθαι) Hoc ipsum eleganter queritur Agathias Scholasticus in Epigrammate,

Ἀλλὰ σὺ μὴ προλίπῃς ἐλπίδα τὴν μίαν
Πᾶσιν ἀπειρεσίων τίγ... ἀγγελίην.
Ἄρκιον ... τὸν ... αἰθέρα ...
Ἔπλετο, τῆς στέρνης ... τόδε.

Prorsus ista Strabonis mentem aperiunt.

ὅτι ἐφ' Εὐριπίδης ἀπαντᾶν εἰς τὸν Δία) Eruditè notat Seruius veteres cum rationem huiusmodi malorum non viderent, solitos dicere, *Sic visum superis.* Virgilius hac ipsa de re,

Postquam res Asiæ Priamique euertere gentem
Immeritam visum superis.

Et notum est illud Homeri, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

Περὶ δὲ τῶν τοῦ Ῥοδανοῦ στομάτων) De Rhodano lege Polybium lib. III. Ille autem locus quem citat Strabo hodie non extat.

φησὶ δὲ καὶ πεντάστομον) Quis Diodori Siculi incogitantiam non miretur: qui affirmare ausus est cum Timæo Rhodanum esse πεντάστομον? Atqui Timæus eo nomine Polybio iam pœnas meritò dederat. Sed nos illius scriptoris negligentiam multis locis maximam deprehendimus.

Ἀρτεμίδωρος δὲ τριστόμον λέγει) Etiam Plinius Rhodani ostia tria agnoscit: Ptolemæus cum Polybio duo. Liuius scribens Rhodanum pluribus ostiis diuisum in mare decurrere, sibi ne mendacii argui posset, cauit.

ἔφη τυφλόστομον γενόμενον) Vocat Strabo ποταμὸν τυφλὸν cuius ostium in paludes diffunditur. Nam τυφλὰ vocant τὰ ἰλύι. vnde Grammatici interpretantur vocem ἰλύς, τὰ τυφλὰ καὶ ἀπεφραγμένα. Strabo libro XIII. de Simoente & Scamandro, πολλὴν καταφέροντες ἰλὺν προσχοῦσι τὴν παραλίαν, καὶ τυφλὸν στόμα τε καὶ λιμνοθαλάττας καὶ ἕλη ποιοῦσι. Idem lib. IX. ... ἐκβάλλοντα τὸν ῥοῦν εἰς τυφλὸν τῆς θαλάττης. Idem fluuius multos τυφλοστόμους appellat. éstque eadem figura qua *vada cæca*, & *saxa cæca*, hoc est ἀπρόοπτα Virgilius vocat: itémque Lucretius *Corpora cæca*, quæ cerni nequeant. Plutarchus hæc ita expressit τὰ στόματα τοῦ Ῥοδανοῦ πρὸς τὰς ἀναχοὰς τῆς θαλάσσης ἰλὺν πολλὴν λαμβάνοντα, καὶ θῖνα πηλῷ βαθεῖ συμπεπλασμένην, ὑπὸ τοῦ κλύδωνος χαλεπήν, ὅτι τόνον καὶ βραχύπορον ταῖς σιτηγοῖς ἐποίει τὸν εἴσπλουν ὁ δὲ τρέψας ἐντ. &c. Postrema hæc in Plutarchi libris corruptè eduntur. De fossa Mariana omnes Geographi.

κατὰ τὸν πρὸς Ἄμβρωνας καὶ Τωυγενοὺς πόλεμον) De bello Ambronum, Cimbrorum & Teutonum, lege Epito. LXVII. & LXVIII. & Florum III. III. Plutarchum, Orosium alios. Toÿgenos istos esse eos qui hodie locum inter Heluetios septimum tenēt & quorum oppidum vocatur *Zuger*, doctis viris coniicientibus assentior. Et ex Strabonis libro sept. intelligimus Tigurinos ac Toygenos istos Ambronibus & Cimbris per ipsorum regionem iter facientibus eum Romam peterent se adiunxisse. Lectionem autem vulgatam non esse hic quidem sollicitandam ex eodem libro VII. apparet.

ὃ ποιεῖ νῆσον τὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ) ὁ χωρίζει τὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ νῆσον. An autem Metinam intelligit, quam Plinius insulam esse ait in ostio Rhodani?

ὑπέρκειται δὲ τῶν ἐκβολῶν τοῦ ποταμοῦ λιμνοθάλαττα) Ait supra Rhodani ostia esse limnothalattam, hoc est stagnum siue lacum magnum vt libro primo hanc vocem exposuimus. Huius limnothalattæ mentionem reperio apud Melam ac Plinium: sed vtriusque locus ita confusè legitur, vt hactenus quod sciam nemo illa rectè sit interpretatus. Legitur apud Pomponiū vulgò, *Inter Massiliam & Rhodanum maritima Auaticorum stagno assidet fossa Mariana, partem eius amnis nauigabili alueo effundit.* Sed qui rem ipsam & illius tractus χωρογραφίαν cognitam habuerit, facilè, opinor, mihi assentietur legenti, *Inter Massiliam & Rhodanum Maritima Auaticorum stagno assidet: fossa Mariana partem eius amnis nauigabili alueo effundit.* Stagnum vocat Mela, λιμνοθάλατταν hanc Strabonis, quæ verè vt noster ait ὑπέρκειται τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ, Maritima, oppidi est nomen, cuius & Plinius & Ptolemæus meminēre, quanquam in Ptolemæo corruptè Αὐαπλῶν legitur, pro Αὐατικῶν, éstque inter Massiliā & Rhodani ostia vt ait Mela. Deinde accedit Pomponius ad ostia Rhodani & fossam Marii commemorat. Atque hactenus de Melæ loco. Veniamus ad Plinium. Is igitur postquam ostia Rhodani recensuit, *Sunt, ait, autores, & Heracleam oppidum in ostio Rhodani fuisse. vltra fossæ ex Rhodano C. Marij opere & nomine insigne stagnum. Astramela oppidum, maritima Auaticorum.* Distinguendum autem fuit, *vltra fossæ ex Rhodano C. Marij opere & nomine, insigne stagnum Astromela, oppidum Maritima Auaticorum.* Astromela est stagni nomen, quod stagnum non aliud est quàm Strabonis λιμνοθάλαττα.

καλοῦσι δὲ στομαλίμνην) Vocant vulgò Græci huiusmodi loca (ait Strabo) στομαλίμνας: Nec putandum est Stomalimnam proprium huius loci fuisse nomen. Nam istæ λιμνοθάλατται omnes etiam στομαλίμναι appellantur à Geographo: vt libro XIV in descriptione illius oræ vbi fuit Troia, καὶ ἡ στομαλίμνη καλουμένη καὶ αἱ τοῦ Σκαμάνδρου ἐκβολαί. Reperies & alibi in hoc scriptore. Poetæ etiam στομάλιμνον dicunt. Theocritus.

Καὶ μὰν ἐν στομαλίμνῳ ἐλαύνετε.

Sic enim locum Theocriti esse corrigendum primi nos docuimus. Verba autem scholiastæ ad illum locum, quæ in vulgatis libris valde sunt deprauata, ita censemus legenda, τὰς εἰς θάλασσαν ἐστομωμένας λίμνας οὕτω φασίν. τινὲς δ' ἐν στόματι λίμνης περὶ τὴν Κρότωνα, καὶ τὴν ἐν Τροίᾳ δὲ στομαλίμνην φασίν. Rectè explicat Scholiastes hic quid appellent στομαλίμνην nimirum lacum prope mare, qui ipsum mare suo ostio ingrediatur. Infra Strabo λίμνην ἀνεστομωμένην eodem sensu dixit, cui opponit λίμνην ἄστομον. Caue autem putes λιμνοθάλατταν & στομαλίμνην idem perpetuò significare. Nam omnis quidem στομάλιμνον est λιμνοθάλαττα: sed non contra: cum etiam in mediterraneis λιμνοθαλάττας multas commemorent Geographi vt libro primo dictum est. Fuit cum putarem legendum esse hoc loco, καλοῦσι δὲ Μεσταμέλην ex Stephano, qui vt eruditè Pintianus vir longè doctissimus annotauit, ita appellat quam Plinius Astramelam: hodiéque vocatur *Stagnum Martegua*, vt quidem nonnullis placet. Sed nihil est mutandum & locus ita omnino est exponendus vt diximus.

καὶ ἄλλως εὔοψον) hoc est εὔοψον, siue piscibus abundans. Sic Archestratus poeta apud Athenæum,

Ἄλλως τ' εὔοψος ... Κάρος.

Ταυρόεντιον) Vult interpres legi Ταυρέντιον, vt supra, inquit. Vide hominis eruditi oscitantiam. Constat ex aliis scriptoribus veram scripturam esse Ταυρόεντιον. Strabo hic ita appellat, & supra quoque ita vocauerat: sed vulgati codices ibi sunt mendosi: & tamen Xylander ex illo corrupto loco istū labefactare maluit, quàm ex isto veram ibi quoque lectionem reponere.

ὃ καλοῦσι φόρον Ἰούλιον) Sic & Ptolemæus, Latini Forum Iulii non Iulium.

διέχει Μασσαλίας εἰς ἑξακοσίους σταδίους) Describitur hoc iter ab Antonino, & colliguntur ex eius descriptione M. P. LXXXVII. hoc est stadia DCXXVI.

τῆς μὲν οὖν ...) Et hic multum variat Antonini calculus. Vide locum.

ἐπιτείχισμα γὰρ τὸ ...) Legendum est ἐπιτειχίσματα. siquidem sciuit Strabo inter τειχίζειν & ἐπιτειχίζειν distinguere. de quo nemo sanus dubitauerit.

uerit. Paullò antè rem eandem ita narrat, καὶ τὰς πόλεις ἔκτισαν ἐπιτειχίσματα, τὰς μὲν κατὰ τῶν Ἰβήρων τοῖς Σάλυσι.

τὰ μὲν πρῶτα Σάλυες) Ab aliis Salyes Liguribus adscribuntur. Plinius, *Ligurum* celeberrimi vltra Alpes Sallyi.

¶Pag. 128. ἐλάδ᾽ ἐθεράπευσε τῶν παρ᾽ ἐκείνων πραγμάτων) Vetus lectio προσταγμάτων. Optimè.

αἱ Στοιχάδες νῆσοι) Quas sic vocarunt Massilienses propter ordinem, autor Plin.

τρεῖς μὲν ἀξιόλογοι, δύο δὲ μικραί) Ptolemæus quoque quinque agnoscit: Plinius tres tantum, Proten, Mesen; Hypæan, siue Hypatan. Stephano cum Plinio conuenit.

μετὰ δὲ τὰς Στοιχάδας ἡ Πλανασία) De Planasia vide quæ notauimus libro superiore. Ridiculi sunt omnino qui putant esse opidum quod hodie Pontem Sp.S^ti vocamus.

καὶ Λήρων) Ptolemæo Lerone. Λειρώνη: quo modo multa dicuntur, sic Ammianus Narbonam pro Narbone dixit: atque ita scriptum perpetuo hoc nomen vidisse me in optimo codice Comm. Cæsaris possum affirmare.

κεῖται δ᾽ αὕτη περὶ τὴν Ἀντίπολιν) Apud Plinium vulgò creditur duas esse insulas, Leronem & Lerinam. Nam eius verba hæc sunt: *Ab his Sturium, Phœnice, Philo, Lero, & Lerina aduersum Antipolin.* Sed ex isto Strabonis loco videtur legendum apud Plinium, *Lero quæ & Lerina aduersus Antipolin.* Veruntamen nihil affirmo: præsertim propter Antoninum. Ptolemæus ante Vari ostia collocat.

τῶν Ὀξυβίων λιμένα) De Oxybiis Ligurum populo vide infra.

εἰς Καβαλλίωνα πόλιν) Annotant viri docti appellari à Ptolemæo hunc locum, Cabelliorum coloniam: & ita habent Ptolemæi tabulæ ac Latinæ interpretationes: quod tamen valdè est ineptum: Καβελλιῶν enim est Caballio, vrbis non gentis nomen. Stephanus autē quem proferunt nonnulli vt hunc errorem confirment, Καβαλλιών disertè scribit: & addit, πόλιν esse ita dictam vt Ταρρακών. Idem est eorum error, qui Arausiorum coloniam Latino cœlo inauditam confingunt.

Καουάρων ἐστὶ) Cauarum nomen & latius interdum accipitur, & interdum angustius. Cauares enim hîc vocat eos tantum qui inter Druentiam & Isaram (quem fluuium hodie vocant *Lizere,*) habitant. Ptolemæus etiam angustius accipit. Nam horum tantum partem ita vocat. Sed noster paullò post plerósque omnes, qui τὴν παραποταμίαν Rhodani ab isto latere habitant, Cauares ait nuncupari. Nunc Salyes appellamus Prouinciales, à voce Rom. Prouincia. Deinde sequuntur aliquot vrbes ad Rhodanum sitę quæ Romano Pontifici parent, in his Auenio, vrbs magna, & pulcherrima. Is tractus vocatur Terra Papæ vel Comitatus Venetorum. Finitimi istis sunt, qui Delphinates appellantur: quorum regionem Isara fl. mediam secat ad Rhodanum properans. Ad Isaram est vrbs nobilis Gratianopolis, & alia Rhodano propior Romantiū appellata. Infra Isaræ ostia, est Valentia, quam Plinius Valentiam Cauarum nominat: éstque etiam hodie præcipua illius tractus vrbs: à qua Delphinatus pars Valētinensis appellatur. Supra Isarā ad Araris vsque συμβολὴν, vbi Lugdunum situm est, porrigitur Delphinatus: In ea παραποταμίᾳ est Vienna vrbs XII. M.P. Lugduno plus minus distās. Prope Lugdunum incipit ditio Sabaudi.

ἐνταῦθα δὲ τὸ Κίμμενον) Vide initio huius libri.

τῶν δὲ Καουάρων ὑπέρκεινται) Versus Alpes & Italiam.

Οὐοκόντιοί τε καὶ Τρικόριοι) De his infra, in tractatu de Alpibus.

καὶ Ἰκόνιοι) Aut hîc Σικόνιοι legendum, aut infra Ἰκόνιοι, vbi de Alpibus & populis Inalpinis.

καὶ Μεδοῦλλοι) Benè libri scripti, Μεδοῦλλοι, vel Μεδύλλοι. Strabo infra, Μετὰ δὲ Οὐοκοντίους Σικόνιοι, καὶ Τρικόριοι, καὶ μετ᾽ αὐτοὺς Μεδοῦλλοι. Medullorum mentio est apud Plinium in trophæo Alpium, lib. III. cap. XX.

A καὶ ἄλλοι τε ποταμοὶ ῥέουσιν) Prior interpres legit in suis codicibus καὶ ἄλλοι ε ποταμοί. At Strabo non quinque sed quatuor omnes enumerat. Sed totus locus miserè acceptus est ab imperitis hominibus. Iosephus autem Scaliger vir præstantissimus & singulare non Galliæ nostræ tantum, sed totius Europæ ornamentum, in aureo libello Lectionum Ausonianarum, locum hūc diligenter excussit, explicuit, & emendauit: Eum lector adi: & quid certi de hoc loco possit constitui illinc

B disce.

δύο μὲν οἱ περιρρέοντες πόλιν Καουάρων καὶ Οὐάρων) Ita est in omnibus libris. Sed putat Scaliger legēdū esse πολλῶν, & Κουάρων ac Οὐάρων nomina esse duorum istorum fluuiorum: quorum alterum placet illi esse Drunam, alterum autem, illum, qui Drunæ immixtus nomen suum amittit. Druna autem est quem hodie vocant Dromam, qui Diam, ac Chrestam, opida præterlabitur, & infra Valētiam Rhodanum intrat. Hæc est summi viri coniectu-

C ra: quam equidem non improbo: Suspicatus tamē sum interdum legendum esse πόλιν Καουάρων Δουριώνα. Nam Durionis paullò post ita meminit Geographus, vt videatur eius facta iam fuisse mentio: & in fine huius libri eandem iterum commemorat: quanquam ille locus est corruptus: Legitur enim Αουεΐων pro Δουρίων, nisi potius vbique Αουερίων legi debet. Quare verba Strabonis ita erunt legenda, δύο μὲν οἱ περιρρέοντες πόλιν Καουάρων Δουρίωνα κοινῷ ῥείθρῳ συμβάλλοντες εἰς τὸν Ῥοδανόν. Sūt autem pręter supra dictos fluuios alij quoque duo inter Isaram & Druentiam fluentes, qui ad pagum Anconām communi ostio Rhodano miscentur, paullò in-

D fra oppidum Montemlimarum vulgò nūcupatum (qui est mons Æmarorum:) Flumina illa vulgò dicuntur, *Robio & Gebio.*

Σούλγας ὁ κατὰ Οὐίνδαλον πόλιν) De Sulga lege quæ sunt à Scaligero annotata: Idem emendat Οὐίνδαλιν, & sic legendum, ex Epitome Liuij lib. LXI. & Orosio. Celtas autem vocat, quos Latini historici Allobroges & Aruernos.

τὸ ὄντι φησὶν Ἀρτεμίδωρος ἀερία) hoc est, ὑψηλή. Notum

E est enim aerium Græcis Latinísque dici quicquid est altum, aut sublimi loco positum. Aëriam & Plinius cōmemorat, & Stephanus ex Apollodoro.

Κόϊντος Φάβιος Μάξιμος Αἰμιλιανὸς) Falli Strabonem quum Fabium hunc appellat Æmylianum cuius filius fuit, iampridē docti viri ex Asconio obseruarunt: Estque hîc error Straboni cum Appiano & Plinio communis vt putat Sigonius. Historiam pete è Liuij Epit. LXI. Orosio & aliis.

καὶ ἔστησε τρόπαιον αὐτόθι λευκοῦ λίθου) Cur hoc Strabo

F notet ex his Flori intelligimus. *Domitius Aenobarbus & Fabius Maximus ipsis quibus dimicauerant locis saxeas erexere turres, & desuper exornata armis hostibus trophæa fixere: quum hic mos inusitatus fuerit nostris. Nusquam enim populus Rom. hostibus domitis victoriā suam exprobrauit.* De Græcorum tropæis res est notissima. Testatur autem Diodorus libro XIII. veteres Græcos nonnisi διὰ τῶν τυχόντων ξύλων voluisse erigi tropæa, ne essent odia immortalia. Plutarchus quoque ait parum apud Græcos probatum fuisse eorum factum, qui primi è lapide aut ære

G trophæum erexerunt.

πλέον ἢ μὲν πεντ᾽) Stadia CC. efficiunt mensura Romana M.P. XXV. quæ sunt nostra mensura, leucæ XII. Quis autem nescit Viennam Lugduno vix XII. M. passuum distare? Quare si ita scripsit Strabo, fugit eum ratio. Sed fortasse scripserat ille ρ.

καὶ τοὺς Αὐλώνας) Sic rectè habent libri scripti.

¶ Pag. 129. φέρεται δ᾽ αὖ τὴν πόλιν) Libri scripti plerique omnes, ἄνω τῶν Ἄλπεων pro ἀπὸ τῶν Ἀλ.

ὥς γε διὰ λίμνης ἐξιὼν τῆς μεγάλης) Omnino legendum est τῆς Λεμάνης, vel Λεμάνου. Ita enim Strabo Lemannum lacum infra appellat. Ptolemæus Λημάννην.

φανερὸν δείκνυσι τὸ ῥεῖθρον ἐπὶ πολλοὺς σταδίους.) Idem de Rheno per lacum Brigantinum fluente docti & fide

digni viti affirmant: De Rhodano, Lemani lacus accolæ hoc negant esse verum: Ego certè cum diligenter id obseruauerim, vidi rem non esse tā mirā quàm volunt videri plerique veterum. Strabo quidem non semel hoc narrat. Ammianus autē Marcellinus de Rhodano ita scribit, *A Pœninis Alpibus effusiore copia fontium Rhodanus fluens, & procliuiimpetu ad planiora digrediens, proprio agmine ripas occultat, & paludi sese ingurgitat nomine Lemano, eámque intermeans nusquam aquis miscetur externis: sed altrinsecus summitates vndæ præterlabens segniores, quæritans exitus, viam sibi impetu veloci molitur.* Equidem hoc magis miratus sum, quod in Arua ipse obseruaui: Is est fluuius qui Rhodanum ingreditur C. circiter passus emēsum postquam è lacu Geneuensi exiit. Tanta autem est eius fluuij seu verius torrentis vehementia tantáque rapiditas, vt Rhodani alueum ingressus, multos fluat passus antè quam ei misceatur: ita vt duo flumina iuncta quidem, sed nullo modo mixta eodem labantur alueo: quin non rarò contingit vt niuibus liquefactis auctus ille fluuiolus, Rhodani cursum impediat, qui tum cogitur ad lacum regredi, vt verè dicere illud possis ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί. Id maxima cum omnium admiratione cōtigit famoso anno CIↃ IↃ LXXII. adeo vt pistrina Geneuensia Rhodano inter lacū & Aruæ confluentem imposita, horarum aliquot spatio contrario motu mouerentur, ac molerent.

κατὰ Λουγδοῦνον πόλιν τῶν Σεγοσιανῶν) Plinius, *Segusiani liberi in quorum agro colonia Lugdunum.* Veteres tamen libri habebant ἐγγοσιαυῶν.

γινόμενος ἐξ ἀμφοῖν Ἄραρ, συμμίσγει τῷ Ῥοδανῷ) Inde putarunt Græci Ararim nomē inuenisse παρὰ τὸ ἡρμόσθαι cum antè Brigulus vocaretur, Plutarchus in libello de fluminibus Ἄραρ ποταμός ἐστι τῆς Κελτικῆς, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς παρὰ τὸ ἡρμόσθαι τῷ Ῥοδανῷ· καταφέρεται γὰρ εἰς τοῦτον κατὰ τὴν χώραν τῶν Ἀλλοβρίγων· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Βρίγουλος. Ibidem multa de Arari ex Callisthenis Galaticis, itémque de Lugduno ex Clitophonte profert. Hodie Ararin Galli vt & Ammiani Marcellini ætate, vocant *Saonam.* Δοῦβις autem hodiéque nomen retinet.

εἰς ἓν δ' ἤδη σύμπαντες ῥέεθρον) Lege συμπεσόντες. Sic paullò post in eadem re, ἔπειτ' εἰς ἓν ῥεῖθρον συμπεσόντες, εἰς τὸν Ῥοδανὸν καταφέρονται.

τὴν δ' ἐπὶ ὅπατες μορφὴν τῶν ποταμῶν πολλαχοῦ τίθεται) Ptol. Μετὰ δὲ τὰς ἐκβολὰς τοῦ ποταμοῦ πολίχνη Ἀγάθη πόλις.

οἱ Ἀρικομίσκοι προσαγορευόμενοι) Infra sæpe Ἀρηκομίσκους vocabit, quos Ptolem. Ἀρικομίους, alij Arecomicos. Apud Cæsarem libro VII. cap. II. ita vulgò legitur, *præsidia in Rhutenis, prouincialibus Volcis, Artomicis, Tolosatibus circúmque Narbonem, quæ loca erant hosti finitima constituit.* Sed legendum est vt ex re ipsa & præterea veteribus membranis didici, *Volcis Arecomicis.* Eiusdem libri capite XII. ita scribitur, *Cadurcósque ad fines Volcarum Areconicorum depopulandos mittit:* vbi habebant membranæ *ad fines Volcarum Arecomicorum.* itáque legendum.

ὑπερβάλλεται τῷ πλήθει τῶν χρόνων τοῦ ἐμπορείου) An καὶ τοῦ ἐμπορίου, Vetus interpres ita expressit, *Cum per tam multos annos tanto excellas emporio.*

ἀντιπαρακειμένας αὐτοῖς, Vetus lectio ἀντιπαρακειμένας αὐτοῖς. Vtraque lectio cōuenit. Sed illa opinor Strab. est.

καὶ τοῖς Καδουαροις) Omnino legendum est Καουάροις vt supra. Sic alibi monuimus τὸ ο in δ perperam fuisse mutatum. In scriptis tamen erat Καδάρων & mox Καδάροις. Ptolemæo sunt Καύαροι.

ὑπηκόους γὰρ ἔχει κώμας τέτταρας καὶ εἴκοσι) Id Plinius quoque testatur lib. III. cap. IIII. *Voconiorum ciuitatis fœderatæ duo capita, Vasio, & lucus Augusti: Oppida vero ignobilia XIX sicut XXIIII. Nemausiensibus attributa.*

ἔχουσαν καὶ τὸ καλούμενον Λάτιον) Legendum est omnino ἔχουσαν, scilicet τὴν Νέμαυσον. Interpres totum locum mirè perturbauit.

ὥστε τοὺς ἀξιωθέντας ἀγορανομίας) Explicat quid sit habere ius Latij. Ait ius Latij hanc vim habere, vt postquam

A quam aliqua ciuitas eo iure donata est, quicunque in ea magistratus creantur, ij ciues Romani fieri intelliguntur. Rectè Strabo. Appianus Ἐμφυλ. II. de Nouocomensibus iure Latij à Cæsare donatis. Πόλιν δὲ Νεοκώμην ὁ Καῖσαρ ἐς Λατίου δίκαιον ἐπὶ τῶν Ἄλπεων ᾠκίκει, ὧν ὅσοι κατ' ἔτος ἦρχον ἐγίγνοντο Ῥωμαίων πολῖται· τόδε γὰρ ἰσχύει τὸ Λάτιον, quibus verbis ius Latij ita prorsus explicat, vt hic facit.

ὑφ' ὑπὸ τοῖς προστάγμασι τῶν ἐκ τῆς Ῥώμης στρατηγῶν) Legēdum

B censeo ὑπὸ τοῖς προστάγμασι. Similem mendā supra ex libris veteribus emendauimus. Et hanc emendationem confirmant similes loci, ὡς στέλλειν τοῖς προστάγμασι τῶν Ῥωμαίων, & ζῆν κατὰ τὰ προστάγματα τῶν Ῥωμαίων, & ὑπὸ τοῖς στρατηγοῖς τάττεσθαι, quod hic dixit εἶναι ὑπὸ τοῖς προστάγμασι τῶν στρατηγῶν.

τοῖς μὲν ξύλων πεποιημένας) Scripti ἐκ ξύλων & ἐκ λίθων.

καθάπερ εἴπομεν) Non procul à principio huius libri: quod moneo propter interpretem.

τὸ δὲ Ναρβῶνος ἓν καὶ εἴκοσι) Optimè hic Straboni cum

C Antonino conuenit: qui hoc iter sic describit,

Nemauso,	
Ambrussum	M.P.XV.
Sextatione	M.P.XV.
Foro Domitij	M.P.XV.
Araura, siue	
Cesserone	M.P.XVIII.
Beterras	M.P.XII.
Narbone	M.P.XVI.

quæ sunt omnino M.P.XCI. stadia IↃCCXXVIII. quod

D & Strabo ait octo demptis. quare quod apud eundem Antoninum paullò post à Veteris Narbonem esse dicuntur M.P.XII. corrigendum censeo ac legendum XV. vt prorsus cum Strabone ei cōueniat: & facilis lapsus ex V. in II. aut certè legendum XVI. vt in eo loco quem protuli.

ἑσπέριον ὕστερον) In descriptione Aquitaniæ.

ἐξελάσαι πολὺ πλῆθος) De his vide lib. XII.

¶ PAG. 130. οὐ γὰρ παρειληφαμεν) Libro XII. dicūtur Trocmi & Tolistobogij à suis ducibus ita esse nominati.

E ἐπὶ καὶ τὸν ἄλλον) Vox ἄλλον valdè mihi est suspecta. Et suspicionem auget vetus interpres, qui totum locum aliter legisse videtur.

Βρέννου τὴν ἐπιστρατεύσαντα ἐπὶ Δελφούς) Vide Iustinum & Pausaniam, & Athenæum libro VI. De auro Tolosano res vulgò nota.

ὡς ἐξέπεσεν ἐκβληθεὶς ὑπὸ τῆς πατρίδος) Vide Epitom. LXVII. & Valerium Max. lib. III. cap. de amicitia. Idem Valerius quasi eorum oblitus quæ antè scripserat, re-

F fert libro VI. Q. Cæpionem in publicis vinculis spiritum deposuisse.

ὡς συνέβη καταποντισθῆναι) Vetus lectio ὡς συνέβη καταποντισθῆναι.

ὡς εἴρηκε Τιμαγένης) Timagenes hic de antiquitatibus Galliæ scripserat accuratissimè. Ammianus libro XV. *Ambigentes super origine prima* Gallorum scriptores veteres notitiam reliquere negotij semiplenam: sed postea Timagenes & diligētia Græcus & lingua, quæ diu sunt ignorata, collegit ex multiplicibus libris. Plu-

G tarchus in libello de fluuiis Timagenem Syrum vocat & pleráque, de Callisthene Galaticorum scriptore sumsisse indicat.

ὑπάρξει καινόν) Scripti lib. ὑπάρξαι. In iisdem sæpe χρυσίον pro χρυσοῦ.

κατὰ τὸν ἱερὸν πόλεμον) De sacro aduersus Phocēses bello, præter historicos vide Æschinem κατὰ Κτησιφ.

ὅσα εἰπομεν πρότερον) Superior locus hunc explicabit. οὕτως δ' ἀφυῶς ἔχει τὰ ῥεῖθρα πρὸς ἄλληλα ὡς ἐξ ἑκατέρου διαλάττεις εἰς τὸν ἕτερον καταπομπίζεσθαι.

¶ PAG. 131. καὶ Γαλάτας) Assentior Xylandro emendāti Καλέτας. nec dubitare quisquam potest quin ita scripserit. Verūtamen scripti omnes hunc errorem retinēt.

καὶ τῶν προσωρισμένων) ἔθνη προσωρισμένα non sunt gentes conterminæ, sed gentes Aquitanis attributæ: quod factum

factum fuisse ab Augusto Cæsare docuit initio huius libri, ac statim repetit: Ita enim & locus ille emendari, & hic explicari debet.

ὁ μὲν Γαρούνας τρισὶ ποταμοῖς αὐξηθεὶς) Hi tres fluuij sunt, Tarnis, Olda, quem inuerso nomine vocant Lodam, & Duranius, teste summo viro Iosepho Scaligero.

Βιτούριγες οἱ τὸ ἐπίκλην Ἰοσκοι) Id quidem certum est Viuiscos hic intelligi Bituriges qui & Vibisci & Bibisci & Biuisci pro more illius gentis mutandi B in V. & contra. hoc inquam certissimum est. Sed an legendum sit hoc loco *Οὐιβίσκων* vt apud Ptolemæum, in tāta istarum vocum confusione certi affirmari nequit.

καὶ οὐ συντελεῖ αὐτοῖς) Elias Vinetus in doctissimis Commentariis in Ausonium ita hæc interpretatur vt dicantur Viuisci Bituriges liberi fuisse, nec cum reliquis Aquitanis vectigales: ideo, inquit, & Plinio Liberi vocātur. quę optimi & doctissimi viri sententia mihi quoque probatur. Idem quæ de clarissima vrbe Burdigala sequuntur accuratè omnia explicat & persequitur. Quare illinc petes. Ego lectorem hoc monebo tantum: *λιμνοθάλατταν* Vinetus putat significare paludem aliquam, quam ipse ait exsiccatam. ego Strabonem nihil aliud significare voluisse existimo, quam quod hodiéq; cerni potest, ac verum est, Burdigalam nimirum ad Garumnæ ostia esse sitam, in quæ effundēs se Oceanus, lacum veluti quendam efficit qui eosdem æstus patitur cum Oceano: quod elegantissimus poeta Ausonius in carmine de Burdigala sic expressit.

Fernent æquoreos imitata fluenta meatus.

Paulo post,

Quem pater oceanus refluo cum impleuerit æstu,
Adlabi totum spectabis classibus æquor.

Quare *λιμνοθάλατταν* hic minus propriè nuncupat, quod libro I. & III. *ἀνάχυσιν* sæpe vocauit, vbi de his plura Geographus. Latini huiusmodi *ἀναχύσεις* *Aestuaria* appellant, & amnes quibus id contingit æquoreos Ausonius solet dicere vt doctissimè à Scaligero est obseruatum.

Σαντόνων πόλις ἐστὶ Μεδιολάνιον) Ptolemæus habet, *Σαντόνας* & eorum vrbem similiter Mediolanium. Stephanus autem sic, *Μεδιόλανον πόλις Ἀκυτανίας*. Ab hoc Gallorum oppido Mediolano, nomen ei fuisse impositum, quod Galli vt testatur Liuius, in agro Insubrium condiderunt per est verisimile, ne dicam certum.

¶ PAG. 131. *τὴν τῶν Κωνουέναν ἐστὶ συγκλύδων*) Certissimum est scripsisse, *τὴν τῶν Κωνουένων ὅ ἐστι συγκλύδων*. Sic alibi vocem Latinam explicat, vt, *τὰ καλούμενα Σαββάτων νάδα, ὅπερ ἐστὶ πνεύματα*. Conuenæ autem sunt *σύγκλυδες ἄνθρωποι*, vel *ξύγκλυδες* vt apud Thucyd. lib. VII. & infra libro V. *μετὰ δὲ τὴν κτίσιν ἀνθρώπους συγκλύδας ὁ Ῥωμύλος ἤθροιζε*. In vett. lib. erat *συγκλείδων*. & in Glossario legimus *σύγκλυδες*...... puto autem vocem Latinam *conuenæ* desiderari.

πόλις Λούγδουνος) Ptolemæo quoque Conuenarum vrbs *Λούγδουνον*.

τὰ τῶν Ὀνησιῶν θερμὰ) De hoc loco quid dicam nihil certi habeo. Tu de thermis illius tractus lege quę scripsit Scaliger Auson. Lect. pr. VI.

καλὴ δὲ καὶ ἡ τῶν Αὐσκιῶν) Valde hic oscitarūt interpretes, qui aquam Ausciorum putarunt cōmendari: quo enim referes illud ἡ? Sed certò certius est repetendum esse vocem γῆν, ex illis præcedētibus, ἡ δὲ μεσόγαιος, καὶ ὀρεινὴ βελτίω γῆν ἔχει πρὸς μὲν τῇ Πυρ. &c. καλὴ δὲ καὶ ἡ τῶν Αὐσκιῶν. sc. γῆ.

Ἕλουοι) Lego *Ἕλουιοι*. Hi sunt quos Cæsar lib. VII. scribit ab Aruernis monte Gebenna discludi. Strabo autem inter Heluios & Aruernos medios collocat *Οὐελλάιους* qui sunt Cæsari Velauni, & sub imperio Aruernorum, non καθ' αὑτούς.

Οὐελλάιοι δὲ) Apud Cæsarem in antiquo codice, Velaui non Velaunij. Eius verba sunt lib. VII. *adiunctis Heleuteris, Cadurcis, Gaballis, Velaunis qui sub imperio Aruernorū esse consueuerunt*. Apud Ptolemæum ὑπὸ τοὺς Αὐερνοὺς sequuntur Οὐελλαυνοι.

A *καὶ Λεμοβίκες*) Ptolem. *Λεμούικας* vocat: nisi scribendum *Λεμοβίκοις*.

Ῥουτηνοὶ δὲ καὶ Γαβάλεις) Illos Ptol. *Ῥουτανούς*, hoc *Γαβάλλους* appellat. Cæsari Rutheni & Gaballi. Plin. Gabales.

καὶ τοῖς Κούβοις Βιτουρίξι) Esse apud hos magnas ferrarias testatur & Cæsar lib. VII. cap. V. Rutilius libr. pr.

Non Biturix largo potior strictura camino.

μητρόπολις δ' ἐστὶν αὐτῶν Νεμωσσὸς) Hanc Ptolemæus *Αὐγουστονέμετον* vocat. vnde suspicor scripsisse Strabonē B *Νέμετος*. Nam ε in ω sæpe mutatuur imperiti librarij & ετ in σσ. Sæpe autem fit vt quam alij vel duplici nomine vel composito appellent noster simplici afficiat: cuius rei passim sunt exempla. Sic Segeda Straboni est quę aliis Segeda Augurina. Nœga, quæ Nœga Vacesia.

ῥυεὶς δ' οὗτος παρὰ Γήναβον) Lege Cæsarem de bello Gall. lib. VII. cap. II.

τοσούτους γὰρ πρὸς Καίσαρα τὸν θεὸν διηγωνίσαντο) Aruernis solis tribuit quod Cæsar de multis Galliæ populis narrat. Vide initium lib. VII. Dionem lib. XL. & Plutar C chum, qui ita scribit. *Ἀφειστήκει μὲν γὰρ πολλὰ φῦλα, προεστήκει δὲ ὅλου Ἀρβέρνοι καὶ Καρνουτῖνοι*. Ipse Strabo infra ait hoc esse *πλῆθος τῶν Ἀρουέρνων καὶ τῶν συμμάχων*.

Γεργοουίαν πόλιν τῶν Ἀρουέρνων) Vide Cæsarem lib. VII cap. VI.

καὶ ὁ περὶ Ἀλησίαν πόλιν Μανδουβίων) De hac vrbe Cæsar libro VII. cap. XIII. Scribitur vulgò per ξ. & apud alios: Sed antiqua scribēdi ratio est per σ. vt & Ald. hîc habet & libri veteres: & ita perpetuò reperi in scripto cod. Cæsaris Præterea cum scribat Diodorus hanc vrbē ab D Hercule ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν στρατείαν ἄλης Ἀλησίαν fuisse appellatā an potest esse obscurū quomodo ea vox olim scriberetur? Apud Dionem est Σαλησία perperam pro Ἀλησία.

καὶ ταύτην ἐφ' ὑψηλοῦ λόφου) Videtur Cæsaris descriptionem sequi: Ita ille, *Ipsum erat oppidum in colle summo, admodum edito loco, vt nisi obsidione expugnari non posse videretur: cuius collis radices, duo duabus ex partibus flumina subluebant.*

Βιτίτου δὲ πρὸς τὸν Μάξιμον) Libri vet. *Βιτίτυ*. Athenæi codices τοῦ Βιτύτου.

ὁ πατὴρ Λουέριος) Apud Athenęum Λουέρνιος.

E *τοσοῦτον πλοῦτον λέγεται καὶ τρυφὴν διενεγκεῖν*) Legendum κατὰ πλοῦτον λέγεται καὶ τρ. vel πλούτῳ καὶ τρυφῇ. Atque hoc postea in Stephanico libro reperi.

διὰ τὸ χρυσοῦν σπείρειν) Veteres libri *διασπείρειν*. Posidonius apud Athen. ἐν ἁρμάτι φέρεσθαι διὰ τῶν πεδίων, καὶ σπείρειν χρυσὸν καὶ ἄργυρον ταῖς ἀκολουθούσαις τῶν Κελτῶν μυριάσι. ex Posidonio referre ista Strab. apparet. Fuit & apud Rom. vsitatum stipem spargere, vt testatur Plinius. & in historiis Rom. sparsæ per tribus pecuniæ frequens mentio. Vide & quæ Athenæus lib. X. de Antiocho philopa F tore refert. Hodie res est Galliæ regibus & principibus non inusitata.

ἀπὸ τῆς πηγῆς καταφερὴς) Nihil censeo mutandum: Sic infra Rhodani καὶ τῆς πηγῆς αὐτοῦ meminit.

μέχρι μέσων σχεδόν τι τῶν πεδίων) Longè aliter Ptolem. qui Lugdunensi prouinciæ totam oram παρωκεανῖτιν quæ est inter Ligerim & Sequanam fluuios adscribit. quo pertinuisse Lugdunensem prouinciam vel ex cap. V. lib. IX. Pli. intelligi potest.

Λούγδουνον ἐκτισμένον ὑπὸ λόφῳ) Quotquot fere Galliæ G oppida in *dunum* terminantur (sunt autē multa) omnia in collibus & locis editis sita reperiuntur. ídque nomen ipsum indicat. *Dunum* enim veteri Gallorum lingua collem significat siue montem: ídque Clitophon antiquus autor apud Plutarchum docet. Dio libro quadragesimo sexto, notat Λουγούδουνον prius fuisse appellatum, quod nunc Λούγδουνον. Significat illa vox autore Clitophonte *Coruicollem*. Græci huiusmodi loca edita βουνοὺς appellant, quam vocem Grammatici Libycam esse scribunt, Herodotus Melpomene græcam.

¶ PAG. 133. *ἐπὶ τῇ συμβολῇ τῶν ποταμῶν*) Epitome Liuii lib. CXXXVII. *Ara Cæsari ad confluentem Araris & Rhodani dedicata*. De hac ara, notus est Iuuenalis locus ac Suetonii. Meminit & Dio libro quinquagesimoquarto extremo.

ὅπου χαλ ... ἐθνῶν ἐξ τὸν ἀριθμόν) Appianus testatur Galliarum ἔθνη fuisse τετρακόσια, πόλεις δὲ ὀκτακοσίας.

Σηκοανὸς ὄνομα) Ita & apud Stephanum, qui Massilien sium fluuium vocat. Supra non semel Sequanas & Ptolemæo Σηκοανίας.

Σηκόανος ὄνομα, ῥέων) Vocem ῥέων abesse mallem.

ὅθεν αἱ κάλλισται ταριχεῖαι τῶν ὑείων κρεῶν εἰς τὴν Ῥώμην κατάγονται.) Has ταριχείας videtur intellexisse Varro libro II. Rei rust. cap. IIII. *Quotannis*, inquit, *è Gallia apportantur Romam pernæ, tomacinæ, petasones.* Vide & Plinium.

τὸ τῶν Ἐδούων ἔθνος) Græci Latinique per *ae* scribunt. nec Stephanus aliter.

πόλιν ἔχον Καβυλλῖνον) Ptolem. Καβάλλινον. Cæs. *Cabillo*, vel vt alii legunt *Cabillonum*.

καὶ φρούριον Βίβρακτα) Vocat φρούριον, quod Cæsar oppidum apud Aeduos maximæ autoritatis esse ait. *Bibracte* autem vocant Lat. Cæsari *Bibrax* oppidum est Rhemorum.

οἱ δὲ Ἐδούοι καὶ συγγενεῖς Ῥωμαίων ὠνομάζοντο) Plena sunt veterum monimenta huius rei: Cæsaris præsertim, qui non vno loco testatur, Aeduos ab Senatu fratres consanguineósque fuisse sæpenumero appellatos.

καὶ πρῶτοι τῶν ταύτῃ προσῆλθον πρὸς τὴν φιλίαν) Autor panegyrici Flauiensium nomine Constantino Augusto dicti. *Quaenam igitur gens toto orbe terrarum in amore Romani nominis Heduis se postulet antepom? qui primi omnium inter illas immanes & barbaras Galliæ gentes plurimis Senatusc. fratres pop. Rom. appellati sunt: & cum à cæteris Rhodano ad Rhenum vsque populis ne pax quidem posset nisi suspecta sperari, soli & consanguinitatis nomine gloriati sunt.*

πρῶτοι τῶν αὐτόθι ... Ἀτουάτου) Vidit Xylander locum esse è Cæsare corrigendum: quanquam ne Cæsaris quidem autoritate fuit opus: cum ex ipso Strabone vera lectio disci possit. Lege igitur, ... Ναντουάτων vt in fine libri huius scribitur. inde etiam mox legendum, ... Ἀδούλα. vel Ἀδουλα. vide locum.

... εἴρηται) In tractatu de Alpibus.

Κεν...) Vide libro septimo.

καὶ Λυγίους καὶ ...) Ex eodem VII. libro discimus scripsisse Strabonem καὶ Ῥαιτοὺς καὶ ... Vet. libri habebant καὶ Βετοί.

Ἀσίνιος) An hic est Asinius Pollio qui historias scripsit, de quo Suidas? An eius filius Asinius Quadratus quem toties citat Stephanus, quémque ait Agathias diligentissimè res Germanorum literis mandasse?

διὰ τοῦτο δὲ καὶ δυσγεφύρωτος) Cæsar lib. IIII. cap. IIII. *Itaque etsi summa difficultas faciundi pontis proponebatur, propter latitudinem, rapiditatem, altitudinémque fluminis.* Qua autem ratione pontes efficerent in magnis his fluminibus Romani, præter Cæsarem docet nos Arrianus.

φασὶ δὲ καὶ δίστομον ...) Plinius videtur τρίστομον facere: ostiorúmque nomina hæc refert, Helium, Fleuum, & quod Rheni nomen seruat in medio istorum. Cæsar multis capitibus in Oceanum ait influere.

καὶ οὗτος καὶ ὁ Σηκοανὸς) Nullum videtur Strabo agnoscere flumen inter Sequanam & Rhenum: quum sint aliquot: Mosa in primis: de quo dubitaui diu esséne intelligendum quod Sequanæ hic tribuitur. De Mosa enim scribit Cæsar. *Mosa profluit ex monte Vogeso, qui est in finibus Lingonum, & parte quadam Rheni recepta, quæ appellatur Vacalus insulam efficit Batauorum.*

ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ ναυπήγιον συνεστήσατο Καῖσαρ ... ἐντεῦθεν) hoc est apud Morinos & Menapios vt docet Cæs. Com. lib. IIII. cap. V. Bis autem traiecit in Britanniam: sed ab eodem soluens portu Icio, scilicet Morinorum.

τὰς τῶν Κελτῶν ...) Vide infra lib. VI.

...) Vet. lib. ...

...) Lego ... τούτων.

...) Persuasum habeo librariorum culpa fieri vt tanta varietas hodie reperiatur in hac summa apud Cæsarem, Plutarchum, & Strabonem. Si Cæsarem sequimur (nec video cui potius credamus) legendum fuerit hoc loco περὶ τριά-

A περὶ τριάκοντα. Nam ex Cæsare intelligimus summam eorum qui perierunt hoc bello esse CCLVIII. millium. Sed quod sequitur de octo millibus quæ redierunt domum longè est deprauatius: cum Cæsar disertè scribat censu habito repertum esse numerum millium C. & X. quæ sunt XI. μυριάδες.

ὅπως μὴ τοῖς Γερμανοῖς ἐφόδιος ὦσιν) Cæsaris verba mihi videtur interpretari, *Ipsos oppida vicosque quos incenderant restituere iussit: Id ea maximè ratione fecit, quod noluit eum locum vnde Heluetij discesserant vacare. ne propter bonitatem*
B *agrorum Germani qui trans Rhenum incolunt, e suis finibus in Heluetiorum fines transirent, & finitimi Galliæ prouinciæ Allobrogibusque essent.*

τὴν χώραν ἀρετῇ) Vet. lib. χώραν ἀρετῇ. Rectè.

μετὰ δὲ τοὺς Ἐλουηττίους Σηκοανοὶ καὶ Μεδιοματρικοὶ) Plane ita Cæsar in Com. de Rheno, *Longo spatio per fines Nantuatium Heluetiorum, Sequanorum, Mediomatricum, Tribocorum, Treuirorum citatus fertur.* Apud Cæs. omnino legi debet Tribocorum. Nam hi sunt quos Τριβόκχους noster appellat.
C Ptolem. Τριβόκκους. Et idem Cæsar *Tribocos* vel *Triboces* Germanorum gentem agnoscit.

¶ Pag. 134. τὸ ὄρος ὁ Ἰουρασσός) Cæsari Iura. Ptolemæo Iurassus. Infra Ἰουρας.

διορίζει δ' Ἐλουηττίους καὶ Σηκοανοὺς) Cæsar ait contineri Heluetios vna ex parte Rheno, altera ex parte monte Iura altissimo qui est inter Sequanos & Heluetios.

τοῖς τε Ἀλλόβριξι) Supra Ἀλλόβρογας dixit: Stephanus autor est à Polybio per ι fuisse hanc vocem scriptam, quod verum est. Alii tamen per ο vt Ptolemæos. Alii
D per υ vt Apollodorus. Dio & plerique Græci Polybium sequuntur.

ἐπὶ τῶν ποταμῶν τῆς Κελτικῆς) Miror quare ita loquatur ... Nam profecto rectius paulò ante Britanniam Rheni ostiis propriorem esse dixit quàm fluminum aliorum. vide in descriptione Britanniæ.

εἴκοσι καὶ τριακοσίους) Annotat vir harum rerum peritiss. Abrahamus Ortellius hæc planè conuenire traiectui à portu Iccio ad proximam Britanniæ partem. quod
E interuallum voluit esse vulgara mensura XL. milliarium, quæ stadia efficiant vt Strabo ait CCCXX. vnde adducor equidem vt credam Cæsarem de hoc traiectu ita scripsisse. *Atque omnes ad portum Itium conuenire iubet: quo ex portu commodissimum in Britanniam traiectum esse cognouerat circiter millium passuum* XXXX. nam quadraginta millia passuum stadia colligunt CCCXX. vulgo tamen ibi legitur XXX. quod non possum probare, cum Strabo aliter legerit, vt infra dicemus. Antoninus autem à portu Gessoriacési ad Ritupium stadia ait esse CCCCL.
F nisi in numeris peccatum est, quanquam vulgatam lectionem confirmat Plinius qui Britanniam ait abesse à Gessoriaco Morinorum gentis littore proximo traiectu L. M. minimum.

Τρηουήρους) Omnino puto esse Triueros, de quibus passim historiæ Rom. loquuntur. Mirum autem paullò post eosdem Τρηουήρους rectè dici cum toties Τριβόκχους. An potius Τριβόκκους vbique legendum?

καθ' οὓς πεποίηνται τὸ ζεῦγμα νυνὶ οἱ Ῥωμαίων στρατηγοὶ) Florus de Druso, *Per Rheni ripam quinquaginta amplius castella*
G *direxit: Bormam & Gesomam cum pontibus iunxit, classibusque firmauit.* Meminit & Tacitus pontis Rheno impositi Annal. lib. primo. De Germanico bello præter alios vide Dionem libro quadragesimo tertio.

οὓς μετήγαγεν Ἀγρίππας) Videtur & alios multos Germaniæ populos in Galliam transduxisse. Nam id infra lib. VII. dicitur.

ἑκόντας) adeo quidem vt historici non transductos fuisse ab Agrippa scribant: sed transgressos Rhenum, in fidem ab Agrippa esse acceptos. vide Tacitum Ann. lib. XII.

Νερούιοι, καὶ τοῦτο Γερμανικὸν ἔθνος) Tacitus de moribus Germ. *Neruij circa affectationem Germanicæ originis vltrò ambitiosi sunt, tanquam per hanc gloriam sanguinis, à similitudine & inertia*

& interiis Gallorum separentur.

ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ) Cæsar de iisdem Menapiis, *Hi ad vtramque fluminis ripam ædificia vicosque habebant.*

κατὰ τούτους δ' ἱδρυμένοι Σούγαμβροι Γερμανοί) Sugambri in altera Rheni ripa ἀντιπαρῳκημένοι Menapiis. Sunt autem Sygambri Germani. Mirum non vidisse interpretem huius loci mentem: in quo tamen nulla erat difficultas.

οἱ Σοήβοι προσαγορευόμενοι) Vett. lib. Σουῆβοι. De Sueuis vide Tacitum de morib. Germ.

Σένωνες, Vett. lib. Σένονες. Legendum Σένονες ex Stephano, quanquam infra semper Σένωνες. De Senonib. & Rhemis sæpe Cæsar.

ἔστι δ' Ἀτρεβάτιοι) Libri Ἀτρεβάτιοι. Ptolemæo Ἀτρεβάτιοι. Latinis *Atrebates.*

καὶ Βελλοάκοι) Ptol. Βελλόακοι.

καὶ Σουεσσίωνες) Lego Σουεσσίωνες. Suessiones Cæsari, Rhemorum fratres ac consanguinei: Οὐεσσόνες Ptol. vt eruditi viri annotarunt, deficiente in principio litera σ: qua de re libro primo diximus. Potest tamen apud Ptolemæū videri legendum ὑφ' οὓς Σουεσσόνες: non ὑφ' οὓς Οὐεσσόνες.

καὶ Καλέτοι) Ptolem. Καλῆται.

οὐχ ὡς οἱ συγγραφεῖς εἰρήκασι τετρακισχιλίων σταδίων) Cæsarem reprehendit si ita scripsit. Cæsaris enim sunt hæc libro VI. *profectus per Arduennam syluam quæ est totius Galliæ maxima, atque ab ripis Rheni finibusque Treuirorum ad Neruios pertinet, millibusque amplius D. in longitudinem patet.* Millia p. o. stadia sunt omnino CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ. Quare vt dixi, si ita scripsit Strabo, Cæsarem & qui cum Cæsare sentiunt reprehendit hoc loco. Quis autem putet certius de Arduēna quicquam habuisse Strabonem quam Cæsarem, qui eam non semel lustrabit? mihi quidem non temere videntur quæ à Cæsare dicuntur in dubiū posse vocari: nec facilè reperias vbi à Cæsare dissentiat Strabo. Quare ne hic quidem meo iudicio ab eodem dissentire voluit: sed eius potius autoritate aduersus alios vti. Nam aut ego vehementiss. fallor, aut ita scripserat Strabo, οὐ τοσαύτη δ' ὅση οἱ συγγραφεῖς εἰρήκασι τετρακισχιλίων σταδίων δ' quorum verborum est hæc sententia, Arduennam non esse tantam quantam scriptores plerique tradunt, sed stadiorum tantum quatuor millium. Corruperunt hunc locum qui elegantem τοῦ δ' in fine sententiæ vsum non obseruauerāt. quod in hoc autore passim occurrit.

συμπλέκοντες τὰς τῶν ῥάβδων λύγους βατώδεις ὄντας) Δασεῖς sunt συνδρύμοι τόποι δασεῖς, loci densis arboribus, siue arbustis consiti. λύγοι vimina sunt, & quod in fruticibus ἀναδενδράσι ramis arborum βατώδεις autē vocat, id est ἀκανθώδεις. In vett. lib. erat συμπλέκοντες, quod non placet. Cæsaris verba vnde hæc sunt, erunt pro interprete. *Neruii*, inquit, *quo facilius finitimorum equitatum, si prædandi causa ad eos venisset, impedirent, teneris arboribus incisis atque inflexis, crebrisque in latitudinem ramis enatis, & rubis sentibusque interiectis, effecerant vt instar muri hæ sepes munimenta præberent, quo non modo non intrari, sed ne perspici quidē posset.* hactenus Cæs. lib. II. Videtur autē scriptorum lectio defendi posse, cum scribat Cæs. incisis arboribus, ego tamen nihil censeo mutandum. Scribe autem ὥστε.

ἀνιέναι ἐπὶ τὰς εἰσόδους) Scrip. lib. τὰς παρόδους, iidem habent, τὰς ἐκ ταφρώσεως εἴσχεν. rectè, pro τὰς φυγάς.

οἱ Παρίσιοι νῆσον ἔχοντες) Cæsar lib. VII. *Cum VI legionibus Lutetiam proficiscitur. Id est oppidum Parisiorum, positum in insula fluminis Sequanæ.*

καὶ πόλιν Λουκοτοκίαν) Apud Ptolem. πόλις Παρισίων Λουκοτεκία. Videntur Græci autores in voce Gallica Græcam etymologiam somniasse.

Μέλδοι καὶ Ληξοούιοι) Lexouij non etiam Meldi. Hi enim Ptolemæo quidem sunt in ipso Galliæ meditullio: Μέλδαι autem vocat. Idem Λεξούβιοι vocat quos noster Ληξοούιους.

Δουρικόρτορα) Ptol. Δουροκόρτορον. Apud Stephanum Δουροκόττορος.

ἐποιήσαντο γὰρ ἤπειρον) Aliam causam huius belli commemorat Cæsar lib. III. cap. II.

χειμῶνος

A χώμυκος τῷ ἐμπορίῳ) Cæsar, *Huius ciuitatis est longè amplissima autoritas omnis oræ maritimæ regionum earum, quod & naues habent Veneti plurimas quibus in Britanniam nauigare consueuerunt.*

οὐκ ἐμβόλοις χρώμενοι, ἀλλὰ παχέα τὰ ξύλα) Cæsaris verba vnde hæc videntur expressa, sunt. *Cum his nauibus nostræ classi eiusmodi congressus erat, vt vna celeritate & pulsu remorum præstaret, reliqua pro loci natura, pro vi tempestatum illis, essent aptiora & accommodatiora: neque enim his nostræ rostro*

B *nocere poterant: tanto erat in his firmitudo.*

ἀλλ' ἀντίκα φερομένων ἐπὶ αὐτοῖς) Cæsar, *Vna erat magno vsui res præparata à nostris, falces præacutæ, insertæ, affixæque longuriis, non absimili forma muralium falcium, his cum funes, qui antemnas ad malos destinebant, comprehensi adductique erant nauigio remis incitato prærumpebantur: quibus abscisis, antemnæ necessario concidebant.*

κατέσπων οἱ Ῥωμαῖοι τὰ ἱστία δρεπάνοις) Dio lib. XXXIX. in descriptione huius naumachiæ, δρεπάνα ἀνηρτημένα οἱ Ῥωμαῖοι ἐπὶ δόρασιν καὶ τά τε χάλκα αὐτῶν διέτεμνον, καὶ τὰ ἱστία

C διέσχιζον. Atque hoc quidem Dio rectè. nam cætera quæ ad hoc prælium faciunt, in eo scriptore minus accurata reperies, quale est illud τότε μὲν ἐμβάλλειν τινί, cum certum fit ἐμβόλοις Rom. vti nequiuisse.

λινᾶ γὰρ σκυτίνα διὰ τὴν βίαν τῶν ἀνέμων) Cæsar, *Pelles pro velis alutæque tenuiter confectæ, siue propter lini inopiam, atque eius vsus inscitiam: siue quod est magis verisimile, quod tantas tempestates Oceani, tantosque impetus ventorum sustinere, ac tanta onera nauium regi velis non satis commodè arbitrabantur.* Dio, καὶ γὰρ ἱστία δέρματά τινα εἶχον ὥστε πᾶσαν τὴν τοῦ πνεύματος ἰσχὺν ἀπλήστως ἐνδέχεσθαι.

D ἁλύσεις δ' ἔτεινον ἀντὶ κάλων) Cæsar, *anchoræ pro funibus, ferreis catenis reuinctæ.*

πλατύπυγα δὲ ποιοῦσι ὑψίπρυμνα καὶ ὑψόπρωρα) Et hæc habet à Cæsare, cuius verba lucem magnam istis afferent, *Carinæ aliquanto planiores quàm nostrarum nauium, quo facilius vada ac decessum æstus excipere possent. Proræ admodum erectæ, atque item puppes ad magnitudinem fluctuum, tempestatumque accommodatæ.*

δρυΐνας ὕλης, ἧς ἐστὶν εὐπορία) Aliam causam affert Cæ-

E sar. *Naues totæ factæ ex robore, ad quamuis vim & contumeliam perferendam.*

τὴν ὕλην ἢ νοτιζομένην) Lego τὴν ὕλην νοτιζομένην, vt sit hæc sententia: Nauium rimas alga replent, vt materia earum subductarum νοτιζομένη propter siccitatem non corrumpatur: quod vsu venire solet. Participium igitur causam indicat quæ naues conseruat: quod in Thucydide frequenter occurrit. Quid si ita legas πῶς μὴ κατὰ τὰς νεωλκίας ἀπορῶσι τὴν ὕλην μὴ νοτιζομένην. Xylander à sententia procul aberrauit.

F νοτιωτέραν ὄντος τοῦ φύκους) Io scriptis, τοῦ φύκους.

Τούτους οἶμαι τοὺς Οὐενέτους) Strabonis coniecturam probo ac libenter amplector. Quis est enim adeo harum rerum imperitus, quin sciat à Gallis totam illam Italiæ partem fuisse occupatam, multásque ab ipsis ibi fuisse conditas vrbes iis vnde profecti erant cognomines?

¶PAG. 135. καὶ δὴ οἱ Βοῖοι καὶ οἱ Σένονες) Vide seq. lib. & Liuium lib. quinto.

Παφλαγόνας φασὶν αὐτούς) Vide lib. seq.

λέγω δ' οὐκ ἰσχυριζόμενος) Videtur satis apertè significare

G se huius coniecturæ autorem esse: quod tamen secus esse è lib. quinto intelligimus.

Ὀσίσμιοι) Et Ptolem. Ὀσίσμιοι. Cæsari Osismi malè in vulgatis lib. Vide Plin. lib. IIII. cap. XVIII.

ἐφ' ὅσον ἀναπεπτωκὸς ἔχει φορά) Malim ἀνέχειν vel ἐξέχειν. Nā ἀνέχειν & ἐξέχειν apud Geograph. idem significant ac προπίπτειν.

καὶ οἱ πιστεύσαντες ἐκείνῳ) In his est Plinius nisi fallor.

ὅπερ Γαλλικόν) Epitome, ὅπερ Κελτικόν τε καὶ Γαλατικὸν καὶ Γαλλικόν.

ἀρειμάνιόν τι) Dionysius poeta, Germanos vocat ἀρειμανίους, itémque Strabo lib. VII.

καὶ θυμικοί) Polybius eleganter ait μὴ τὸ πλεῖον ἀλλὰ συλλήβδην ἅπαν τὸ γενόμενον ὑπὸ τῶν Γαλατῶν, θυμῷ μᾶλλον

βλαμμῶ ἐν βάλοις.

κ. ταχὺ πρὸς πόλεμον) Cæsar, *Itaque cum intelligeret omnes fere Gallos nouis rebus studere & ad bellum mobiliter celeriterque moueri*. Idem, *ad bella suscipienda Gallorum alacer ac promtus est animus*. Vtinam id verum non esset.

ἁπλοῖ δ' ἄλλως καὶ οὐ κακόηθεις) Egregia fanè laus veterum Gallorum: quam quominus hodie retineamus, sciunt omnes penes quos culpa hæreat.

ἐλλείπουσι τε τῷ συνετῷ ...) hoc est, prudentia, & τῷ πρὸς τὸν πόλεμον destituitos. Sanè enim si hoc excipias, quid admodum in Gallis ad summam rei militaris laudem possit desiderari non video.

ἐκ τῆς παλαιᾶς ...) Hoc testatur omnes veteres: vt autoritatibus agendum non sit.

τὰ δ' ἐκ τῆς τῶν ...) Supra dixit Gallorum mulieres esse ...

συναγανακτοῦντες) Scripti συναγανακτούντων. Non probo.

ἐκ τοῦ μέχρι νῦν συμβαίνοντων) Optimè vert. lib. συμμενόντων. Norunt satis eruditi quam sæpe β & μ in veteribus lib. confundantur.

καὶ ἐξ ἀρχῆς ...) Liuius libro xxviii. de Hispania, *Ita ergo prima humanis inita prouinciarum, quæ quidem continentis sint, postrema omnium, nostra demum ætate ductu auspicioque Augusti Cæsaris perdomita est*.

ἡ ...) Lege ...

...) Quantum equitatu valuerint Galli testis sit Cæsar multis locis: quem lege.

πάντων δὲ τοὺς Βέλγας ἀρίστους φασίν) Cæsar, *horum omnium fortissimi sunt Belgæ*. Sed causam aliam adfert.

...) Quis dubitat ex Cæsare esse hæc? Eius verba sunt de Belgis, *Solosque esse qui patrum nostrorum memoria, omni Gallia vexata, Teutonos Cimbrósque intra fines suos ingredi prohibuissent*.

τῶν Βελγῶν Βελλ...) Autor est Cæsar, inter Belgas plurimum Bellouacos, & virtute, & autoritate, & hominum numero valere. Autor etiam libri viii. de bello Gall. testatur Bellouacos belli gloria Gallos omnes Belgásque præstitisse.

σαγοφοροῦσι) Virgilius de Gallis *Virgatis lucent sagulis*. Diodorus ... Vide Iosephi Scaligeri Coniectanea.

χρυσοφοροῦσι) Virgilius *Aurea cæsaries illis*. Diodorus lib. v. ... Hoc videas hodie plerósque in Gallia factitare, prorsus vt, quod subiicit idem Diodorus verè iis conueniat, possitque dici ... Hinc dicta Comata Gallia.

καὶ ἀναξυρίσι χρῶνται) Diodorus annotat Gallos *braccas* id vocitasse ... Inde Braccatæ Galliæ nomen.

ἀντὶ δὲ χιτώνων) Et tamen restatur Diodorus Gallos vti ... Strabo mox ... vocat.

χειριδωτοὺς) De tunicis chiridotis lege A. Gellium lib. vi. cap. xii.

ἐκ λαίνας ...) Quin videtur enim indicare Gallorum esse vocem, *Læna*. Varro tamen vult esse Latinam. *Læna*, inquit, *quod de lana multa: duarum enim togarum instar, vt antiquissimum mulierum ricinium sic hoc duplex virorum*. Ego puto vocem esse potam putam Græcam literula vna truncatam. Constat enim e Plutarcho Lænas nihil esse aliud quàm Græcorum χλαίνας: sic dictas ... : vtrunque autē, læna inquam & chlæna, ... & vtrunque ... Festus quoque autor est quondam existimasse lænam Græcè quam Χλαῖναν ... appellatam, quosdam tamen Thusce.

... Officijs mihi locos: & de qu... vel in quicqua affirmare. Potest vi... bene habere. & tūc ita interpretabimur vt intel-ligamus

A ligamus quemadmodum fuerunt parthicarij negotiatores Romani apud Parthos quorum mētio est in leg. vii. Cod. De excus. munet. ita etiam fuisse apud Gallos qui in optimis quibusque Galliæ pascuis greges aleteut: neque erit opinor inepta hæc expositio. Nam ciuium Romanorum qui in Gallia negotiabantur meminit etiā Cicero pro Fonteio. Nec dubium est fuisse & in aliis prouinciis: ac fortasse de huiusmodi hominib. accipi debet locus libri decimi, vbi Romanorum qui

B Parrisi erant meminit. Non improbo tamen quod Xylandro videbatur, successisse vocem Ῥωμαίων in locum alicuius populi Galliæ septentrionalis, quales fuere Rhemi, & Rhotomagi. Putaui etiam aliquando legi posse ...) Ἀνδρὸς τ ... hic ... interpres ac mirè excutiur. Nam quod ille ..., id verò ... est. Tu locum ita intellige. Istos populos greges habuisse pellitos vnde lanam bonam consequeretur: ... vocat quas

C Latini pellitas oues, vel tectas. M. Terentius Varro de re rust. ii. c. ii. *Pleraque similiter faciendum in ouibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatem, vt sunt Tarentinæ & Atticæ, pellibus integuntur ne lana inquinetur*. Vide Plinium & Columell. Horat.

*Dulce pellitis ouibus Galesi
Flumen*.

Eleganter porrò libro x ii. lanam ipsam vocat ... : quem locum nec interpres, nec alij qui de eius expositione laborarunt intellexerunt.

D ...) Similiter est locutus libro xii. ... & lib. x. de Nisyro insula ... Solet autē Strabo ... appellare: quod in suo genere eximiū est. Sic dixit lib. i x. ...

...) Liuius libro xxxviii. de Gallis, *Procera corpora, promissæ & rutilatæ comæ, vasta scuta, prælonge gladij*.

...) Diodorus libro quinto ... Sed & Romanus miles gladium ad latus dextrum accingebat teste Polybio libro vi.

E ...) Virgilius, *Scutis protecti corpora longis*. Liuius, *Scuta longa cæterum ad amplitudinem corporum parum lata, & ea ipsa plana male tegebant Gallos*. Diodor. ... vocat.

καὶ λόγχας καὶ ...) Diodorus autor est veteres Gallos *Lanceas* appellasse ..., vt hodieque facimus, ... Videtur Diodorus describere quos hodie vernacula nostra lingua Alebardas appellat: quas veteres tamen Galli

F ... dixerunt si Eustathio credimus. ... ait ille ... Porto vocem lanceæ Varro Gallis iniquè adimens Hispanis tribuit.

καὶ ...) Vet. lib. habebant, vel ..., vel ... Non est dubium legendum esse quod duo summi viri Scaliger & Turnebus animaduerterunt, ... vel ... quandoquidem Epitome habet ... Cæsar mataras. Autor ad Herennium libro quarto, *Vt siquis Macedones appellarit hoc modo Non tam cito sarissæ Græ-*

G *cia potiti fuissent idem Gallos significans si dicat, nec tam facilè ex Italia materis transalpina depulsa sit*. In promptu sunt Cæsaris, Liuij, Sisennæ apud Nonium, & Gellij loci à doctis viris annotati.

...) Gesa Gallorum videtur describere: quanquam quod ait esse ..., non satis gesis conuenit: vt nec cæteræ: quod erat aliud teli gallici genus. Vide Isidorum.

...) Diodorus. ...

μετὰ

μὲ γάλακτ⊙)Hanc affert Cæsar causam staturæ Gallorum proceræ.

A οἴκους ἐκ σανίδων καὶ γέῤῥων) Casas Gallorum stramento tectas fuisse autor est Cæsar: Diodorus Sic. de Britannicis idem scribit: quas similes Gallicis fuisse autor est Cæsar.

παρ' ἅπασι δ' ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν τρία φῦλα) Cæsar quem tamen imitari videtur, duo tantum ait, *In omni*, ait, *Gallia* eorum hominum qui in aliquo sunt numero atque honore genera sunt duo. Sed in sequérib. maior varietas.

B Βάρδοι τε καὶ οὐάτεις καὶ Δρυΐδαι) Marcellinus, Bardos, Eubages, & Druidas appellat.

Βάρδοι μὲν ὑμνηταὶ καὶ ποιηταί) Marcellinus, *Bardi quidem, fortia virorum illustrium facta, heroicis composita versibus, cùm dulcibus lyræ modulis cantitarunt.* Diodorus, εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ποιηταὶ μελῶν, οὓς βάρδους ὀνομάζουσι, &c. Festus Pompeius, *Bardus Gallicè cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit.* Posidonius apud Athenæum, τὰ δὲ ἀκούσματα αὐτῶν εἰσὶν οἱ καλούμενοι βάρδοι. ποιηταὶ δὲ οὗτοι τυγχάνουσι μετ' ᾠδῆς ἐπαίνους λέγοντες. De barditu Germanorum vide Tacitum.

C οὐάτεις δὲ ἱεροποιοὶ καὶ φυσιολόγοι) Ammianus, *Eubages verò scrutantes summa & sublimia naturæ pandere conabantur.* De Druidibus infinita sunt in veterum monumentis testimonia. vide Cæs. lib. v i. cap. i i i i.

ἀφθάρτους δὲ λέγουσι) Sentiebant idem cum Pythagora. vide Diod. & Amm.

καὶ τὸ φιλόκοσμον) Non prætermittam Ammiani locum elegantissimum, de nostra gente, *Tersi*, inquit, *pari diligentia, cuncti, & mundi, nec in tractibus illis maximéque apud Aquitaniam poterit videri, vel fœmina licet perquam pauper, vt alibi frustis squallere pannorum.*

D χρυσοφοροῦσι γὰρ) Latinus poeta de Gallis.

Aurea cæsaries illis, atque aurea vestis,
Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur.

Polybii, Liuii, & aliorum in hanc sententiam locos omitto.

περὶ μὲν τοῖς τραχήλοις στρεπτὰ) Polybius appellat μανιάκοις.

τῇ διανοίᾳ) Script. lib. τῇ ἀνοίᾳ.

E τὰς κεφαλὰς τῶν πολεμίων ἐξάπτειν) Diodorus, τῶν δὲ πεσόντων πολεμίων τὰς κεφαλὰς ἀφαιροῦντες περιάπτουσι τοῖς αὐχέσι τῶν ἵππων. Liuius lib. x. *Nec antè ad Coss. qui tam haud procul à Clusio aberant famam eius cladis perlatam, quàm in conspectu fuerint Gallorum equites pectoribus equorum suspensa gestantes capita, & lanceis infixa, ouantésque moris sui carmine.* Notauit hunc morem & lib. x i i i. Diodorus.

προσπατταλεύειν τὴν θέαν τοῖς προπυλαίοις) Huius rei vestigium etiam his temporibus in nobilium ædibus reperias. Nam hodiéque Galliæ nobiles suis foribus F affixa habent ferarum capita quæ vel ipsi vel maiores ipsorum occiderint. Quod & apud Græcos fuisse factitatum docet poeta elegantissimus Nonnus Dionysiac. lib. x l v i. vbi loquentem inducit Agauen, post occisum vt putabat leonem,

δμῶες ἐμοὶ σπεύσατε, ...
πήξατε τοῦτο κάρηνον ἐμῆς ἀναθήματα νίκης.

G πρὸς ἰσοστάσιον χρυσοῦ ἀπολυτροῦν) Id Latinè vertere debes, *Auro contra luere*, vel *contra aurum*: verba sunt summi viri Iosephi Scaligeri doctissimè vt omnia vim huius φράσεως explicantis.

ὑπεναντίως τοῖς παρ' ἡμῖν νομίμοις) Legibus Romanis capite plectitur qui tali vaticinandi genere vsus fuerit. Harmenopulus, τὸ διὰ θυσιῶν μαντεύεσθαι κεκώλυται, ὁ δὲ τοιοῦτος ξίφει τιμωρεῖται.

καὶ ἄλλα δὲ ἀνθρωποθυσιῶν εἴδη λέγεται) Vide Cicer. pro Fonteio. Tertullianum aduersus Gentes. Liuium, Diodorum, Melam, & alios. Sophocles Andromeda,

Νόμος γάρ ἐστι τοῖσι βαρβάροις, Κρόνῳ
θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γένος.

¶ P a g. 137. καὶ κατασκευάσαντες κολοσσὸν χόρτου) Cæsar, *Alij immani magnitudine simulachra habent, quorum contexta viminibus membra viuis hominibus complent: quibus succensis flamma circumuentuntur homines.* Diodorus hanc rem ita narrat: τοὺς κακούργους κατὰ πενταετηρίδα φυλάξαντες, ἀνασκολοπίζουσι τοῖς θεοῖς, καὶ μετ' ἄλλων πολλῶν ἀπαρχῶν καθαγίζουσι πυρὰς παμμεγέθεις κατασκευάζοντες.

τὰς τῶν Σαμνιτῶν γυναῖκας Διονύσῳ κατεχομένας) Dionysius periegetes vnicus est vt puto è veteribus qui huius rei meminerit. Sic ille

Ἀγχι δὲ νησάδων ἕτερος πόρος, ἔνθα γυναῖκες
ἀνδρῶν ἀλλοτρίων Ἀμνιτάων
ὀρνύμεναι τελέουσι κατὰ νόμον ἱερὰ Βάκχου.

Ad quem locum Eustathius Strabonis verba proferens videtur legisse Ἀμνιτῶν. deficiente initio σ: qua de re dictum libr. pr. satis. Stephano Samnium vrbs est Britanniæ, decepto opinor, propter locorum vicinitatem.

λιμὸν γάρ τινα τῆς παρασκευῆς) Xylander ita vertit vt si legisset λιμὴν incogitantiâ vt puto non consilio.

τὸ μὲν ἰδίᾳ τὰ δὲ σκορπίζειν) Inde videtur Romanorum tripudium solistimum originem habere.

χιονοκερώτων κορινθιουργῶν) Vet. lib. χρυσάνθρ. malè. Sic apud Diodorum κεράμια ... Athen. κεφαλὰς Κορινθιουργεῖς vocat. Plinius, *Corinthiarum capitula* Vide Vitruuiû.

καὶ νομίζεται) Notarunt Diodorus, Athenæus & Aristoteles, quem lege de Republ. secundo cap. v i i. Athenæum qui mentiri aiunt viri doctissimi, vellé equidem verum dicerent: Sed legant obsecro locum Aristotelis, & desinent Athenæum mendacii insimulare: discêt etiam parciùs probatis scriptoribus mendacium obiicere. Maneat verò firma apud Tacitum vulgata lectio, *corpore infames*: & laudetur nobilissima gens, non quod apud eam tale nihil auditum fuerit, sed quod reos nefandi criminis punierit.

ἀσκεῖν γὰρ αὐτοὺς μὴ παχεῖς εἶναι) Commune hoc Gallis cum Lacedæmoniis: quorum hoc fuisse institutum refert Athenæus lib. x i i.

ΗΔΕ Βρεττανικὴ τρίγωνος μέν ἐστι) Cæsar, *Insula natura triquetra.* Pomponius, *Britannia se in diuersos angulos cuneata triquetra, & Siciliæ maximè similis.* Diodorus quoq; Siculus, αὕτη γὰρ τῷ σχήματι τρίγωνος οὖσα παραπλησίως τῇ Σικελίᾳ quàm sit autem hoc verum, ex recentiorum descriptionibus discere quiuis potest: & præterea ex Tacito in vita Iulij Agricolæ.

Τοῦτο μὲν δὴ τοὐλάχιστον διάστημα) Ait minimam distantiam inter Pyrenæos montes & Rhenum, esse qua parte Oceanum attingunt: Id autem interuallum quantum sit nô indicat: sed ait aliis in locis vbi maximum id est, stadiorum esse 5οο. Ego vero in Strabone hic constâtiam desidero: Nam lib. sec. docuit nos longitudinem Britanniæ contra littus Gallicum porrectæ esse stadiorum similiter 5οο. Non esse autem longiorem Britanniam quàm sit ei contrarium Gallicum littus sæpius dixit. Quare vt dixi diligentiam hac in parte in accuratissimo scriptore desidero.

¶ P a g. 138. ἀναγομένοις) Vett. ἀναγομένοις.

ᾧ ἐχρήσατο ναυστάθμῳ Καῖσαρ) Portum Itium Cæsar nominat lib. v. cap. pri.

νύκτωρ δ' ἀνήχθη καὶ τῇ ὑστεραίᾳ κατῆρε) Non pertinent hæc ad posteriorem Cæsaris in Britanniam traiectionem, quod video doctissimis quibusdam viris videri: sed ad priorem: nec potest de eo dubitari, quum scribat ipse se tertia fere vigilia soluisse, hora autem diei i v. cum primis nauibus Britanniam attigisse. male etiâ de posteriori profectione accipiunt docti viri quod scribit Florus lib. i i i. *In Britanniam transit mira celeritate: quippe qui tertia vigilia Morino soluisset à portu minus quam medio die insulam ingressus est.* Portum Morinum vocat Florus Itium portum: quem ait Strabo & omnes fatentur esse Morinorum: vt valde mirer cur placeat summis viris apud Florum rescribi *Moniao*, quod omnino ferri nequit.

τ καὶ εἴκοσι σταδίους τὸ διάπλουν τελέσας) Idem dixit & sti-

præ itáque omnes libri habent: vnde adducor vt de loco Cæsaris quem interpretatur ita censeam quemadmodum superius exposui. Eustathius tamen locum Strab. exscr: bés τριακοσίους tantum ait. sed ille ἀναπληρῶσαι studuit vt sæpe multi autores. De Dione qui traiectū breuissimum à Galliis in Britanniam stadiorum esse scribit quadringentorum & quinquaginta, nescio quid dicam, nisi quod in numerorum notis peccatum puto.

καὶ κύνας εὐφυεῖς) Nota est hodiéque præstantia canum Britanniæ.

καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις) Gallicos canes commendat & Oppianus. de iisdem Gratianus,

Magnáque diuersos extollit gloria Celtas.

ἀπηνέαις χρῶνται) Lego ἀπήναις: esseda Britannorum vocat ἀπήνας: Diodorus ἅρματα. ἅρμασι ait, καθ' τοὺς πολέμους χρῶνται καθάπερ οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων ἥρωες ἐν τῷ Τρωϊκῷ πολέμῳ κεχρῆσθαι παραδέδονται. Mela, *Dimicant non equitatu modò, aut pedite, verum & bigis & curribus.*

πόλεις δ' αὐτῶν εἰσὶν οἱ δρυμοὶ) Cæsar *Oppidum autem Britanni vocant, cum syluas impeditas vallo atque fossa munierunt, quo incursionis hostium vitandæ causa conuenire consueuerunt.*

καλυβοποιοῦνται) Nam casæ Britannorum Gallicis erant similes vt supra dictum est.

ἔπομβροι δ' εἰσὶν οἱ ἀέρες) Tacitus, *Cælum crebris imbribus ac nubibus fœdum.* Hunc locum habebat in animo Iordanus cum scriberet, *Refert Strabo Græcorum nobilis scriptor, tātas illam exhalare nebulas madefactam Oceani crebris excursibus, vt subtectus Sol per illum pene totum qui serenus est diem negetur aspectui.*

ὥστε δὲ ἡμέρας ὅλης) Vtrumque verum est, & quod hîc dicit, Horis paucissimis solem in Britannia conspici, & quod Tacitus, *Dierum,* inquit, *spatia intra nostri orbis mensuram & nox clara & extrema Britanniæ parte breuis, vt finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas.* Vide reliqua causam libro secundo aliàs indicabimus.

δὶς δ' ἀφίκετο Καῖσαρ) Cuius vide Com. lib. IIII. extremo, & initium quinti.

οὐδὲν μέγα διαπραξάμενος οὐδὲ προελθὼν ἐπὶ πολύ.) Tacitus, *Igitur primus omnium Romanorum D. Iulius cum exercitu Britanniā ingressus quanquā prospera pugna terruerit incolas ac litore potitus sit, potest videri ostendisse posteris non tradidisse.* Mox, *Consilium id D. Augustus vocabat.*

τέλη τε ὑπομένουσι βαρέα) Xylander vertit, *& vectigalia tolerant iam non difficilia.* prorsus contra mentē Strabonis, qui hoc voluit, Romanos sua ætate nec tributa nec grauiora adhuc vectigalia Britānis imposuisse. quę autem essent imposita vectigalia mercibus quæ exportantur vel importantur ea à Britannis facile solui, esse enim non magna, vt & merces viles sunt quarum nomine penduntur. Cur autem tributa non fuerint à Romanis imposita causam pluribus explicat. Hęc est istius loci sententia: quem non fuisse ab interprete intellectum minus miror, quum videam magnū illum Budæū in libris De asse grauiter peccasse in interpretatione istius loci: non enim animaduertebat dicere Strabonem, Britannos τέλη ὑπομένειν, eáque ὑπομενετά. nullos autem φόρους. at idem etiam planius libro secundo dixit Geographus τελέσει γὰρ ἄν, inquit de Britannia, ἐκ τῶν τελῶν δοκεῖ προσφέρεσθαι νῦν, ὁ φόρος δύναται συντελεῖν, ἀφαιρουμένης τῆς εἰς τὸ στρατιωτικὸν δαπάνης, τὸ φρουρῆσον τὴν νῆσον. Scio Diodorū Siculum ac Dionem scriptum reliquisse Britannis fuisse à Cæsare φόρον ἐτήσιον impositū, ipsúmque Cæsarem ita scribere. *Obsides imperat, & quid in annos singulos vectigalis populo Romano penderet constituit.* verùm ea nostram interpretationem huius loci nihil impediunt.

ἐλεφάντινα ψάλια) Solinus de Britannis, *studens cultui: dentibus mari nantium beluarum insigniunt ensium capulos: candicant enim ad eburneam claritatem.* Non igitur eburnea, sed eburneis similia erant Britannorum ψάλια.

καὶ λυγγούρια) Vide Plinium libro XXXVII. II.

εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι) Orcades, Hæbudes, aliæ: Vide Solinum capite XXV. & Plutar. in lib. de oraculis, quę defecerūt.

¶PAG.

A ¶PAG. 139. παραμήκης μᾶλλον ἢ πλάτος ἔχουσα) Hiberniā esse παραμήκη etiam Mela indicat: cuius verba quæ valde deprauatè eduntur, ita legenda censeo: *Super Britanniam Iuernia est, pæne par spatio, & vtrinque æquali tractu littorum oblonga.* In veteribus autem cod. & Aldi editione locus ita legebatur, παραμήκης, μᾶλλον πλάτος ἔχουσα quam lectionem fulsit interpres inserta particula ἢ Ego verò ita putarem legendum, παραμήκης μέν, ἀλλ' ἐκπλατὴς ἔχουσα. Ortus error videtur ex compendio scri-

B pturæ vocis μέν. Sed hæc arbitrarij iuris sunto: maximè propter ea quæ scribit Plinius.

καὶ πολυφάγοι) Non est negligendum quod habetur in Epit. ποηφάγοι.

καὶ μητράσι καὶ ἀδελφαῖς) De Britannis idem scriptum est apud Cæs.

καὶ Κελτοὶ) Exemplo sint qui Alesiæ fuerunt obsessi quos ita Critognatus apud Cæsarem alloquitur. *Quid ergo mei consilii est? Facere quod nostri maiores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerūt: qui in opida compul-*

C *si, ac simili inopia subacti eorum corporibus qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam tolerauerunt neque se hostib. transdiderunt.*

καὶ Ἴβηρες) De Numantinis à Scipione obsessis hoc scribunt veteres.

καὶ ἄλλοι) vt Potidæatæ teste Thucydide.

περὶ ταύτης) Vet lib. περὶ τ' αὐτῆς.

ἐν πολλοῖς μεγάλοις κάπτουσι) Narrat ceu rem memorabilē quod hodie in multis Galliæ ac Germanię locis cernere est, vt messem in villis intra parietes & sub tecto

D perticis flagellent. Diodorus Siculus lib. V. autor est. Britannorum ædes è ligno & arundinibus esse constructas, frumenti autem spicas recondi ab iis in subterraneas quasdam domos, vnde quotidie ad victum grana euellant.

αἱ γὰρ ἄλλαι ἀχλύες) Libri veteres αἱ γὰρ ἄλως, Scribe ἅλω id est, area quod etiam sine libris iampridem videram atque ita prior interpres.

ἀπὸ δὲ τινάγη) Vet. lib. ὑπό. Rectè. Nam vocem latinā explicare voluit Glossarium vetus, *Vada*, βραχή.

E μεταξὺ Γενούας καὶ Σαββάτων ὁ ἐστὶ τοῖς ξ.) Antonini fragmenta testantur à Genua ad Vada Sabbatia esse M. P. XXX. quæ non multum variant ab hac Strabonis summa. At in altero eiusdem itinerario hoc iter sic est descriptum.

Genua	
Libarnum	M.P. XXXVI.
Dertona	M.P. XXXV.
Aquis	M.P. XXVIII.
Crixia	M.P. XX.
Canalico	M.P. X.
Vadis Sabbatis	M.P. XII.

F vnde aggregatur summa M. P. CXLI. quæ tanta diuersitas è numerorum notis corruptis orta est.

μεθ' ἢ τὸ περὶ τοῖς Ἀλβιγγαύνοις ἐστὶ) Vide num loco τ legendum sit potius ρ vt sint CLXX. stad. M. autem pass. XXI. fere. Nam apud Antoninum ita legitur,

Vadis Sabbatis	
Lollupice	M.P. XII.
Abingauno	M.P. VIII.

G Alibi idem scribit, à Vadis Sabbatis Albingaunum, esse M.P. XVII.

ἐντεῦθεν εἰς Μονοίκου λιμένα, καὶ τ) Antoninus.

Ab Abingauno portum Maurici	M.P. XXV.
A portu Maurici Vigintimilium	M.P. XV.
A Vigintimilio Herclemonæcu portum	M.P. XVI.
	Summa, M.P. LVI.

Strabonis autem stadia colligunt M.P. LX.

Ἄλπια καλεῖσθαι πρότερον Ἄλβια) Vtroque modo scripsisse hoc nomen veteres Græcos testatur in Epitome Hermolaus, & ex eo Eustathius.

καθάπερ καὶ Ἀλπιόνια) Lego, καθάπερ καὶ Ἀλπίον ἴνια. quam scripturam statim ipse explicat & confirmat.

ἐν τοῖς Ἰάπυσιν) Vet. lib. Ἰάπιγσιν. malè.

συνάπτει

συνάπτον πῶς τῇ ἄκρᾳ καὶ ταῖς Ἄλπεσιν) Legendum esse τῇ Ὄκρᾳ, luce est clarius. Strabo libro VII. Ἡ δ' Ὄκρα τὸ ταπεινότερον μέρος τῶν Ἄλπεων ἐστὶ, τῶν διατεινουσῶν ἀπὸ τῆς Ραιτικῆς μέχρι Ἰαπόδων· ἐντεῦθεν δ' ἐξαίρεται τὰ ὄρη πάλιν ἐν τοῖς Ἰάποσι, καὶ καλεῖται Ἄλβια.

Ἀλβιγγαύνον) Atqui dicunt Romani scriptores & Albium Ingaunum, sicut Albium Intemelium.

πρὸς δυσὶ φύλοις τῶν Λιγύων) Ligurum populos plurimos recenset Plinius, quem lege.

τό, τε τῶν Ὀξυβίων καὶ τὸ τῶν Δεκιητῶν) Horum coniunctim sæpe meminit Polybius: vide Fragm. περὶ πρεσβειῶν CXXXIV. Apud Stephanum scriptum est, Δεκίητον, πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν Δεκιῆται. Plinio sunt Deciates.

προσεχὴς τέ ἐστι καὶ ἀλιμένος) Ita habēt libri omnes: atq; hanc lectionem similes loci confirmant, vt libro VII. ἔπειτα προσεχὴς αἰγιαλὸς ἀλίμενος, πρὸς αὐτῷ μόνον τῷ Κιρκαίῳ λιμένιον ἔχον. & paullò post, Ὠνομάσθη δ' ἔνιοι Κυάνεαι ἀπὸ τῶν κυμάτων φασί· ῥαχιώδης γὰρ καὶ προσεχὴς ὁ πλείων αἰγιαλός: quibus in locis quid significet vox προσεχὴς, ingenuè fateor nescire me. vel igitur doceat aliquis me quid hęc vox istis in locis significet: vel assentiatur necesse est, mutanti in τραχὺς, aut προσβραχὴς vt alibi, aut similem vocem. Libri tamen veteres constanter omnes eam vocem retinent.

¶PAG. 140. ἐνταῦθα παμπόλλην) Auctiores lib. vet. ἐνταῦθα τὰ ὄρη παμπόλλην.

τῆς θύινον ἐπιτήδειον πρὸς τραπεζοποιΐας) Mensas θυΐνας passim veteres scriptores commemorāt: Sed quid sit θύον non minus obscura quæstio est, quam quid sit orichalcum: aut quale ligni genus Almugim apud Hebræos: quod Græci interpretes vertunt ξύλον θύϊνον, & Hieronymus ligna thyina. Sed de his plura aliàs si Deus dederit, vt Notas in No. Testamentum nostras absoluamus.

οἱ γιγάντες λεγόμενοι ἵπποι τε καὶ ἡμίονοι) Legendum est οἱ γίννοι λεγόμ. vt monuit etiam summus vir Iosephus Scaliger. Quid sint γίννοι (qui & ἴννοι & ὕννοι dicuntur) vide apud Hesychium, ac reliquos Grammaticos, & Aristotelem.

πλεονάζει δὲ καὶ τὸ λιγγύριον) alias per υ scribitur hæc vox.

ὅ τινὲς ἤλεκτρον προσαγορεύουσι) Vide Plin. lib. XXXVII. cap. II. & III.

ἄρχονται μὲν οὖν αἱ Ἄλπεις) Alpes Maritimas intelligit. Nam Alpium vt varia variis locis sese attollunt iuga, ita variis etiam appellationibus insigniuntur. Maritimas autem Alpes vocant Latini scriptores ea Alpium iuga, quæ mari Ligustico & Tyrrheno sunt viciniora.

ὁ δὲ τοῦ Μονοίκου λιμὴν) Scribe λιμὴν, vt habent vet. libri.

ἱερὸν Ἡρακλέους Μονοίκου καλουμένου) De Hercule Monœco vide poetæ interpretes ad hoc carmen,

Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monœci.

ἔοικε δὲ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος) Sententia est, Apparere ex nomine huius loci, eo vsque pertinuisse Massiliensium littus. Quomodo autem id ex nomine apparet? Quia vt Massilienses Græci erant, ita nomina locorum eius tractus sunt Græca.

μέχρι Ἀντιπόλεως) Puto esse quam Δουρίωνα supra vocabat.

διετείχισεν πόλεις) Hoc à C. Sextio factum esse supra dixit. At Carolus Sigonius vir Romanæ historiæ peritissimus de M. Fuluio Nobiliore ista putabat esse accipienda, ad cuius Consulatum à bello Ligustino primo anni intercedant vt ait Strabo, LXXX.

ἀνακαῖος τῆς ὁδοῦ) Lege cum vett. ἀνάγκη. Sic lib. seq. Ἀνάγκη δ' ἐμπίπτειν τοῖς περὶ τὸν Ἴστρον.

Ἀλβιεῖς καὶ Ἀλβίοικοι) Suspectus mihi locus: Neque enim Albienses aut Albiœcos vllos repetio. Suprà vicinos populos esse docuit, Camares, Voconcios, Tricorios, Iconios & Pædylos. Plinius in hoc tractu nominat Albeceriorum Apollinarium, & Albam Heluorum: vt dubitare aliquis possit, sint ne isti Ἀλβιεῖς Pliniani Albenses, & Ἀλβίοικοι quos Plin. Albecerios vocat.

A

τὴν πόλιν τε καθ' αὑτοὺς) id est, liberam habent ciuitatem, nec patent ei qui prouinciam Narbonensem regit: cuius tamen p[...] censentur esse Vocontij: vt Plinius multis locis indicat.

ἐπὶ δὲ τοὺς ὀρεινοὺς πέμπεταί τις ἔπαρχος) Maritimæ ergo Alpes à procuratore regebātur. hi autē equestris erant ordinis vt etiam supra dictum est. Notanda verò

B in primis quæ sequuntur, nonnisi prorsus barbaras gentes soli procuratori fuisse commissas: quod ex his Taciti verbis potest intelligi, lib. I. histor. *Duæ Mauritaniæ, Rætia, Noricum, Thracia, quæque aliæ procuratoribus cohibentur.* Sanè enim nominatarum à Tacito prouinciarum homines feri erant admodum & barbari. Vide plura de his apud peritissimum harum rerum virum quem honoris causa nomino Iustum Lipsium ad lib. XII. Annalium.

καὶ μετ' αὐτοὺς Μεδοῦλλοι) Vetus lectio, Μεδύαλοι vel Μεδουάλλοι. Apud Plinium Meduli.

C ὑπὲρ τὰς ὑψηλοτάτας) Lege εἶπερ τὰς ὑψ.

ἄνω δ' ἔν τινι κοίλοις χωρίοις) In mōte Vesulo originem habere Padum & Druentiam certum est. Id est iugum ad Cottias Alpes pertinens, qui hodiéque nomen retinet.

λίμνη τε συνίσταται μεγάλη) Prope eundem lacum nasci vult Strabo altera quidem ex parte Druentiam ac Doriam, ex altera Padum. Ptolemæus vero Padum quidem prope Larium lacum nasci, Doriam autem

D prope Pœninum autor est.

ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας πολὺ ταπεινότερος) Locus apparet corruptus. Puto autem sic posse legi, ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας πολὺ ταπεινοτέρας, διὰ τῶν χωρίων τούτων ἀναδιδούσιν αὐτὸς ὁ Πάδος. Quod ait Padum è loco humili originem trahere, Mela confirmat, qui Padum ait ab imis radicibus Vesuli montis exoriri & paruis primum se fontibus colligere. Plinius sic, *Padus è gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati, finibus Ligurum Vagiennorum visendo fonte profluens* &c.

E ¶PAG. 141. ἐκ πολλῶν δὲ λαμβάνει τὴν αὔξησιν) Plinius, *Nec amnes tantum Apenninos Alpinósque nauigabiles capiens, sed lacus quoque immensos in eum sese exonerantes, omni numero XXX. flumina in Adriaticum mare defert.*

ἐν δὲ τοῖς πεδίοις) Scripti lib. τοῖς πεδίοις.

μέγιστος γενόμενος) Tantus est Padus quando in Adriaticum mare ἐμπίπτει (vel ἐκπίπτει vt est in vet. lib.) vt ostia eius septem quibus mare ingreditur, totidem maria esse dicantur. Vide Plin.

πλὴν τοῦ Ἴστρου) Lucanus ne Danubium quidem vult ex-

F cipi: Canit enim de Pado,

Non minor est Istro, nisi quod dum permeat orbem
Ister, casuros in quælibet æquora fontes
Accipit, & Scythicas exit non solus in vndas.

Ταυρινοί τε οἰκοῦσι Λιγυστικὸν ἔθνος) Plinius, *Coloniæ ab Alpium radicibus Augusta Taurinorum antiqua Ligurum stirpe.*

ἡ τοῦ Ἰδέοννου λεγομένη γῆ καὶ τῆς Κοττίου) Ideōnus & Cottius reguli fuisse inalpini videntur, qui ditioni suæ nomen dederint. Nam Cottius quidem & Cottij terra passim à Strabone Plinio Marcellino & aliis memoratur: De

G Ideonno obscurior fama.

Σαλασσοί) Salassij Ptolemæo εἰσὶν ὑπὸ τοὺς Ἰσαύβρους.

ἐν ταῖς κορυφαῖς Κέντρωνες) Ptolemæo Centrones sunt ἐν ταῖς γραίαις Ἄλπεσιν: quas Graias Alpes Latini vocant.

καὶ Κατόριγες) Latinis Caturiges vt & Ptolemæo Κατόριγες ἐν ταῖς γραίαις Ἄλπεσιν.

καὶ Οὐάραγροι) Cæsar Veragros vocat lib. III. & eorum vicum Octodorum.

καὶ Ναντουᾶται) Videntur esse Nantuates de quibus supra dictum est. Putant tamen viri eruditi alios esse Nantuates apud quos nascitur Rhenus, alios Antuates quorum Cæsar libro III. meminit, & cum Veragris eos coniungit: de quo quærant harum rerum peritiores. Sanè vel apud Cæsarem ita est legendum, *Partem equitatus*

equitatus in Antuates, Veragros, Sedunosque misit: vel apud Strabonem Ἀντουάται.

καὶ ἡ Λεμάνα λίμνη) Vetus lectio, καὶ τῆ Λαιμένα λίμνη. Ptol. Λεμάνη Latinis Lemanus lacus.

ὑπὸ τοῦ Ῥήνου αἱ πηγαί) Ecce ait fontes Rheni non procul esse à Nantuatibus quos modo nominauit: Iidem ergo hi sunt cum iis quorum ante facta est mentio: neque apud Cæsarem rectè Antuates & Nantuates diuersæ gentes esse creduntur: quanquam vt dixi, iudicēt viri eruditi.

ὁ δ᾽ ὁ Ἀδούλας) Libri vett. ὁ Ἀδουάλλας.

Ῥαιτοὶ καὶ Οὐέννωνες) Plinio caput Ræotorum Vennonetes. Straboni etiam paullò post Οὐέννωνες alij sunt à Rhetis.

τῶν δὲ Ληπόντιοι) Sic Latini Lepõtios vocãt. Sed Græci videntur scripsisse Λεπόντιοι vt habet Ptol. vel Λειπόντιοι vt mox, παρὰ τὸ λείπειν. Plinius. *Cæteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione Græci nominis credunt: præustis intra sinus Alpium, niue membris.*

Τριδεντῖνοι καὶ Στόνοι) Vtriusque populi meminit Plin.

τὰ μὲν ἐξ ἐρήμου) vt Caturiges teste Plinio.

σεσοφισμένα γὰρ ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ) Vide lib. seq. & Suetonium in Octauio.cap. XXXVII. & alios.

κομίζειν τοῖς κόλποις ἀτραπῶν) Malim κομίζει. Sed quid est κόλποις κομίζειν? Xylander lectionis absurditatem quum videret mutauit lectionem, ac legit ediditque κόποις. nimis profectò audacter & confidẽter, ne quid grauius dicam. Quid est enim κομίζειν κόποις? scilicet quia Latini *perferre labores dicunt*, Strabo dixit κόποις κομίζειν. Nos vero quum iampridem mentem huius loci vidissemus, coniiciebamus legendum vel μοχλοῖς vel ἁμάξαις, vel nescio quid tale. Postea liberauit nos omni cura optimus soceri Henrici Stephani codex: ex eo didici legendum esse non κόλποις sed φόρτοις.

ἐν τοῖς ἄλλοις) vt lib. I. ἐν τῷ αἵμῳ vide locum.

ἀφ᾽ ὧν ἀμφ᾽ τῷ) fortasse ἀμφοτέρωθεν.

διὰ τοῦ Ποινίνου) De Pœninis Alpibus, & viis omnibus per Alpes habes in eruditissimi & optimi viri Iosiæ Simlerj Tigurini Comm. de Alpibus.

συγκαταλαμβάνει δ᾽) Vett. lib. συλλαμβάνει, quod est vsitatius. Tamen ita quoque alibi lib. quinto συγκαταλαμβάνειν δ᾽ αὐτὸ τὴν Ἰδαίαν ἐπὶ τὴν χώραν δίχα.

εἰς τὸ χρυσεῖον) Vide librum III.

τοῦ ποταμοῦ διωκομένου) Vet. lib. μη διωκομένου, quod prior interpres est secutus.

¶PAG. 142. Δέκιμον Βροῦτον φυγόντα ἐκ Μουτίνης) D. Brutum intelligit, qui è Cæsaris percussoribus vnus quum fuisset, Mutinæ ab Antonio est obsessus: vide Dionem, Appianum, Epitomas, alios.

Μεσσάλας δ᾽) Salassos à Messala fuisse superatos testis Dio lib. quadragesimo nono.

καὶ τῶν γυμνασιῶν) Milites enim Rom. rudibus sese exercebant: Rudis autem est gladius è ligno.

καὶ ἐπέβαλον κρημνοὺς στρατοπέδοις) Ita omnes libri habẽt. At Xylandro placuit ἐπέβαλλον, quod vertit, *insederunt*. Nimirum huius loci mentem non vidit vir doctus. Est autem sensus, Salassos occupatis Alpium summitatibus, vt superiores essent Romanis qui per Alpes iter faciebant deuoluisse in eos saxa (quod è superiori loco facilè fuit) & ita Romanos obruisse: quo facilius autem præstare id possent sine vlla Romanorum suspicione, simularunt viarum reficiendarum vel muniẽdarum, aut conficiendorum pontium causa Alpes se conscendere.

κατεστρέψατο αὐτοὺς ἄρδην ὁ Σεβαστὸς) Salassos recẽset Suetonius inter eas gentes quas Cæsar Augustus partim ductu, partim auspiciis suis deuicit. Nominãtur Salassi & in inscriptione trophæi Alpium. Vide Dionem libro LIII.

εἰς Ἐπορεδίαν) Ptol. Ἐπορεδία. Plinius. *Oppidum Eporedia*, Sibyllinis libris a pop. Rom condi iussum. hoc est quod sequitur, Ῥωμαίων κτίσμα.

πάντας δ᾽ ἐπώλησε Τερέντιος Οὐάρρων ὑπὸ δόρυ) Dio, συνέλαβε· τὸ πλῆθος τὸ ἐν τῇ ἡλικίᾳ, καὶ ἀπέδοτο, ἐφ᾽ ᾧ μηδένα αὐτῶν ἐντὸς εἴκοσιν

A ἐτῶν ἐλευθερωθῆναι.

φυλάσσει τὴν πόλιν Αὐγούσταν) Dio, Καὶ αὐτῶν ὁ Αὔγουστος τῆς γῆς, τοῖς δορυφόροις ποὺς ἐδίδοτο, κ. πόλιν Αὐγούσταν Πραιτωρίαν ἔχει. Xylander videtur legisse Αὔγουστος. malè.

τὴν δ᾽ εὐήνωρον) Plinius Veronam appellat Rhætorum opidum. Mirè variat Stephanus: apud quem ita scriptũ est Βέρων ὡς Λάγδουνον Ἰταλικὴ πόλις: nisi aliam intelligat.

καὶ ὁ γε Ῥαιτικὸς οἶνος) Virgilius,

B ———*& quo te carmine dicam*
Rhætica? nec cellis ideo contende Falernis.

Plinius, *In Veronensi item Rhætica falernis tantum postlhabita à Virgilio.*

μέχρι τῶν χωρίων δι᾽ ὧν ὁ Ῥῆνος φέρεται) Plinius id docet, *Rætorum ait Vennonetes Sarunetesque ortus Rheni amnis accolunt.*

καὶ Καμοῦνοι) Camunorum etiã Plin. meminit III. XX.

οἱ δὲ Οὐινδολικοὶ καὶ Νωρικοί) Ptolemæo non Vindelici tantum, & Norici sed & Rætici vicini populi sunt, omnes τῆς ἐκτὸς παρώρειαν

C accolentes. Stephano Ῥαιτοὶ sunt ἔθνος Τυρρηνικόν.

μετὰ Βρεύνων καὶ Γεναύνων) Aldina editio, μετὰ Βριγκαντίων καὶ Γεναύνων. Sed rectè obseruarunt docti viri ita esse corrigendum vt plerique Horatij codices veteres habent isto loco,

———*milite nam tua*
Drusus Genaunos, implacidum genus
Breunosque veloces & arces
Alpibus impositas tremendis

D *Deiecit.*

Legendum etiam vt rectè vidit Xylander, in trophæo alpium, ISARCI BREVNI GENAVNES.

Λικάττιοι καὶ Κλαυτηνάτιοι) Plinio Vindelicorum gentes sunt Licates & Catenates. Λικάττιοι inter Vindelicos recenset Ptol. quoque.

καὶ Οὐέννωνες) Ptol. Οὐέννωνες Rætis ascribuntur.

Ῥουκάντιοι καὶ Κωτουάντιοι) Hos inter gentes Ræticas Ptol. non agnoscit: nisi valdè deprauati sunt eius codices. Plinius etiam omisit. Item vterque τοὺς Ἐστίωνας, nisi

E nos fallunt libri. Ptol. Ῥουνικάται inter Vindelicos nominantur: qui fortasse sunt, Rucantij Strabonis: vt & Κωνσουάντιοι eidem fortassean ij sunt quos noster Κωτουάντιοι vocat.

Βριγάντιον καὶ Καμβόδουνον Vet. lib. Βριγάντιον. Sed Ptol. quoque Βριγάντιον vocat, licet ille Rætis adscribat. Idem Καμβόδουνον. Vindelicum opidum agnoscit. Non est autem improbãda eruditissimi Simleri coniectura, qui Brigianos in trophæo Alpium putat esse istos Brigantios: quod tamen non possumus pro certo

F affirmare.

λέγεται τι τοιοῦτον) Narrat Dio lib. LIIII. περὶ δὲ δὴ τὸ ἄρρεν τῶν ἁλισκομένων οὐχ ὅτι τὸ φανερούμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν ταῖς γαστράσιν τῶν γυναικῶν ἐν μαντείαις τισὶν ἀνηρούντο.

Νωρικῶν τινες καὶ Κάρνοι) hos populos coniunctim nominat, vt vicinos: quod ex Ptolem. & Plin. intelligimus.

τῶν δὲ Νωρικῶν εἰσὶ καὶ οἱ Ταυρίσκοι) Plinius paullò aliter. *Iuxta Carnos*, inquit, *quondam Taurisci appellati nunc Norici.*

¶PAG. 143. μέχρι τὸ πεδίον πέχρας) Vocem πέχρας mendo-

G sam esse persuasum habeo.

τὸ Ἀπέννινον ὄρος) Legendum censeo, τὸ Ποίνινον ὄρος. Pœninas Alpes sic vocant Græci. Eas autem hic esse intelligendas & quiuis facilè intelligere potest verba Strabonis diligenter attendens: & nos aliàs pluribus docebimus.

λιμνην ἔχον) Quis dubitat esse hanc, quam Ptolem. Λίμνην Ποινίναν vocat?

ἐξιᾶσαν εἰς τὸν Ἴσαρα ποταμόν) Sic solet Cęsar dicere lacus & paludes influere in flumina. Libro primo, *A lacu Lemano qui in flumen Rhodanum influit.* lib. VII. *perpetuam esse paludem quæ influeret in Sequanam.* Sed ex fine huius libri apparet legendum esse ἐξιᾶσαν τὸν Ἴσαρα ποταμόν. Sed quisnam est iste Isarus fluuius qui in Adriaticum mare se exone-

exoneret? Non sanè Isar esse potest, de quo supra: licet hìc quoque vt ibi libri veteres Ἴσαρ habebant. Et potest ea esse vera lectio: Nam cum certum sit fluuios quàm plurimos à superioribus Alpibus in Adriam descendere, non est absurdum dictu, fuisse aliquem ex illis qui Isaræ fluuio qui Rhodano se miscet esset cognominis: Sic fuit ex isdem Rhenus appellatus, cuius mentio est apud Plinium, alius à magno Rheno. Assentior autem iis qui Ἄθεσιν putant esse Athesin: siue Strabo ita scripsit, siue librariorû culpa est. Atesinum putât docti quidam esse Æmum Ptolemæi & Taciti qui Rhætos ac Nouicos interfluit. Libri veteres habebant Ἀταγίσ.

τὸ τε Ἀπέννινον ὄρος) Et hic legendum est, τὸ Ποιννῖνον ὄρος. Quis vero non miretur potuisse interpreti persuaderi Apenninum montem Alpium esse partem?

καὶ οἱ Ἰάποδες) De Iapodibus vide lib. VII.

καὶ ὁ ἄκρα πλησίον τοπωτικὸν) Legendum censeo, καὶ ἡ Ὄκρα. Id ita esse ex sequentibus, & lib. VII. satis côstat.

οἱ μέχρι Ἰάποδες) Quæ sequûtur iisdem prorsus verbis repetita habes libro septimo. vide locum.

ὁ Ῥῆνος αὐτοῖς ἐμβάλλει τὸ παῤῥεῖ) Falsissima lectio: falsa etiam quam substituit Xylander. Lege, ὁ Νάρων ἐμβάλλει. authore Strabone lib. VII.

εἰς τὸν καλούμενον Παυπόρτον) Ναυπόρτον vocat infra. idque non semel. Equidê vtut Strabo. scripserit non dubito verum nomen huius loci esse Nauportos, non Pâportus nec Naupontus. Nam ita semper in Latinis historiis nuncupatur: vt apud Tacitum Annal. lib. pri.

πλεῖον ὁδὸν ἢ πλείονων ὢν) Vetus lectio ἢ πλεῖ πλείονων

A quam scripturam esse optimam ex alio loco intelligimus, vbi hoc iter discimus esse stad. CCCCL. vel. D. Ille locus est lib. VII.

ἐμβάλλει τὸ Παυπόρτον ποταμὸς) hic fluuius est Corcoras. Saus infra est Σαῦος.

ὁ διὰ Σαλασσῶν) De his iam ante dictum.

διὰ τὸ καὶ Ἀχίου) Vide ad lib. sequentem.

¶PAG. 144. ὡς ἀπὸ τὸ Ἀλγδοῦνον) Vet. ἀφῶσι τὸ Λευγδ. Forte ἀφῶσιν vt διαδῶσιν.

διὰ τῆς Ἴσαρ ὄρους) Isaram supra appellat.

B τῆς ἐγχώριον αὐτοῖς ἀφέντος ἐπί τινα) Vet. lib. Τῆς ἐγδῖνον μέρους. Vide Epito.

φέρουσιν οἱ ποταμοὶ χρυσοῦ ψῆγμα) Huiusmodi ramenta ferunt Rhenus, Visa, Emma, fluuij ex Alpibus cadentes.

Δοναῖς) Montem in Thracia qui ita appelletur nullû reperio. Plinius Donacessam montem agnoscit: sed in Thessalia. Si quis putet nomen alicuius Thraciæ montis esse reponendum, Mimas non incommodè possit reponi videtur. Silius Italicus in eadem sententia.

C *Mixtus Athos Tauro, Rhodopéque adiuncta Mimanti*
Ossáque cum Pelio cumque Aemo cesserit Othrys.

τὸ ἢ μίαν ἐστὶν) Vide Plin. & Simleri Com. De Alpib.

πλεῖους ἀπὸ) Plin. lib. III. cap. XIX. *In hac regione &c. X lacus inclyti sunt, amnésque eorum partus aut alumni si modò exceptos reddunt, vt Adduam Larius, Ticinum Verbanus, Mincium Benacus, Ollium Sebinus, Lambrum Eupilis omnes incolas Padi.*

πλάτος δ' ἐκατὸν τετταράκοντα) Vet. πλάτος ἢ τετταράκοντα. In alio, πλάτος ἢ ρ.

πλάτος ἢ τετταράκοντα) Vet. lect. πλάτος ἢ ρ.

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS ET CASTIGATIONES IN LIBRVM V. GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

METÀ ἢ τὴν ὑπώρειαν τῶν Ἄλπεων) Galliam relinquentibus à sinistra occurrit Germania: à dextra Italia. Ptolemæus post Galliæ descriptionem ad Germaniam transit: Strabo contra ad Italiam: idque optimè: Nam cum in fine libri quarti Alpes descripsisset, quæ altero latere Galliæ sunt obuersæ, altero Italiæ, ipsa locorum συνέχεια quam se obseruate testatur sæpe, indicabat satis, non aliam prius quam Italiam describendam regionê atqi hoc ordine vsus est etiâ supra, in platica totius orbis descriptione.

ἀρχὴ τῆς τῶν Ἰταλίας) Latius accipiendum, τὸ τῶν: Nam vt Italiæ nomine etiam Gallia Cisalpina comprehenderetur non Strabonis ætate, aut paulò ante, sed iam inde à Polybij temporibus videtur obtinuisse, quum diu Rubicon vtriusque fuerit limes: Vide Seruium ad illud Virg.

——*Troia qui primus ab oris*
Italiam, fatô profugus. &c.

οἱ γὰρ παλαιοὶ τὴν Οἰνωτρίαν ἐκάλουν Ἰταλίαν) Vide ad lib. sex. non procul ab initio: vbi hæc pluribus exponûtur

ὡς οἰκεῖα ἢ ἢ τῇ Λιγυστικῇ, μέχρι Οὐάρου) Libro quarto dictum est, Varum flumen Galliam diuidere ab Italia: quod ex diuisione Augusti intum videtur. vide Plin. Habent autem scripti τὸ μέχρι Οὐάρου.

καὶ τῆς Ἴστρίας μέχρι Πόλας) Plinio, finis Italiæ Arsia fl. qui est à Pola haud procul. Pola paullò post ascribitur Italiæ.

ξανικὸς τὸ πολλοῖς σῶναι) Mallem σχῆμα. Coniecturam meam

D meam confirmant veteres codices, qui ita habent.

φασὶ ἀπρῶ ἢ ἢ τρίγωνον) Prior interpres videtur hunc locû paullò aliter legisse, Italiæ autê formâ esse τρίγωνον alij quoque aiunt: Seruius, *Constat tria habere latera Italiam, superi maris, inferi, Alpium:* Polybius quoque lib. sec. τὸ σχῆμα τῆς Ἰταλίας dicens esse τρίγωνοειδῆ, eius latera, ita prorsus describit vt Strabo. Plinius vero non γωμετρικῶς sed ἀπλούστερον & magis χωρογραφικῶς Italiæ figuram expressit quum dixit esse similem folio querno. Rutilius Itiner. lib. II.

E *Italiam rerum dominam qui cingere visu,*
Et totam pariter cernere mente velit,
Inueniet quernæ similem procedere frondi,
Artatam laterum conueniente sinu.

Me vero non pœnitet eorum esse sententiæ, qui Italiæ formam, tibiæ similem pronuntiant. Eustathius κνήμῃ similem scribit.

ἐκκλινόμενον πρὸς νότον καὶ χειμερινὰς ἀνατολάς.) Plinius, *Excedit per maria cœli regione ad meridiem quidem. Sed si quis id diligentius subtilitate exigat, inter sextam horam primámque brumalem.* quem locum satis obscurum Strabonis verba declarant.

F τὸ πρόσβορρον ἢ τῆς τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ) Polybius postquâ dixit latus quod est ad ortum Italiæ effici ab Ionio mari & Adriatico, id autem latus quod ad meridiem vergit & occasum à mari Siculo & Tyrrenico, ad dit, αὗται δ' αἱ πλευραὶ συμπίπτουσι πρὸς ἀλλήλας, κορυφὴν ποιοῦσι τὴν ἀκρωτήριον τὸ τῆς Ἰταλίας, ὃ προσαγορεύεται Κόκυνθος, διαιρεῖ ἢ τὸν Ἰόνιον πόρον καὶ τὸ Σικελικὸν πέλαγος.

βάσιν δ' ἔχουσαν τὰς Ἄλπεις)Polyb. Τὴν δὲ λοιπὴν, τὴν παρά τε ταῖς ἄρκτοις καὶ τὴν μεσόγαιον παρατείνουσαν, ὁρίζει κατὰ τὸ συνεχὲς, ἡ τῶν Ἄλπεων παρώρεια. Mox, ἣν δεῖ καὶ νοεῖν ὡσανεὶ βάσιν τοῦ τριγώνου.

συγχωρῶσι δὲ) Satis apparet euerti hac disputatione superiorem de Italiæ figura opinionem: quam diximus esse Polybij. Sed locus mutilus est & mancus. Et ea ipsa quæ benè habēt, sine tabularum inspectione nequeūt intelligi: quibus adhibitis luce clariora sunt omnia.

¶PAG.146. τὰ μὲν μέχρι τῆς ἄκρας) Non dubito assensuros mihi viros doctos emendanti hic quoque τῆς Ὠκρας. quod vel ἡ φράσις persuadeat.

ὑπόκειται δ' αὐτοῖς πεδία) Galliam Cisalpinā Romanis dictam describit. Hanc Polyb. facit τρίγωνον. cuius trigoni vertex sit ἡ σύμπτωσις Alpium & Apennini: latus autem borium ait ab Alpibus effici porrectis in longit. bis mille & ducentorum: meridianum autem Apenninis montibus, longum stadia ter mille & sexcenta. tertium latus ac totius trianguli basin constituit, oram Adriatici maris quæ est à Sena ad intimum vsque eius sinus recessum stadiorum bis mille & quingentorum. Straboni & Polybio in huius περιοδισμῷ parum adeo conuenire mirum non est. quum ille totius Italiæ formam quam dabat ei Polyb. improbet: vt modo dictum est.

συνάπτοντα ἐν' Ἀδρίας τῇ τῶν Ἐνετῶν παραλίᾳ) hoc est, qui montes incidūt ad rectos angulos in Venetorum orā: Nam hanc esse istorum verborum sententiam vel ex superioribus appatet. Adde quod paulo post ita scribitur. τὰ δὲ Ἀπέννινα ὄρη συνάψαντα τοῖς περὶ Αἰμῶνον. &c.

μετὰ τῶν ὀρῶν) Si Polybii summam vtramque coniungas, erunt stadia XI.CIↃC.

μικρὸν δ' ἔλαττον τὸ πλάτος τῶν χιλίων) Difficilis & obscurus mihi locus. Nam paulò ante dictum est hanc planitiem habere longitudinem & latitudinem fere æqualem, stadiorum C. & CIↃCIↃ. Quodnam igitur est istud πλάτος quo de nunc loquitur? nisi quis dicat legendum esse hic quoque δισχιλίων. Habent etiam difficultatis non parum quæ de meridiano eius planitiei latere dixit: quæ omnia iis relinquo excutienda quibus plus est ad hanc rem otii: Mihi nec vacat, nec libet, hoc præsertim tempore: quo allatus mihi tristissimus de obitu, hei mihi optimi, optiméque de me meriti parentis mei nuntius, ita me perculit affecitque, vt prorsus ab istis mansuetioribus Musis abhorrens animus meus, alias literas requirat, in quibus acquiescat, ac tanti vulneris medicinam reperiat. quæ profectò non aliæ sunt, quàm eæ in quibus annos ferme triginta idem ille μακαρίτης pater meus se non sine fructu (Deo gloria sit & laus,) exercuit: quásque voluit ille semper suis liberis versari ante oculos.

κορυφουμένην δίχως) Ideo dicitur Italia Melæ ac Plinio duo habere cornua. Sallustius, *Omnis Italia coacta in angustias, scinditur in duo promontoria, Bruttium & Salentinum.*

τό τε γὰρ πλάτος τὸ μέγιστον) Italiæ maxima latitudo est ferme circa vrbem Romam ab ostio Aterni amnis in Adriaticū mare influētis ad Tiberina ostia: quā Plinius ait esse M. P. CXXXVI. hoc est stad. CIↃCCCXXVIII. vnde intelligimus quare dicat accuratiss. scriptor περί. Docet autem libro VI. Geographus, latitudinem Italię ad sinum Cumanum, esse stadiorū minus quàm CIↃ. In longitudine assignanda in diuersa eunt Strabo & Plinius, quod non mirabitur qui verba vtriusque attenderit.

διττὸς λόγος)Relatus & lib. IIII. Vide præter alios Eustathium hæc Dionysii verba interpretantem.

——τόθι σύρεται Ἀδριάς ἅλμη
πόντον ἐς ἀγχότερον Ἀχυλήϊον.

De Antenote lege (vt Virgilium & alios omittam) Strab. lib. XIII. Polybii super hoc verba non prætermittam. Is enim populos Galliæ Cisalpinæ commemorans ita scribit, τὰ δὲ περὶ τὸν Ἀδρίαν ἤδη προσήκοντα γένος ἄλλο πάνυ παλαιὸν διακατέσχε· προσαγορεύονται δὲ Οὐένετοι· τοῖς μὲν

A τοῖς μὲν ἔθεσι καὶ τῷ κόσμῳ βραχὺ διαφέροντες Κελτῶν, γλώττῃ δ' ἀλλοίᾳ χρώμενοι. περὶ ὧν οἱ τραγῳδιογράφοι πολύν τινα πεποίηνται λόγον.

¶PAG.147. τῆς Ενετικῆς πωλείας) Hesychius Ενετίδας πώλους, interpretatur στεφανηφόρους ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Ἀδρίαν Ενετίδος· διαφέρουσι γὰρ ἐκεῖ.

μάλιστα δ' ὁ Πάδος)Si sententiam spectes, nihil videbitur deesse: si verba, desunt quædam.

μέγιστα ἦν)Scribe μέγιστα δ' ἦν. vt etiam veteres habent.

B Βοῖοι καὶ Ἴνσομβροι)Hos Polyb. Ἴνσομβρες vocat. quanquam in eius cod. gr. editur Ἴσομβρες. malè, vt ex Steph. apparet. Vterque populus Romanis historiis celeberrimus.

Σήνωνες)Polybio Σήνωνες. Steph. Σήνωνες, ἔθνος Γαλατικόν. Idem à Sena oppido ad Adriam sito formari annotat à Gr. gentile Σηνων. Alii Σένονες, vt apud Silium Italicum.

Et Clanis & Rubico & Senonum de nomine Sena.

Claudianus,

Et Senonum quatit arma fragor.

C μετὰ Γαισατῶν) Gæsatas Polybius ait profectos à locis Rhodano vicinis ad ea quæ sunt circa Padum. Idem eos ait sic esse appellatos διὰ τὸ μισθοῦ στρατεύειν. ἡ γὰρ λέξις, inquit αὕτη τοῦτο σημαίνει κυρίως. An autē iidem censendi sunt Gæsatæ isti & Γαζᾶται siue Γαζῆται Galli quos volunt Grammatici Gr. sic dictos quasi γῆν ζητοῦντας, propter frequentes migrationes? vel παρὰ τὴν γάζαν, quia plerique Gallorum erant χρυσοφοροῦντες: quæ fuit Euphorionis sententia.

τοὺς δὲ Βοίους ἐξήλασαν ἐκ τῶν τόπων)Plinius. *In hoc tractu*

D *interierunt Boij, quorum tribus CXII. fuisse autor est Cato. Item Senones qui ceperant Romam.*

Μεδιολάνιον δ' εἶχον) De Mediolano lege Liuium lib. V. Ptol. est Μεδιολάνιον vel Μεδιολανα vt apud Steph. Αὐγοῦστα.

πλησίον δὲ καὶ Βερώνη)Ptol. Βηρώνα. vt Lat. Verona. Steph. Βέρων.

Βρεξία)Malim Βριξία. vt apud Ptol. Brixia Liuio Cenomanorum caput.

E καὶ Ῥήγιον)An est Ῥήγιον Λέπιδον de quo paulo post: Mentio istius Regii in epistolis Bruti ad Ciceronem.

εἶτα ὁ Θεὸς Καῖσαρ) Res nota ex historiis vide Appianum.

εἶτ' ἐξίασιν εἰς τὸν Πάδον) Meminit & Tacitus libro Histor. II. confluentum Padi & Adduæ fluminum.

τῶν τε ἄλλων καὶ ἐσθῆτος παντοδαπῆς) Martialis. Tunicæ Patauinæ.

Vellera cum sumant Patauinæ multa trilices,
Et pingues tunicas serra secare potest.

F ¶PAG.148. ὁ λιμὴν Μεδόακος ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ) Aliter Plinius quem lege.

Ῥαβέννα)Vide Stephanum. Mox scribitur Ῥαούεννα.

ὥστε γὰρ ὑγιεινὸν ἐξίσταται τὸ χωρίον) Legebam ex coniectura ἐξήτασται. motus etiam similibus locis, vt lib. XV. πολὺ γὰρ ἐξήτασαι πασῶν ἡ τῇδε καλλίστη πρέπειν. lib. IIII. Ἱκανώτατοι δὲ τῶν κιθαριστῶν ἐξητάζοντο Αἰγινῆται. & alibi. Postea coniecturam meam codex soceri scriptorum autoritate confirmauit.

καθάπερ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ) Nam Alexandriam esse ὑγιεινὴν dicit lib. vltimo.

G ἀλλὰ καὶ τὸ περὶ τὴν ἀμπελον πάθος) Plinius de generibus vitium. *Quinimo* nebulis vna alitur, ob id Rauennati agro peculiaris.

φύει μὲν γὰρ αὐτὴν τὰ ἕλη)Id verò etiam alibi. vide infra de Cæcubo.

Βούτριον)Stephanus, Βούτριον πόλις Ῥήγιον τῆς Ἰταλίας.

καὶ ἡ Σπίνα)Opidum antiquum cuius meminēre Eudoxus & Artemid. vt est apud Steph.

πάλαι δ' Ἑλληνὶς πόλις ἔνδοξος)Condita fuit à Pelasgis prope ostium Padi Spineticū nuncupatum: Vide Dionysi. Halic. lib. primo.

Θησαυρὸς γοῦν Σπινιτῶν ἐν Δελφοῖς δείκνυται) Plinius *Spineticum ab vrbe* Spina quæ fuit iuxta præualens, vt Delphicis creditum est thesauris, condita à Diomede. Me-

de. Meminit Strabo iterum, lib. IX.

Ἐπιτέργιον δὲ) Vide num scribendum sit Ὀπιτέργιον vt apud Ptol. & Plin.

καὶ Ἀδρία καὶ ἰκετία) De Adria mox. pro ἰκετία vetus interp. legit τικετία. οὐικετία nominat Ptol. inter mediterraneas Venetorum. Plinius Vicetiam prope Opitergium. Lego igitur ἰκετία.

τῆς δὲ Ἀδρίας ἐπώνυμον γέγονε) Ambiguæ lectionis locus: Nam & Ἀδρίας & Ἀτρίας legi cum hic tum paulò antè potest. vt Ἀδρίας legendum videatur, facit tum Liuius qui lib. V. testatur Adriaticum mare ab Adria Tuscorum collonia esse appellatum, & Iustinus, quem vide lib. XX. tum Eustathius, qui non aliter hîc legisse videtur: vt verò Ἀτρίας malim, hæ sunt rationes: Primum quia Ἀτρία scriptum est apud Steph. Ptolem. & Plinium cuius sunt hæc, *Quæ septem maria appellantur, nobili portu opidi Tuscorum Atria, à quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Adriaticum.* quæ verba Strabonem plane videntur exponere. Altera ratio est, quod sequentia verba μικρὰν μετάθεσιν λαβὸν ita videntur exponenda vt accipiantur de mutatione τοῦ τ in δ: nisi quis malit ad generis mutationem referre. Dicitur namque ἡ Ἀδρία πόλις & ὁ Ἀδρίας sc. κόλπος. Adriæ opidi meminit & Plin. lib. III. cap. XIII.

καὶ τὸν Νατίσωνα ποταμὸν) Natiso enim & Turrus fl. Aquileiam præfluunt. Plin.

ἐπὶ πλείους ἑξήκοντα σταδίους) Non igitur Aquileiam vsque ἀναπλεῖσθαι potest Natiso: Nam Plin. autor est Aquileiam XII. M. à mari esse sitam. Eustathius ait esse qui scribant distare à mari Aquileiam stadia LX.

καὶ οἶνον ἐπὶ ξυλίνων πίθων) Ait ξυλίνων. quia Græcorum ac Rom. dolia erant fictilia: vt ex prouerbio notum est, ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν. Huius rei ita meminit Plinius, *Circa Alpes ligneis vasis condunt, circulisque cingunt, atque etiam hieme gelida ignibus rigorem arcent.* Strabo mox, τὸ δὲ μέγεθος ἀπέλιπον οἱ πίθοι. ξύλινοι γὰρ μείζους οἴκων εἰσίν.

Νωρηΐαν πόλιν) Hanc sua ætate fuisse dirutam ait Plinius. Stephanus quē vide Noracum appellare videtur.

καὶ σιδηρουργεῖα) Rutilius Itinerarii lib. pr.

Occurrit Chalybum memorabilis Ilua metallis:
Qua nihil vberius Norica gleba tulit.

de Noraeo idem testatur Epaphroditus apud Steph.

Γναῖος ὁ Κάρβων συμβαλὼν Κίμβροις) Epitome LXIII. *Cimbri, gens vaga populabundi in Illyricum venerunt: Ab iis Papyrius Carbo cum exercitu fusus est.* Victi Carbonis meminere & Tacitus De morib. Germ. & Velleius.

μετὰ πηγὰς ζ ποταμίου ὕδατος) Assentior interpreti, legenti ποτίμου. Ora autem Timaui septem esse, multi, inquit Seruius, dicunt: Virgilius nouem.

Antenor potuit mediis elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus: atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui:
Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis,
It mare proruptum, & pelago premit arua sonanti.

Pomp. Mela. *Interfluit Timauus nouem capitib. exurgens, vno ostio emissus.*

καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐπιχωρίους πηγὴν καὶ μητέρα θαλάττης ὀνομάζειν.) *Varro dicit* (ait Seruius) *hunc fluuium ab incolis mare nominari.*

κατὰ πολλὴν εἰς βάραθρον) Plinius, *Et in Atinate campo fluuius mersus post XX. M. pass. exit, & in Aquileiensi Timauus.*

περὶ ὧν εἰρήκαμεν) Vide lib. sequenti.

¶ PAG. 149. δὲ τὰ περὶ τὸν Φαέθοντα) Ouidius Metamor. libro secundo.

καὶ τὰς Ἠλεκτρίδας νήσους) Plinius, *Iuxta eas, Electridas vocauere in quibus prouenire succinum quod illi electrum appellant, vanitatis Græcæ certissimum documentum: adeo vt quas earum designent, haud vnquam constiterit.* Mela tamen Electridas agnoscit.

καὶ μελεαγρίδας ἐν αὐταῖς, Meleagridas vocare videtur aues Diomedis ob similitudinem τοῦ πάθους: vide de his Plin. lib. X. cap. XLIIII.

ἀναισχυντιάζειν) Scribe ἀχαιρετιάσειν, vt analogia postulat, & veteres codices

A καὶ λαλεῖσθαι λυκοφόρους) Ait obtinuisse vt equi illi, & qui ab iis essent prognati λυκοφόροι appellarentur. Plutarchus autem testis est λυκοσπάδας fuisse vulgò appellatos optimos & θυμικοὺς equos: quod ab istis Veneticis tractum esse significat Hesychius, apud quem sic lego: λυκοσπάδες ἵπποι, ἀπὸ λύκων διεσπασμένοι, οἱ περὶ τὴν Ἀδρίαν, vbi vulgò legitur, οἱ περὶ τὴν ἀνδρείαν.

Τεργέστε Ἀκυληΐας διέχον ρ καὶ π σταδίους) Plinius, *Colonia*

B *Tergeste XXIII. M. P. ab Aquileia.* Stadia Strabonis efficiūt M. P. XXII. & semis.

¶ PAG. 150. ἐκπεσόντων διὰ τῆς στυφλῶν) Similis locus infra, vbi de Capua.

Πλακεντία μὲν καὶ Κρεμώνη πλησιαίταται) Ptolemæo non ita sunt vicinæ, neque Plinio.

Ἀχέρραι) Stephano & Appiano Ἀχέρραι. Apud Polybiū semper Ἀχέραι pro Ἀχέρραι, vt etiam paullò infra legitur. Plinio & Lat. omnibus Aceræ.

Ῥήγιον Λέπιδον) Ptol. Ῥήγιον Λεπίδου κολωνία. Plin. Regiē-

C ses à Lepido.

Μακροὶ κάμποι) Sic rectè Xylander emendauit. Columella libro septimo, cap. secundo, *Nunc Gallicæ (oues) pretiosiores habentur, earumque præcipuè Altinates: Item quæ circa Parmam & Mutinam Macris stabulantur campis.*

πανήγυρις συντελεῖται) Vetus lectio συγκροτεῖται.

φόρον Κορνήλιον) Sic φόρον ἰουλίου. Forum Iulij. Sed Ptol. φόρον Κορνηλίου, rectius cùm Latinis.

φαυεντία δὲ καὶ Καισῶνα) Coniunguntur etiam apud Ptol. Fauentia & Καισῶνα.

D πρὸς τῷ Ἰσάπιδι ποταμῷ) Vide num potius, Σάπει sit legendum: Nam ita Plinius habet, & Silius,

Hos Aesis Sapisque lauant

Sed etiam alibi repetias Isapis.

ἔχει δὲ τὸ Ἀρίμινον) Plin. *Ariminum colonia cum amnibus Arimino & Aprusa.*

ἀπὸ δὲ Πλακεντίας εἰς Ἀρίμινον στάδια α Prior interpres legit στάδια α, καὶ τ quæ vera est lectio. Confirmatur enim autoritate Antonini: à quo hoc iter sic describitur.

E

Placentia ciuitas	
Fidentiola vicus	M. P. XXIIII.
Parma ciuitas	M. P. XV.
Regia ciuitas	M. P. XVIII.
Mutina ciuitas	M. P. XVII.
Bononia ciuitas	M. P. XXV.
Fori Corneli ciuitas	M. P. XXIIII.
Fauentia	M. P. X.
Cæsena ciuitas	M. P. XXIIII.
Ariminum ciuitas	M. P. XX.

F Quæ sunt in summa M. P. CLXXVII. stadia autem CIↃ CCCCXVI. Quare apud Str. legendum censuerim vel vt iam dixi cum priore interprete α καὶ τ habet enim ille CIↃ CCC. vel α καὶ υ. τὸ υ quia mox aliud sequebatur videtur fuisse omissum: in manuscriptis ita legitur, στάδια χίλια τριακόσια. quod omnino rectum est.

ἐπὶ μὲν τοῦ ὄρους τῆς Κοττίας) Ab impudentissima Cottyone profecta est ista Cotuta quam censeo non ferendam Legamus igitur, τῆς Κόττιου γῆς, neque dubium potest esse, sitne hæc vera lectio: quum supra toties τῆς Κοττίου

G siue Κόττου γῆς sit facta mentio. Ditionis ergo reguli istius terminos versus Italiam, fuit Ticinum, versus Alpes Ocelum: dixit enim Strabo lib. IIII. ἔστι Ὤκελον τὸ πέρας τῆς Κοττίου γῆς. Potuit aliquis suspicari ex Stephano legendum esse pro τῆς Κοττίας, τῆς Παδίνης. Scribit ille, Τίκινος πόλις Ἰταλίας περὶ Παδίνας, καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος. Sed prior emendatio dubio procul vera est.

Τίκινον) Sic malim cum Ptolem. quam Τίκινος enim Steph. Lat. Ticinum.

καὶ Κλαστίδιον) Clastidij meminit Polybius lib. sec. διαβιβάσαντες εἰς τὴν τῶν Ἀνδρῶν χώραν ἐπολιόρκουν τὸ Κλαστίδιον προσαγορευόμενον, vbi cogitet lector eruditus, num sit legendum εἰς τὴν τῶν Λιγύρων χώραν. Nam Clastidium oppidum fuisse Ligurum testis mihi est Liuius.

καὶ Δέρθων) Steph. *Δέρτων, πόλις Λιγύρων*. Dertona vel Derthona in libris Lat. & Ptol.

καὶ Ακουϊσστατιέλλα) Facessat hinc *Ιταλισμὸς*, qui voci huic inest. Legendum arbitror, *Ακουίαι Στατιέλλαι*. Ex *αι* fecit aliquis opinor Italus, imperitus, ineptus aliud agens librarius *α*. Plinius. Aquę Statyellorum libro tertio: & Statvellæ xxxi.

ἡ δ' ἐπ' Ωκελον) Cur de hac lectione conquereretur Xylander causa nulla erat. Describit enim Strabo viam qua itur in Galliam. Ocelo autem transire solitos etiam è lib. super. apparet. Quare dubio procul legendum est, *ἡ δ' ἐπὶ τὸ Ωκελον παρὰ τὸν Πάδον καὶ τὸν Δουρίαν*.

ὧν καὶ ὁ Δρουεντίας) Plinius Durias ait esse duas: harum altera videtur Strabo *Δουεντίαν* siue *Δρουεντίαν* vocare: Cæterum nihil affirmo. superiori libro docuit Geographus Druentiam & Duriam eodem è lacu manare: veruntamen quomodo Druentia potuerit hic nominari non video.

ἐντεῦθεν δ' ἐστὶν) ab Ocelo inquit, initium Alpium: quod certissimum est. vt mirer hunc locum interpreti facessiuisse negotium.

τοῖς ὑπὲρ κειμένοις τῆς Αὐγούστας) Attende *τὸ πλεόνασμα*: quę mihi quidem mira videtur: valdéque suspicor hæc perturbata fuisse.

καὶ Σαλαυίσσα καὶ Ἰλλουία) Obserua literarũ ductus. Facilè vt puto mihi assentieris legẽti *καὶ αἱ ἀκουαισστατιέλλαι*. Nã ex *αι* fecerunt *α*: quod postea coniunxerunt cum sequenti voce, & factum ita *σα*: prætetea *τὸ καὶ* insertum est, vt malè cohærentem locum fulcirent: putabant enim esse duorum locorum nomina his obseruatis, in promptu erit vera lectio. Quare me autore pellatur, monstrosissima & ineptissima lectio.

δι' ὧν Αννίβας ἐμβαλὼν τῆς διελθὼν) Placet id ex Liuio paullò pluribus describere. *Annibal*, inquit, *profectus ex hibernis quia iam Flaminium Cos. Arretium peruenisse, fama erat, cùm aliud longius, cæterum commodius ostenderetur iter, propiorem viam per paludem petit, qua fluuius Arnus per eos dies solito magis inundauerat.* Mox, *Primi, qua modo præirent duces, per præaltas fluuii ac profundas voragines hausti penè limo, immergentesque se, tamen signa sequebantur. Galli neque sustinere se prolapsi, neque assurgere ex voraginibus poterant: aut corpora animis, aut animos spe sustinebant: alii fessa ægrè trahentes membra: alii vbi semel victo tædio animi, procubuissent, inter iumenta & ipsa passim morientes: maximè que omnium vigiliæ conficiebant, per quatriduum iam & tres noctes toleratæ.* Vide & quæ sequuntur de Annibale qui alterum ex labore amisit oculum. Eadem habes apud summum scriptorem Polybium lib. III.

μέχρι Παρμανῶν) Volunt esse gentile à Parma: sed talis *ἐθνικοῦ* analogiam non agnosco.

ἣν Σκαῦρος ἔστρωσεν) Apud autorem eum qui de Viris Illustribus scripsit, scriptum est, M. Æmilium Scaurum Censorem viam Æmiliam strauisse.

ἐσχάτως Λίγυας ὁ Αιμίλιος) Liuius lib. XXXXIII.

ὁ καὶ Φλαμίνιος συστρατεύσας) Liuius libro XXXIX. de Flaminio *Friniates quoque perdomitos*[illegible] *pacem dedit finitimis, &, quia à bello quieta vt esset prouincia effecerat, ne in otio militem haberet*[illegible] *Arretium.* Strabo aliter longè hanc viam de[illegible]it.

ὁ δ' ἕτερος μέχρι Βονωνίας) Liuius de Æmilio, *Pacatis Liguribus, in agrum*[illegible] *alterum exercitum duxit: viamque ab Placentia vt Flaminiæ committeret, Ariminum perduxit.*

Αἴσις τε ποταμὸς καὶ ὁ Ρουβίκων) De his duobus fluminibus, vide paullò post in Vmbriæ descriptione.

τὸ δ' ἀρετῆς τῶν τόπων) Animaduertimus in hoc summo scriptore, libenter eum ex Polybio quæ ad rem facere videantur decerpere: nec mirum Straboni placere Polybium: Strabo igitur cum alias imitatur Polybium, tum hoc loco manifestissimè. Illius verba sunt in lib. II. postquam Galliam Cisalpinam descripsit, *περὶ γε μὴν τῆς ἀρετῆς οὐδ' εἰπεῖν ῥᾴδιον.* &c.

ὅτι ἡ σιτοφόρα) Polybius, *τό γε μὴν πλῆθος τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὸ μέγεθος*

A *μέγεθος καὶ τὸ κάλλος τῶν σωμάτων, ἔτι δὲ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις τόλμαν, ἐξ αὐτῶν τῶν πράξεων ἔσται καταμαθεῖν.*

¶ PAG. 151. *καὶ αἱ ὗλαι τοσαύτην ἔχουσι βάλανον*) Polybius, *τὸ δὲ τῶν βαλάνων πλῆθος τὸ γιγνόμενον ἐκ τῶν κατὰ διάστημα δρυμῶν ἐν τοῖς πεδίοις, ἐκ τούτων ἄν τις μάλιστα τεκμήραιτο. πλείστων γὰρ ὑικῶν κρεῶν κοπτομένων ἐν Ιταλίᾳ* &c. vide locum.

ἔστι δὲ καὶ κεγχροφόρος διαφερόντως) Polybius, *Ελύμου γε μὴν καὶ κέγχρου τελέως ὑπερβάλλουσα δαψίλεια γίνεται παρ' αὐτοῖς.*

B *ξύλινοι γὰρ μείζους οἴκων εἰσί*) Plinius, de cellis vinariis *Circa Alpes ligneis vasis condunt, circulisque cingunt, atque etiam hyeme gelida ignibus rigorem arcent. Mirum dictu sed aliquando visum, Ruptis vasis stetere glaciatæ moles.*

καὶ τὸν Σκουτάναν ποταμόν) Mihi quoque Scutanas hic, videtur esse Scutelnas Plinio dictus.

καὶ ὁ τῶν Σύμβρων) Prior interp. legit *ὁ τῶν Ινσούβρων*. Symbri certè isti de quibus tamen paullò ante Strabo, valde mihi sunt incogniti.

καὶ γαύσαπος) Mallem *γαυσάπης* Priscianus libro septi-

C mo, *Varro de lingua Latina ait, Talia ex Græco sumta, ex masculino in fœmininum transire & a litera finiri, ὁ κοχλίας hæc cochlea, ὁ χάρτης hæc charta, ὁ γαυσάπης hæc gausapa.* Qui Prisciani locus vellem Antonio Augustino viro doctiss. venisset in mentem, quum suam de nomine Pandectarum scriberet sententiam: profectò vir optimus remisisset aliquid de acri contétione, qua probare nititur errare eos omnes qui Pãdectas fœmineo genere efferunt: sed non primus Augustinus hic offendit. Cæterum an rectè Varro gausapæ vocis analogiam ab o-

D rigine Græcanica repetat, alij æstiment: mihi, simul & ea vox & rei significatę vsus à Barbaris gẽtibus (Gallis fortasse) ad Rom. transisse videtur. Gloss. *Gausapa, βαρβαρικὸν πάλλιον.* Alibi, *Gausarus, ἐνδρομίς* lege *Gausapes.* vnde putet aliquis nihil isto loco esse mutandum.

ἐν Ικτουμούλοις) Lego *Ουερκέλλαις*. Vercellas & Geographi & historici commemorant.

πλησίον Ικτουμούλων) Saltem *Ικτουμούλων*. Sed de hoc loco quærendum amplius. Deinde puto legendum *καὶ ταύτης τῆς κώμης*. At prior interp. longè aliter.

E *ὁ δ' ἐπὶ ἰχθυών σιτηγάγειν ἄξιον*) Liuius hoc docet cum alibi, tum lib. XXXIX. vbi præter alia hæc scribit, *In Liguribus omnia erant quæ militem excitarent: loca montana & aspera, quæ & ipsis capere labor erat, & ex præoccupatis deiicere hostem: itinera ardua, angusta, infesta insidiis,* &c.

ὡς δ' οὗτοι λατομοῦντες ὡς φησι Ποσειδώνιος) A Posidonio ergo habet Diodorus quod ipse nos celat, *οἱ δὲ αἰ, τὴν γῆν ἐργαζόμενοι, τὸ πλεῖστον πέτρας λατομοῦσι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς τραχύτητος.* Studiosus lector cui hæc curæ, conferat quæ ibi scribuntur à Diodoro de Liguribus, cum Li-

F uianis, locus est libro V. Sunt & apud Tacitum non dissimilia libro II. Historiarum.

Ρεῖ δὲ διὰ τῶν Απεννίνων ὀρῶν ὁ Τίβερις) Plin. *Tiberis antea* Tybris appellatus, & prius Albula, è media ferè longitudine Apennini finibus Aretinorum profluit: vide cætera,

μέχρι πόλεως Σινουέσσης) Infra *Σινόεσσα*. Plin. *Sinuessa extremum in adiecto Latio.* Aliter omnino Ptol. qui & *Σινόεσσαν* in ora Campaniæ recenset, & inter *μεσογείους* eiusdem Campaniæ aliam *Σούεσσαν*, quam & Plin. appel-

G lat Suessam. Vide infra.

καὶ Σαβῖνοι) Sabini enim supra Latinos porriguntur ad Tiberin vsque.

καὶ τῶν Σαυνιτικῶν ὀρῶν) Supra Campaniam siti sunt Samnites, quorum fines ad Frentanos vsque & Daunios porriguntur.

μέχρι Λευκάνων καὶ Πευκετίων διατείνουσι) Lege, *μέχρι δ' Αυσόνων καὶ Πευκετίων τείνουσι.*

τῶν ὄντων ὑπ' αὐτοῖς τοῖς ὄρεσι τοῖς περικλείουσιν ἐκ τῆς Λιγυστικῆς ἐπὶ τὴν Αδρίαν) Sẽsus est, Tyrrenos terminari ab Apẽninis montibus qui montes Hetruriã ambiunt, ab infero mari ad superum porrecti. Ad vtrunque igitur mare pertinent Tusci. quod verum esse Liuius testis lib. V. *Non vniuersa ait, Hetruria tantum terra mari que pollens, at-*

que

quæ inter duo maris latitudinem Italiæ obtinens.

καὶ Τάσκοι) Vide Festum *Tusci.*

ἀπὸ τῆς Τυῤῥηνίας τῆς Ἄττυος) Festus, *Tyrrhenos Etruscos appellari solitos ait Verrius, à Tyrrheno duce Lydorum.* De Aty vide eundem, Italia. & Dionys. Halicarn. libro primo vbi de Tyrrhenorum appellatione plura. Vide & Seruium.

¶ PAG. 152. καὶ ῥᾳ Λυδὸν μὲν κατέχειν) A quo dicta Lydia, vt ob eius fratre Tyrrheno Tyrrhenia. Dionys. τὸ μὲν Λυδὸν αὐτοῦ καταμείναντα τὴν πατρῴαν ἀρχὴν κατακλιθῆναι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ Λυδίαν τὴν γῆν ὀνομασθῆναι, &c. Quod ait κλήρῳ, sumit ab Herodoto, quẽ vide libro primo. Seruius ait, *Mæoniã prouinciam esse cum dum breuitas duos fratres Lydum & Tyrrhenum ferre non posset, ex sorte Tyrrhenus cum ingenti multitudine profectus partem Italiæ tenuit, & Tyrrheniam nominauit.* Mox. *Sanè illo tempore Tyrrheni dicti sunt: post Tusci ἀπὸ τοῦ θύειν. Lydy autem a Lydo fratre qui in prouincia remanserat.*

τὸ πλεῖον συστείλας λαὸν) συστέλλειν hic non est contrahere, sed cum alio στέλλειν siue mittere.

καὶ δώδεκα πόλεις ἔκτισε) Hetruriæ populos fuisse XII. passim loquuntur historiæ & Seruius annotat habuisse eam Lucumones XII. hoc est reges.

πόλιν γεγονυῖαν μυθεύουσι) vt & Cycnum: de vtroque Eustath. παρεκβ. sec. Iliα.

τῆς θαλάττης κατὰ λῃστείας ἐπέθεντο) Tyrrhenos piraticam olim exercuisse & multi veteres testantur, & ex Ciceronis Hortensio ait Seruius.

Δημάρατος ἀφικνεῖται) Historiam pete à Dionys. Halicarn. lib. III.

καὶ ἁπλῶς ὁ τῶν ἀρχόντων) Liuius de duodecim lictoribus. *Me haud pænitet eorum sententiæ esse quibus & apparitores, & hoc genus ab Hetruscis finitimis, vnde sella curulis, vnde toga prætexta sumpta est, numerum quoque ipsum ductum placet.* Vide omnino Diodorum libro quinto.

καὶ σάλπιγγες) Inde dicta poetis Τυῤῥηνικὴ σάλπιγξ.

καὶ μαντικὴ) Augurum disciplinam totam ab Hetruscis habuisse Rom. è Cic. Liuio, Val. Max. Diodor. aliisque multis notum est.

τὰ τοὺς Καιρετανοὺς πραχθέντα) Vide Liuium libro v. & Valer. Maxim. libro primo. Vterque aliter ac Strabo rem narrat.

πολιτείας γὰρ δόντες οὐκ ἀνέγραψαν εἰς τοὺς πολίτας) A. Gellius paullò aliter. *Primos autem municipes sine suffragij iure, Cærites esse factos accepimus: concessumque illis, vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent: sed negotiis tamen atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis custoditisque.*

ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μὴ μετέχοντας τῆς ἰσονομίας) Et hoc aliter A. Gellius. *Hinc, inquit, tabulæ Cærites appellatæ versa vice, in quas Censs. referri iubebant, quos nota causa suffragiis priuabant.*

καὶ Πυθοῖ τὸν Ἀγυλλαίων) De Delphicis thesauris vide libro IX.

Ἄγυλλα γὰρ ἐκαλεῖτο) Vide Dionys. Halic. lib. III. & Stephanum. Ita appellatur ab Herodoto, Diodoro, Virgilio, Iustino aliis.

ἀντὶ Καιρέα) Legendum, ἀντὶ Καῖρε vt apud omnes legitur. In Steph. & Καῖρε reperies & Καίρεα. Potes & vulgatam lectionem tueri cùm soleat Strabo ista forma similia efferre: sic Τεατε paulo post dicit Τεατεά.

Πελασγῶν κτίσμα τῶν ἐκ Θετταλίας ἀφιγμένων.) Vide Halicarnass. & lib. III. & lib. pr.

τοὺς δὲ Πελασγοὺς) Digressio elegans & necessaria de Pelasgorũ gente vel gentibus portus, vt ait li. XIII. qui locus cũ isto cõparandus. Vide etiã Dionysiũ Halicarn. lib. pri. Thucidides lib. pri. autor est τὸ Πελασγικὸν ἔθνος multis aliis gentibus suam appellationẽ cõmunicasse.

¶ PAG. 153. καὶ γὰρ τῆς Κρήτης ἔποικοι γεγόνασι) Diodorus lib. V. Μετὰ δὲ τούτους Πελασγοὶ πλανώμενοι διὰ τὰς συνεχεῖς στρατείας καὶ μεταναστάσεις, κατέπλευσαν εἰς τὴν Κρήτην, τῆς νήσου μέρος κατῴκησαν

καὶ τὸ Πελασγικὸν Ἄργος Θετταλίαν λέγουσι) Apud Homerum Iliad. β.

Νῦν δ' αὖ τοὺς ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον.

vide libro octauo. Æschylus autem ὁ φιλόμηρος (vt & Soph.) hoc nõ ignorabat, quum fecit Regem Argiuum gloriantem suæ ditionis fines esse Strymonem & Pindum, ac Perrhæborum Pæonúmque fines: quem locum paucissimi intelligunt. Nos autem si Deus dederit, in nostra illius poetæ editione explicabimus.

καὶ γὰρ τὴν Λέσβον Πελασγίαν εἰρῆσθαι) Herodotus Terpsichore, autor est Lesbum & Imbrum à Pelasgis fuisse quondam habitatas.

Αἰσχύλος δ' ἐκ τῆς περὶ Μυκήνας Ἄργους φησὶν ἐν Ἱκέτισιν ἢ Δαναΐσι τὸ γένος αὐτῶν) Perlege Æschyli fabulam. Nihil reperies quò hæc referas. nusquam enim Pelasgorum ibi fit mentio. Quare legendum puto τὸ γένος αὐτοῦ. videlicet Πελασγοῦ. de quo Hesiodus in præcedentibus versibus. Nam Æschylus Pelasgum Argis tunc regnantem cum aduenere Danaides, indigenam facit.

Τοῦ γηγενοῦς γάρ εἰμ' ἐγὼ Παλαίχθονος
ἶνις Πελασγὸς, τῆσδε γῆς ἀρχηγέτης.

De Pelasgis vt dixi ne γρῦ quidem: quæ res mouit me aliquando vt putarem hęc omnia è margine libri in cõtextum irrepsisse, quum ad locum Euripidis qui mox sequitur fuissent annotata. Nam quia de Danao fit ibi mentio videbatur aliquis superiora verba annotasse, quum respiceret ista Æschyli, de Danaidibus.

καλοῦν Ἀργείους ἀνὰ, ὅδον δὲ
φῦλον ἀνάπτειν.

Nunc aliter censeo: præsertim quum veteres codices hæc retineant.

περὶ Λήμνου καὶ Ἴμβρου) De Lemno testatur Thucydides lib. IIII. & Herodotus lib. sexto extremo. De Imbro libro quinto.

καὶ οἱ τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντες) Vide libro IX. Scripserunt autem τὴν Ἀτθίδα, siue historiam rerum Atticarũ multi. vt Philochorus quem laudât Dionysius, & Athenæus. Androtion quem Pausanias. Hellenici quoque Ἀτθίδα citari video à Grammat. Citatur et Amelesagoræ Atthis.

Πελαργοὺς ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν κληθῆναι) Obscura huius appellationis mentio apud Hesychium Πελαργικόν. & infra libro IX.

εἰς μὲν ἐν Πίσαις ἀπὸ Λούνης) Consule Itinerarium Antonini: cui quando parum hac in parte cum Strabone conuenit, eius verba apponere supersedebo.

καλοῦσι δ' οἱ Ἕλληνες Σελήνης λιμένα καὶ πόλιν) At Stephanus Σελήνην ait esse, πόλιν Τυῤῥηνίας. Lunæ portum ita laudat Silius Italicus lib. VIII.

Tunc quos à niueis exegit Luna metallis
Insignis portu, quo non spatiosior alter
Innumeras cepisse rates, & claudere pontum.

Lunai portus meminit Ennius apud Priscianum. Ptolẽ. Λούναν & Σελήνης ἄκρον facit diuersa.

εἰς Κόσσαν) Videtur simplici σ scribendum, vt apud nonnullos Lat. Poetæ enim priorem corripiunt. Rutilius,

Cernimus antiquas nullo custode ruinas,
Et desolata mœnia fœda Cosæ.

Apud Priscianum legitur *Copsa.* Virgilius *Cosas* dixit,

Quique vrbem liquere Cosas.

Quod ait Seruius poetica factum licentia: quum Strabo habeat Κόσσας, paulò post. vt & Ptol. Κόσσα cuius Steph. meminit alia esse videtur.

¶ PAG. 154. καὶ τὴν ξυλείαν) Thucydides ξύλωσιν appellat, Aristot. τὴν περὶ τὰ ξύλα ὕλην. Lat. *materiam.*

ὁ Μάκρης ποταμὸς χωρίον) Omnes fluuium Macram in hoc tractu recensent. χωρίον nemo quod meminerim. Plin. *Macra Liguriæ finis.* quod autẽ in Ptol. est Μαρκίλλα librariis opinor acceptum id ferendum.

ἡ δὲ Πίσα κτίσμα ἐστὶ τῶν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ.) Vide Plin. Iustinum, & Seruium. Rutilius, de Pisis,

Alpheæ veterem contemplor originis vrbem,
Quam cingunt geminis Arnus & Ausur aquis:
Conum Pyramidis coeuntia flumina ducunt,
Intratur modico frons patefacta solo.

Sed proprium retinet communi in gurgite nomen,
Et pontum solus scilicet Arnus adit.

hæc plane explicant illa sequentia, ἀλλὰ δ᾽ ποταμὸς κεῖται μεταξὺ κατ᾽ αὐτὴν τὴν συμβολὴν, ἄρτι τι ἢ αἴσαρ. vbi fortasse Ἀυσαρ vel Αἴσαρ est legendum. Quod autem ait de κατασχέσει horum duorum fluminum ad confluentes, falsum puto: neque enim Rutilius id tacuisset. Aristoteles tamen hoc refert lib. θαυμ. ἀκουσμ. Θαῦμα δ᾽, inquit, ἐν τοῖς περὶ τὰς Λίγυας, ἐπεὶ γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς ποταμὸν εἶναι, τὸ ῥεῦμα μετεωρίζεσθαι ἐξ ἑνὸς, ὥς τε τοὺς πέραν μὴ ὁρᾶν. Idē de freto Siculo tale quid nattat quod minus mirandum est.

πορθμοὺς γείτονα ἀεὶ πλεῖστ᾽ ὄντες) Eleganter πορθμοὺς ὄντας γείτονα. Sic interdum Græci loquuntur, Naumachius,

μηδὲ κακὰ φρονέειν τοῖσι γείτοσιν, μηδὲ κακὰ ἰδεῖν.

καὶ τοὺς ἐπαύλεις βασίλεια κατεσκευάζονται Πυργοὺς) Iterum hoc notat infra eodem lib. Varro lib.pr. R.R. *Fructuosior est certè fundus propter ædificia si potius ad antiquorum diligentiam, quam ad horum luxuriam dirigas ædificationem: illi enim faciebant ad fructuum rationem, hi faciunt ad libidines indomitas.* Paulo post, *Nunc contra villam vrbanam, quam maximam & politissimam habeant dant operam: ac cum Metelli & Luculli villis pessimo publico ædificatis certant.* Eadem querela apud Plinium. quem lege lib. XVIII. cap. VI.

οὐδ᾽ ὑποταγέντες πωποτ᾽ ὄντες ἐν τῷ πέρα) Epitome LXXXIX. *Volaterras quod adhuc in armis erat obsessum in ditionem accepit.*

οὐδὲ ἡ Ποπλώνιον μόνη τῶν Τυρρηνῶν) Idem etiam Plinio videtur, *Populonium,* inquit, *Hetruscorum quondam, hoc tantum in littore.* Idem & libellus ille habet qui Catonis nomen præfert.

θυννοσκοπεῖον ὑπὸ τῇ ἄκρᾳ) Thynnos piscatores observabant, vel in aliquo prominenti in mare promontorio, vnde iocus Aristophanis Equit.

ὅστις ὑμᾶς τοὺς Ἀθηναίους καταπέτρας θύννων,
κ᾽ ἀπὸ τῶν πετρῶν ἄνωθεν τοὺς φόρους θυννοσκοπῶν.

vel è summa trabe quam in vado defigebant, quod indicat Philostratus Iconum pr. σκοποῦντες, inquit, τὰς ἀφ᾽ ὑψηλοῦ ξύλου, ταχὺς μὲν ἀριθμοῦσι, τὴν δ᾽ ὄψιν ἱκανοί. Vide Ael. & Str. libr. pr.

ὅσον τετρακοσίων σταδίων) Vel hic vel apud Plinium, quem vide, in numerorum notis puto peccatum.

ὅσον ἐκ τῆς Κύρνου) Idem ait Diodorus Sicul. lib. V.

¶ P A G. 155. τὴν νῆσον τὴν ἐκ τῆς Αἰθαλίας) Æthaliam ait Diodo. dictam ἀπὸ τοῦ καπνοῦ τοῦ κατ᾽ αὐτὴν αἰθάλου. πλεῖστον γὰρ ἔχει πολλὴν σιδηρῖτιν, ἣν τέμνουσιν εἰς τὴν χωνείαν ἐκ κατασκευῆς τοῦ σιδήρου. Plinius, *Ilua cum ferri metallis, circuitu C. M. à Populonia X. à Græcis Atthalia dicta.* Rutilius in Itinerario,

Occurrit Chalybum memorabilis Ilua metallis,
Qua nihil vberius Norica gleba tulit.

ἡ γὰρ θραυόμενα συλλεγόμενα ἐν χωνευτηρίοις ... συλλαμβάνεσθαι) non est vt putat interpres liquari, sed cogi in strictutas vt Latini loquuntur. Seruius, de Ilua, *Varro & aliud dicit, nasci quidem illic ferrum, sed in stricturam non posse cogi, nisi transvectum in Populoniam Tusciæ ciuitatem.* Vides eandem sententiam à Varrone totidem verbis efferri. Quare rectè Glossarium optimum *Strictura*, λαμπαυρ... ἀπὸ τοῦ σιδήρου. Grammatici quoque Græci docent nos Αἰθαλίην insulam id nominis inuenisse ab hac illius vocis notione, quoniam naues variæ ferri frusta quæ in ea reliquerant postea reperissent in vnum coisse & fuisse conflata, hoc est ἐκ τῆς αἰθάλου τῶν πυρὸς λιπανθέντα. Stricturas autem quid Latini vocent, vide apud Virg. interpretes in illud,

——stridúntque cauernis Strictura Chalybum.

Prudentius,

Decoquat in massas feruens strictura secures.

Rutilius de Ilua,

Non Biturix largo potior strictura camino,
Nec quæ Sardonio cespite massa fluit.

ἡ τε ἐργασία τὰ σιδηρουργεῖα μαρ) Virgilius,

A *——ast Ilua trecentos*
Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis. vbi notat Seruius. *Plinius Secundus dicit, cum in aliis regionibus effossis metallis terra sient: sicut apud Iluam hoc esse moneo, quod sublata renascuntur, & rursum de ysdem locis effodiuntur.* Aristoteles quoque in libro περὶ θαυμ. ἀκουσμ. idem sed paulò aliter refert. Porrò renascuntur præter commemorata à Straboñe, etiam alia aliis locis, vt in Italia saxum in exitu paludis Reatinæ, & alia marmora in lapidicinis teste Plinio. de metallo bituminis apud A-

B polloniatas renascente, vide lib. VII.

λιμὴν Ἀργῷος ἀπὸ τῆς Ἀργοῦς) Diodorus Sicul. lib. IIII. quo loco Argonautarum iter pluribus describit, hunc portum Aethaliæ Ἀργῷον vocatum fuisse ait ἀπὸ τῆς νεὼς, ἣ μέχρι τοῦδε τῇ χείρων διαμένει αὐτὴ τὴν προσηγορίαν.

ἀπὸ τῶν ἀποστλεγγισμάτων ψηφῖδας) Aristoteles περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. ait Græcos insulæ Aethaliæ incolas referre, in littore reperiri calculos varii coloris, quo fuerint infecti. ἀπὸ τῶν στλεγγισμάτων ὧν ἐποιοῦντο ἀλειφόμενοι

C οἱ Ἀργοναῦται. Vide locum.

καθ᾽ ἃ τὸ τεῖχος κατεβάλλοντο ὑφ᾽ αὐτοῦ ὑπομένουσι) Non aqua magis contraria igni quam isti ὑπομένουσι repugnāt Diodori verba, Corsica mancipia ita laudantis, τοῖς δὲ αἰχμαλώτοις τῇ Κύρνῳ διαφέρειν δοκεῖ τῶν ἄλλων δούλων, εἰς τὰς τοῦ βίου χρείας, φυσικῶς ταύτης τῆς ἰδιότητος ἐπακολουθούσης.

ἐν Χάραξ ἡ Ερυκίνα) Aliter has Diodorus appellat, ὑπάρχουσι δ᾽, inquit, ἐν αὐτῇ ἡ πόλεις ἀξιόλογοι δύο, ἡ τούτων ἡ μὲν Κάλαρις ἡ δὲ Νίκαια προσαγορεύεται. Ptolemæus quā

D diligentissimè Corsicam describit neutram nominat aut non hoc certè nomine.

φησὶν ὁ χωρογράφος) Ecquem intelligaſ Strabo quoties τὸν χωρογράφον citat (citat autem sæpe) alias plurib. quærentus. Nunc tantum dicemus, neque Eratosthenem intelligi, neque Polybium, neque Artemidorum. Per miliaria autem dimensus erat orbem iste χωρογράφος vt ex omnibus locis intelligimus, qui ex eo afferuntur.

μῆκος) Apud Plinium Corsicæ longitudo dicitur

E esse M. pass. C L. latitudo maiore ex parte L. Minus etiā in Sardinio dimensione conuenit.

Σαρδὼ ὁ μῆκος) Sardiniæ formam antiquum nomen indicat: Ichnusa enim prius à similitudine vestigii humani est appellata. autores, Aristoteles, Sallustius, Plinius, Claudianus, & Silius Italicus,

——compressáque gurgite terras
Enormes cohibet, nuda sub imagine plantæ.
Inde Ichnusa prius Grays memorata colonis.

Κάραλις ἡ Σύλχοι) Mela, vrbium antiquissimæ, Cala-

F ris & Sulchi. Inde Caralitani & Sulcitani Plin. Apud Ptol. est Κάραλις πόλις ἡ ἄκρα, & Σύλκοι λιμήν. Apud Steph. Σολκοὶ πόλις ἐν Σαρδοῖ repeties, & Κάβαλις nescio an mendosè pro Κάραλις. Idem alibi ita scribit, Σύλχοι πόλις ἐν Σαρδοῖ, Καρχηδονίων κτίσμα. Claudianus,

Pars adit antiqua ductos Carthagine Sulchos.

νοσερὰ ὁ νῆσος τοῦ θέρους) Silius Italicus,

Serpentum tellus pura ac viduata venenis
Sed tristis cælo, ac multa vitiata palude.

Martialis,

G *Nullo fata loco possis excludere, cum mors*
Venerit, in medio Tibure Sardinia est.

Claudianus eleganter causam expressit huius rei,

——qua pars vicinior Afris
Plana solo, ratibus clemens: qua respicit Arcton
Immitis, scopulosa, procax, subitisque
Flatibus insanos infamat nauita montes.
Hinc hominum pecudumque lues, hinc pestifer aer
Sæuit, & exclusis regnant Aquilonibus Austri.

ἡ μάλιστα ἐν τοῖς ἐκκαρπίοις χρόνοις) Mela, *Cæterum fertilis, & soli quàm cæli melioris, atque vt fecunda ita pene pestilens.*

Ἰολαεῖς προσαγορευομένους) Diod. Ἰολαείους appellat, & Ἰολάειος. Eum lege lib. IIII. & lib. V. vbi de Iolao plutibus.

——ast

lao pluribus. Meminit & Aristoteles in Admirandis.

ὕστερον δὲ φοίνικες κατεκράτησαν) Diodorus ergo Siculus imponit nobis cum negat superari potuisse à Phœnicibus & Rom. Sardos. διὸ καί, inquit, πρότερον μὲν Καρχηδόνιοι, μετὰ δὲ ταῦτα Ῥωμαῖοι πολλάκις πολεμήσαντες τούτοις τῆς προθέσεως διήμαρτον. De Rom. sciunt omnes esse falsissimum.

Ταράτοι, Σοσσινάτοι) Ptolemæus qui Sardiniæ populos diligenter recenset, neque Taratos, neque Sossinatos, neque Balaros, neque Aconitas, ac ne Diagebras quidē vllos nominat. Σοσσινάτοι forrasse fuerint quos ille Σολκιτανοὺς appellat. Βάλαροι fortasse qui καλαρίαν πόλιν habitant.

ἐν σπηλαίοις οἰκοῦντες) Diodorus de Iolaensibus, qui sunt Sardi montani, κατασκευάσαντες δ' οἰκήσεις ἑαυτοῖς καταγείους, καὶ τὴν τοῦ βίου διαγωγὴν ἐν τοῖς ὀρύγμασι ποιούμενοι τοὺς ἐκ τῶν πολέμων κινδύνους ἐξέφυγον.

¶PAG. 156. τοῦτο δὲ ὁ πάσχουσι τοῖς ἐν τῇ πόλει Πισάταις) Lege cum veter. cod. τοῦτο δὲ ἔπασχον τοῖς ἐν ταῖς.

αἱ τρίχα φύοντες αἰγείαν ἀντ' ἐρίας κατὰ) Libro XVII. vna voce feliciter εἰγοτριχεῖν pro φύειν τρίχα αἰγείαν ἀντ' ἐρίας.

καλούμενοι δὲ Μούσμωνες) Plinius, *Est & in Hispania, sed maximè Corsica, non maximè absimile pecori, genus musmonum, caprino villo quam pecori velleri propius.*

ὧν ταῖς δοραῖς θωρακίζονται) Mastrucatos inde Sardos Cicero appellat, vt doctiss. Turnebus obseruauit.

μίλια τ) Plinius habet ducenta milia. hoc est μίλια σ.

Κόσσαι πόλις) Vide paulo ante. Libri scripti habent, Κόσσα πολίσμα.

ὑπόκειται δ' Ἡρακλέους λιμὴν) Rutilius in Itiner. postquam de Cosa egit, subiicit,

Haud procul hinc petitur signatus ab Hercule portus.

ἐν τῇ βαλάνῳ μόνον) de qua glande dictum est lib. III.

ἀπὸ δὲ τῶν Κοσσῶν εἰς Ὠστίαν) Plinius hunc tractum, ita describit. *Cossa Volcientium, à pop. Romano deducta, Grauiscæ, Castrum nouum, Pyrgi, Cæretanus amnis, & ipsum Cære intus M. pass. quatuor, Agylla à Pelasgis conditoribus dictum: Alsium, Fregenæ.* Ptolem. ita, Κόσσαι, Γραουΐσκαι, κάστρον νέον, πύργοι, ἄλσιον. Rutilius in hoc περίπλῳ à se prætervecta ait hæc opida, *Alsiam, Pyrgos, Cære, Castrum nouum, Centum cellas, Grauiscas, Cossam.*

ἀπὸ δὲ τῶν Πύργων εἰς Ὠστίαν σ ξ) Antoninus parum variat. Nam vult esse interuall. M. P. XXXIIII. hoc est stad. CCLXXII.

καὶ Ἀλσίον) Ptolem. Ἄλσιον.

Βλερατοι) Ptol. Βλερα. Quare lego Βλερά τε. Idem φερεντῖνον habet non Φερεντινόν Plin. Ferentinum.

καὶ Νέπιτα) Ptol. Νέπιτα. Latinis Nepet & Nepete, vnde Νέπητες dixit Dionys. Hal. vt Præneste, Πραινέστιοι. Apud Steph. perperam, Νέπετος. Grammatici Latini docent verani lectionem Latinæ vocis esse Nepet.

πεταπεινωμένων) Desunt paucula quædam verba. Sensus erit non incommodus si legas, πολλὰ δὲ καὶ ταπεινωσάντων: vel quod malim, τοὺς δὲ σφᾶς ταπεινωσάντων. De bellis Rom. aduersus Veientes & Fidenates res etiam pueris nota.

οὐ Τυρρηνοὺς φασὶ τοὺς Φαλερίους ἀλλὰ Φαλίσκους) Atqui Liuius Falerios & Faliscos eosdem facit. Vide libro V. vbi Faleriorum siue Faliscorum vrbem obsidet Camillus. Apud Diodorum Φαλίσκον πόλιν reperio ἐκ τοῦ Φαλίσκων ἔθνους. Apud Plin. Falisca Coloniæ nomen est, Argis ortæ quæ cognominatur Hetruscorum. Stephanus, Φαλίσκος πόλις Ἰταλίας ἄποικος Ἀργείων.

οἱ δ' αἰκοῦ συμβαλίσκον λέγουσι) Hermolaus Barbarus vir summus, iampridem hunc locum ita emendauit, οἱ δὲ Αἰκὸν Φαλίσκον λέγουσι, quemadmodum apud alios Æqui Falisci leguntur Virgilius,

Hi Fescenninas acies, Aequósque Faliscos.

Silius Italicus,

Hos iuxta Nepesina cohors Aequíque Falisci.

quanquam non desunt qui de istis locis aliter sentiāt.

μεταξὺ ἐγκλᾶν) Lege Ὀκρίκλον. Steph. Ὀκρίκολα, πόλις Τυρρηνῶν. Sic infra.

Φερετρίον

A Φερωνία πόλις) Φερωνίας ἄλσος, Lucum Feroniæ & Ptol. in mediterraneis Hetruriæ recenset. Sed à doctis viris iampridem annotatum est, variis Italiæ locis fuisse Feroniam cultam: cuius meminere Dionys. Halicarn. Virgil. Horatius, & Silius Italicus. Soracte constat montem esse apud Irpinos haud procul à Flaminia.

ἐν μεσογαίᾳ χιλίοις σταδίοις) Veteres codices χιλίοις καὶ διακοσίοις. In duobus non erant illa ἐν μεσογαίᾳ.

τύφη τε καὶ πάπυρος ἀνθήλη τε) In voce τύφη meræ te-
B nebræ interpretibus: prior vertit *cremium* audacter: posterior *typhos* Latino cœlo inauditos nobis obtrudit. Lege τύφη τε. Τύφη quid sit ex his Dioscoridis potes intelligere, cap. DXXXIX. Τύφη, φύλλον ἀνίησι κυπείρῳ ὅμοιον. καυλὸν λεῖον, ὁμαλόν, ἐπ' ἄκρῳ περικείμενον ἄνθος πυκνὸν καὶ ἐκπαππούμενον· ὃ καλοῦσιν ἔνιοι ἀνθήλην, vbi habes etiam de voce ἀνθήλη: magnus autem huius ἀνθήλης Romæ vsus, primum ad circum, (vnde tomentum circense dictum est) deinde ad alia. Martialis,

Tomentum concisa palus circense vocatur:
C *Hæc pro leuconio stramina pauper emit.*

¶PAG. 157. ἥ τε Κιμινία) Virgilius. lib. VIII.

Et Cimini cum monte lacum. Vide Seruium. Meminit Ciminij lacus & Vibius Sequester, qui & mōtem Ciminium in Hetruria memorat.

καὶ ἡ περὶ Κλούσιον) Ex isto amnis videtur Clanis exire & ad Tiberin merces deferre. Clanis enim Clusium prælabebatur. Strabo.

Σαβάτα) Silius Italicus lib. VIII.

Quique tuos Flamina fotos, Sabatia quique
D *Stagna tenent, Ciminique lacum, qui Sutria tecta*
Haud procul & sacrum Phœbo Soracte frequentant.

ἡ πρὸς Ἀρρητίῳ καὶ ἡ Τρασουμέννα) Omnino ita legi debet. Trasymenus lacus prope Arretium est & Cortonam, quas esse vicinas vrbes inuicem certiss. est. Annibal autem viam tenuit, quæ inter Trasymenum est & Cortonam quam Polybius Κυρτώνιον appellat. Sic ille libro tertio, ὅτε μὲν Ἀννίβας ἅμα μὲν εἰς τοὔμπροσθεν ὡς πρὸς τὴν Ῥώμην προῄει διὰ τῆς Τυρρηνίας· εὐώνυμον μὲν πόλιν ἔχων τὴν προσαγορευομένην Κυρτώνιον, καὶ τὰ ταύτης ὄρη, δεξιὰ δὲ τὴν
E Τρασουμένην καλουμένην λίμνην. Eadem Liuius, quem adi libro XXII.

Πολλὴ δὲ καὶ τῶν θερμῶν) Distingue & lege, πολλὴ δὲ καὶ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἀφθονία κατὰ τὴν Τυρρηνίαν· ἃ τῷ πλησίον εἶναι τῆς Ῥώμης οὐχ ἧττον εὐανδρεῖ τῶν ἐν Βαΐαις. De Baiis paullò post.

Σάρσινα) Hanc nominat Silius Ital.

——bis Sarsina diues
Lactis, & haud parci Martem coluisse Tudertes.

Hæc Plauto patria, vnde Sarsinas appellatur.

F ὁ Αἶσις ποταμὸς) Vide supra. Ptolem. Æsis vrbs est Vmbrorum. vnde Æsinates Plin. De Ginguno monte probo quod Xylādro videtur, Iuginos Plinianos ab eo esse denominatos, vt vel hic ex Pl. sit emēdandus, vel cōtra: quāquam hæc coniecturis tantum nituntur. Iugini & Silius meminit.

ἔστι Ὀκρίκλοι) Ptolem. Ὀκρίκωλον. Stephano Ὀκρίκολα. Plin. Ocriculani Vmbri.

καὶ Ναρνία δι' ἧς ῥεῖ ὁ ποταμὸς) Lego Ναρνία vt apud Stephan. & Ptol. Silius Italicus lib. XIII.

G *——& duro monti per saxa recumbens*
Narnia.

De opido & eius flumine sic Claudianus.

Celsa dehinc prospectans Narnia campum
Regali calcatur equo, rarique coloris
Non procul amnis abest vrbi qui nominis autor.

Seruius, *In via Flaminia est ciuitas Narnia in montibus posita, quibus subest Nar fluuius qui Tiberino coniungitur.*

εἶτα Κάρσουλοι) Scribe Καρσέολοι vt paullò post. Ptol. Καρσέολοι. Carseolanos Plin. refert. Liuius Carseolos opidum.

παρ' ἣν ῥεῖ ὁ Τενέας) Fluuius paruus, vt ex Silio intelligitur, *——Nárque albescentibus vndis*
In Tybrim properans, Teneaque inglorius humor,

lectionem similes loci confirmant.

ὁ μέχρι Κιρκαίου ὁ μόνον) Lege πρότερον δὲ μέχρι Κιρκαίου μόνον ἐσχήκει τὴν ἐπίδοσιν. Angustissimi fuere primò agri Latini fines; postea autem aucti sunt: sed Circeios vsque tantum. nunc, inquit, pertinet Latinus ager ad oppidum Sinuessam. Negatio hîc quoque ineptè repetita à fine vocis Κιρκαίου: quæ totum locum turbabat: quare vel διατρίβοντες hinc debuit ὁ δεῖ ab interp. Plinius idem significare voluit cum scripsit; *Et vltra Circeios Volsci, Osci, Ausones, vnde nomen modo Latii processit ad Lirim amnem.* Nam Sinuessa haud procul ab amne Liri: Idem paulò ante testatus erat Latium antiquum fuisse à Tiberi Circeios. Cum hæc scripsissem, eandem postea lectionem reperi in optimo codice Stephanico. vt iam dubitationi non sit locus.

καὶ Σαυνιτῶν) Legendum Σαυνιτῶν.

τὸ δὲ Καίκουβον ἑλῶδες ὂν, εὐοινότατον ἄμπελον τρέφει) Plinius, *Antea Cæcubo erat generositas celeberrima in palustribus populetis sinu Amyclano: quod iam intercidit & incuria coloni locique angustia.* Idem libro XVII. *Cæcubæ vites in Pontinis paludibus madent.* De Cæcubo vino malè meritus Nero vt idem Plin docet.

εἶτα Ὠστία πόλις ἀλίμενος διὰ τὴν πρόσχωσιν) Τὰ Ὤστια solet hic dicere quam alij τὴν Ὠστίαν. Dionysius Halic. lib. III. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς θαλάττης ἀγκῶνι πόλιν ὁ βασιλεὺς ἐτειχίσατο, ἣν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ὤστια ὠνόμασαν, ὡς δ' ἂν ἡμεῖς εἴποιμεν θύρας. Festus: *Ostiam vrbem ad exitum Tiberis in mare fluentis Ancus Martius rex condidisse, & feminino appellasse vocabulo fertur.* Quod ait Ostiā esse ἀλίμενον διὰ τὴν πρόσχωσιν repugnat Dionysius, cuius hac de re verba operæpretium fuerit attexere. ἐφρόντισε γὰρ ὡς κατασκευάζειν ἐπὶ ταῖς ἐκβολαῖς αὐτοῦ, λιμένι χρησάμενος αὐτῷ τῷ τοῦ ποταμοῦ στόματι. ἀφρώ(?)... ... ... καὶ κόλποις λαμβάνει μεγάλοις οἵοις οἱ κράτιστοι τῶν θαλαττίων λιμένων. ὃ δὲ μάλιστα θαυμάσειεν ἄν τις, ... τοῦ στόματος ἀπὸ τῆς θαλαττίας θινὸς ὑφεστηκότος. Vide reliqua Idem Dionysius affirmat Tiberis ostium vnum esse γνώμον, quo mare ingrediatur; At Rutilius ita scribit,

> *Tum demum ad naues gradior qua fronte bicorni.*
> *Diuiduus Tiberis dexteriora secat.*
> *Læuus inaccessus fluuius vitatur arenis*
> *Hospitis Aeneæ gloria sola manet.*

ὁρίζονται μετέωρα ἐν τῷ σάλῳ τὰ τοιαῦτα) Lege ὁρμίζονται. Hoc ita Dionysius exprimit, αἱ δὲ μείζους scilicet naues, πρὸ τοῦ στόματος ἐπ' ἀγκυρῶν ταῖς ποταμηγοῖς ἀποχρώμεναι καὶ ἀποφορτίζονται σκάφαις.

μέχρι τῆς Ῥώμης σταδίους ρϛ) At Plinius Romam ait à mari abesse XVI. M. P. quare vide num legendum sit ρλ. Antoninus à Plinio non variat: sed in eius codice Noctis pro Ostiis editur perperam.

Ἄντιον ἀλίμενος καὶ αὐτὴ πόλις) Liuius tamen, *Antium propinquam opportunam, & maritimam vrbe Coloniam deduci posse. opportunam*, ἀλίμενον. De Antio scribit Stepha. fuisse cum Ἄνθεια appellaretur, & alio loco Ἄνθειον habet per θ non τ vide & in Ἀντεια.

Διοσκούρων ἱερὸν ἱδρ.) Igitur Antii fuit Castorum quondam ædes, postea Ostiæ, teste Ammiano lib. XIX. *Tertullus*, inquit, *apud Ostia in æde sacrificat Castorum, tranquillitas mare molliuit.*

εἶτα Λαύρεντον) Lauinium & Laurentum opida diuersa facit, tum sibi inuicem tum Romæ propinqua. sic Antoninus.

Ab vrbe	
Ostiis	M. P. XVI.
Laurento	M. P. XVI.
Lauinio	M. P. XVI.

At Seruius Lauinium & Laurentum eiusdem opidi nomina esse diuersa author est. Sed lege quæ de his tribus Laurento Lauinio & Lanuuio duo doctissimi viri Hermolaus Barbarus & Carolus Sigonius summa diligentia obseruarunt, ille in Pli. hic in Liuium. Steph. Laurentum vocat Λώρεντον.

τὸ Κιρκαῖον ὄρος) Κιρκαῖον vocat Dionysius. oppidum vicinum

A vicinum Latini Circeios. Dionysius non alit ε quàm Κιρκαίαν.

ὄρος νησίζον θαλάττῃ τε καὶ ἕλεσι) Dionysius libro IIII. de Circæa, ἐστὶ δὲ χερρονησίζουσα σκοπιὰ ὑψηλὸς ὅρος, ἐπὶ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους κείμενος, ἔνθα λόγος ἔχει Κίρκην τὴν Ἡλίου θυγατέρα κατοικῆσαι. Lycophron,

——μακεδνὰς ἀμφὶ Κιρκαίου νάπας. Seruius, *Qui nunc Circeius mons à Circe dicitur, aliquando vt Varro dicit, insula fuit, nondum siccatis paludibus, quæ eam diuidebant a continenti.*

B Vide eundem ad lib. VII. & Plinium.

¶ PAG. 161. ἔχει δὲ πολίχνιον καὶ Κίρκης καὶ ἱερὸν) Lego, ἔχει δὲ καὶ πολίχνιον καὶ Κίρκης ἱερὸν, καὶ Ἀθηνᾶς βωμόν. quomodo videtur prior interpres in suis codicibus reperisse. ἔχει autem videlicet τὸ ὄρος. Circen à Circeiensibus fuisse cultam religiosè, testis est locupletissimus Cicero De nat. Deo. III.

Στόρας ποταμὸς καὶ ἐπ' αὐτῷ ὕφορμος) Satis constat Storam esse Asturam Plinii: ergo ὕφορμος est eiusdem nominis insula quæ ad eius fluminis ostia a Plinio commemoratur: nam quia parua erat & vix nomine insu-

C læ digna, ideo ὕφορμον vocauit: Seruius non insulam sed opidum vult fuisse. Similis omnino locus lib. VI. ἐγγὺς δὲ καὶ Μέταυρος ποταμὸς, καὶ ὕφορμος ὁμώνυμος.

τὸ Πωμεντῖνον πεδίον) Dionysius Halicarnass. de Circeis loquens, ὅτι τοῦ Πωμεντίνου πεδίου μεγίστου τοῦ περὶ τὴν Λατίνην, καὶ τῆς συναπτούσης αὐτῇ θαλάττης ἐκτισε ἐν καλῷ.

τῇ δὲ συνεχῆ ταύτῃ πρότερον μὲν Αὔσονες) Sic Plinius *Vltra Circeios Volsci, Osci, Ausones.*

κατὰ τὸν ἀγῶνα πάτριον) Oscos Ludos putat intelligi

D magnum illud nostræ Galliæ ornamentum Adrianus Turnebus.

Ταῤῥακίνα δ᾽) Steph. Ταῤῥακινὰ πόλις Ἰταλίας. Ptolemæo Ταῤῥακίνα. Idem Stephanus Ταῤῥαχίνην aliam habet.

τραχινὴ καλουμένη πρότερον) Vocata est & Anxur aliquando testibus Plin. Festo & Seruio.

πρόκειται δ' αὐτῆς μέγα ἕλος) Plin. *A Circeiis palus Pomptina est, quem locum XXIII. vrbium fuisse Mutianus ter Cos. prodidit. Dein flumen Vfens, supra quod Tarracina oppidum, lin-*

E *gua Volscorum Auxur* dictum: Rectè ergo Xylander Αὔφιδον in Aufentem mutauit. de Pomptinis paludibus lege Epit. Liuij XLVI. & Tacitum.

Ὅρμιαι λιμένα πρότερον διὰ τὸ εὔορμον) Festus paullò aliter *Formiæ oppidum appellatur ex Græco velut hormiæ, quod circa id crebræ stationes tutæque erant*: non enim ait Hormias fuisse aliquando vocatum id oppidum, vt noster scribit. Plinius, *Oppidum Formiæ, Hormiæ dictum, vt existimauere antiqua Læstrygonum sedes.*

τὰ γὰρ κοῖλα πάντα Καιάτας οἱ Λάκωνες προσαγορεύουσι) La-

F cones Καιάτας siue Καιάδας vocant barathra & fossas, in quas cadauera eorum qui publico supplicio fuerant affecti, proiiciebant: Thucydides de Pausania, καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Καιάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθεσαν. ἔπειτα ἔδοξε πλησίον που κατορύξαι Hesychius, Καιάται, ὀρύγματα. Ab hac ergo voce placet Straboni Lacones sinum Caietam nominasse: quod mihi quidem vt ingenuè fatear parum probatur. Virgilius aliam nominis causam affert, quam nec Strabo prætermisit,

> *Tu quoque littoribus nostris Aeneia nutrix*

G *Aeternam moriens famam Caieta dedisti.*

Et Grammatici aliam comminiscuntur: volunt enim ἀπὸ τοῦ καίειν dici: quia ibi incensæ sunt naues Troianorum. Diodorus autem Καιήτην postea appellatum esse portum tradit, qui prius ab Æeta, Αἰήτης. Locus est lib. IIII.

ἀνέῳγε τ' ἐνταῦθα σπήλαια) Plinius quoque Speluncæ locum commemorat.

ταύτης δ' εἰσὶ μέσον εἰσὶ καὶ Σινόεσσα) Sic Antoninus in descriptione viæ Appiæ.

Formis	
Minturnis	M. P. VIIII.
Sinuessa	M. P. VIIII.

Κλάνις δ' ἐκαλεῖτο πρότερον) Vide num apud Plin. ita

fit legendum. *Colonia Minturnæ Liri amne diuisa, Glani quondam appellata.* vulgò, Glanico appellato. Stephanus annotat duo in Italia hoc nomine fuisse flumina : Nos tria reperimus. Primus est hic, qui alio & recentiori nomine Liris appellatur. Secundus est in Campania vt ille ait. de quo Virgil.

> *Talem diues arat Capua & vicina Veseuo*
> *Ora iugo, & vacuis Clanis non æquus Acerris.*

hunc fluuium qui annotant à Stephano Glanium quoque appellari, falluntur. Eius & Lycoph. meminit,

> Γλάνις τ' ῥεέθροις δίξεται πυ[illegible] χθόνα.

De tertio sic ille scribit, ἔστι καὶ Ἰταλίας τρίτος ποταμὸς περὶ τὸν Τίβεριν ποταμόν. Rectè. De hoc fluuio Plinius in Tiberis descriptione, *Nec nisi piscinis corriuatus, emissusque nauigabilis sicuti Tinia & Glanis influentes in eum.* Strabo infra docet Clanin hunc Clusij, quæ erat Etruriæ vrbs mænia alluisse ad Tiberim properantem.

εἰς ἄλσος ἱερὸν [illegible]) Non dixit cui esset sacrum hoc nem[illegible]s: Matica autem fuit. de qua lege Virgilij interpretes i[illegible] loco,

> *Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica.*

Horatius III. Carm. XVII.

> *Qui Formiarum mœnia dicitur*
> *Princeps & innantem Maricæ*
> *Litoribus tenuisse Lirin.*

Meminit & Plutarchus in Mario τῆς Μαρίκας ἄλσους Minturnensium.

Πανδαταρία καὶ Ποντία) Plin. *Aduersum* Formias Pon[illegible] In Puteolano autem sinu Pandataria.

πόλις ἐν τῷ δ' ὁ [illegible]) Vide Antoninum.

ὅ τε Καίκουβος καὶ ὁ Φουνδανός) Lege Plinium lib. XIIII.

καὶ ὁ Στάτανος) Sic rectè Xylander emendauit ex Plinio. Aldi codex Στάγανος malè.

ἐν Σετίνῳ κόλπῳ) Ita emendauit Xylander. Libri autẽ veteres & prior interpres habent Σετίνῳ Aldi codex Σετάνοις. vnde putabat Sigonius legendum esse [illegible]: Strabonem enim vocem Latinam vsurpasse. quod mihi non probatur.

¶ PAG. 162. χώρας τὸ βέλτιον ἦσαν) Non fuit in eorum potestate eligere & sequi quod ipsis videretur optimum.

ὅτι μὲν παρὰ [illegible]) Vrbem Romanam à paruis initiis in tantam amplitudinem venisse, quanta fuit Strabonis temporibus, omnes rerum Rom. scriptores, præsertim autem Liuius & Dionysius Halicarnaß. docent : nostra verò ætate quæ de eius situ, & incrementis hic ait Strabo, ita diligenter à doctis viris sunt explicata, vt malim lectorem ad eorum doctissima scripta reiicere, quam pauca quædam tantum delibando, desiderium harum rerum excitare potius quam explere.

ἐφάνη συνδρομή τις ἀγαθῶν ἄλλων [illegible]) Liuius συνδρομὴν ἀγαθῶν indicat, apud quem ita loquitur Camillus, *Non sine causa Dij hominesque hunc vrbi condendæ locum elegerunt: saluberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges deuehantur, quo maritimi commeatus accipiantur: mare vicinum ad commoditates, nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum : Regionis Italiæ medium. ad incrementum vrbis natum vnicè locum.*

τοῦτο δὲ ξύλοις) Italiam multi veteres eo nomine commendant : & poëtæ græci πολύδενδρον, ideo appellant. Archestratus,

> Τὴν δὲ λάτον τὸν κλεινὸν ἐν Ἰταλίῃ πολυδένδρῳ

Alcibiades apud Thucydidem, τριήρεις τε πρὸς ταῖς ἡμετέραις πολλὰς ναυπηγησάμενοι, ἐχούσης τῆς Ἰταλίας ξύλα ἄφθονα.

ἐξ ἀδιαλείπτως ποιοῦσιν) Lege ἀδιαλείπτως.

ἵππον ἐξ ἵππου) Videtur alludere ad Homeri carmen quod rursus fecit lib. vltimo de Alexandria loquens, magis perspicuè.

πρὸς ὃς μὲν ἀνίων) Plinius, *At ex altera parte Anio in mõte Trebanorum ortus, lacus tres amœnitate nobiles qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim.*

πρὸς μὲν τὰς ἐμπρήσεις συντάξας στρατιωτικὸν ἐκ τῶν ἀπελευθέρων τὸ βοηθοῦν) Dio lib. LV. Τοῖς δὲ ἀρχιερεῦσι τοῖς κωμάρχαις

A κωμάρχαις τὴν τῶν ἐμπιπραμένων κατάσβεσιν ἐνεχείρισε, ἑξακοσίοις σφίσι βοηθοῖς δούλοις δούς. Paulo post, ἐπειδὴ τε ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ πολλὰ τῆς πόλεως πυρὶ διεφθάρη, αἱ δέκας τε ἐξελευθέρων ἐπτὰ μέρη πρὸς τὰς ἐπικουρίας αὐτῆς κατηλέξατο καὶ ἄρχοντα ἱππέα αὐτοῖς προσέταξεν. Suetonius ; *Aduersus incendia, excubias nocturnas vigilesque commentus est.* Neque tamen putandum est, quod videtur existimasse Strabo, ante Augustum nullo modo huic rei à Rom. fuisse prouisum. Paulus ICtus. *Apud vetustiores incendiis arcendis*

B *triumuiri præerant : qui ab eo quod excubias agebant, nocturni dicti sunt : interueniebant nonnunquam & Ædiles & tribuni plebis. Erat autem familia publica circa portam, & muros disposita : vnde si opus esset euocabatur. Fuerant & priuatæ familiæ, quæ incendia vel mercede vel gratia extinguerent. Deinde Diuus Augustus maluit per se huic rei consuli.* Vide totum tit. D. de officio præf. Vigilum.

καὶ κωλύσας ἐξαίρειν τοὔδαφος) Hoc postea ab aliis imperatoribus est correctum : quemadmodum de Nerone scribit Tacitus lib. XV. & de Traiano Sex. Aurelius.

C *Quibus omnibus Traianus per exquisita remedia plurimum opitulatus est, statuens, ne domorum altitudo sexaginta superaret pedes, ob ruinas faciles.*

στρώσεις ὁδῶν) ὁδοστρωσίαν vocant Græci ICti. Vide Harmenopulum. Est autem antiquissimum Rom. institutum vias curare ac sternere, quod olim Censorum munus fuisse multis locis Liuius indicat. lib. autem XLI. ita scribit. *Censores vias sternendas silice in vrbe, glarea extra vrbem substernendas, marginandasque, primi omnium locauerunt.* Vide Plutarchum in C. Graccho. De Augusto lege Su-

D etonium & Dionem. Ista autem tria quæ hic commemorãtur ὁδῶν στρώσεις, ὑδάτων εἰσαγωγαί & ὑπόνομοι quanti constiterint Romanis testatur Dionysius lib. III. ἐγὼ γοῦν, inquit, ἐν τρισὶ τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις, κατασκευάσμασι τῆς ῥώμης, ἐξ ὧν μάλιστα τὸ τῆς ἡγεμονίας ἐμφαίνεται μέγεθος, τάς τε τῶν ὑδάτων ἀγωγὰς τίθεμαι, καὶ τὰς τῶν ὁδῶν στρώσεις, καὶ τὰς τῶν ὑπονόμων ἐργασίας.

καὶ ὑδάτων εἰσαγωγαί) Vide Iulii Fron. de Aquis quæ in vrbem influunt libellum statim initio.

ἐκκλύζειν τὰ λύματα τῆς πόλεως εἰς τὸν Τίβεριν) Diony-

E sius cloacas definit, τάφρους δι' ὧν ἐστι τὸν Τίβεριν ὀχετεύεται πᾶν τὸ συῤῥέον ἐκ τῶν στενωπῶν ὕδωρ.

¶ PAG. 163. λεκκοπὰς τε λόφων, καὶ ἐγχώσεις κοιλάδων) Ad vias complanandas ac muniendas vtrumque necessarium eleganter D. Lucas, πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται. καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται. καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθείαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας.

οἱ δ' ὑπόνομοι συννόμῳ λίθῳ κατακαμφθέντες) Locus turpiter corruptus. Prior interpres legit συντόμῳ. Legendum συννόμῳ λίθῳ κατακαμφθέντες. Quid sit συννόμος λίθος

F dicemus libro vltimo. vbi eandem vocem Straboni & Heliodoro restituemus. κατακαμφθέντας ὑπονόμους dixit, vt κατακαμφθείσας ψαλίδας lib. XVII. κατακαμφθεισῶν ψαλίδων διὰ μακροῦ λίθου ὑποβαλλόντων τῷ μεγέθει.

ὁδοὺς ἁμάξαις χόρτου πορθμὰς ἐνίας ὑπολείπουσι) Malim ἀπολείπουσι. quam esse veram lectionem adducor his Plinii verbis vt fere credam. lib. XXXVI. vbi de cloacis à Tarquinio Prisco factis loquitur, *Amplitudinem cauis eam fecisse proditur, vt vehem fœni largè onustam transmitteret.* Non ignoto tamen legibus Ro. cautũ esse ne quis

G aquam propius parietes duceret. sed prior expositio magis placet.

ὡς πλείστην ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο Μάρκος Ἀγρίππας) Dio lib. XLIX. accuratè refert quæ ab Agrippa in Ædilitate facta sunt. Ita locus ille incipit, καὶ αὐτὰ τὰ ὑποδρόμια τὰ κοινὰ, πάσας δὲ τὰς ὁδοὺς, μηδὲν ἐκ τοῦ δημοσίου λαβὼν ἐπεσκεύασε, τούς τε ὑπονόμους ἐξεκάθηρε &c. vide locum. Plin. lib. XXXVI. *A M. Agrippa in ædilitate post Consulatum, per meatus corriuati septem amnes, cursuque præcipiti torrentium modo rapere atque auferre omnia coacti.* Hanc Agrippæ laudem nec Sueto. in Augusto, nec Iulius Frontinus prætermiserunt. De templis, porticibus, arcubus, ac reliquis publicis ædificiis quibus Pompeius, Cæsar, Augustus & cæteri qui illis temporibus vixerunt, Romam ornarunt,

ornarunt.lege Suetonium,Dionem,ac Tacitum.

καὶ κίρκῳ)Quid est circo se exercere,aut quid appellat circum?Circum enim quid Rom. appellent,nō est obscurum:verùm id nihil huc facit.In veteribus libris legitur κρίκῳ:vt κρικηλασίαν genus exercitationis Oribasio descriptum videatur intelligere:nisi quis ad discum hæc putet referenda.

τὸ ὑπὲρ τοῦ ποταμοῦ μέχρι τοῦ ῥεῖθρε) Locus mendosus.

τὸ Μαυσώλειον καλούμενον) Suetonius in Augusto. *Reliquias in Mausoleo condiderunt.Id opus inter Flaminiam viam ripamque Tiberis,sexto suo consulatu extruxerat: circumiectasque siluas & ambulationes in vsum populi tum iam publicarat.*

ἡ μὲν τὰ περὶ Ἀππίαν) Appia,quæ à porta Capena incipit.

ἡ δὲ τὰ περὶ τὴν Σαβίνη) Valeria, cuius initium à Tibure.

μεταξὺ Τύσκλου πόλεως)Tusclum & Tusculum Græci Latinique sæpe dicunt: sed Latini Tusculum potius, Græci sæpius Τύσκλον:sic Ἄσκλον pro Asculo:Algidi meminit Ouidius,& Polyb. Pictarum, Antoninus.

εἶτα συμπίπτει)Etiam Anton.admonet Latinam viam intrare in Lauicanam.

¶PAG.164.σφίσιν)Scribo σφίσιν & ita veteres.

καὶ ι σαδίοις)Antonini summa parum variat.

Ab vrbe,

Ad Quintanas M.P.XV.

Ad pictas M.P.X.

Sunt omnino M.P.XXV,stadia autem CC.

Φερέντιον φορέντιον)Ptol.Φιδῆναι φρένττον φερέντινον.

Ἀκουΐνον μεγάλη πόλις)Lego vt apud Ptol.Ἀκουΐνον.Latinis Aquinum.Silius,

——*atque viris ingens exhaurit Aquinum.*

Ἰντεράμνιον ὂν ἐν συμβολῇ δ.π.) Inde nomē, Interamna. Varro.

Τὸ γὰρ Τίανον τὸ καλούμενον Σιδικινὸν) Teanum duplex fuit,Sidicenum & Teanum Appulum: vtriusque meminit Strabo,Plin.alij.

Σητία τε)Lego Σηνία vt apud Ptol. & Latinos omnes: præterea Steph.Σηνία, πόλις Ἰταλίας.

ἡ δὲ τ σαλπικώτατον κοιλίας)Plinius,*Nam quod Signiæ nascitur,austeritate nimia continendæ vtile aluo, inter medicamina numeratur.* Priscianus Signium hoc oppidum nominat, & vinum Signinum,non Signium. Stephanus quoque Σίγνινα ait,πόλις Ἰταλίας ὡς Στράβων τρίτῃ τὸ ἐθνικὸν Σιγνῖνος, vbi pro τρίτῃ constat legendum esse πέμπτῃ: præterea vel ex Stephano emendandus Strabo, vel contra. Habent autem veteres σταλτικώτατον & καλούμενον iidem pro λεγόμενον.

καὶ Σύεσσα Τετρπόντιόν τε καὶ Βελίτραι) Rectè quidem Σύεσσα emendauit eruditus interpres: sed quid fiet altera voce non minus corrupta Τετρπόντιον? Ferdinandus Pintianus Hispanorum decus,putabat legendum esse,*Suessa,Clostra,Antium*, quod equidem probare nequeo: Nam quæ de Antio dicta sunt suo loco,ea omnino obstant.Carolus autem Sigonius vt à Theodoro Cantero clarissimo viro mihique amicissimo accepi, putabat legendum καὶ Σύεσσα τ̃ Πωπίων,de quo docti viri iudicent.

καὶ Βελίτραι) Stephan.Βίλιτρα πόλις Ἰταλίας,ὑ Ῥώμης ἀπωτέρω.

καὶ τὰς πόλεις τὰς ἀπὸ Λεχθισῶν παροικίας σεέπειν ἰσχυρῶς)Lege cum codice Stephanico, καὶ τὰς πολλὰς τὰς ἀπὸ λεχθισῶν,παροικίδας σεέπειν ἰσχυρῶς. plana & perspicua sententia.

λατόμιον ἔχουσα ἐπιτυχὸν τῇ Ῥώμῃ) Tacitus Annal.XV. *Aedificiaque ipsa certa sui parte sine trabibus, saxo Gabino Albanoque solidarentur, quod is lapis igni imperuius est.*

καὶ Κερνάται) Sic habent etiam scripti. Sed quis veterum huius loci vnquam meminit? Suspicor esse oppidum Plinio Cernetum dictum : vtut à Strabone id fuerit elatum.

ὅθεν τὸ κάλλιστον ἔλαιον)Plinius,*Principatum in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe,maximè agro Venafrano, eiusque parte*

A *parte quæ Licinianum fundit oleum.*

κατὰ τ̃ ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν) Plin. *Vulturnum oppidum cum amne.* Vibius Sequester. *Vulturnus Campaniæ, a quo oppidum iuxta Puteolos Vulturnum.*

Αἰσερνία καὶ Ἀλλιφαί)Ptol.Æserniam & Alliphanam Samnitum oppida nominat,Plin.Allifanos.

καὶ πόλις κουκουλον) Vide an huc pertineant Plinio in hoc tractu dicti Cubulterini.

Τίβυρ μὲν)Ptolem.Τιβύρ. Vide Stephan.

B βαθείας καὶ καταλόσει) Legendum κατάλσοι eadem forma, qua locus κατάλσοδες alibi dicitur vt monuimus.

τὰ Ἀλβοῦλα καλούμενα ῥεῖ ὕδατα)Plinius.*Iuxta Romam Albulæ aquæ vulneribus medentur.*

¶PAG.165.τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ Λάβανα) Ita legitur in omnibus codicibus, sed placet Scaligero, vt legatur Λάβανα.

Πραινεστὸς δ' ἔστιν ὅπου τὸ τῆς τύχης ἱερὸν ἐπίσημον χρησμῳδοῦν)Prænestinæ Fortunæ multa mentio apud veteres, vt & sortium Prænestinarum:sed nemo pluribus rem

C explicuit quam Cicero ipse, quem vide lib. de diuinatione II.

τ̃ δὲ Ῥώμης Πραίνεστος μὲν καὶ διπλάσιον) hoc est stad. ducenta, siue M.P.XXV. quod verum est.Antoninus,

Ab vrbe

Gabios M.P.XV.

Præneste M.P.XI.

σάδια δ' ἐστὶν ἐκ τ̃ Ῥώμης ρ ξ)Antoninus tamen M. pass. XVI. tantum ponit: nisi in numerorum notis peccatum est.

D Πραίνεστον γοῦν Πολυστέφανον καλεῖσθαι σεέπτειν) Plinius paullò aliter: *Præneste,quæ vrbe quondam Stephane dicta*, & aliter Stephanus,de Tibure sic scribens, αὕτη πολυστέφανος ἐκαλεῖτο σεέπτειν.

ἐν ᾧ μὲν Μάριος πολιορκούμενος ἀπέθανε) Marij filium intellige,de quo in vita patris Plutarchus.Epitom.lib. LXXXVIII.*C.Marius Præneste obsessus à Lucretio Ajella Syllanarum partium viro, cum per cuniculum captaret euadere,septus ab exercitu,mortem sibi consciuit in ipso cuniculo, cum sentiret se euadere minimè posse.*

E πλεῖστον τὸ ἀρχὰς περὶ ἀγαθοῦ πίπτει) Scribe meo periculo τὸ ἀρχάς. Aliæ inquit vrbes laudantur si loco natura munito fuerint sitę,Prænestinis hæc multorum malorum causa. quàm frequenter ista vox in hoc autore occurreret paullò antè monui:Ita autem scripsisse Strabonem isto loco & prior interpres testis sit, & (quod plus apud me valet)ipsa sententia quæ ita prorsus postulat,vel me tacente docere possit. Adde quod ita est in codice Stephanico.

F τὸ μὲν Λανουΐον πόλις)Prior interpres Λαουΐνιον vel Λαβίκιον legit : quod cur improbaret Xylander, causa fuit nulla:Ita enim esse legēdum, sciunt qui Lauinium & Lanuuium quo loco sita fuerint habent cognitum; quod diligentissimus vir Sigonius iampridem docuit. Eum consule.

τ̃ ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν)Malim τοῖς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ τῆς Ἀρικίνης ἱερὸν.

λέγουσι δ' εἶναι ἀφίδρυμα τ̃ Ταυροπόλου) Seruius,*Orestes accepto oraculo carendi furoris causa cum amico Pylade Colchos petierat:& cum his occiso Thoante,simulacrum sustulit absconditum fasce lignorum(vnde & Fascelis dicitur,non tantum à face*

G *cum qua pingitur,propter quod & Lucifera dicitur) & Ariciam transtulit.*

καθίσταται γὰρ ἱερεὺς ὁ γενηθεὶς αὐτόχειρ)Seruius de Aricina Diana, *In huius templo post mutatum ritum sacrificiorum, fuit arbor quædam de qua infringi ramum non licebat: Dabatur autem fugitiuo potestas,vt siquis exinde ramum potuisset auferre, monomachia cum fugitiuo templi sacerdote dimicaret.* Ouidius,

Ecce suburbanæ templum nemorale Dianæ

Partáque per gladios regna nocente manu.

πελάγιζουσα δὲ λίμνη πελαγίζουσα) Speculum Dianæ hunc lacum vocabant.de eo Virgil.

——*protinus omne*

Contremuit nemus,& syluæ intonuere profundæ.

Audit

Audit & Triuiæ longè lacus.

Vibius Sequester, *Triuiæ lacus Aritiæ.* vbi fallũtur qui legunt *Atricæ.* Visitur & hodie ille lacus ac dicitur ab accolis, *il laco di Iucsano.*

καὶ ναὸν ὑψηλὸν καὶ τὸ περὶ ἱερὸν καὶ τὸ ὕδωρ λίμνη.) Templum hoc in edito loco fuisse etiam Silius Italicus testatur,

Iámque dies aderat profugo cum regibus altum
Fumat Aricinum Triuiæ nemus.

τούτων δ' ὁδὸν εἶρηκα γενναιοδώρα) Assentior summo viro Iosepho Scaligero legenti τούτων δ' ὅσον Ἰουτέρνα λίμνη. Iuturnam enim intelligit: qui fuit fons in eo tractu Iuturnæ Iouis pellici cognominis.

δαίμων τινὸς ἐπώνυμος) Ægeriæ, vt rectè Xylander ait. Virgilius,

——*insignem quem mater Aritia misit*
Eductum Aegeriæ lucis.

πηγὰς τὴν δεξαμενὴν ἔχουσαι) Lego αἳ ἔχουσι. & ita scripti.

¶PAG. 166. διὰ φάραγγος ὑφ' ὑψηλὰς μέχρι λίμνη Φουκίνας πλησίον) Lege cum veteribus libris & interprete, quem secutus est rectè Xylander, διὰ φάραγγος δ' ὑφ' ὑψηλῶν μέχρι τῆς λίμνης Φουκίνας πλησίον.

ἐπειτα μεταστᾶσαν) Lege μεταστᾶσαι. Sensus est, lacum Fucinum aliquando deficere, mox redire aquas: cuius rei duplicem affert causam. vel quia scaturigines aquarũ quæ sunt in imo, ἀναχωροῦσιν locis aliis scaturiãt prioribus relictis salientibus: postea autem eosdem repetant: & lacum ita efficiant: vel potius quod scaturigines istæ quæ aquas lacui suggerebant, ad tempus deficiant omnino, & rursus postea impleantur, ac se in eundem lacum effundant.

καὶ πάλιν συνθλίβονται) *atque stipantur* vertit Xylander. Sed si id voluit significare cur dixit πάλιν? vertendum potius, *ac rursus compressa erumpit aqua*, siue simpliciter, ac rursus erumpit vel exprimitur. συνθλίβεσθαι propriè, in angustias redigi: hic est, arctatum erumpere. Sic apud Lucretium expressæ flammæ, pro expressione emissæ. Multa ita dicuntur, quæ passim apud vtriusque linguæ scriptores occurrunt.

εὐκλεὲς αὐτὸ) Veteres αὐτὸ habent, & mox ἐκκλίσειεν ac pro.

ἐκ δὲ τῆς φυλῆς αὐτῆς τὰς πηγὰς) Aliter Plinius tradit, *Oritur aqua Martia in vltimis montibus Pelignorum, transit Marsos & Fucinum lacum, Romam dubiè petens.* Hanc aquam iampridem φθαρεῖσαν ἐκ ὀχετῶν ἐκλιπούσας restituit Romæ Agrippa. autor Dio.

καὶ διὰ τὸ ἄσημος) Lege ἀσήμως quod rectè Xyl. vidit.

ἀντὶ φρουρᾶς ἐγένοντο πολλάκις) Liuius lib. XXX. *Consulti inde patres regem in custodiam Albam mittendum censuerunt,* & lib. XLV. *Patres censuerunt vt Q. Cassius Persea regem cum Alexandro filio Albam in custodiam duceret.*

ἀπὸ τῶν Κελτικῶν ὀρῶν) Malim ὅρων.

ἔστι δ' ἡ Πικεντίνη) Manuscripti ἡ Πικηνὴ.

ὡρμημένοι δ' ἐκ τῆς Σαβίνης οἱ Πικεντῖνοι) Veteres libri οἱ Πικηνοὶ Plinius, *Orti sunt à Sabinis voto vere sacro.* Idem dixit & supra.

δρυοκολάπτου τὴν ὁδὸν ἡγησαμένου) Festus aliter, *Picena regio in qua est Asculum, dicta quod Sabini cum Asculum proficiscerentur, in vexillo eorum picus consederit.*

πῖκον γὰρ τὸν ὄρνιν τοῦτον ὀνομάζουσι) Vide Dionys. Hal. & quare sit picus Marti sacer quærit Plutarchus Κεφ. XXI.

μέχρι Κάστρου) Ita etiam Ptolem. Ancona & Castro Picentinorum oram maritimam claudit. Plin. aliter.

κεῖται δ' ἐπ' ἄκρας μὲν Ἀγκὼν ἐμπ.) Anconæ situm Pomponius elegantissimè indicat, *Flumen Metaurus* atque Æsis & illa in angusto illorum duorum promontoriorũ ex diuerso coeuntium, inflexi cubiti imagine sedens, ac ideo à Graiis dicta Ancon, inter Gallicas Italicásque gentes terminus inter est: hanc enim prægressos Piceni littora excipiunt. Quibus verbis excludi vides finibus Picenorum hanc vrbem.

ἐπίνειον δ' ἐστὶ ταύτης κάστελλον) Plinius Castellum Firmanorum vocat.

τὸ τῆς

A τὸ τῆς Κύπρας ἱερὸν) Plinio, Cupra oppidum. Ptolem. Κύπρα μαριτίμα.

Τρουεντῖνος ποταμὸς καὶ πόλις Pomponius, *Truentum, id à flumine qui præterit ei nomen est.* Sic Plin. Ptolem. fluminis tantum meminit.

εἶτα καὶ Τερμωσῶν καὶ ὁ Ματρῖνος ποταμός) Quid est obsecro Τερμωσῶν? eruditus interpres id mõstrũ interpretãdo omisit. sed aut nos ipsi nobis suffeni sumus, aut fœlici admodũ coniectura locum emendauimus. Legendũ
B censeo εἶτα Καστρονόβουν, καὶ ὁ Ματρῖνος ποτ. quam equidem emendationem nõ è libris qui hic me deficiunt, sed ex re ipsa habeo. Nam Truento oppido proximum aliud fuit quod Castrum nouum appellabatur: cuius frequens admodum in historiis mentio: vt verisimile non sit, prætermissum id à diligentissimo scriptore: sere autem cum Truento solet coniungi vt hoc loco. Plinius, *Castrum nouum, flumen Batinum, Truentum cum amne.* Antoninus quoque in descriptione itineris ab Auconа Brũdusium, hoc loco refert, Numanam, Potentiam.
C Castellum Firmanum, Castrum Truentinum, Castrum nouum, Adriam, Ostia Aterni: & sic alibi non semel. Quare dubium non potest esse scripsisse Strabonem vt nos emendauimus. Porrò Matrinus fluuius quem Strabo Castro nouo facit admodum vicinum is ipse est meo iudicio quem Plinius Batrinum vocat, siue Batinum: ac putarem scripsisse Strabonẽ Βατρῖνος cũ toties β & μ in antiquis libris reperiantur commutata: sed ita habet Ptolem. quoque: quanquam eo autore paullò longius abest ab eius ostiis Castrum nouum. Præterea
D augent dubitationem meam quæ de Adria ad Matrinum sita sequuntur: Nam id Plinius de Aterno fluuio scribit: & cum Plinio facere Antoninus videtur. Quare de tota re docti viri quibus plus otij est, & quorum iudicio mea omnia libenter permitto, iudicent.

ἐσχατώτατα δὲ) Plinius de quarta Italiæ regione quã istæ gentes continentur. *Sequitur regio quarta gentium vel fortissimarum Italiæ.*

Τὸν δὲ τὸ Πικεντίνων) Manuss. Πικηνῶν.

τὸν Μαρσικὸν καλούμενον ἐξῆψαν πόλεμον) De hoc bello
E quod & Marsicum appellatur, & Sociale, & Italicum, Epitome Liuij lib. LXXII. Appianus Ἐμ. primo, alij.

¶PAG. 167. Κορφίνιον τὴν τῶν Πελιγνῶν μητρόπολιν) Velleius, *Caput imperij* sui Corfinium legerant, quod appellarent Italicam. Apud Diodorum in hac historia ita legitur τὴν κοινὴν πόλιν Ἰταλίας ὀνομάσαντες: vbi puto legendum Ἰταλικὴν: sicut mox Strabo, μετονομάσαντες Ἰταλικήν.

ἀπὸ τῶν ἀρξάντων τῆς ἀποστάσεως Sic Diodorus, Ὁ Μαρσικὸς πόλεμος ἐκ τῶν ἀρξάντων τῆς ἀποστάσεως ὀνομάσθη. A
F Marsis ergo ortum est istud bellum. Aliter tamen Velleius, qui id malum ab Asculanis esse ortum, à Marsis exceptum scribit. Rursus dissentit Liuius, cuius in Epit. scriptum est, initium huius belli à Picentibus esse motum.

μέχρι διεπράξαντο τὴν κοινωνίαν) Italicis ciuitatem fuisse datam constat. Velleius enim testatur Romanos victis demũ afflictísque dedisse. Sed id eos obtinuisse altero anno à bello inchoato non facile Straboni concesserim. Epitome sanè Liuij cum huius belli initia refert
G lib. septuagesimo secundo, libro demum octuagesimo testatur Italicis populis à senatu ciuitatem esse datam: vt necesse sit multis post gestum bellum annis id contigisse.

ὅμορον τῇ Πικεντίνῃ) Manuscripti, partim Πικεντίνῃ, partim Πικηνῇ.

ὑπὲρ τῶν Πελιγνῶν) Ita omnes libri: perperam, cum sit legendum, ὑπὲρ τὸ τῶν Πελιγνῶν.

διαιρεῖ τε ἄνω τῆς Ἀπουλίας) Hunc quoque locum certissima coniectura emendauimus. Legendum enim Τεάνῳ ἀπουλῷ. Teanum vt supra diximus duplex fuit: ideo cognominibus distingui solent: alterum Teanum Sidicinum, alterum Teanum Apulum nominatur. Strabo libro sequenti: Est inquit, in continente Teanum Apulum,

lum, ὁμώνυμον τῷ Σιδηλινῷ. Cicero. *Adſunt, Ferentani homines nobiliſſimi, Marrucini item pari dignitate: Teano Apulo, atque Luceria equites Romanos, honeſtiſſimos homines laudatores videtis.*

ἐπὶ τοὺς Απύλους οὓς οἱ Ελληνες Δαυνίους καλοῦσι) Plinius, *Hinc Apulia Daunorum cognomine, à duce Diomedis ſocero.* Feſtus aliter, *Daunia Appulia appellatur à Dauno Illyricæ gentis claro viro.*

καλοῦσι δ' αὐτὸν κρατῆρα) Quinam καλοῦσι? Non ſanè Latini ſcriptores qui Craterem in hoc tractu nullum nominant. à Græcis ergo manauit illud nomen: quanquam ne illos quidem puto ſinum ipſum Craterem appellaſſe: ſed eum tantùm locum qui ignem continere, & interdum emittere creditus eſt. Is autem locus fuit ſinus de quo loquitur Strabo proximus: Imo verò totus ille tractus aquis calidis & ſulphuratis abundauit. Ideo ait Ariſtoteles, ὁ τόπος ἅπας Πυριφλεγέθων appellatur. Vide infra. Solita autem à Græcis id genus loca ignita, Crateres appellari, ſatis apud omnes conſtat.

τούτους δὲ καὶ Αὔσονας καλεῖσθαι) Opicos & Auſones eoſdem eſſe credidit etiam ſummus autorum Ariſtoteles. Sic ille Πολ. lib. VIII. ᾤκουν δὲ τὸ μὲν πρὸς τὴν Τυῤῥηνίαν Ὀπικοί, καὶ πρότερον καὶ νῦν καλούμενοι Αὔσονες.

εἰ δ' ἐκείνους κατασχεῖν ὕστερον Ὄσκων τι ἔθνος) Probo emendationem Xyl. ἐπ' ἐκείνους scilicet Opicos.

δώδεκα δὲ πόλεις ἐγκατοικήσαντες) Lego per ι, ἐγκατοικίσαντες. Nam ipſas vrbes conditas à Tyrrhenis fuiſſe non ſolùm habitatas, ſignificare, opinor, voluit. quin ſi nihil deeſſe putandum eſt, legendum arbitror ἐγκατοικίσαντας quarto caſu. quod mihi facile ſat ſcio docti viri concedent.

τὴν οἷον κεφαλὴν ὀνομάσαι Καπύην) Capua ergo quaſi Capur dicta. Sed Latino vati aliter viſum lib. x.

Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.

Vide Seruium, & Feſtum.

καθάπερ τῆς περὶ τὸν Πάδον χώρας) Reſpicit ad ea quę ſupra de Etruſcis dixit. vide locum.

ἐξ ὧν καὶ ὁ χόνδρος) Lege Plinium lib. XVIII. cap. XI.

καὶ ὀλίγου τρυφῆς) Ἐν ὀλίγῳ hic vt apud Lucam Actorum XXVI. ἀντὶ τοῦ, παρ' ὀλίγον vel ὀλίγου δεῖν.

ἱστοροῦνται δ' ἔνια τῶν πεδίων) Plinius de tota Campania id videtur velle intelligi, itémque alii vt Florus: Partem tamen Campaniæ optimam ſemper fuiſſe & reliquæ toti longè prælatam ſatis conſtat. ii ſunt Campi Laborini veteribus dicti.

δὶς μὲν τῇ ζειᾷ, τὸ δὲ τρίτον ἐλύμῳ) Plinius ita, *Seritur toto anno panico ſemel, bis farre.* Græci panicum ἔλυμον vocant, ab ἔλυος facta voce, vt ab ἔτος, ἔτυμος.

τὸν Φαλερνὸν καὶ τὸν Στατανὸν καὶ Κάληνον) de quorum præſtantia lege apud Plinium, lib. XIIII. cap. VI. & Athenæum libr. pr.

¶Pag. 168. ὅτι παλαίωσιν δέχεται) Surrentinum vinum poſt annum XXV. potui aptum eſſe ait Athenæus.

Πόλεις ἐπὶ μὲν τῇ θαλάττῃ) Campaniæ oram maritimam ita deſcribit Polybius. τὴν μὲν γὰρ παραλίαν αὐτῶν Σινυεσσανοὶ καὶ Κυμαῖοι καὶ Δικαιαρχῖται νέμονται, πρὸς δὲ τούτοις Νεαπολῖται, τελευταῖον δὲ τὸ τῶν Νουκερίνων ἔθνος.

ὅτι τὸ μνῆμα Σκιπίωνος) Hiſtoriam pete ex Liuio lib. XXXVIII.

παραῤῥεῖ δ' ὁμώνυμος τῇ πόλει ποταμός) Literni amnis meminit Liuius, lib. XXXII. *duæ coloniæ ad oſtia fluminum Vulturni Liternique, vna Puteolis, vna ad caſtrum Salerni.* & lib. XXIII. *Tranſgreſſus Vulturnum flumen circa Linternum caſtra poſuit.* Caue putes eundem eſſe Liternum & Lirim quæ eſt Appiani primo ἐμφυλ. falſa conjectura: quanquam video doctos Appianum ſequi, aut potiùs ab eo ſeduci.

Κύμη Χαλκιδέων καὶ Κυμαίων παλαιότατον κτίσμα.) Cum variæ fuerint variis locis Cumæ, quas enumerat Stephanus, dubitari poteſt ex qua Cumanj iſti ſint profecti qui Cumam Campaniæ condiderunt: puto tamen è Cuma Euboica: nam & Chalcis in Eubœa. Ideo ait Virgilius,

A ait Virgilius,

Et tandem Euboïcis Cumarum allabitur oris.

Ἱπποκλῆς ὁ Κυμαῖος καὶ Μεγασθένης ὁ Χαλκιδεύς) Alii vtrumque faciunt Chalcidenſem. Velleius Paterc. *Nec multo poſt Chalcidenſes orti vt prediximus Atticis Hippoclè & Megaſthene ducibus Cumas in Italia condiderunt.*

πρότερον μὲν οὖν ηὐτύχει καὶ τὸ Φλεγραῖον καλούμενον πεδίον) Laborinos campos Latini vocant, vt Plinius lib. III. Idem lib. XVIII. Laborias appellar, & à Græcis Phle-

B græum appellari admonet, cùm lib. III. id omiſiſſet, ac paulò aliter ſentire videri potuiſſet. Diodorus hunc campum, olim φλεγραῖον, nunc Κυμαῖον appellari teſtatur.

οὐκ ἄλλοθεν ὡς εἰκὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ περιμάχητον τὴν γῆν εἶναι) Eadem Polybio mens, ſcribenti de Capua, κατὰ μέσα δὲ τὰ πεδία κεῖσθαι συμβαίνει τὴν πασῶν ποτε μακαριωτάτην γεγονυῖαν πόλιν Καπύην. ἐπιμνήσατο δὲ καὶ παρὰ τοῖς μυθογράφοις ὁ περὶ τούτων τῶν πεδίων λεγόμενος λόγος. προσαγορεύεται δὲ καὶ ταῦτα φλεγραῖα καθάπερ καὶ ἕτερα τῶν ἐπιφανῶν πεδίων.

C θεούς γε μὴν μάλιστα περὶ τούτων εἰκὸς ἐρικέναι, διὰ τὸ κάλλος καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν. quod ait alios quoque campos ita fuiſſe appellatos, id verum eſt: Sic Pallene Phlegræa dicta, ſic alia. De bello autem iſto deorum & Gigantum clade vnde Phlegræis campis nomen, lege ſi vacat Diodor. Sic lib. v.

Κύμην ἀπὸ τῶν κυμάτων φασί) Seruius, *Cumas vocarunt, vel ἀπὸ τῶν κυμάτων, vel à grauidæ mulieris augurio, quæ Græcè ἔγκυος dicitur.*

εἰσὶ δὲ καὶ κητεῖαι παρ' αὐτοῖς ἄρισται) Ait quod Plinius, *Hæc*

D *littora,* inquit, *fontibus calidis rigantur: prætérque cætera in toto mari conchylio & piſce nobili annotantur.* Legendum igitur κητεῖαι. Κητείας enim vocabant loca vbi piſces vel capiebant vel condiebant, maximè autem thynnos, qui plurimi illa maris parte capiebantur. Quis me hoc docuit? Ælianus qui hac de re nos admonet lib. Hiſt. anim. XIII. cap. XVI. τὴν τῶν θύννων, ait, θήραν, Ἰταλιῶταί τε καὶ Σικελοὶ δὲ Κητείαν φιλοῦσιν ὀνομάζειν. vide reliqua. vtitur ea voce & Athenæus lib. ſeptimo.

Γαλλιναρίαν ὕλην καλοῦσι) Cicero ad Pœtum. *Heri veni*

E *in Cumanum: Cras ad te fortaſſe. Sed cùm certum ſciam, faciam te paulò ante certiorem. Etſi M. Ceparius, cum mihi in ſylua Gallinaria obuiam veniſſet.* &c. Vide Varronem De re ruſt. III.

οἱ Πομπηΐου Σέξτου ναύαρχοι) Vide Appianum lib. v. Dionem lib. XLVIII.

ἀχερουσία λίμνη) Plinio Acheruſia palus Cumis vicina; vide Seruium ad hæc Virgil.

——Et tenebroſa palus Acheronte refuſo.

τὰ πρὸς πυρίαν καὶ θεραπείαν νόσων ἐπιτήδεια) Vtrumque teſtatur Ioſephus Ιου̂δ. ἀρχ. lib. XVIII. λουτρὰ παρέχεται τὸ

F χωρίον θερμὰ γῆθεν αὐτόματα ἀνιόντα ἀγαθὰ ἐπί τε πᾶσι τοῖς χρωμένοις καὶ ἄλλως τῷ ἀνειμένῳ τῆς διαίτης συμφέροντα.

ὅ τε Λοκρῖνος κόλπος, καὶ ἐντὸς τούτου ὁ Ἄορνος) Operæpretium fuerit Dionis qui locum illum viſit, deſcriptionem cum hac conferre: In Campania, inquit, locus eſt inter Miſenum & Puteolos μηνοειδὴς montibus paruis & fere nudis cinctus. Is locus maris ſinû triplicem habet. vnum exteriorem ad Miſenum & Puteolos: alter eſt qui exiguo interuallo ab iſto diſtinguitur. tertius eſt in intimo ſinu lacui ſimilis. huic ſinum Auerno no-

G men eſt: medio, Lucrino: tertius eſt in Tyrrheno mari, illi ipſi mari cognominis. Verba Dionis, Ἐν τῇ Κύμῃ τῇ Καμπανίδι, χωρίον τι μεταξὺ Μισηνοῦ καὶ Ποτιόλων μηνοειδές ἐστιν. ὄρεσι τε γὰρ μικροῖς καὶ ψιλοῖς πλὴν βραχέων περιείληπται, καὶ θάλασσαν τριπλῆν κολπώδη ἔχει. ἡ μὲν γὰρ ἔξω τε, καὶ πρὸς ταῖς πόλεσίν ἐστιν, ἡ δ' ὀλίγη διαφυῇ ἀπ' αὐτῆς διείργεται. ἄλλη ἐν αὐτῷ τῷ μυχῷ ὁρᾶται. καὶ καλεῖται αὕτη μὲν Ἄορνις, ἡ δὲ μέση Λουκρῖνις. ἡ γὰρ ἔξω τοῦ Τυῤῥηνικοῦ ἴσα, ἐς ἐκεῖνο καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τελεῖ. Locus eſt lib. XLVIII. Vocant autem Græci κόλπους & Auernum, & Lucrinum, quos Latini lacus appellant, & Ariſtoteles quoque λίμνην Ἄορνον.

ἐμύθευον δ' οἱ πρὸ ἡμῶν) Id Seruius affirmat Aen. lib. VI. Vide etiam Plinium.

ἔστι δ' ὁ μὲν Ἄορνος, κόλπος ἀγχιβαθής) Auernum lacum ita

eũ ita describit philosophus, Περὶ τὴν Κύμην τὴν περὶ Ἰταλίαν διαδείκνυταί τις ὁ προσαγορευόμενος Ἄορνος. αὕτη μὲν ὡς ἔοικεν οὐκ ἔχουσά τι θαυμαστόν. περικεῖσθαι γάρ φασιν αὐτὴν λόφους κύκλῳ τὸ ὕψος οὐκ ἔλαττον τριῶν σταδίων, καὶ αὐτὴν εἶναι τῷ σχήματι κυκλοτερῆ, τὸ βάθος ἔχουσαν ἀνυπέρβλητον. Eundẽ vocat Ἀορνίτην Antigonus, apud quẽ vide elegantẽ Timęi de eo locũ.

προσβραχὴς καὶ πολλῶ) Lego προσβραχῆ vel προσβραχῆ vt alibi. Sic enim Strabo solet appellare locos vadosos, vbi sunt multa βραχέα, & quę alibi appellat τυφλά. Sic lib v i i. ἔχει δ' ὁ κόλπος νησίδια τρία, καὶ προσβραχῆ τινὰ καὶ χοιραδώδη ὀλίγα. Non semel peccatum io hac voce ab imperitis huius autoris librariis.

περικλείεται δ' Ἄορνος ὀφρύσιν ὀρθίαις) Aristoteles paullò aote, λόφοις κύκλῳ τὸ ὕψος οὐκ ἔλαττον τριῶν σταδίων. Virgil.

Spelunca alta fuit, vastóque immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris
Quam super haud vllæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis: talis sese halitus atris
Faucibus effundens, supera ad conuexa ferebat,
Vnde locum Gray dixerunt nomine Aornon,

Lucretius lib v i.

Principio quod auerna vocantur, nomen id ab re
Impositum'st quia sunt auibus contraria cunctis.

Mox.

Qualis apud Cumas locus est montémque Vesenum.
Oppleti calidis vbi fumant fontibus aucti.

καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς πλουτωνίοις) Nam eiusmodi loca perniciosos odores exhalant ac sæpe pestilentes, Galenus πολλάκις δ' ἀπὸ τοῦ πεδίου ματος αὐτοῦ κατὰ τὴν εἰσπνοὴν ἡ βλάβη γίνεται, καθάπερ ἐν τοῖς χαρωνείοις ὀνομαζομένοις χωρίοις. Quæ à Latinis Ostia Ditis appellantur, ea Græci πλουτώνια, & χαρώνεια dicunt. qualia multa multis locis commemorat Geographus. Plinius, *In Sinuessano agro & Puteolano spiracula vocãt, alij Charoneas scrobes mort ferum spiritum exhalantes.* Lego *spiracula vocant, alij Charoneas, scrobes m. sp. exh.* Cicero, *Quid enim? non videmus quam sint varia terrarum genera? ex quibus mortifera quædam pars est: vt & Amsancto & in Asia Plutonia quæ vidimus.* Quare autẽ ita appellentur hæc loca ostendit Lucretius his versibus

Ianua ne hæc Orci potius regionibus esse
Credatur posita. hinc animas Acheruntis in oras
Ducere forte Deos inferne reamur.

¶ PAG. 169. καὶ εἰσιτήτην γε ἡ προσθυσάμενον) Virgilius de Ænea Auernum intrante,

——ipse atri velleris agnam
Aeneas matri Eumenidum, magnæque sorori
Ense ferit, sterilémque tibi Proserpina vaccam:
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras.

τόν τε Πυριφλεγέθοντα) Notandum est quod Aristoteles ait paulo antè allato loco. totum illum tractum quondam Pyriphlegethontem solitum appellari.

κατοίκησιν ἀπὸ Αχέροντα) Seruius de Auerno. *Hic locus* ante syluarum densitate sic ambiebatur, vt exhalans inde per angustias aquæ sulphureæ odor grauissimus superuolantes aues necaret. vnde & Auernus dictus est, quasi ἄορνος: quam rem Augustus Cæsar intelligens deiectis syluis ex pestilentibus amœna reddidit loca. Vide Dionem libro x l v i i i.

καὶ ἐπὶ Νέας πόλεις ἐκ Δ.) Manusſ. ἀπὸ Νέας πόλεως καὶ Δ. χώματι ἐργασθείς ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης) Opus Iulium fuit quo à reliquo mari arcebatur Lacus Lucrinus: de quo opere Virg.

——Lucrinóque addita claustra?
Atque indignatum magnis stridoribus æquor?
Iulia quà ponto longè sonat vnda refuso:
Tyrrenúsque fretis immittitur æstus auernis.

Vide Seruium χώματα autem vocat quas Latini pilas, siue moles.

τὰς δὲ Βαΐας ἐπωνύμους τινὸς λέγουσιν) Vide Seruiũ Aen. i i i.

καὶ τῶν Μισηνόν) Locus mutilus: Sed non est obscurum quid sibi voluerit Scr. Iteratio eiusdem vocis, huic loco, vt aliis quam plurimis fraudi fuit. Legendum enim,

A καὶ τὸ Μισηνὸν ἀπὸ Μισηνοῦ. Virgilius.

At pius Aeneas ingenti mole sepulchrum
Imponit, suáque arma viro, remúmque tubámque
Monte sub aerio, qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, æternúmque tenet per sæcula nomen.

Potest etiam legi, καὶ τὸ Μισηνὸν ὁμοίως. Non est autem quod ex Epitoma sibi persuadeat aliquis, multa hic deesse: quod omnino falsum est: Nam quæ ibi leguntur, partim alio loco à Strabone sunt relata: partim tanto
B viro adeo sunt indigna, vt ne si in contextu quidem ea legerem, tamen pro Strabonianis haberi à me possent: nisi quis putet scripsisse Strabonem Baiulos à Baiis fuisse appellatos: quæ dubio procul non magis à Strabone sunt profecta, quam ea quæ paullò ante vbi de Capua actum est habebat egregius iste Epitomator.

καὶ αὐτὴ ἡ πόλις) Iosephus autor est à Baiis stad. quinque tantum distare Puteolos. Puteoli autem vnde dicantur lege apud Varronem & Festum.

ἀναφέρων τὰς τοιαύτας προχοὰς) Rectè veteres libri, ἀναφέρων τὰς τοιαύτας προχοὰς.
C
ἡ δὲ πόλις ἐμπορεῖον γέγονε μέγιστον) Festus *Minorem Delum Puteolos esse dixerunt, quod Delos aliquando maximum emporium fuerit, totius orbis terrarum, cui successit postea Puteolanum.*

προσβάλλουσι χώματα ἐς τὴν θάλασσαν) Plinij verba hũc locum mirificè illustrabunt, lib. x x x v. cap. x i i i. *Verum & ipsius terræ sunt alia segmenta: Quis enim satis miretur pessimam eius partem ideoque puluerẽ appellatum, in Puteolanis collibus opponi maris fluctibus, mersumque protinus fieri lapidem*
D *vnum inexpugnabilem vndis, & fortiorem quotidie, vtique si Cumano misceatur cæmento.* Dio lib. x l v i i i. causam eius rei pluribus exprimit, quem vide. Nam illa eius verba, ὕδατι δὲ συγκραθεῖσα φυραθέντες συνίστανται, καὶ ἐν τῷ ὕδατι ... πήγνυνται καὶ πετροῦνται, Plinij mentem planè explicant.

¶ PAG. 170. ἡ τοῦ Ἡφαίστου ἀγορὰ πεδίον) Quæ de sulfure subijcit, persuadent mihi de collibus leucogæis Plinio dictis ista esse accipienda. de quibus vide Plin. Placet tamẽ doctis Phlegræos intelligi cãpos. quod nõ puto.
E Νεάπολις Κυμαίων) Liuius lib. viii Palæpolis fuit haud procul inde, vbi nunc Neapolis sita est: duabus vrbibus populus idem habitabat: Cumis erant oriundi.

καὶ Πιθηκουσῶν τινὲς καὶ Ἀθηναίων) Inuitus facio, vt ab eruditissimo viro Fuluio Vrsino dissentiam. Putat ille legendum hîc esse καὶ Αἰναρίων. motus Liuii loco ex lib. v i i i. qui profectò si diligenter attendatur stabiliendæ illi lectioni parum facit. Quis verò erudito viro concedet, ex Strabonis sententia Ænariam à Pithecusis aliam esse? Harum Strabo sæpe meminit: illam ne
F nominat quidem vsquam.

ὅπου δείκνυται μνῆμα τῆς Σειρήνων μιᾶς Παρθενόπης) quin ipsa quoque Neapolis Parthenope quondam est appellata, vt Plinius & Eustathius, (qui aliam causam affert) annotant. Virgilius,

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope.

& apud Statium in Syluis sæpe.

Νυνὶ δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται) Neapoli ludricum quinquennale celebratum olim ex Statio o-
G mnibus notum est: Ad vxorem,

Quid nunc magnificas species cultusque locorum
Templaque & innumeris spatia interstincta columnis,
Et geminam molem aude tectique theatri
Et Capitolinis quinquennia proxima lustris,

Rectè autem αἰτῶν. Nam id Strabonis ætate fuisse institutum docet Suetonius in Octau. cap. x c v i i i.

ἔστι δὲ καὶ ἐνθάδε διώρυξ κρυπτή) Meminit Seneca Epist. lib v i i. *A ceromate nos haphe excepit, in Crypta Neapolitana. Nihil illo carcere longius, nihil illis faucibus obscurius, quæ nobis præstant non vt per tenebras videamus, sed vt ipsas. Cæterum etiam si locus haberet lucem, puluis auferret.*

διὰ μέσου τῶν ὄρων ἀνοιχθεῖσαν) Tacitus libro Annaliũ xv. de Nerone

rone, *Non tamen Romæ imipere scenas ausus, Neapolin quasi Græcam vrbem dilegit.*

ἐκεῖ γὰρ ἄλλη πόλις γίνεται συνῳκοδομημένων βασιλείων ἄλλων) hoc est, ad Baias. Iosephus de Baiis loquens, βασίλειοι τέ εἰσιν οἰκήσεις αὐτόθι πολυτελέσι χορηγίαις κατεσκευασμέναι, φιλοτιμηθέντος τῶν αὐτοκρατόρων ἑκάστου ὑπερβαλέσθαι. De Marij thermis quæ postea ingenti pretio à Lucullo emptæ, lege Plutarch in Mario.

τῆς ἡσυχίας χάριν) Statius,

Pax secura locis & desidis otia vitæ.
Et nunquam turbata quies.

τῶν ἀπὸ παιδείας ἐργασαμένων) vt Virgilius, cuius norunt omnes secessum Neapolin.

φρούριον Ἡράκλειον) Plinio Herculanium.

Πομπηίαν ἣν παραρρεῖ) Plinius. *Herculanium, Pompeii haud procul spectante monte Vesuuio alluente vero Sarno amne*: vtranque vrbem, Pompeios inquam & Herculanium postea fundirus casu repentino periisse ex Dione constat, in Tito.

Ἀχέρρας ὁμωνύμους κατοικίας τῶν περὶ Κρίωνα) Nó dubito quin verè emendé τῶν περὶ Κρέμωνα. Acherras enim significat siue Acherras de quibus supra dictum est. Cremonæ proximas fuisse ex ipso Strabone intelligimus: vide locum. Iam autem dictum est à nobis huiusmodi nomina, vt Verona, Cremona & id genus, à Strabone alia forma efferri: dicit enim Νάρβων, Οὐήρων, Κρίμων, Δέρτων, pro Verona, Cremona, Dertona: quanquam supra legitur Κρεμώνα, sed id non obstat Nam vtramque vsurpat formam: sed illam frequentius: quare certissimum est, & Cremonam intelligi isto loco, & legendum esse vt emendauimus.

ἡ ποιεῖ παρὰ τῷ Σάρνῳ) Verba ἡ ποιεῖ videntur omnino inducenda: neque enim deesse quicquã videtur: quod necesse est si illa verba retineantur: illis autem sublatis sensus est perspicuus. Præterea ea non agnoscit prior interpres.

ὄρος τὸ Οὐεσούιον) Vesuuium montem Larini appellãt poeta etiam Veseuum. Apud Diodorum scribitur Οὐεσούιον ὄρος.

πλὴν κορυφῆς Vide Statium in syluis, multis locis, vt libro quarto,

—— *nec dum lethale minari*
Cessat apex.

lege & Lucretium libro VI.

ὡς τεκμαίροιτ' ἄν τις τὸ χωρίον τοῦτο καίεσθαι πρότερον) Diodorus Siculus libro quarto, Καλεῖται δὲ νῦν ὁ τόπος Οὐεσούιος ἔχων πολλὰ σημεῖα τοῦ κεκαῦσθαι κατὰ τοὺς ἀρχαίους χρόνους.

καὶ ἔχειν κρατῆρας πυρός) Dio appellat πηγὰς πυρός, apud quem reperies graphicam huius montis descriptionem in Tito.

τάχα δὲ τῆς εὐκαρπίας τῆς κύκλῳ τοῦτο σημεῖον) Hoc dicit multis locis. vide lib. seq. de Ætna. & lib. XIII.

¶ PAG. 171. τὸ Σύρρεντον τῶν Καμπανῶν) Surrentum libro primo, Σύρεντον vocauit. Stephan. Συρέντιον. Diod. Συρρέντιον. Dio Συρεντόν.

ὁ ποιεῖ Πρηνουσσῶν ἀκρωτήριον καλοῦσι) Legendum arbitror, ὁ ποιεῖ Σειρηνουσσῶν ἀκρωτήριον. Nam vt libro primo dictum est, habuit istud promontorium ab altera parte Ἀθηναίου ἱερὸν vnde appellatum est Ἀθήναιον, vel Mineruæ promontorium: ab altera fuerunt tres paruæ insulæ quas Strabo Sirenes, alij Sirenusas vocant: ab istis ergo insulis seu verius petris ipsum promontorium Sirenusas appellarunt, vt à templo Mineruæ Ἀθήναιον, atque ita Strabo sæpe appellat: Nam quoties Sirenusarum infra fit mentio, de promontorio semper debes accipere. Plinius, *Surrentum cum promontorio Mineruæ Sirenum quondam sede.* At Prenussum promontorium vbi quæso vel lectum est vel auditum? De hoc promontorio vide amplius sub finem huius lib & seq. initio.

ἃς καλοῦσι σειρῆνας) Ptolem. Σειρηνούσας vocat, vide quæ notauimus libro primo.

ἡ Προχύτη) Prochytæ multi meminerunt. Dionys. Halicarnasseus autor est, à nutrice Æneæ quæ ibi obiit, ita eam fuisse appellatam: quod Plinio non probatur. *Prochyta ait, non ab Aeneæ nutrice, sed quia profusa ab Aenaria erat.*

φασὶ τὸν Τυφῶνα ὑποκεῖσθαι τῇ νήσῳ ταύτῃ) de Typhone accuratè scribit libro XIII. vbi etiam Pindari locus iterum relatus est.

τὸν Ἐπωμέα λόφον) Lego Ἐπωπέα. Plinius, *Sic & Pithecusas in Campano sinu ferunt ortas. Mox in his montem Epopon cum repente flamma ex eo emicuisset, campestri æquatum planitie.* Vel ergo Ἐπωπέα hic legendum: vel Eponum apud Plinium rescribendum. Ego etsi nihil possum affirmare, tamen Strabonem potius debere corrigi censeo: videtur enim collis ille siue mons Ἐπωπεὺς fuisse appellatus, ea ratione qua apud Corinthios Actocorinthus Ἐπωπεύς vide Steph.

εἰς τὴν Καμπανίαν) Melius veteres libri, εἰς τὴν ἄνω Καμπανίαν. Nam ἡ παραλία siue ora maritima & ἡ ἄνω χώρα opponuntur. Alibi dicere solet ἡ ἐν βάθει χώρα, eodem sensu.

ἐλάττονος αὐτοῖς Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ) Suetonius in Augusto XCII. *Apud insulam Capreas, veterrimæ ilicis demissos iam ad terram languentis que ramos conualuisse aduentu suo adeò lætatus est, vt eas cum Republica Neapolitanorum permutauerit, Aenaria data.* Dio libro LII. Κάπρεαν vocat non Capreas, καὶ τὴν Κάπρεαν παρὰ τῶν Νεαπολιτῶν, ὧνπερ τὸ ἀρχαῖον ἦν, ἀντιδόσει χώρας ἠλλάξατο. De hac insula amplius Tacitus libro IV. Annal. Vide & Steph. Καπρέαι.

¶ PAG. 172. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Καπύη μέν ἐστι) Supra, orã maritimã Cãpaniæ ex Polyb. descripsimus: de mediterraneis sic idẽ scribit, Τῆς δὲ μεσογαίου τὰ μὲν πρὸς τὰς ἄρκτους χαλκίδεων καὶ Τεανίτων κατοικοῦσι· τὰ δὲ πρὸς ἕω δὲ καὶ μεσημβρίας, Δαύνιοι καὶ Νωλαῖοι· κατὰ μέσα δὲ τὰ πεδία κεῖσθαι συμβαίνει τὴν πασῶν ποτὲ μακαριωτάτην γενομένην πόλιν Καπύην.

Καλλατηρία καὶ Κλαύδιον) De Callatia reponẽda assertior interpreti: de Clusio quod ille pro Καλύδιον reponit, nõ placet. Legerẽ potius, sine vllius literæ mutatione Κλαύδιον. Steph. Κλαύδιον, ὡς Ῥήγιον, πόλις Ἰταλίας. Διονύσιος ἐκκαιδεκάτῳ ῥωμαικῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν κλαυδῖνος. infra vbi eadem repetuntur scriptum est Καύδιον, vt apud reliquos Geographos in descriptione huius tractus, nec dubium hic quoque scribendum esse Καύδιον. In historiis sæpe Calatia & Caudium coniuncta reperiuntur. Liuius lib. IX. *Exercitu educto circa Caudium castra quàm potest occultissimè locat: inde ad Calatiam.*

καὶ Βενεούεντον) Vide Steph. & Festum.

Πραινεστίνων ἄνδρας μ καὶ φ) Liuius habet ο καὶ φ. *Prænestini maxima pars fuere: ex quingentis septuaginta qui in præsidio fuere minus dimidium ferrum fames que absumsit.*

διακοσίων δραχμῶν πραθέντος μυὸς) Assentior doctis viris qui censent legendum μυὸς pro μεδίμνου. Nam & Plinius & Valerius Maximus, & Frontinus murem fuisse venditum aiunt: deinde cur tacuisset Strabo rei venditæ nomen, cum eius mensuram exprimeret? Sed in pretio magna apud scriptores varietas. Plin. ducentis nummis venisse ait. Valerius Max. ducentis denariis. Frontinus autem sic: *Casilini obsidente Hannibale tantã inopiam perpessi sunt, vt centum denariis murem venisse. proditum memoriæ sit, eius que venditorem fame periisse, emtorem autem vixisse.*

ἰδὼν δ' αὐτοὺς πλησίον τοῦ τείχους) Liuius libro XXIII. hanc rẽ ita narrat vt Delijo natatore ille locus opus habeat: quod cum à Glareano rectè esset animaduersum, non debuit Sigonius contra dicere: cum præsertim nihil ipse noui afferret.

ὡς πλεισοφοροῦσι τὰς γογγύλας) Veteres cod. ὡς πλεισοφοροῦσι οἱ γόγγυλοι. non probo.

Κάλλης τε) Certum est Cales intelligi quare vel Κάλης legendum, vt apud Ptol. vel Καληνία. Stephan. Καληνία πόλις Αὐσονικῶν. rectè Stephan. Sic Liuius libro VIII. de Ausonibus loquens, *Ea gens Cales vrbem incolebat.*

καὶ Ἀτίλα) Scribo Ἀτέλλα, vt apud Latinos & Ptolem. Stephanus Ἀτέλλα πόλις Ὀπικῶν Ἰταλίας μεταξὺ Καπύης καὶ Νεαπόλεως.

I. j.

ϗ Ἀβέλλα) Silio Ital. Auella,

——& pauper sulci cerealis Auella.

τοὺς δ' ῥίψαντας τὰ ὅπλα) Prænestinos. vide Epitom. LXXXVIII. Plutarch. in Sylla & Appianum.

ϗ γὰρ τοι νῦν κῶμαι γεγόνασιν αἱ πόλεις) Scripti libri habent, ϗ τούτων εἰς κώμας γεγόνασιν αἱ πόλεις. quomodo si scripsit Strabo, elegantissimum vsurpauit hebraismum. Similia in sacris literis multa, Lucæ cap. III. ϗ ἔσαι τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, ϗ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας.

Βοΐανον) Ptol. Βούιανον Bouianum Latinis. Plinius *Colonia Bouianum vetus, & alterum cognomine Vndecumanorum.*

Ἐσπρνία) Malim Ἐσερνία. Et Αἰσερνία lege vt alibi cum Ptolemæo. Nam prima syllaba est longa. Silius Italicus libro VIII.

——aut quos Esernia, quósue
Obscura incultis Herdonia misit ab agris.

Hinc Esernini Plin. Apud Diodorum solenne est vt Latinarum vrbium nomina sint corrupta, & in hac quoque peccatum est lib. XX. Nam Σερεννία legitur pro Ἐσερνία.

Παύνα) Quæramus de Pauna amplius.

Τελεσία) Meminit Ptolemæus.

ϗ Οὐενουσία) Quam lib. sequenti πόλιν ἀξιόλογον appellat. Hæc est quæ Horatium tulit.

τὰ φυόμενα τῷ ἔτει τούτῳ καθιερῶσαι) Fortasse τὰ γινόμενα, & nescio an scripserit τῷ ἔαρι potius quam ἔτει. quin enim Ver sacrum intelligat, ne dubitandū quidem est. Nam ita eandem historiam narrat Sisenna apud Nonium, *Quondam Sabini feruntur vouisse, si res communis melioribus locis cōstitisset, se ver sacrum facturos.* vide etiam lacera Festi fragmenta in Samnites. De vere autem sacro præter Nonium & Festum lege Liuium libro XXII. & alibi, itémque Solinum.

¶PAG. 175. Σαυνίτας δ' ἀπ' ἄλλης αἰτίας ὡς οἱ Ἕλληνες Σαμνίτας λέγουσι) Mirum mihi videtur cum Σαυνίτας agnoscat Stephan. per αυ: tamen apud hunc autorem perpetuò Σαυνίτας scribi: quod & apud Polybium aliquot locis offendes: deinde quid est quod ait istos à Græcis Samnites appellari? quasi non etiam à Latinis ita vocentur. Ego scio à Græcis Σαυνίτας potius fuisse appellatos ἀπὸ τῶν σαυνίων. Vide Festum. Et vt liberè dicam de hoc loco quod sentio, eum ita existimo legendum. Σαμνίτας δ' ἀπ' ἄλλης αἰτίας ὡς οἱ Ἕλληνες Σαυνίτας καλοῦσι. Verum est enim quos Larini Samnites appellabant, eos à Græcis Saunitas fuisse appellatos. Eustathius in illud Dionys.

Σαυνῖται δ' ἐπὶ τοῖσι μέσην χθόνα ναιετάουσι,

Μετὰ τοὺς Συβαρίτας μέσην χθόνα οἰκοῦσιν ὁ Σαυνῖται, οὓς διὰ τοῦ μ οἱ Ῥωμαῖοι λέγουσιν ὡς ϗ ἡ γραφὴ τοῦ Διονυσίου δηλοῖ. Plinius non Samnites, sed Samnitum Sabellos tantum à Græcis Saunitas appellari annotat.

Ἴρπον γὰρ καλοῦσιν οἱ Σαυνῖται τὸν λύκον) Festus, *Irpini appellati nomine lupi, quem Irpum dicunt Samnites: eum enim ducem secuti agros occupauere.*

ὡς ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλουν σφᾶς ζεύγη μονομάχων) Luxum hūc Campanorum, & mox Romanorum, notat Silius libro XI. non procul à principio.

Quinetiam exhilarare viris conuiuia cæde
Mos olim, & miscere epulis spectacula dira
Certantum ferro, sæpe & super ipsa cadentum
Pocula, respersis non parco sanguine mensis.

A Similia etiam de aliis narrantur. Strabo libro III. de Hispanis, κλαδεῖς δέ τις εἰς μονομαχίας, ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς πυράν. pag. 113. fine

ὕστερα δὲ ϗ κατεκληρουχήθησαν τῆς γῆς) Ait ὕστερα: qua ex voce apparet non loqui eum de iis quæ refert Liuius lib. XXVI. sed de iis potius quæ Dio libro XXXVIII. qui autor est Campaniæ agrum Coss. Cæsare & Bibulo iis fuisse diuisum qui tres pluréSue liberos haberent: ϗ
B διὰ τοῦτο inquit, ϗ ἄποικος Ῥωμαίων ἡ Καπύη τότε πρῶτον ἐνομίσθη.

τὸ τῶν Πικεντίνων ἔθνος οἰκεῖ) Strabo Picentinos hoc loco appellat, cum eos qui ad Adriam habent: tum istos qui ex illis sunt profecti & ad Tyrrhenum mare habitarunt. Ptolem. verò illis Πικηνοὶ dicuntur: hi Πικεντῖνοι. in quo conuenit ei cum Plinio qui Picenos & Picentinos ita distinguit: & ex veterib. cod. supra aliquot locis Πικηνοὺς legendum esse notauimus pro Πικεντίνους. Stephanus Piceaos videtur Πικέντας appellare. Li-
C uius & Mela superiores, Picentes appellant & eorum regionem inferiorum Picentiam: vnde Picentini dicantur tum Picentes: vt errent vehementer qui Picentinos inferi maris accolas Picentes Latinè nūcupant: etsi Strabo paulò post Πικέντας eos vocauit.

ὁ νῦν Ποσειδωνιάτης καλεῖται) *Pomponius*, Pæstanus sinus Pęstum oppidum. *Plin.* Oppidum Pæstum Græcis Posidonia appellatum, sinus Pæstanus.

μεταξὺ δὲ τῶν Σειρηνουσσῶν) Quis neget Sirenusas hic appellari promōtoriū Mineruæ? Apertius etiā mox vbi di-
D citur à Sirenusis ad Silarum stadia esse CCLX. Nam ibi quoque de Mineruæ promontorio intelligendum esse nemo non videt.

τὸ καθιέμενον εἰς αὐτὸ φυτὸν ἀπολιθοῦσθαι) Plinius libro II. cap. CIII. *In flumine Silaro vltra Surrentum non virgulta modò immersa, verum & folia lapidescunt, alias salubri potus eius aqua.* Silius Italicus lib. VIII.

Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt
Duritiem lapidum mersis inolescere ramis.

Similia de aliis fluuiis, cum ab aliis tum ab Strabone
E narrantur. Aristoteles autem Κῆτον appellat Silarum: Refert enim ille fluuium esse in Campania qui Cetus nominetur, qui iniecta, primum quidem obducat lapideo cortice, deinde autem in silicem penitus commutet.

γραμματοφόροι ϗ Λευκανοὶ ϗ Βρέττιοι) Ait Picentinos Lucanos ac Brutios publicos cursores & viatores esse factos. De Picentinis ac Lucanis nihil memini legere: De Brutianis in promptu est Festi locus, & A. Gellij
F lib. X. cap. II. *Cum Annibal,* inquit, *Pœnus cum exercitu in Italia esset, & aliquot pugnas popul. Rom. aduersus pugnauisset, primi totius Italiæ Brutij ad Annibalem desciuerunt. Id Romani ægrè passi postquam Annibal Italia decessit, superatíque Pœni sunt, Brutios ignominiæ causa non milites scribebant, nec pro sociis habebant, sed magistratibus in prouincias euntibus parere & ministrare seruorum vicem iusserunt.*

εἰσὶ δ' ἀπὸ Σειρηνουσσῶν ἐπὶ Σίλαριν στάδιοι διακόσιοι ξ) Plinius, *A Surrento ad Silarum amnem* XXX. M. P. *ager Picentinus fuit.* quod à summa Straboniana parum aberrat.

ISAACI

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS ET CASTIGATIONES IN LIBRVM VI. GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

META δὲ τὸ στόμα τοῦ Σιλάριδος) Libri sexti initium hinc duxit Strabo, non alia opinor, ratione ductus, quàm τοῦ συμμέτρου στοχαζόμενος, cum proposuisset sibi Italiam cum propinquis omnibus inferi maris insulis duobus libris describendam. Describuntur ergo hoc libro Italiæ illa duo cornua in quæ diuidi eam dictum est libro superiore. Littus autem more suo legit, orsus ab ostiis Silari, qui in mare Thyrrhenum se exonerat: vnde ad Frentanos qui superum mare accolunt semper vt dixi littus legens nos deducit: insulas vicinas prout sese commodè offerebant omnes describens.

Λευκανία, καὶ τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν τῆς Αργονίας) Videtur ad ostium Silari fanum Iunonis fuisse: sed in vtrorū agro fuerit, Lucanorum ne an Picentinorum qui Silaro amne diuidebantur, haud facile quis dixerit. Nam Strabo quidem disertè Lucanis ascribit: at Plinius non minus apertè Picentinis. *Ager*, inquit, *Picentinus fuit Tuscorum, templo Iunonis Argiuæ ab Iasone condito insignis.* ex quibus verbis hoc quoque discimus apud Strab. legendum esse Ἥρας ἱερὸν τῆς Ἀργείας. veruntamen cum constet ab Iasone fuisse istud templum exstructum, videndum est, num potius seruatis veteris lectionis vestigiis Ἀργῴας sit legendum, & in Plin. Argoæ.

νῆσος Λευκωσία) Leucosiam (vel Leucasiā) volunt nonnulli vnam esse è tribus insulis quas diximus Straboni Sirenas appellari: Plinius idem ait quod Strabo, *Contra Pæstanum sinum Leucosia est, à Sirene ibi sepulta nominata.*

τῆς δὲ νήσου προκειμένου τὸ ἀκρωτήριον ταῖς Σειρηνούσαις καὶ ποιοῦν) Ex postremis illis verbis καὶ ποιοῦν satis apparet locum esse non sanum. Sed & reliqua obscuriora sunt. An enim hoc vult, Leucosiæ insulę promontorium esse Sirenusis obiectum? An hoc potius, Leucosiæ insulæ obiectum esse promontorium Sirenusarum, quod promontorium Pæstanum sinum efficit? Id si est, legendum fuerit τὸ ἀκρωτήριον τῶν Σειρηνουσῶν τὸ ποιοῦν. Ita erunt omnia plana & perspicua. Nam promontoria sunt, non insulæ, quæ sinum efficiunt. Pæstanum autem sinum dixit supra Mineruæ promontorio ab occidente effici: de quo vide quæ superiori libro notauimus.

ἣν οἱ μὲν κτίσαντες Φωκαεῖς Ὑέλην) Hæc temporibus Herodoti adhuc vocabatur Ὑέλη. Apud Laertium nostrum Ὕλη corruptè pro Ὑέλη legitur in Parmenide: καὶ οὗτος, ait, τὴν πατρίδα μὲν Ὕλην, ὕστερον δὲ Ἐλέαν Φωκαέων κοινὴν ἀποικίαν. Apud Steph. hæc nomina eius reperies, Ὑέλη, Ἐλέα, Βελία. Apud Plin. Helia, Velia. Vide Seruium.

ἐν οἷς δ' Ἀντίοχος Φωκαίας ἁλούσης) Mirum est Antiochum potius citari quàm eum a quo habet Antiochus. Nam Antiocho antiquior est Herodotus, qui hanc rem narrat libro primo: Sed Strabo aliàs alienus à fabulis Herodoti, hìc quoque Antiochum libentius sequitur, quia is de Italia accuratissimos ediderat commentarios, vt ex Dionysio Hal. & Strabone ipso discimus. neque erat Antiochus recens autor, cum Dionys. eum appellet πάνυ ἀρχαῖον,

πλεύσαι πρῶτον εἰς Κύρνον καὶ Μασσαλίαν) Ex Herodoto suspicor legendum εἰς Κύρνον καὶ Ἀλαλίαν vel Αἰθαλίαν, non Μασ. Id quidem lippis notum est & tonsoribus, Massiliam a Phocæensibus esse conditam. Cæterum id opinor nihil ad hunc locum facit. Nam illius classis duces Simos & Prosis, huius Creontiades.

ἀκρωτήριον Παλίνουρος) Virgilius lib. VI.

Et statuent tumulum, & tumulo solemnia mittent,
Aeternumque locus Palinuri nomen habebit.

πρὸ δὲ τῆς Ἐλεάτιδος αἱ Οἰνωτρίδες νῆσοι δύο) Plinius, *Contra Veliam Pontia & Iscia, vtræque vno nomine Oenotrides, argumentum possessæ ab Oenotriis Italiæ.*

Πυξοῦς ἄκρα καὶ λιμὴν καὶ ποταμός) Plinius oppidi tantum meminit, *Oppidum Buxentum, Græcè Pyxus.* Ptolem. Βυξεντον.

Μίκυθος ὁ Μεσσήνης ἄρχων τῆς ἐν Σικελίᾳ) Apud Steph. legitur, Πυξοῦς, πόλις Σικελίας κτίσμα Μικύθου. puto autem legendum πόλις Ἰταλίας κτίσμα Μικύθου.

Λᾶος κόλπος καὶ ποταμὸς καὶ πόλις) Plin. *Laus amnis fuit & oppidum eodem nomine.*

ἄποικος Συβαριτῶν) Apparet ex istis Herodoti, ὡς ἀπεδέξαντο τὴν ὁμοίην Συβαρῖται, οἳ Λᾶον τε καὶ Σκίδρον οἴκεον τῆς πόλεως ἀπεστερημένοι.

¶PAG. 175. Χῶνες δὲ καὶ Οἰνωτροὶ τοὺς τόπους ἐνέμοντο) Videtur duos facere populos, Chones & Oenotros. At philosopho Chones Oenotrorum pars sunt, ἦσαν δὲ, inquit, Χῶνες Οἰνωτροὶ τὸ γένος. eósque ait obtinuisse τὸ περὶ τὴν Ἰαπυγίαν καὶ τὸν Ἰόνιον. vulgò tamen apud Aristotelem legitur Χάονες, quod rectè censent viri docti è Strabone esse emendandum. cuius lectionem multa confirmant. Antiochus quoque Syracusanus paullò infra Chonas Oenotricam gentem esse testatur: & ita iste locus accipiendus.

ἐπὶ γὰρ ταύτην λαὸν στρατεύσαντες) Non video quid necesse sit hanc lectionem mutare: respicit enim verba oraculi quod dicebat fore vt multus λαὸς periret ad Laum: Itaque inquit λαὸν στρατεύσαντες, hoc est cum multus populus in expeditionem esset profectus: deinde addit quinam essent illi λαοί.

ἐπὶ τῆς δευτέρας) Manuscripti τῆς ἑτέρας.

τὴν μεγάλην Ἑλλάδα ταύτην ἔλεγον καὶ τὴν Σικελίαν) Magnæ siue maioris Græciæ nomine quid intellexerint veteres non conuenit inter auctores. Strabo ait Italiæ partem qua de nunc tractat, & Siciliam eo nomine comprehendi. Plinius Italiæ tantum partem, eámque multesimam: ita enim scribit Italiam dilaudans, *Ipsi de ea iudicauere Græci, genus in gloriam suam effusissimum, quotā partem ex ea appellando Magnam græciam.* *Italia*, inquit Seruius, *μεγάλη Ἑλλὰς est appellata, quia à Tarento vsque ad Cumas omnes ciuitates Græci condiderunt.* Seneca de Consolatione ad Alb. *Totum Italiæ latus quod infero mari alluitur, maior Græcia fuit.* Athenæus lib. XII. de Siritarum luxu disserens, μετ' ὀλίγον δὲ, inquit, περὶ τὴν τρυφὴν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν τῆς σύμπαντος τότε κλίματος καὶ τὸ πλῆθος ἐπέβατο τῶν ἀνθρώπων. διὸ καὶ μεγάλη Ἑλλὰς ἐκλήθη πᾶσα σχεδὸν ἡ κατὰ τὴν Ἰταλίαν κατοίκησις. De Ptolemæo nō est obscurum quid ille magnæ Græcię nomine complectatur. Vide & Festum.

καὶ γὰρ αὐτοὶ Ῥωμαῖοι γεγόνασιν) Rectè: nam lib. priore de Campanis dictum est Romanos eorum γῆν καταλαβέσθαι ἤδη.

ὅμως δεῖ) Lege ὅμως δή.

εἰσὶν οἰκοῦντες τ. Ταρ. κόλπου.) Probo scriptam lectionē εἰσὶν οἱ περιοικοῦντες τ. Alij, οἱ εἰκοῦντες ἐγγύς. Interpres videtur legisse ἄνω vel ἐγγύς.

οὐδὲν ἔτι σύστημα κοινὸν τῶν ἰδίων ἐθνῶν συμμένει) Sic Liuius de Capua. *Cæterùm habitari tantum tanquam vrbem frequentarique placuit: corpus nullum ciuitatis, nec senatus nec plebis cōsilium, nec magistratus esse.*

τά τε ἴδια διαλέκτων) Legit prior τά τε ἔθη. quod non improbo.

A ἐλθεῖν περὶ τὸν πελάγιον) Ita habent omnes libri etiam scripti: & hanc lectionem confirmat geminus huic locus lib. XIIII. Verba eius sunt, Ὥστε δῆλον ὅτι τοὺς ἐν θαλάσσαις ... ὁμοίως ὁ μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου, ... διὰ τὸ ... τῆς ἐκ τῆς Ῥοδίας χερρονήσου μέχρι τοῦ Κύδνου ... τὴν ... τῷ μέχρι Ἰσσοῦ ... περὶ τὸν πελάγιον. vbi vides similiter exeuntem τὸ ...

κτίσμα δ' ἐστὶ Φιλοκτήτου φυγόντος τὴν Μελίβοιαν κατὰ στάσιν) Melibœa vnde fugit Philoctetes vrbs fuit Thessaliæ. B Vide Seruium in illud.

—— *hæc illa ducis Melibæi*
Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro.

Κρίμισσαν περὶ αὐτοὺς τοὺς τόπους, Stephanus, Κρίμισσα πόλις Ἰταλίας πλησίον Κρότωνος καὶ Θουρίων. Cremissam autem à Philoctete fuisse quondam habitatam Lycophron quoque indicat. Sic ille de Philoctete,

τὸν δ' αἰσάρου τε ῥεῖθρα καὶ ...
...
Κρίμισσα ... δέξεται μιασμένον.

C καὶ Χῶνιν πόλιν ἀπ' αὐτῶν) Lege Χώνην. vt habet Stephanus locum Strabonis citans.

Αἰγέστην τοιγάρτοι Vide in rebus Siculis.

καὶ Γρουμεντὸς) Grumentum passim leges & Drumentum, siue Drumetum.

καὶ Οὐερτῖναι) Puto esse Vrsentinorum oppidum quos, inter Lucanorum mediterraneos refert Plinius.

D τὸ ...) Ideo priore libro inter Samnitum vrbes Venusiam recensuit. Horatius, Sabellos Venusiam prius tenuisse, deinde à Rom. inde pulsos fuisse autor est. Sabellos autem scimus Samnitum fuisse partem. Sic Horatius,

——*sequar hunc Lucanus an Appulus anceps:*
Nam Venusinus arat finem sub vtrumque colonus,
Missus ad hoc, pulsis (vetus est vt fama) Sabellis
Quo ne per vacuum Romano incurreret hostis.

ἡ Ταυριανὴ χώρα ἵδρυται) Stephanus Ταυριανὴ πόλις Ἰταλίας: Melæ est Taurianum. Plinij locus ambiguæ est lectionis: Vide Hermolaum.

E οἱ δὲ λέγεσθαί φασιν ἀπὸ Λευκίου ... Σαυνίτου) Plinius Lucanos, ait, à Samnitibus esse ortos, Lucio duce, vnde Lucani sint appellati.

φησὶ δ' Ἀντίοχος ἐν τῷ περὶ Ἰταλίας συγγράμματι) Videtur titulus huius libri fuisse. Ἰταλιωτικά. ita enim laudatur à Dionysio. Etsi autem nobis liber Antiochi periit: tamen illum ipsum locum quem citat Strabo reperimus apud Dionysium. Verba Antiochi hæc sunt. Ἀντίοχος Ξενοφάνεος τάδε ξυνέγραψε περὶ Ἰταλίας ... ἀρχαίων λόγων τὰ πιστότατα καὶ σαφέστατα. Τὴν γῆν ταύτην ἥτις νῦν Ἰταλία καλεῖται, τὸ παλαιὸν εἶχον Οἰνωτροί.

F ¶ PAG. 176. ἐν Ἀντίοχος Ναπητίνῳ ...) Antiochi verba apud Dionysium, de Italo ... τὴν γῆν, ὅσοι ἐντὸς ... τῷ κόλπῳ, τοῦ τε Ναπητίνου καὶ τοῦ Σκυλλητίνου. ... Ἰταλίαν ... τοῦ Ἰταλοῦ. Non prætermittam elegantiss. super hoc Aristotelis locum. Is ex antiquissimis auctoribus docet, Italiam ab Italo rege esse appellatam quæ prius Oenotria dicebatur. Oenotros autem habitasse, inter duos sinus Sylleticum & G Lameticum: qui sinus non maiori interuallo separentur, quam dimidiati diei itinere hanc ergo regionem totam postea Italiam ait esse appellatam. Verba philosophi sunt. φασὶ γὰρ οἱ λόγιοι τῶν ἐκεῖ κατοικούντων, Ἰταλόν τινα γενέσθαι βασιλέα τῆς Οἰνωτρίας, ἀφ' οὗ τό τε ὄνομα μεταβαλόντας Ἰταλοὺς ἀντ' Οἰνωτρῶν κληθῆναι, καὶ τὴν ἀκτὴν ταύτην τῆς Εὐρώπης Ἰταλίαν τοὔνομα λαβεῖν, ὅση τετύχηκεν ἐντὸς οὖσα τοῦ κόλπου τοῦ Σκυλλητικοῦ καὶ τοῦ Λαμητικοῦ· ἀπέχει γὰρ ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων ὁδὸν ἡμισείας ἡμέρας. Lameticum autem sinũ vocat Aristoteles, quem Napetinum Antiochus, alij Hipponiatem: Non dubium est ita appellari à Lametinis qui Lametiam vrbem Lucanorum habebant: testis Lycophron.

... Τέμεσαν ... Λαμητίας
...

ait poeta ... Λαμητίας. hoc est dicere sinum Lameticum.

A cum. Philogenes autem Lametum Italiæ fuisse oppidum autor est. vnde sinus nomen. Errat igitur Stephanus ... , qui Lametinos populos vult ad sinum Sylleticum pertinere Crotoniatis vicinos. errat inquam Stephanus, & qui eum sequuntur. Habemus ergo & quem sinum Lameticum, & quare ita eum appellet Aristoteles: quod hactenus docti viri videbantur tantum quæsiuisse. nos autem primi indicauimus. Porro isthmus quem testatur Aristoteles esse ἡμισείας B ὁδοῦ is est quem Strabo ait esse stad. CLX. Plin. XX. M. P. De Sylletico ita leges locum Diodori Siculi lib. XIII μετὰ δὲ ταῦτα τὸ καλούμενον Σκυλλητικὸν καὶ λιμένας παραλλάξει. nam vulgo malè ... legitur.

μέχρι τῆς Μεταποντίνης καὶ τῆς Σειρίτιδος) Nimis certũ est scripsisse Strabonem καὶ τῆς Σειρίτιδος. Paolo post de Metaponto scribit, ... τῆς, ἑξῆς καὶ τὴν Σειρῖτιν & alibi passim isto libro.

C καὶ τὴν γῆν ὀνομάσαι Χώνην) Vide fatum huius vocis: bis à Strabone posita, bis ab imperitis hominibus est corrupta. Legendum enim hic quoque Χώνην: Ita enim scripsit Antiochus quem citat Strabo. Hesychius, Χώνην, τὴν Ἰταλίαν ... ὡς φησὶν Ἀντίοχος ὁ Ξενοφάνεος ἐν τῷ περὶ Ἰταλίας. Ita autem scriptum a Strabone fuisse, ecce locupletissimum testem. Stephanus, Χώνη πόλις Οἰνωτρῶν, ὡς Στράβων μεταγενεστέρῳ ... (scribe ἕκτῃ) Καὶ τὴν γῆν ὀνόμασι (lege ὀνομάσαι) Χώνην.

Βρεττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς ἀποστάτας) Diodorus Siculus lib. XVI. hanc totam pluribus referens historiam, καὶ προσηγορεύθησαν, inquit, Βρέττιοι, διὰ τὸ πλείστους εἶναι δούλους. κατὰ γὰρ D τὴν ... διάλεκτον οἱ δραπέται Βρέττιοι προσηγορεύοντο.

... Δίωνα Διονυσίῳ) Contigit Brutiorum defectio anno primo Olympiadis CVI. quo anno coactus est Dio cum Syracusanis bellum gerere. vide Diodorum.

Τεμέσην Τέμψαν δ' οἱ νῦν καλοῦσι) Plinius. *Oppidum Tempsa, à Græcis Temese dictum.*

Πολίτου τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων) Putaoi aliquando esse legendum, πολίτου τοῦ τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων hoc est ciuis cuiusdam sui qui vnus erat è sociis Vlyssis: & de Sebeno E accipiebã, quem heroem Priscianus lib. VI. scribit, socium fuisse Vlyssis ac Temesæ habitasse. Sed vulgatam lectionem agnoscit etiam Eustath.

μηδένα ... τὸν ἐν Τεμέσῃ) De vi huius prouerbij parum constat inter autores. Eustath. ... vsurpatũ admonet: Ælianus ... κερδαινόντων. Sed hic aliud potius prouerbium explicat, ita enim extulit, ... ὁ ἐν Τεμέσῃ ἥρως. Deesse autem aliquid manifestum est: vox tamen λεγόντων ne sit suspecta similes loci impediunt, vt libro se-F quenti ... αὐτοῖς ἐν παροιμίᾳ ... λεγόντων ... τοῖς ...

ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκόν) Statius in Syluis de statua equestri Domitiani,

Et quis se totam Temese dedit hausta metallis.

ἡ τῆς ἐν Κύπρῳ Ταμασοῦ) De Tamaso Cypriaca vide lib. XIIII. extremo. Vide etiam Stephanum Τάμασος.

ἣν Ἀννίβας κατέσκαψε) Tunc opinor, cum & Herdoneã, vide Liuium XXVII. & Stephanum. Ab hac sinus Te-G rineus dictus, Plinio & Thucydidi.

ἐξηπάτησε δὲ καὶ τοῦτον) Ait καὶ τοῦτον, quia & multi alij isto modo decepti, vide Eusebium. Oracolum autem quo deceptus est Alexander Molottus Epiri rex, fuit hoc,

Αἰακίδη προφύλαξο μολεῖν Ἀχερούσιον ὕδωρ
Πανδοσίην θ' ὅθι τοι θάνατος πεπρωμένος ἐστί.

historiam habet Liuius lib. VIII. Iustin. lib. XII.

¶ PAG. 177. Ἱππώνιον) Latinis Hippo. Plinius, *Hippo quod nunc Vibonem Valentiam appellamus.* Sed Stephan. habet Ἱππώνιον Scribendum autem Οὐιβῶνα non ... Sic enim & Latini Vibonem, & Stephan. Οὐιβῶνα. Scribe etiam in Ptol. Οὐιβῶν Οὐαλεντία.

στρατηγὸς ἐνταῦθα ...) quod Athenis olim, vt hodie Lutę-

Lutetiæ,fuisse vsitatum, vel Aristophanis fabula Thesmophor.docet:ait ibi mulier στεφανηπλόκος in criminatione misellι Euripidis,

ἐκεῖ γὰρ ἀνὴρ ἀπέθανεν μὲν ἐν Κύπρῳ
παιδάρια πέντε καταλιπὼν· ἃ γὼ μόλις
στεφανηπλοκοῦσ' ἔβοσκον ἐν ταῖς μυρρίναις.

Μέδαμα πόλις Λοκρῶν τῶν αὐτῶν) Lego Μέδαμα πόλις Λοκρῶν καὶ αὐτῶν ὁμώνυμος κρήνη. Nam Medama plurale est:licet sequatur Μεδάμαν,& Μεδάμας. Nam vt sæpe monui harum vocum nulla est certa analogia.

τὸ Σκύλλαιον πέτρα)Plinio est oppidum.Ptolem. Σκύλαιον ἄκρον.

Ἀπὸ δὲ Καίνυος μέχρι τοῦ Ποσειδωνίου) Paullò aliter Plin.quem si sequimur post Scyllæum prius occurrit Columna Rhegia quam Cænys promontorium. Ita ille, *Oppidum Scyllæum, Cratæis* fluuius mater vt dixere Scyllæ,Dein Columna Rhegia. Siculum fretum,ac duo aduersa promontoria ex Italia Cænys, ex Sicilia Pelorum.

ἀπὸ δὲ στηλίδος ἑκατὸν εἰς Ῥήγιον) hoc est M.P.XII. & semis.Rectè.Plinius quoque à promontorio Cęny Rhegium XII. M. D. pass.esse scribit.

κατασπασθέντες ὑπὸ τῶν)Historia relata est à Strabone libro octauo, Pausania in Messeniacis,Iustino lib.III.

¶PAG.178.καὶ μόργητας δίφρας)Lego οἰκῆσαι Σικελοὺς φησὶ καὶ Μόργητας·δίαραι δ' εἰς Σ. Morgetes eosdem fuisse appellatos qui prius Itali, testatur idem quem citat Antiochus.Morges enim Italo successit, à quo Morgetes dicti qui prius Oenotri. Porrò & Morgetes & Siculos ex Italia in Siciliam traiecisse etiam ex Thucyd.& Dio doro Siculo notum est.

φασὶ δὲ τινὲς καὶ τὸ Μοργάντιον)Vide infra. Apud Steph. per ε est Μοργέντιον.

ἀπορραγῆναι γὰρ ὑπὸ τῆς ἠπείρου τὴν Σικελίαν)Claudianus,

——*Trinacria quondam*
Italiæ pars vna fuit:sed pontus & æstus
Mutauere situm:rupit confinia Nereus,
Victor,& abscissos interluit æquore montes.

ἀφ' οὗ δὴ Ῥήγιον κικλήσκεται) Verba Æschyli:quod parum videntur interpretes animaduertisse.

ὡς ἂν βασίλειον τῇ Λατίνῃ φωνῇ) Ipsi Romani aliter iudicarunt. Nam Græcam esse vocem eo ipso fassi sunt quod perpetuò cum aspiratione scripserunt. Iustinus, *Rhegium dicitur ideo quia Græcè abrupta hoc nomine pronuntiantur.*

¶PAG.179.ἐποίκοι Λοκρῶν ἄποικοι τῶν ἐν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ) hi sunt Locri Ozolæ: à quibus profectos ait Locros Epizephyrios.Dionysius poeta,seruos hos illorum fuisse autor est,qui dominis absentibus cum eorum vxoribus consuetudinem habuissent: Inde metu pœnæ in Italiam esse profectos:

Κεῖθεν δ' ἐς Βορέην Ζεφύρου προφαίνεται ἄκρη
Τῇ δ' ὑπὸ Λοκροὶ ἔασιν, ὅσοι προτέροις ἐπ' ἔτεσιν
Ἦλθον ἐπ' Αὐσονίην, στυγερῆς μιχθέντες ἀνάσσαις.

Διονύσιος ἐκπεσὼν ἐκ τῆς Συρ.)Locros à Dionysio fuisse euersos testatur etiam Aristot.Π·λ.lib.v.cuius calamitatis causam affert, κηδείαν πρὸς Διονύσιον. Doris sanè prioris Dionysij vxor Locris fuit. Euersi autem sunt Locri à Dionysio minore vt docet Athen.

ὅτε προσγάμων)Cũ cõstet voce γάμος sæpe συνουσίαν intelligi :testentúrque Athen.& Ælianus Dionysiũ puellas Locrorum stuprare solitum,puto hic honesto verbo προγαμεῖν rem minus honestam intelligi. Legẽdum autem τὰς νυμφοστολήσεις.

κατακεντήσας γὰρ ἐσφαγγάλισαν) Crudeliter id quidem:cæterum nihil hæc ad ea quæ narrat Ælianus: qui pro ἐσφαγγάλισαν habet κεντοῦντες αὐτὰς ὑπὸ τοῖς ὄνυξι τοῖς τῶν χειρῶν βελόναις ἀπέκτειναν, quo ex loco discimus non hodie atque heri inuentum hoc tormenti genus, apud Turcas hodie vsitatum. Idem cum Æliano scribit Athenæus libro XII.

ὧν Ζάλευκος συνέταξε)Lege Diodorum lib.XII.

ἄξιν δὲ περὶ αὐτὰς . . . . . ἱστορεῖν)Paucula desunt: quæ

A quę sic rectè & ex mẽte opinor Strabonis suppleueris ἄξιν δὲ τὰς αὐτὰς εἶναι ἀεὶ τὰς ζημίας ὅπερ ἄξιον ἱστορεῖν. Καὶ τὸ ἀκριβὲς θέλοντας ἀεὶ τῶν ἀκρων)Eleganter ἀκριβοδικαίους homines προσφορίζει.

χείρονας δὲ)Verè enim dixit ille, *Summum ius summa iniustitia.*

¶PAG.180 τοῦ δὲ Ἄληκος ποταμοῦ τοῦ διορίζοντος)Alecis meminit Dionys. de Locris Epizephyriis loquens,

Τῶν καὶ νοῦ γῆρας ἐστὶν ὅτι προχέων Ἄληκος.

διορίζοντος τὴν Ῥηγίνην ἀπὸ τῆς Λοκρίδος) Diodorus libro

B IIII.rem aliter narrat. Ait enim contigisse aliquando vt Hercules fessus de via quiesceret paululum in confinio Locrorum & Rheginorum vbi cum cicadæ assiduo cantu nõ sinerent eum quiescere, iratus Hercules petiit à Ioue ἀφανεῖς γενέσθαι τοὺς ἐνοχλοῦντας αὐτόν. Inde strages cicadarum secuta est: atque ea est causa cur nullæ illo toto tractu ne hodie quidem reperiantur cicadæ inquit Diodorus:quàm verè ipse viderit. Plinius idem cum Strab. scribit.*Cicadæ ait, in Rhegino agro silent omnes:vltra flumen in Locrensi canunt.*

C τὸ δ' αἴτιον εἰκάζουσιν ὅτι) Causa cur cicadæ quædam βομβεῖν, à philosopho dicitur esse πνεῦμα quæ fit ἐν τῷ ὑποζώματι πρὸς τὸν ὑμένα·διὰ γὰρ τοῦτο inquit, καὶ τῶν τεττίγων οἱ ᾄδοντες ἄρρενες · θερμότεροι γάρ εἰσι,καὶ ἴσχουσιν αὐτοῖς ὑπὸ τὸ ὑπόζωμα·ταῖς δὲ μὴ ᾄδουσι τοῦτ' οὐκ ἔστιν ἄηχον. Locus est Περὶ ἀναπν.

παλίσκιον ἐστὶ τὸ χωρίον)Videtur Eustath.legisse ὀλέσκιον. Ita enim habet hunc locum describens. Sed verius est voluisse Eustath. illa voce vt notiori Strabonianã explicare. Hesych.Παλίσκιος,σύσκιος,συνηρεφής,ζοφώδης·

D τὸ γὰρ πάλιν ἐνιαχοῦ ἐπίτασιν δηλοῖ.

μὴ διαστέλλειν τοὺς ὑμένας)hæc est χίτων Aristotelis.

φησὶ δὲ Τίμαιος)Huius siue historiæ siue fabulæ multi meminere,Clemens Alex.Lucianus,Iulianus & Epigrammatarij poetæ: In nominibus citharœdorum nõ cõuenit inter omnes:Strabo(qui nõ tantum ex Timęo hæc habet quæ ait, sed ipsius etiam verbis vtitur vt paret ex Antigono) Aristonem Rhegium, & Eunomum Locrum vocat:Lucianus Arionẽ illum: hunc, poeta incertus Epig.Græcor.lib III.Eunomũ Spartin,

E Εὔνομον ὤπολλον σὺ μὲν οἶσθά με πῶς ποτ' ἐνίκων
Σπάρτιν ὁ Λοκρὸς ἐγώ.

Paulus vero Silentiarius lib.VI. ita canit,

Τὸν χαλκοῦν τέττιγα Λυκωρεῖ Λοκρὸς ἀνάπτει
Εὔνομος ἄθλου σύμας μνᾶμα φιλοστεφάνου.
Ἦν γὰρ ἀγὼν φόρμιγγος, ὁ δ' ἀντίος ἵστατο Πάρθις.

vbi tamen video Suidam legisse Πάρθις.

ὀλίσας τέττιξ ἀνεπλήρωσε τὸν φθόγγον)Epigrammatarius libro quarto.

Καί τις ἀπ' αὐτομάτου κιθάρας ἔπι τῆχου ἀΐσας·

F Τέττιξ ἐπλήρου τοῦ πρίνας δωρίνας

καὶ ἀναχθῆναι τὸν) Fortè ἀναδῆναι.

Μαμέρτιον)Stephanus Μαμέρτιον,πόλις Ἰταλίας. Paullò post vocantur isti Mamertini genus Campana, vbi de Mamertinis Siculis.

ἣν Βρεττάνιον Σίλαν καλοῦσι)Fortasse ὃν vt ad δρυμὸν referatur.ita enim res ipsa postulare videtur.Notum est Silam siue Sylam Brutiorum esse syluam vt Sallustius & Plinius vocant,vt Vibius Sequester,nemus.Nec dubium picem Βρυτίαν quam memorant scriptores ex

G hac Brutiorum sylua fuisse collectam: atque hoc est quod voluit Strabo.Sed cur addit Βρεττάνιον? In libris scriptis hic locus ita legitur, καὶ ὁ δρυμὸς ὁ φέρων τὴν ἀρίστην πίτταν,ἣν Βρυτίαν καλοῦσι, quæ lectio plana est & perspicua. Nam hoc indicare voluit, picem quam Bruriam (Dioscorides βρυτίαν cap.XCVIII.) vocant,in hac silua nasci.Syluæ autem nomen cum non expressisset, à docto aliquo est annotatum: vnde corruptus postea hic locus:quod priorem interpretem non fefellit.

ἐφ' οὗ βωμοὶ Διοσκούρων) Vocem βωμοὶ ex libris scriptis restituimus. Sic & prior interpres legit: quem debuit Xylãdersequi,quum esset ipse manuscriptis destitutus.

περὶ ὃν μυθεύουσι δ' ἔνιοι) Cic.de Natura Deo.lib.II. *Cũ ad flumium Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio deuicis*

sent, eo ipso die auditam esse pugnam ludis Olympiæ, memoriæ proditum est. libro tertio. *Nam de Sagra Græcorum etiam vulgare prouerbium, quum quæ affirmant certiora esse dicunt, quàm illa quæ apud Sagram.* Vide Iustinum lib. xx.

Καυλωνία, ὃ πρότερον δ' Αὐλωνία καλουμένη) De Caulonia lege Stephan. Plinius oppidum Caulonis appellat. Sic apud Virgil. Caulonis arces: vbi notat Seruius Caulonem montem esse Calabriæ cuius meminerit Horatius in descriptione Tarentinæ regionis,

——& amicus Caulon
Fertilis Baccho minimum Falernis Inuidet vuis.

hodie tamen apud Horatium legimus Aulon, & ita vidi in optimis membranis: eámque lectionem confirmant tum metri ratio, tum Martialis de Tarentino vino Epigramma,

Nobilis & lanis & fœlix vitibus Aulon
Det pretiosa tibi vellera, vina mihi.

Steph. autor est Cauloniam oppidum Aulonem quondam esse dictum.

ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐξέπεσον) Rara locutio ἐξέπεσον ἐν Σικελίᾳ pro eo quod erat, patria exciderunt, & in Siciliam se receperunt. Alius dixisset, ἐς Σικελίαν ἐξέπεσον, sicut Thucyd. οἱ δ' ἐξέπεσον Ἀθήναζε, quod est ἐκπεσόντες ἦλθον.

μετὰ δὲ ταύτην Σκυλλήτιον) Stephanus autore Eudoxo πόλιν Σικελίας esse scribit: nisi fallunt nos libri.

ἄποικος Ἀθηναίων) Plinius *Dein sinus & Scylaceum, Scylletium Athenienfibus cum conderent dictum.*

νῦν δὲ Σκυλάκιον καλεῖται) Virgilius,

——& nauifragum Scylaceum.

Caue autem confundas vt nonnulli faciunt, Scyllæum & Scylacæum: quorum illud saxum fuit, sinus Hipponiatæ siue Lametici: Scylacæum autem fuit in sinu Scylletico qui Tarentino fuit contiguus. Virgilius,

Hinc sinus Herculei si vera est fama Tarenti
Cernitur: attollit se diua Lacinia contra,
Caulonisque arces, & nauifragum Scylaceum.

καὶ ὁ κόλπος Σκυλλητικὸς ὠνόμασαι) Melæ Scylacæus. *Secundus Scyllaceus inter promontoria Lacinium & Zephyrium.*

καὶ τῶν Ἰαπύγων ἄκραι τρεῖς) Videntur esse quas appellat Thucydides lib. VIII. χοιράδας νήσους τῆς Ἰαπυγίας.

ἐπεχείρησε δ' ὁ Διονύσιος καὶ διατειχίζειν τὸν ἰσθμόν) Plinius de hoc isthmo, *XX. M. P. latitudo est. Itaque Dionysius maior intercisam eo loco adiicere Siciliæ voluit.*

¶Pag. 181. τὰ ἱερὰ Ἀρτεμίδος) Totus iste locus ita corruptus & mutilus est, vt sine codicũ meliorum ope emendari non possit.

ἐν ἑκατὸν καὶ ν σταδίοις ἀπὸ τοῦ Λακινίου) At Liuius sex tantum millia ab vrbe afuisse ait tẽplum Iunonis Laciniæ.

ἀρχὴ δ' αὐτοῦ τὸ Λακίνιον) Sinus Tarentinus à duobus promontoriis Lacinio & Sale efficitur. Mela.

καὶ ποταμὸς Αἴσαρος) Meminit huius Dionysius poeta & Theocritus εἰδ. IIII.

ὧ δᾶν, ἄλλοκα μὲν ἐπ' Αἰσάρῳ νεμόμεν.

Æsarus inquit scholiastes, fluuius est, qui per mediam Crotoniatarum vrbem fluit: est & alius in Sicilia huic cognominis. Ouidius Æsarin vocat Metamorphos. libro xv.

κατενεχθέντας γάρ τινας τῶν ἀπὸ τῆς Ἰλιακοῦ στόλου) Neæthum ita fuisse appellatum ait Theocriti scholiastes quod naues Græcanicæ in eo quondam arserint. Νήαιθον metri causa vocat Theocrit.

Νήαιθος ἀπὸ τοῦ πάθους) hoc est παρὰ τὸ τὰς ναῦς αἴθειν.

Μύσκελλος βραχύνωτος) Edidimus vt ferè Aldus: Non quod eius lectionem probemus: sed quia quo potissimum modo legi debeat non possumus affirmare. Inprimis obscura mihi sunt illa πάρες σῖθεν: nam mendosam quidem esse hanc lectionem video, quid autem substituam, hoc vero non video: lectionum tamen omnium malim hanc παρὲξ θεῦ. Κλάσματα autem esse expungendum cum sit glossema vocis ἄλλα rectè censet Xylander. ὀρθὸν si legas, placeret ita, ὀρθὸν δ', ὅ, τι δῷ τις ἐπαινεῖν.

A ἐπαινεῖν. & sic vett. Illud constat iampridem cepisse diuersis modis legi hæc carmina.

κτίσαι τὸν Κρότωνα) Quam ampla quondam fuerit vrbs declarant hæc Liuij. *Vrbs Croto murum in circuitu patentem duodecim millia passuum habuit ante Pyrhi in Italiam aduentum: post vastitatem eo bello factam, vix pars dimidia habitabatur: flumen quod medio oppido fluxerat extra frequentia tecta loca præterfluebat muros, procul iis quæ inhabitabantur.*

ὡς εἰκότως ἐρρήθη δοκεῖ) Fuit & aliud in eandem sen-
B tentiam prouerbium: μάταια τ' ἄλλα παρὰ Κρότωνα τ' ἄστεα.

καὶ τὸ τῶν Πυθαγορείων πλῆθος καὶ Μίλων) Vtrunque testatur Diogenes Laer. Vide Iustinum, Ælianum, alios.

ἐστερημένην ὑπό τινων) vt A. Gellio, & Theocriti scholiaste.

Ἀχαιῶν κτίσμα ἡ Σύβαρις) Et Trœzeniorũ. Aristoteles autor lib. De Rep. v. Τροιζηνίοις Ἀχαιοὶ συνῴκισαν Σύβαριν· εἶτα πλείους οἱ Ἀχαιοὶ γενόμενοι ἐξέβαλον τοὺς Τροιζηνίους. ὅθεν τὸ ἄγος συνέβη τοῖς Συβαρίταις.

C δυοῖν ποταμῶν μεταξὺ) Duo hæc flumina sunt Crathis & Sybaris. Diodorus Sic. lib. XI. Θετταλὸς συναγαγὼν τοὺς ὑπολοίπους τῶν Συβαριτῶν ἐξ ἀρχῆς ᾤκισε τὴν Σύβαριν κειμένην ἀνὰ μέσον ποταμῶν δυεῖν, τῆς τε Συβάρεως καὶ Κράθιος.

¶Pag. 182. τριάκοντα δὲ μυριάσιν ἀνδρῶν ἐπὶ Κροτωνιάτας ἐστράτευσαν) Diodorus Sic. lib. XI. πολλὴν δ' εὐπορίαν τῇ πόλει διὰ τὴν εὐτυχίαν, ὥστε τὴν πόλιν ἔχειν πολιτῶν τριάκοντα μυριάδας. Subiicit idem Diod. bellum postea susceptum à Sybaritis aduersus Crotoniatas quod sua vrbe pellere nollent quingentos illos viros, qui Crotonem confuge-
D rant. Ait autem Diod. στρατεῦσαι Sybaritas τριάκοντα μυριάσι. Crotoniatas autem solis δέκα μυριάσι duce Milone. historiæ huius meminit & Herodot.

χρόνῳ δὲ καὶ ὑπὸ διεφθάρησαν ὑπὸ Ἀθηναίων) Longè aliter historia Diodori. Is autor est Sybarin annis quinquaginta octo postquam à Crotoniatis fuerat euersa, habitari iterum cepisse à Thessalis qui paulatim ab iisdem Crotoniatis pulsi sunt, anno quinto post τὸν δεύτερον συνοικισμόν. Tertium autem συνοικισμὸν contigisse ait, missa Athenis decem nauium classe. Vide reliqua.

E καταφρονήσαντες δ' αὐτῶν) Tangit seditionem Thuriis ortam anno tertio Olympiadis LXXXVI. de qua lege Annales Diodori.

καὶ Θουρίους προσηγόρευσαν ἀπὸ κρήνης ὁμωνύμου) Diodorus Θούριον vocat. καὶ κτίσαντες πόλιν ὠνόμασαν ἀπὸ κρήνης Θούριον. Idem tamen alibi Θουρίους. ὅθι δὲ τόπον οἱ κατ' Ἰταλίαν τοὺς Θουρίους οἰκοῦντες. Vide plura apud Steph. & interpretem Theocriti εἰδ. e. Liuius Thurias solet dicere.

τοὺς πίνοντας ἵππους ἀπ' αὐτοῦ πτυρτικοὺς ποιεῖ) Legendum πτυρτικούς: Nam ita habet Aristoteles vnde ista omnia
F descripsit noster. Περὶ τὴν Θούριον πόλιν δύο ποταμούς φασιν εἶναι Σύβαριν καὶ Κρᾶθιν. ὁ μὲν οὖν Σύβαρις τοὺς πίνοντας ἀπ' αὐτοῦ πτυρτικοὺς εἶναι ποιεῖ· ὁ δὲ Κρᾶθις τοὺς ἀνθρώπους ξανθότριχας λευκότριχας. Eustathii qui habet πταρτικούς, ratio non debet haberi. Diuersa sunt quæ scribit Plin. XXXI. II.

μετονόμασαν Κωπιὰς τὴν πόλιν) Apud Steph. Κωπιαὶ per ω scriptum est.

Λαγαρία φρούριον Ἐπειοῦ καὶ Φωκέων κτίσμα) Stephanus, Λαγαρία φρούριον Σικελίας πλησίον Θουρίων, τὸ Ἐπειοῦ καὶ Φωκέων κτίσμα ὡς Στράβων. Mirum est toties apud eum scripto-
G rem Siciliæ nomen, loco Italiæ fuisse à librariis positum. Legendum enim hic quoque Ἰταλίας.

εἶθ' Ἡρακλεόπολις) Heracleopolim appellat quam mox Heracleam. sed notãdum est distingui à Strabone Sirin ab Heraclea. Plinius aliter, *Similiter est*, inquit ille, *inter Sirin & Acirin Heraclea, aliquando Siris vocitata.*

καὶ Σῖρις ἡ πόλις ἦν ὁμώνυμος Τρωική) Athenæus lib. XII. καὶ οἱ τὴν Σῖριν δὲ κατοικοῦντες, ἣν πρῶτοι κατέσχον οἱ ἀπὸ Τροίας ἐλθόντες. Idem mox, ὀνομασθῆναι δ' ἡ Σῖρις ὡς μὲν Τίμαιός φησι καὶ Εὐριπίδης ἐν Δεσμώτιδι Μελανίππῃ ἀπὸ γυναικός τινος Σίριδος· ὡς δ' Ἀρχίλοχος ἀπὸ ποταμοῦ.

διαφέρεται πολλαχοῦ) Nam & in Italia & in Thracia accidisse aiunt. Stephanus.

καὶ τὴν ἐπὶ Τεύθραντος Σύβαριν) An ergo aliqua fuit Sybaris

baris in Italia præter illam antiquam de qua ante dictum est? Præterea quid est ἐπὶ Τεύθραντος? Sanè si loquendi genus attendas videtur Teuthras fluuii nomen esse: cuius tamen nemo veterum Geographorum meminit: Teuthrantem tamen fluuiolum commemorat & Propertius, lib. pr.

Aut teneat clausam tenui Teuthrantis in vnda
Alterna facilis cedere Lympha manu.

Sed ille alius esse ab isto videtur: Quærant igitur docti viri amplius de istis cognominibus duobus fluuiis.

Ἑξῆς δ' ἐστὶ Μεταπόντιον) Græci omnes Μεταπόντιον. Latini Metapontum. Stephanus ait appellatam aliquando Sisin: quàm verè nescio. Eum vide.

¶PAG. 183. ἐποικῆσαι τῶν Ἀχαιῶν τινας) Legitur amplius in veteribus τῶν Ἀ. τινὰς μεταπεμφθέντας ὑπὸ τῶν ἐν Συβάρει Ἀχαιῶν. μεταπ. quæ & vetus interpres agnoscit.

Ἐνταῦθα δὲ καὶ) Horum opinionem secutus erat Euripides in ea fabula quam appellauerat, Μελανίππην δεσμῶτιν quantum coniicere licet ex iis quæ de illa fabula apud veteres Grammaticos leguntur.

ἘΣΤΙ δ' ἡ Σικελία τρίγωνος τῷ σχήματι) Dionysius poeta eleganter describit,

Τρινακίη δ' ἐπὶ τῇσιν ὑπὲρ πόδα Αὐσονίοιο
Ἐκτέταται, τρισσῇσιν ἐπὶ πτερύγεσσιν ἰσακής.
Ἄκρα δὲ οἱ Πάχυνός τε, Πελωριάς τε Λιλύβη τε.
Ἀλλ' ἤτοι Λιλύβη μὲν ἐπὶ ῥιπὴν ζεφύροιο
Εἰσανέχει. Πάχυνος δὲ πρὸς αὐγὰς, αὐτὰρ ἐπ' ἄρκτους
Ἠνεμόεσσα Πελωρὶς ἐς Αὐσονίην ὁρόωσα.

Τρινακρία μὲν πρότερον Τρινακὶς δ' ὕστερον) Vel Τρινακία. Fuit & oppidum Siciliæ Trinacia nuncupatum à Syracusanis expugnatũ anno primo Olympiadis LXXXV. autor Diodorus. Non constat autem inter scriptores vnde dicta Sicilia fuerit Trinacria. vide Stephanum. Plin. *dicta Trinacria pluribus aut Triquetra à triangula specie.*

Πάχυνος δὲ ὁ ἐκκλινόμενος πρὸς ἕω) Sic Dionys.

——Πάχυνος δὲ πρὸς αὐγάς.

At Seruius *Pachynum* promontorium austrum spectans: vnde & Pachynum dictum est ab aeris crassitudine: Sequitur Seruius Polybium qui τὸ πρὸς μεσημβρίαν νεῦον promontorium, Pachynum appellari scribit. Ouidius.

——Tribus hæc excurrit in æquora linguis
E quibus imbriferos est versa Pachynos ad austros.

Ratio diuersitatis paulo post à Strabone explicatur.

ἀφοριζομένη αἱ τρεῖς ἄκραι) Libri veteres ἀφορίζουσι.

ἡ δὲ μεγίστη ἐστὶ σταδίων χιλίων καὶ πεντακοσίων) Ita & Diodorus, XX. illis stadiis quæ à Polybio adduntur omissis. τῶν τριῶν πλευρῶν ἡ μὲν ἀπὸ Πελωριάδος ἐπὶ Λιλύβαιον ὑπάρχει σταδίων χιλίων. πεντακοσίων.

μείζων τῆς ἑτέρας) Est enim stad. mille & quingentorum. Diodorus. ἡ δ' ἀπὸ Λιλυβαίου μέχρι Παχύνου τῆς Συρακουσίας χώρας, σταδίων χιλίων καὶ πεντακοσίων.

χιλίων ἑκατὸν καὶ τριάκοντα) Diodorus habet τετταράκοντα.

τετρακοσίων ἐπὶ τοῖς τετρακισχιλίοις) Diodoro, Siciliæ ambitus est stad. IIIICIƆCCCCLX.

¶PAG. 184. ἐκ δὲ Πελωριάδος) Particula δὲ videtur innuere desiderari aliquid: ac possit aliquid suspicari fuisse annotatum interuallum à Messene ad promontorium, quod in fine omittitur: veruntamen quia parum id admodum fuit, fieri potest, vt fuerit omissum. & legendum ἐκ γε Πελ. Conferenda autem sunt ista cum tabulis Ptolem. & cum eius interuallis comparet, cui plus est otii.

εἶτα εἰς Ἀγάθυρνον) Lege Ἀγάθυρνον. Diodorus lib. v. Ἀγάθυρνος δὲ βασιλεύσας τῆς νῦν ὀνομαζομένης Ἀγαθυρνίτιδος χώρας, ἔκτισε πόλιν τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Ἀγάθυρνον. In Ptol. codice malè Ἀγαθύρνα. Plin. rectè.

εἰς Ἄλαισαν) Sic habet Ptolem. quoque. Diodorus scribit Ἄλαισαν lib. XIIII. admonens plures fuisse in Sicilia eius nominis vrbes: quarum vna fuit quæ Ἄλαισα Ἀρχωνίδειος appellaretur.

εἰς δ' Ἱμέραν ποταμὸν τὸν διὰ μέσης ῥέ.) Apud Ptol. Himeræ fluuii

A ræ fluuii duæ sunt ἐκβολαὶ, altera versus septentrionẽ, altera versus austrum: vt videantur esse duo fluuii eiusdem nominis qui totam secent Siciliam locis admodum vicinis orti.

τῷ κλιμάτων ἐν ἄλλῳ γεωγραφικῷ σχήματι διασταλλομένων) Respicit institutam à se orbis descriptionem lib. secundo: quem locum vide.

ὅμως δ' ἂν ἐν τοῖς) Locus non bene habet. Fortasse legendum, ὅμως δ' ἂν ὄντος τῆς Σικελίας τῇ Ἰταλίᾳ πρὸς νότον

B κειμένου. vel sic, ὅμως δ' ἂν ἐν τούτοις & mox κειμένης. hoc sensu. verumtamen quantum licet in hac rerum difficultate. Sed videtur hic totus locus grauius laborare, & meliorum codicum opem valde desiderare.

χίλιοι καὶ πεντακόσιοι ἐπὶ Καρχηδόνα) Prior interpres ait mille & quinquaginta. alter mille & quadringẽta. Cur non mille & quingenta? Nam sic & libro secundo & iterum libro vltimo. Apud Plinium mendose opinor CLXXXM. P. quæ fere sunt stad. IIIICIƆI.

τῷ ὀξυδερκέστατον) Historia extat apud Ælianum, Va-

C riarum libro XII. cap. XIIII. qui affirmat ne vna quidẽ naui plus minusve dicentem à vero numero soluentium nauium aberrasse. Ἀνδρα, inquit, φασὶ Σικελιώτην· οὕτω βλέπειν ὀξὺ φασὶν ἐν Σικελίᾳ ὥστε αὐτὸν ἐκ τοῦ Λιλυβαίου εἰς Καρχηδόνα τείνας τὸν ὀφθαλμὸν, μηδὲν τοις ὄψεσιν ἐσφάλθαι, καὶ ἀποδεῖξαι λέγουσι τὸν ἀριθμὸν τῶν νεῶν τῶν ἀναγομένων ἐκ Καρχηδόνος, καὶ μὴ ἐψεῦσθαι ὁ ἀνήρ. Plinius lib. VII. cap. XX. docet multoties id factum.

τῶν ἀγομένων) Imo τῶν ἀναγομένων, vt & nos iampridem emendaueramus, & habẽt libri veteres.

D μεταξὺ Ταυρομενίου) Inter Messanam & Tauromenium siue Tauromenium vt vocant Latini, est Argentum promontorium Ptol.

ἐκλελοίπασι Νάξος καὶ Μέγαρα) Dissentit Plinius qui Naxum, non aliam à Tauromenio fuisse indicat, *Colonia*, inquit, *Tauromenium quæ quondam Naxos*. Megatensium autem & τῆς Μεγαρίδος meminit Diodorus Sic. non vno in loco.

τὸ τῆς Ξιφωνίας ἀκρωτήριον) Scribe Ξιφωνίας ex Stephano

¶PAG. 185. τοὺς μὲν ἐν Χαλκιδέας κτίσαι Νάξον) Thucydi-

E des lib VI. Ἑλλήνων δὲ πρῶτοι Χαλκιδεῖς ἐξ Εὐβοίας πλεύσαντες μετὰ Θουκλέους οἰκιστοῦ Νάξον ᾤκισαν.

τοὺς δὲ Δωριέας Μέγαρα τὴν Ὕβλαν πρότερον καλ.) Thucy. de Megarensibus qui Lami duce in Siciliam venerant, Μεγαρέας ᾤκισαν τοὺς Ὑβλαίους κληθέντας.

ἡ μὲν Μεσσήνη) Messanam ait συμμένειν. funditus tamen euersam ac dirutam aliquando fuisse à Cartaginiensibus author est Diod. homo Siculus lib. XIIII quare necesse est post illa tempora fuisse denuo instauratam & ædificatam.

F Ζάγκλην πρότερον καλουμένη) Zanclen condiderant Cumani Opici: postea eandem tennerat, Cadmus Cous de quo Herodotus, ὃς δὲ μετὰ Σαμίων ἔσχε τε καὶ κατοίκησε πόλιν Ζάγκλην, τὴν ἐς Μεσσήνην μεταβαλοῦσαν τοὔνομα. vide Thucydid.

ζάγκλιον γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ σκολιόν) Thucydides paulo aliter Ὄνομα δὲ τὸ μὲν πρῶτον Ζάγκλη ἦν ὑπὸ τῶν Σικελῶν κληθεῖσα, ὅτι δρεπανοειδὲς τὸ χωρίον τὴν ἰδέαν ἐστὶ· τὸ δὲ δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον καλοῦσι. Hesychius, ζάγκλον, δρέπανον καὶ ὄνομα πόλεως. ζάγκλον pro falce vsurpauit doctissimus poe-

G ta Callimachus κέκρυπται γὰρ ζάγκλον ὑπὸ χθονία. Vnus opinor Diodorus prorsus dissensit, qui Zanclen à rege Zanclo nomen ait inuenisse. Vide Stephanum.

ἐπῴκησαν δ' ὕστερον Μαμερτῖνοι Καμπανῶν τι φῦλον) Polybius lib. pr. Μεσσήνην μὲν γὰρ οὐ πολλοῖς ἀνώτερον χρόνοις τῶν νῦν λεγομένων καιρῶν Καμπανοὶ παρὰ Ἀγαθοκλεῖ μισθοφοροῦντες καὶ πάλαι περὶ τὸ κάλλος καὶ τὴν λοιπὴν εὐδαιμονίαν τῆς πόλεως ὀφθαλμιῶντες ἅμα τῷ λαβεῖν καιρὸν ὥρμησαν ἐπιχειρεῖν παρασπονδεῖν. non dicit Polybius ex quo Campaniæ oppido potissimum profecti essent ii qui Messanam occuparunt: idem tamẽ paullò infra addit Mamertinos eos voluisse appellari. Οἱ δὲ Μαμερτῖνοι, inquit, τοῦτο γὰρ τοὔνομα κυριεύσαντες οἱ Καμπανοὶ τῆς Μεσσήνης προσηγόρευσαν σφᾶς αὐτούς.

ἐχειρώσαντο δ' ἐμπορεῖον Ῥωμαῖοι) Vide Florum lib. II. cap. II. Capta est à Romanis initio belli Punici primi auspiciis Valerii Maxini qui Messala inde est cognominatus.

καὶ μετὰ ταῦτα Πομπήϊος Σέξτος) Vide Dionem libro XLIX.

τὰ ναυάγια διαφέρεται πρὸς ἠϊόνα τῆς Ταυρομενίας) Seneca ad Lucilium. *Charybdis an respondeat fabulis perscribi mihi desidero. Et si forte obseruaueris (dignum est autē vt obserues) fac nos certiores , vtrum non tantum vento agatur in vortices , an omnis tempestas mare illud contorqueat : & an verum sit quidquid illo freti turbine abreptum est, per multa milia trahi cōditum, & circa Taurominitanum littus emergere.* Idem scripserat Sallustius teste Seruio.

οὐ Μεσσήνιον καλοῦσι τὸν οἶνον ἀλλὰ Μαμερτῖνον) Imo Italicū non Mamertinū vocabāt. Athenæus. ὁ δὲ Μαμερτῖνος, ἔξω μὲν τῆς Ἰταλίας γίνεται. καὶ φυόμενος ἐν Σικελίᾳ καλεῖται Ἰταλικός.

καὶ ἡ Κατάνη δ' ὑπὸ Ναξίων τῶν αὐτῶν κτίσμα) Idem enim Theocles qui cum Chalcidensibus Naxum condiderat , aliquot post annis cum iisdem Κατάνην ᾤκισεν, inquit Thucyd.

Ταυρομένιον δ' ἐν Τύλῃ Ζαγκλαίων) Diodorus Sicul. lib. XVI. refert Andromachum Timæi historici patrem virum nobilissimum congregatis Naxiis qui euersâ à Dionysio Naxo restabant superstites, occupasse collē qui Naxo imminebat & Taurus appellabatur: inde ergo isti loco nomē. Nam Amdromachus μείνας κατ' αὐτὸν πλείω χρόνον, ἀπὸ τῆς ἐπὶ τῷ Ταύρῳ μονῆς ὠνόμασε Ταυρομένιον. Hæc Diodorus, dicto libro , oblitus opinor eorum quæ scripserat lib XIIII, quem locum vide. Idem refert, sua ætate factum, vt Taurominitanis patria sua à Cæsare pulsis , Romanorum colonia illum locum occuparet.

κατοικίσαντος Ἱέρωνος Ἱέρωνος) Factum id, anno quarto Olympiadis LXXIX. autor Diod. qui rem tamen paulo aliter refert.

καὶ Πίνδαρος κτίστορα λέγει αὐτόν.) Idem οἰκιστῆρα quoque vocat Πυθ. α. vbi de Ætna monte locutus subiicit,

——τοῦ μὲν ἐπωνυμίαν,
κλεινὸς οἰκιστὴρ ἐκύδανε πόλιν
γείτονα.

Legitur autem in veteribus codicibus Ξύνες τοι (forte pro τί) λέγω ζαθέων.

τὴν Ἴννησαν καλουμένην) vel Strabonem in hac voce, vel Diodorum arbitror corrigendum , qui ἰτησίαν vocat. Καὶ τὴν νῦν οὖσαν Αἴτνην ᾤκησαντο περὶ ταύτῃ καλουμένην ἰτησίαν

καὶ γὰρ οἱ ῥύακες εἰς τὴν Καταναίαν ἐγγυτάτω φέρονται) Plinius, *Fauilla Taurominium & Catanam vsque peruenit feruens.* Fauillam Plinius vocat, quem noster ῥύακα. Sunt autē ῥύαξ & κρατῆρες omnibus vsurpatæ scriptoribus voces, qui de Ætna apud Græcos scripserunt. neque tamen rectè censent, qui huius rei propriam esse volunt vocē ῥύαξ. Nam & de aliis dicitur. & apud Thucyd. lib. IIII. & Diodo. lib. quinto. Est & cometæ genus, ὁ ῥυμὸς vel ῥύαξ quando ἀπὸ τοῦ ἀστέρος ὥσπερ τοῦ φωτὸς γίνεται ἐπὶ τὰ πλάγια, vt docet Achilles Statius. Crateres autē quomodo Latinè debeamus vertere docet Lucretius lib. VI. de Ætna loquens.

In summo sunt vertice item crateres, vt ipsi
Nominitant, nos quas fauces perhibemus & ora.

Vide Plin. Solinum , & poematium de Ætna. Caue autem ῥύακας cum crateribus confundas, quod video summos viros facere.

τὸν Ἀμφίνομον καὶ τὸν Ἀναπίαν) Notum est iam eruditis quantopere varient veteres autores in horum nominibus. Vide lib. de mundo extremo, Pausaniam in Phocicis, Valerium Maximum lib. V. cap. IIII. & hoc amplius Ælianum, Claudianum, & Solinum.

ὅταν τὰ Ποσειδῶνι φαίνηται) Si hæc lectio bene habet, significat τὰ περὶ τὸ ὄρος , hoc est , Ætnæ incendium & eiectionem fauillæ contingere quando ita Neptuno videtur: sed cur id Neptuno potius quam Vulcano tribuit?

A buit? An quia Neptunus σεισίχθων & vt Herodotus ac Diodorus aiunt, τῶν σεισμῶν καὶ κατακλυσμῶν αἰτίαν ἔχειν censebatur? Ætneum autem incendium instar est diluuij, ideo poetæ πυρὸς ποταμὸν dixerunt. At interpres cum suo Decembri vehementer fallitur. Cui vero persuadebit Xylander semper mense Decembri τὰ περὶ τὸ ὄρος contingere? Non sanè ei persuaderi hoc poterit , qui ex historia didicerit , incertis solitū cōtigere interuallis.

¶ PAG 186. τακέντες γὰρ ἐν τοῖς κρατῆρσι τῆς πέτρας) Ideo

B summus poeta dixit, *liquefactaque saxa.*

εἶτα πῆξιν λαβὼν γίνεται λίθος μυλίας) In poematio de Aetna,

Quin etiam variè quædam sine nomine saxa
Toto monte liquant: illis custodia flammæ
Vera tenaxque data est: sed maxima causa molaris
Illius incendi lapidis sibi vindicat Aetna.

Sed de lapide molari, qui & pyrites, lege Plinium.

τὴν αὐτὴν φυλάττων χρόαν) Hoc quoque notat carminis de Aetna autor , cuius hæc sunt emendante Scali-

C gero.

Quin etiam externum nil ejus calor ipse resoluit,
Non odor aut leuitas: putris magis ille magisque
Vna operis facies.

τὰς δὲ Συρακούσας Ἀρχίας μὲν ἔκτισεν ἐκ Κορίνθου πλεύσας) Thucydides lib. VI. Συρακούσας δὲ τοῦ ἐχομένου ἔτους Ἀρχίας τῶν Ἡρακλειδῶν, ἐκ Κορίνθου ᾤκισε, Σικελοὺς ἐξελάσας.

ἐρέσθαι τὸν θεόν, πότερον αἱροῦνται πλοῦτον ἢ ὑγίειαν) Verba Apollinis id quærentis fuere,

Χώρας καὶ πόλεως οἰκήτορα λαὸν ἔχοντας
ἤλθετ' ἐρησόμενοι φοῖβόν τινα γαῖαν ἵκησθε.
ἀλλ' ἄγε δὴ φράζεσθ' ἀγαθὸν πότερον κεν ἕλησθε
πλοῦτον ἔχειν κτεάνων ἢ τερπνοτάτην ὑγίειαν;

D ηὐξήθη δ') Ita creuere Syracusæ vt nihil ætate Thucydidis Athenis essent inferiores , vt ipse testatur lib. VII. Diodorus autem Siculus autor est Syracusas post eiectum Thrasybulum tyrānum liberas fuisse ad tempora Dionysij vsque: quod spatium est annorum fere sexaginta. locus est lib. XI.

ὧν ὄντων καὶ Ἴβηρες) Distinguit Iberos à Sicanis cum

E plerique è veteribus Sicanos gentem fuisse dicerent Iberam, quæ Siciliam occupasset : vt apud Diodor. Siculum Philistus, & scholiastes Homeri Οδ. ω. si Homeri est ille liber.

καὶ τὴν Μεγαρίων δ' εἰκός) Supra, hoc eodem libro , τὸ Μεγάρνιον dixit : ἐπεὶ δ' τινες καὶ τὸ Μεγάρνιον ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν εἰρῆσθαί φασιν ἀπὸ τῶν Μεγαρέων ἔχειν. Apud Stephanum legitur Μεγάρνιον πόλις Ἰταλίας. perperam hîc quoque Italiæ nomine pro Sicilia posito : siue sit peccatum librarii , siue ipsius autoris malè accipientis superiora

F Strabonis verba.

Πεντάπολις γὰρ ἦν τὸ παλαιόν) Nomina harum partium istius vrbis quæ vt Liuius quoque ait , instar vrbium erant, fuere, Nasus, Tycha, Neapolis, Acradina, & Epipolæ : quarum mentio frequens, cum apud alios, tum maximè Liuium lib. XXV. & Diodo. XIIII. & alibi. Cicero non πεντάπολιν , sed τετράπολιν fuisse scribit: *Ea, inquit, tanta est vrbs, vt quatuor vrbibus maximis constare dicatur, quarum vna est ea quam dixi insula:* Post, *Altera autem est vrbs Syracusis , cui nomen est Achradina.* Mox , *Tertia est*

G *vrbs quæ quod in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit Tyche nominata est.* Mox. *Quarta autem est vrbs , quæ quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur.* Apud Diodorum lib. XI. Ἰτύκη perperam pro Τύχη positum est : locus igitur corrigendus. Nam de Tycha parte Syracusarum præter Ciceronem, in promptu sunt Liuii & Plutarchi loci. Stephanus quoque , Τύχη πόλις Σικελίας , πλησίον Συρακουσῶν.

οἰκῆσαι βέλτιον) Legendum censeo οἰκίσαι : quod prior interpres confirmat. Mox ἀξιολόγου lego, non ἀξιόλογον & nostram lectionem confirmant similes loci. Sic infra eodē, de Tarante , μέγεθος ἀξιολόγου πόλεως ἐκπληροῦν.

ἡ δ' Ὀρτυγία συνάπτει γεφύρᾳ) Olim aggesta glarea vt dictum est lib. primo. Puto autem legendum , συνάπτει

γεφύρᾳ πρὸς τὴν ἤπειρον νῆσος οὖσα. Omnino desiderari puto vocem νῆσον. Cicero, *Pars oppidi quæ appellatur Insula, mari disiuncta, angusto ponte rursum adiungitur, & continetur.* De Ortygia vide amplius Diodorum lib. v. Lege mox cum veteribus, περίοχιμος οὖσα.

¶ PAG. 187. κρήνην δ' ἔχει τὴν Ἀρέθουσαν ἐξιεῖσαν ποταμόν) Cicero, *In hac insula extrema, est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa, incredibili magnitudine, plenissimus piscium: qui fluctu totus operiretur nisi munitione ac mole lapidum à mari disiunctus esset.* Similia sunt, quæ scribit Diodorus libro quinto, addens Arethusæ pisces manere ἀθίκτους ἀνθρώποις & ἱεροὺς ὄντας.

μυθεύουσι δὲ τὸν Ἀλφειὸν εἶναι τοῦτον) Virgilius lib. III.

Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium vndosum: nomen dixere priores
Ortygiam: Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo, Siculis confunditur vndis.

Meminere passim Græci poetæ. Vide Pausaniam

ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου) Lego ἐρχόμενον: nec debet aliter legi meo quidem iudicio: Sic Moschus in eadem re.

Ἀλφειὸς μετὰ Πῖσαν ἐπὴν κατὰ πόντον ὁδεύῃ
Ἔρχεται εἰς Ἀρέθουσαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ.

εἰς τὸν ποταμὸν ἐνεχθεῖσαν) Vocem ἐνεχθεῖσαν prior interpres non videtur agnoscere: mihique est valde suspecta: ea certè sublata, sententiæ nihil deerit. Antigonus sic. φασὶ δὲ καὶ φιάλην ποτ' εἰς τὸν Ἀλφειὸν ἐμβληθεῖσαν, ἐν ἐκείνῃ φανῆναι· τοῦτο δ' ἱστορεῖ καὶ Τίμαιος.

ἐγγὺς δὲ μηδὲν εἶναι τὸ πόρρω τῆς θαλάττης) Locus est obscurus, nec satis correctus.

εὐχὴ τὸ πέπτωκεν καὶ διὰ τινῶν τῶν ὀρῶν φερομένων) Locus mancus & corruptus.

καὶ τὰ περὶ τοῦ Ἰνάχου) Falsum inquit erit & fabula mera, quod de Inacho dicitur: Crediderũt enim veterum nonnulli Inachum & Æantem fluuios, quorum hic Apolloniam in Illyride præterfluit, ille ad Argos defertur, eodem loco oriri, nempe è summo Pindi montis vertice. Atque hæc fuit Hecatæi opinio. Vide libro octauo.

καὶ ὑπερβάς) hæc verba significant, & paullò post. Nam & præcedentia & sequentia ex Sophocle sunt. Sic autem sæpe ista vsurpantur: lib. sequenti, καὶ ὑπερβὰς μικρόν. Sic sæpe. Polybius pro eodem dixit καὶ παρεκβάς.

ἥκει δυμαίνου) Puto legendum, διὰ κῦμα τεμὼν, ἥκει ἐκ τῆς Λυρκίου: sublatis vocibus superfluis. Sensus est, Inachum emergere ad radices montis Lyrcij, vbi veros fontes huius fluuij esse notum est è libro nono. Est autem Lyrcius, Arcadiæ mons.

οἱ τὸν Ἰνωπὸν εἰς Δῆλον ἐκ τοῦ Νείλου περαιοῦντες) Infra lib. x. veteres libri habebant Οἰνωπὸν non Ἰν. Quænam autem analogia Xylandro suaserit vt περαιοῦντες potius quam vt Aldus edidit περαιῶντες legeret, non sanè intelligo: hunc fluuium Callimachus Ægyptium appellat, hymno in Dianam,

Ἀγχόθι πηγάων Αἰγυπτίου Ἰνωποῖο.

Idem fabulæ causam ita exponit.

Ἵζετο δ' Ἰνωποῖο παρὰ ῥόον, ὅν τε βάθιστον
Γαῖα τότ' ἐξανίησιν ὅτε πλήθοντι ῥεέθρῳ
Νεῖλος ἀπὸ κρημνοῖο κατέρχεται Αἰθιοπῆος.

ὁ τὸν Ὅμηρον ψέγων) ipse potius vituperandus, & ineptus atque & impudens ψευδογράφος.

καὶ τὸ πολεῖ Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν καλέσαντες) hoc est, qui Amphilochus Argis è Peloponneso profectus, in sinu Ambracico Amphilochiam, ipsúmque Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν condidit. Thucyd. libro secundo, Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν καὶ Ἀμφιλοχίαν τὴν ἄλλην ἔκτισε μετὰ τὰ Τρωϊκὰ οἴκαδε ἀναχωρήσας, καὶ οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ ἐν Ἄργει καταστάσει Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιάρεω, ἐν τῷ Ἀμπρακικῷ κόλπῳ ὁμώνυμον τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι Ἄργος ὀνομάσας· καὶ ἦν ἡ πόλις αὕτη μεγίστη τῆς Ἀμφιλοχίας.

Ἀκράγας δέ) Agringentum celebrat multis locis Pindarus. Extat accuratissima eius descriptio apud Polybium libro octauo: quem locum vide. Ptolemæus Agrigentum

A grigentum inter duo flumina, Hypsam & Himeran collocat. Polybius autor est, παρὰ τὸν τόπον πλευρὰν cognominem fluuium labi: παρὰ δὲ τὴν ἐπὶ τὰς δύσεις καὶ τὸν λίβα τετραμμένην eum qui appellatur Ὕψας.

¶ PAG. 188. καὶ γὰρ Ἄλαισα) Ptolem. Ἄλαισα. Diodoro libro XIIII. Ἄλαισα. quo loco admonet esse alias quoq; κατὰ Σικελίαν vrbes ὁμωνύμους. Tyndaris Ptol. est Τυνδάριον. Sic Cephalœdis Ptolemæo & Plinio, quod est aliis Cephalœdium.

B καὶ τὸ τῶν Αἰγεστέων ἐμπόριον) Ptolem. ἐμπόριον Σεγεστάνων appellat, & Σεγέσταν πόλιν μεσόγειον: sicut & Cicero Segestam. Vide Seruium & Dionysium Halicarn. libro primo. Festus, *Segesta quæ nunc appellatur oppidum in Sicilia est, quod videtur Aeneas condidisse præposito ibi Egesto, qui eam Egestam nominauit. Sed præposita est ei S litera, ne obsceno nomine appellaretur, vt factum est in Maleuento, quod Beneuentum dictum est, & in Epidamno, quod vsurparunt Dyrrachium.*

οἱ περὶ Εὔνουν δραπέται) De bello seruili cõtra Eunum præter alios vide Diodori fragmenta, & Orosium lib.

C v. cap. IX.

Οἰκεῖται δὲ καὶ ὁ Ἔρυξ λόφος ὑψηλὸς ἱερὸν ἔχων Ἀφροδίτης) Erycinæ apud scriptores passim est mentio: Et quanto studio culta olim fuerit, optimus testis Cicero contra Verrem: Sed vnus ante alios Diodorus Siculus libro quarto diligenter de hac re scripsit: quem locum vide. Polybius quoq; libro primo & montem & vrbem descripsit.

ἱεροδούλων γυναικῶν πλῆθος) Vocabant ἱεροδούλους mulieres quas Veneri consecrabant, vt quem corpore suo

D quæstũ fecissẽt, is totus Deæ sacer esset. Tales fuere Corinthi quamplurimæ & in Cappadocia apud Comanenses, atque alibi, vt docet nos Geographus.

νυνὶ δ' ὥσπερ αὐτὴ ἡ κατοικία, λειπανδρεῖ καὶ τὸ ἱερόν) Longè aliter Diodorus. Meritò (inquit) miretur aliquis huius templi gloriam. Nam alia quidem omnia sæpe ob casus aliquos τεταπείνωται: istud vnicum τὴν ἐξ αἰῶνος ἀρχὴν λαβὸν οὐδέποτε διέλιπε τιμώμενον: quo ex loco facilè intelligimus aliquot saltem post Diodorum annis scripsisse Strabonem.

E τὸ πρὸ τῆς πύλης τῆς Κολλίνης) De hoc Liuius libro XL. & Ouidius multis locis.

καὶ τῆς μεσογαίας ποιμένων ἡ πλείστη γεγένηται) Durior mihi videtur hæc traiectio, quàm vt facilè ferri possit. Quare legendum censeo καὶ τῆς μεσογαίας ἡ πλείστη, ποιμένων γεγένηται. Sciendũ tamẽ delectari interdum hac figura Strabonẽ. Mox, φησὶ δ' ὁ Ποσειδώνιος δύο ἀκροπόλεις ἐπὶ θαλάττης δύο τὰς Συρακούσας ἱδρῦσθαι καὶ τὸν Ἔρυκα, &c.

κτὶ Γέλαν) Ptolemæus tamen qui multis post Strabonem annis & vixit & scripsit, Gelam nominat.

F οἱ Καμικοὶ τὰ Κωκάλου βασίλειον) Si vera hæc est lectio, quam alij appellant Καμικόν, dixerit Strabo Καμικούς, mutato etiam genere: sed an ita ab eo scriptum sit vehementer dubito. Nam & Herodot. lib. VII. & Aristoteles, & alij τὸν Καμικὸν dicunt.

ἐπὶ πήγματος γάρ τινος ὑψηλοῦ) Locus egregius de Romanorum pegmatis: de quo vide quæ scripsit iampridem summus vir Iosephus Scaliger in librũ quintum Manilij. Non enim faciam quod hodie nimis multi, vt in mea scripta, quæ mea non sunt inferciam.

G Καὶ δὴ καλοῦσιν αὐτὴν ταμεῖον τῆς Ῥώμης) Sumpsit è Polybio, qui totidem verbis, καλοῦσιν inquit αὐτὴν ταμεῖον τῆς Ῥώμης. Cicero in Verrem. *Itaque ille M. Cato Sapiens,* cellam penariam Reip. nostræ, nutricem plebis Romanæ Siciliam nominabat.

¶ PAG. 189. καὶ χιόνες μεστὰ τοῦ χειμῶνος) Claudianus poeta perelegans.

Sed quamuis nimio feruens exuberet æstu,
Scit niuibus seruare fidem: pariterque fauillis
Durescit glacies tanti secura vaporis,
Arcano defensa gelu, fumoque fideli
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.

τὰ κάτω δὲ δρυμοῖς καὶ φυτείαις διειλημμένα παντοδαποῖς) Claudianus,

—— pars

——pars cætera frondes
Arboribus teritur nulla cultore cacumen.

ἔστι γὰρ πρόσοψιν ἔχει τὸν τόπον) Claudianus,

Aetnæos apices, sola cognoscere visu
Non aditu tentare licet.

Contra autor Ætnæ,

Placantes etiam cælestia numina thure
Summo cernere iugo, vel qua liberrimus Aetna
Improspectus hiat.

ἡ Λεοντίνων πόλις) Vrbis Leontinorum situm docet Po-
B
lybius lib. VII.

τὴν δ' ἀπὸ λεχυμάτων ἐκάστ) hæc est quæ appellatur Leonina societas a IC[ti] lege a XIX. D. pro socio.

ἐμβάδων τὴν ἑτέραν, αἳ ἦσαν χαλκαῖ) Laertius de Empedoclis crepidis, χαλκᾶς γὰρ εἶναι τὰ ὑποδήματα. Ad quem locum vide quæ iampridem notauimus.

τὰ νεφρώδη ὕδατα) quæ alij νεφρώδη appellant.

ὧν τὰ μὲν Σελινούντια κατὰ ἡμέραν ἄλμυρα ὄντα, τὰ δ' Αἰγεστιαῖα
C
τόπια) Diodorus libro quarto de Hercule, διεξιόντος δ' αὐτοῦ τὴν Σικελίαν τὰς νύμφας μυθολογοῦσι τὰς νύμφας ἀνεῖναι θερμὰ λουτρὰ πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν τὴν κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν γενομένης αὐτοῦ κακοπαθείας. τούτων δ' ὄντων διττῶν, τὰ μὲν Ἱμεραῖα προσαγορεύεται, τὰ δ' Εγεσταῖα, τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντα ταύτην ἀπὸ τῶν τόπων Apud Diodorum malè legitur Ἡμερεῖα. Idem Diodorus sub finē eius libri thermarum à Cocalo exstructarum in agro Selinūtiorum meminit: quę nescio an huc faciant.

οἱ Ἰταλικοὶ δὲ κρατῆρες ἐξελαύνονται) Mirum est à nemine adhuc esse animaduersum quod hoc loco monebimus.
D
Legendum enim contendimus οἱ Παλικοί, non οἱ Ἰταλικοί: nec magis dubitari potest, sitne ita necessariò corrigendum, quàm de Sole ortus sit nécne quando est meridies. Qui eorum meminerūt quæ de Palicis apud Macrobium, Hesychium, Stephanum, & Diod. lib. XI. legūtur, quàm certa sit hæc nostra emēdatio statim agnoscent. Sed & Aristotelis verba quæ ascribam, conferant studiosi cum Strabonianis: planè enim idem dicit. Ἐστὶν inquit κρήνη τις ἐν Παλικοῖς τῆς Σικελίας, ὡς ἀκέκαλυπτος αὐτὴ δ' ἀναρρίπτει ὕδωρ εἰς ὕψος ἓξ πήχεις, ὥστε ὑπὸ τῶν ἰδιωτῶν νομίζεσθαι κατακλυσθήσεσθαι τὸ πεδίον, καὶ πάλιν εἰς ταυτὸ καθίστα-
E
ται. Simile est quod quodam loco apud Diodorum in fragmentis libri trigesimi sexti obseruauimus. Nam ibi quoq; Ἰταλικοὺς ἥρωας malè legitur pro Παλικοὺς vt ex iis quæ paullo antè ibi leguntur, intelligi potest.

¶PAG. 193. καὶ πάλιν εἰς τὸ δεχόμενον μυχόν) Lege καὶ πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν δεχόμενον μυχόν. At quod Aristoteles illis verbis καὶ πάλιν εἰς ταυτὸ καθίσταται. Et omnino ex Aristotele sumere videtur noster.

καθάπερ Ὀρόντης ἐν Συρίᾳ) Sunt & alij terram subeuntes & postea emergentes fluuij, vt Cephissus in Græ-
F
cia, de quo libro IX. & Polytimetus & Arius in Asia, de quibus lib. XI.

τὸ περὶ τὴν Ἀρκαδίαν Ἀσίαν) Lege Ἀρίαν. Nam ita appellatur libro nono, vbi rem eandem pluribus narrat: & illam lectionem Pausanias confirmat, itémque Dionysius poeta.

τὰς περὶ τῶν Λιπαραίων νήσους) Lege, περὶ ταῖς τῶν Λιπ. Vocat autem Liparæorum insulas, quæ aliàs Æoli appellantur: has Diodorus Siculus libro quinto, rectâ serie
G
positas esse scribit inter Siciliam & Italiam à freto versus occasum. Æolides, inquit, εἰσὶ τὸν ἀριθμὸν ζ, προσαγορεύονται δ' αὗται, Στρογγύλη, Εὐώνυμος, Διδύμη, Φοινικώδης, Ἐρικώδης, πρὸς δὲ ταύταις Ἱερὰ Ἡφαίστου καὶ Λιπάρα, καθ' ἣν ὁμώνυμος πόλις καθίδρυται. κεῖνται δ' αὗται μεταξὺ Σικελίας καὶ Ἰταλίας, ἐπ' εὐθείας ἀπὸ πορθμοῦ καὶ τῆς πρὸς ἑσπέραν τὴν δύσιν.

Λιπάρα Κνιδίων ἄποικος) Imo Cnidiorum & Rhodiorum: sed coloniæ deducendæ dux Pentathlus Cnidius. autor Diodor.

ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μελιγουνίς) Callimachus.

Νῆσον ἐν Λιπάρῃ, Λιπάρη νέον, ἀλλὰ τότ' ἔσκεν
Οὔνομά οἱ Μελιγουνίς.

Plinius quoque de Lipara, *antea Milon, vel Meligunis*
A
vocitata

καὶ δὴ καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκόσμησαν πολλάκις τὸ ἐν Δελφοῖς) Idem Diodorus, Liparæi inquit sæpe Tuscos deuicerunt, καὶ ἀπὸ τῶν λαφύρων πλεονάκις ἀξιολόγους δεκάτας ἀνέθηκαν εἰς Δελφούς.

καὶ στυπτηρίας μέταλλον προσοδικόν) Pluribus id Diodorus persequitur, ἔχει δ' ἡ νῆσος αὕτη τὰ διαβεβ. ομένα μέταλλα τῆς στυπτηρίας· ἐξ ἧς λαμβάνουσιν οἱ Λιπαραῖοι καὶ Ῥωμαῖοι μεγάλας προσόδους · vide reliqua, & Dioscoridis libro quinto
B
cap. DCCCXCVII. ex quo disces quàm verè dictum sit à Diodoro, in nulla orbis terrarum parte reperiri τὴν στυπτηρίαν præter Melum & Liparam insulas.

ἣν νῦν ἱερὰν Ἡφαίστου καλοῦσι) Nō ἱερὰν sed ἱερὰ legendū. Sic apud Diodor. paulò ante, & mox Ἱερὰ simpliciter appellatur: neq; aliter vett. cod. Plin. *Inter hanc & Siciliā, altera antea Therasia appellata, nunc Hiera quia sacra Vulcano est, colle in ea nocturnas euomente flammas.* Notandum est autem, & Ἱερὰν simpliciter, & Ἡφαίστου νῆσον hanc insulam nuncupari: quod Ptolemæum in errorem induxisse vi-
C
detur. Putauit enim duas esse insulas Hieram & Vulcani insulam, quo in re dubium non est errasse eum. Nemo enim veterum præter Ptolem. Hieram vllam in hoc mari insulam agnoscit præter Ἡφαίστου ἱεράν. & debuit profectò Ptolem. docere nos cui esset sacra hæc Hiera. Sed non hunc solum errorē notare possumus in Ptolemaica enumeratione insularum Tyrrheni maris.

προσημαίνεσθαι καὶ τὰ εἰς ἡμέρας τρεῖς πάλιν μέλλοντα ἀνέμων πνεῖν) Plinius de Strongyle, *à Lipara liquidiore flamma tantum differt: è cuius fumo, quinam flaturi sint venti in triduum
D
prædicere incolæ traduntur: vnde ventos Aeolo paruisse existimatum.* Mox ἀπνοίας habent veteres pro ἀπλοίας. Malim etiam τὸ ἰσόμετρον, vel τὸν ἰσόμετρον ἄνεμον quàm τὸν ἰσόμετρον simpliciter.

ἐκεῖ ὦν ὅτι ποιήσαντος) Apparet multorum verborum hic esse hiatum: vt de sententia certi constitui nihil possit. Conferenda tamen sunt quæ περὶ ἐνεργείας καὶ διαθέσεως lib. I. disputauit.

¶PAG. 191. Στρογγύλη καλεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ σχήματος) Autor Ætnæ,
E
Insula, cui nomen facies dedit ipsa rotunda.

τῷ δὲ φέγγει τῆς φλογὸς λειπομένη) Plinius modo, *à Lipara liquidiore flamma tantum differt.*

πρόκειται δὲ τοῦ Παχύνου Μελίτη) Melitas duas commemorant Geographi: alteram in Libyco mari siue Siculo (est enim inter Siciliam & Lybiam) alteram in sinu Adriatico, inter Epirum & Italiam, quam Ptolemæus nomine paululum diuerso Melitinen appellat: à priore catulos Melitęos esse dictos noster ait: Callimachus, Plinius & Stephanus à posteriore. Meminit κυναρίων
F
Μελιταίων & Athen. lib. XII.

καὶ Γαῦδος) Mira varietas in hoc nomine apud scriptores. D. Lucas in Actis videtur Κλαύδην appellare: & Athenæus Κλαύδιον Diodorus Γαῦλον. Ptolem. Claudō, & in Cretico mari collocat, non Siculo, quod ex Actis discimus melius esse: quanquam, vt lib. II. dictum est, Siculo mari συνάπτει τὸ Κρητικόν.

Μεσσαπίαν καλοῦσιν οἱ Ἕλληνες) à rege Messapo, qui Iapygiæ magnam partem aliquando obtinuit: vide lib. IX. Iapygiam autem sunt qui composita voce Mesapygiam
G
vocent. Stephano Mesapia Iapygiæ tantum pars est. Eustathius ex Strabone docet Iapygas, etiam Mesapygos appellatos fuisse: quæ verba hodie non comparent.

καὶ Αὐδάνιοι κατὰ τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον) Legendū καὶ οἱ Δαύνιοι: nam isti Audanij Græco cœlo nō minus quàm Latino sunt incogniti. Strabo libro quinto, ἡ δὲ προσέχεια ἀπὸ τῆς Πευκετίνης, ἀπὸ τοῦ Ἀπούλους, οὓς οἱ Ἕλληνες Δαυνίους καλοῦσι.

μέχρι ὥραν τινὰ) Putabam legendum esse ἐπὶ τιν. Atque hanc meam coniecturam confirmant etiam scripti quidam, in quibus est, ἐπὶ τιν Nunc tamen nihil cēseo mutandum. Video enim Græcis esse familiare vt dicant ἐπὶ τι. Strabo lib. XVI. de Cæle Syria loquens μῆκος inquit, ἐπὶ τι διήλασιν. Lib. XVII. de suo

Philas

Philas itinere, σαδίους ὁδὸν τι ἱ ματόν. Similiter Plutarchus in Cleomenis vita, καὶ μετ᾽ μικρὸν ὅλας ὁμοῦ τι μίᾳ πορειᾳ Πελλαντιάσου κύριος ἐγένετο. Idem in Tiberio Graccho, ἦσαν γὰρ ἀνατι κατ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἀγῶνες αὐτῷ πρὸς Οκτάβιον ἐπὶ τοῦ βήματος.

Τοῦ δὲ κόλπου παντὸς τοῦ Ταραντίνου τὸ πλεῖον ἀλιμένου ὄντος) Polybius quoq; autor est totum illud littus esse importuosum, πλὴν τοῦ ἐν Τάραντι λιμένος.

¶PAG.192. Μέγιστον φασὶν τὸν ἔλοντος τὴν πόλιν) Vide Liuij historiam libro XXVI.

περὶ δὲ τῆς κτίσεως) Lege Iustinum libro III. Seruium ad Virg. Aristotelem πολιτ. lib. quinto. & Pausaniam in Phocicis.

Σατύριον τε δόξας) Saturum oppidum intelligit, Tarento quondam vicinum. Vide Seruium in illud,

—— & Saturi petitologinqua Tarenti.

Ex Stephano posiit videri esse scribendum Σατύριον, qui ait esse χώραν πλησίον Τάραντος.

καὶ οἱ Κρῆτες οἱ προκατασχόντες τὸν τόπον) Iapygiam enim Cretenses aliquando obtinuerũt: ideo Athenæus Iapygas è Creta oriundos esse ait libro duodecimo: Non conuenit autem Athenæo cum Strabone de occasione qua Cretenses homines in Italiæ hanc oram venerint, ille κατὰ Γλαυκου ζήτησιν venisse scribit. hic Herodotum sequitur: quem vide libro septimo.

ἱστορεῖ δ᾽ Ἀντίοχος λέγει) Confer cum iis quæ ex Trogo Iustinus refert. Nam præterquam in belli causa, parum differunt.

¶PAG.193. ἐγκύμονας πολυτεκνοῦσαν μᾶλλον) Iustinus, *maturiorem futuram conceptionem rati, si eam singulæ per plures viros experirentur.*

κἀκεῖνο, ὡς Τυρταῖος φησί) De Tyrtæo & bellis Messeniacis quæ fuere varia, lege lib. XIII. & Pausaniæ Messen.

πολιτευόμενοι δημοκρατικῶς) Epitome habet, ἀριστοκρατηθέντες ἐν δημοκρατίᾳ: quod planè aliud est quam quod vulgata præ se fert lectio. Sed statum Reip. Tarentinorum sæpe mutasse verisimile est: & testatur id Aristotelis hæc verba πολ. lib. V. ἐν Τάραντι, ait, ἡττηθέντων καὶ ἀπολομένων πολλῶν γνωρίμων ὑπὸ τῶν Ἰαπύγων, μικρὸν ὕστερον τῶν Μηδικῶν δημοκρατία ἐγένετο ἐκ πολιτείας. Tarentinorum πολιτείας meminit iterum philosophus libro sexto.

ὥστε τὰς πανδήμους ἑορτὰς πλείους ἄγεσθαι) Mirum hoc quidem, sed non sine exemplo tamen: Nam Athenienses quoque Xenophon autor est duplo plures dies festos habuisse, quàm vllos alios: legimus etiam in Græcorum Commentariis, Athenis tot fuisse πανδήμους θυσίας quot sunt in anno dies vno dempto. Eusthatius tamẽ lectionem sequitur, quæ sensum longe alium continet, ἐπίτηδες δ᾽ αὐτὸς, ait, ἡ τρυφὴ, παρ᾽ οἷς πανδήμους ἑορτὰς κατ᾽ ἔτος πλείους ἢ τὰς ἄλλας ἡμέρας συνέβαινεν ἄγεσθαι: vt non plures dies festi intelligantur fuisse quam in anno sint dies: sed plures in anno festi quam nefasti. Sed Epitomes autor vulgatam lectionem confirmat, atque adeo explicat. ὥστε, inquit, καὶ τὰς δημοτελεῖς ἑορτὰς πλείους τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμερῶν ἄγειν. Libri scripti stant ab Eustathio habent enim, ἑορτὰς πλείους ἄγεσθαι κατ᾽ ἔτος παρ᾽ αὐτοῖς ἢ τὰς ἄλλας ἡμέρας ἐργατικάς.

καὶ γὰρ τὸν Μολοττὸν Ἀλέξανδρον μετεπέμψαντο) Testatur hoc Aristoteles in eo libro quem inscripsit Δικαιώματα πόλεων. Verba eius hæc sunt, Ἀλέξανδρος ὁ Μολοττὸς ὑπὸ τοῦτον χρόνον Ταραντίνων αὐτὸν μεταπεμψαμένων ἐπὶ τὸν πρὸς τοὺς βαρβάρους πόλεμον, ἐξέπλευσε ναυσὶ μὲν πεντεκαίδεκα, πλοίοις δὲ συχνοῖς ἱππαγωγοῖς καὶ στρατιωτικοῖς.

καὶ ὑστερον Κλεώνυμον) Factum id anno secundo Olympiadis CXIX. Vide Diodorum libro vigesimo.

εἶτα Πύρρον) Vide Epitomen Liuij lib. XII. & seq. cũ cæteris historiæ Rom. scriptoribus, vt Plutarchum in Pyrrhi vita omittam.

ἡ συμβᾶσα αὐτοῖς κακοπραγία) Liuius libro octauo, & supra huius initio.

¶PAG.194. τὰ ἄλλα πολίσματα ἐστὶν) Scio πόλισμα aliud esse quàm πόλις. Vide tamẽ nũ scriptum sit à Strabone

A πολισμάτια. qua voce sæpe ille vtitur. Sic infra, κώμην ποτὲ δὲ τὴν ἄκραν, πολισμάτιον Οὐρεντόν.

τὰς δὲ Σαλεντίνους Κρητῶν ἀποίκους φασίν) Docet hoc Virgilius,

Et Salentinos obsedit milite campos,

Lyctius Idomeneus.

ὁ σκόπελος ὃν καλοῦσιν ἄκραν Ιαπυγίαν, πολὺς ἐκκείμενος εἰς τὸ πέλαγος) Ad verbum Plinius, *Inde* XXXVI M. *promontorium, quod Acran Iapygian vocant, quo longissimè in ma-*

B *ria excurrit Italia.*

ἐν ᾧ δείκνυται πηγὴ δυσώδους ὕδατος) Meminit huius fontis foetentis aquæ & Aristoteles, ac foetoris causam eandem cum Strabone affert, hoc quoque addens, propterea nauibus ἄπλουν esse illam maris partẽ, Περὶ τὴν ἄκραν τὴν Ιαπυγίαν φασὶν ἐκ τινος τόπου ἐν ᾧ συνέβη γενέσθαι ὡς μυθολογοῦσι Ηρακλεῖ πρὸς γίγαντας μάχην, ῥεῖν ἰχῶρα πολύν, καὶ τοιοῦτον ὥστε διὰ τὸ βάρος τῆς ὀσμῆς ἄπλουν εἶναι τὴν κατὰ τὸν τόπον θάλασσαν.

τὴν παραλίαν ταύτην Λευτερνίαν προσαγορεύουσι) Apud

C Lycophronem videtur Λευταρνία nomen esse vrbis, in isto tractu.

πολλοὶ δὲ Σῖριν ἀμφὶ καὶ Λευταρνίαν

ἄρουραν οἰκήσουσιν.

ἐκ δὲ τῆς Λευκῶν εἰς Ἱδροῦντα πολίχνην) Aliter Antoninus, qui ab Hydrunti hettotaria Leucas stadia vult esse CCC.

οἱ δ᾽ ἴσοι καὶ εἰς Σάσωνα) Ait ab Hidrunte ad insulam Sasonem stadia esse quadringenta, quot etiam ait esse Antoninus.

D ἐπὶ Ῥοδαίων πόλεως) Ptolemæo Ρυδία dicitur, Stephano Ῥοδαι. De Ennio res nota.

ἐκ Βρεντεσίου μιᾶς ἡμέρας) Quod interuallum Strabo vocat iter vnius diei, Plinius ait esse M.P. XXXII. Antoninus XLIIII.

καὶ Λουπίαι) Ptolemæus tamen inter maritimas Salentinorum Luspias refert.

καὶ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης Σαλαπία) Ptolemæo, Apulorum Dauniorum oppidum est maritimum θαλάσσιον.

E ἐπὶ δὲ τῷ ἰσθμῷ μέσῳ Θυραῖον) Cum mox addat, videri Vriam hanc esse, ob similitudinem nominum: puto legendum omnino esse Οὐραῖον, non Θυραῖον. Nam quæ affinitas vocum Οὐρία & Θυραῖον? Librarij ex Ου fecerunt lubrico admodum lapsu Θυ. Equidem Thyræum in hoc tractu nusquam repetio. Herodoti autem locus est libro septimo: At in eius libris non Οὐρία sed Ὑρίη legitur: & videtur huc pertinere quod annotat Eusthatius quoque, Υριον pro Υρίη dici solitum.

¶PAG.195. ἐξέβαλον οἱ Βρεντεσῖνοι) Historia extat apud Iustinum libro tertio.

F ὥστε ἐοικέναι κέρασιν ἐλάφου τὸ σχῆμα) Similiter infra de Byzantino sinu. ἐοικὼς ἐλάφου κέρατι. Lucanus de Brundusio,

Hanc latus angustum, iam se cogentis in arctum

Hesperiæ, tenuem producit in æquora linguam,

Adriacas flexis claudit quæ cornibus vndas.

βρεντέσιον ἡ κεφαλὴ τοῦ ἐλάφου καλεῖται) Apud Stephanũ est βρέντιον. qui autorem huius etymologiæ citat Seleucum in Glossis.

καὶ τινὰ καὶ περὶ βρόχου ἔχει) Lege, καὶ τινὰ καὶ περὶ βρόχους ἔχειν, τὰ περὶ τὸν μυχόν. Sic libro VIII. ἔχει δ᾽ ὁ κόλπος νησίδια τινα,

G καὶ περιβρόχους τινὰ καὶ χειμαδίων.

εὐπλοεῖ μᾶλλον ἐστὶν τὸ Βρεντέσιον) Lege, ἐπὶ τὸ Βρ.

καὶ Νήτιον καὶ καὶ Καρύσιον) Netium nusquam in isto tractu nominatam reperio: valdéque vereor ne ex proxima voce Καρύσιον orta sint illa καὶ Νήτιον: quod mihi Ptolemæi maximè tabulæ suadent.

καὶ Κερδωνία) Ptolemæo, Ἐρδωνία. Herdonenses inde Plinio.

διὰ Καυδίου καὶ Καλατίας) Καύδιον reperies etiam apud Ptolemæum in descriptione Samnii, & Liuium Caudinorum meminere & reliqui Geographi. Notæ sunt & Caudinæ fauces siue furcillæ, Romanis parum faustæ.

χιλίων δὲ ἐστὶ καὶ ὀκτὼ σταδίων) Plinio autore Dyrrachium abest Brundusio CCXX M.P. hoc est stadia MDCCLX. at autor Itinerarij maritimi mille tantum stadiorum interuallum ponit. A

μέχρι Σιλαίου) Locus meo iudicio corruptus: nec quicquam hùc facit Sila syluæ nomen de qua supra.

εἰσὶ δ' ἐκ Βρεντεσίου εἰς Βάριον ἐλάσσους που σταδίων.) Antoninus hoc iter ita describit.

Barium	
Aræsto	M.P.XXII. B
Egnatiæ	M.P.XV.
Speluncis	M.P.XXI.
Brundusium	M.P.XVIII.

πρὸς τὸν ποταμὸν Αὔφιδον) Hunc Polybius Ἄυφιδον vocat, & solum ex omnibus Italiæ fluuiis esse annotat qui Apenninum secet. Cum enim fontes habeat in ea Apennini parte quæ est Etrusco mari obuersa, Adriaticum tamen mare non Tyrrhenicum intrat.

ἐφ' ᾧ τὸ ἐμπόριον τῶν Κανυσιτῶν) Mela, *Et flumen quod Canusium attingens Aufidum appellant.* C

¶PAG. 195. *ἐκαλεῖτο δ' ἐξ ἀρχῆς Ἄργος Ἵππιον, εἶτ' Ἀργυρίππα, εἶτα νῦν Ἄρποι.*) Seruius, *Diomedes in Apulia condidit ciuitatem, quam patriæ suæ nomine appellauit, & Argosippion dixit: quod nomen postea vetustate corruptum est, & factum vt ostea Argyripa diceretur: quod rursus corruptum, Arpos fecit.* Idem Plinius.

τήν τε Λουκερίαν) Omnes & Græci & Latini Luceriam nominant. Polybius lib. III. vt Stephanus annotat, per ā Lucariam. Apud Diodorum lib. XVII. *Λυκείαν* malè pro *Λουκερίαν* scriptum est.

ἐν δὲ τῇ πλησίον θαλάττῃ δύο νῆσοι Διομήδειοι προσαγορευόμεναι) Plinius, *Contra Apulum littus Diomedea conspicua monumenta Diomedis: & altera eodem nomine, à quibusdam Teuthria appellata.* At Ptolemæus quinque Diomedeas vult esse insulas. D

τὸν ἀφανισμὸν τοῦ Διομήδους μυθεύουσι) De Diomedis obitu, & sociorum eius metamorphosi in Diomedeas aues lege cum Ouidii Metamorphosin, tum Lycophronis interpretes.

τοὺς δὲ ἀνθρώπους) Imo Græcos: & Barbarorum non τῶν Ἑλληνικῶν φυγῇ. Plinius, *Aduenas Barbaros* clangore infestant, Græcis tantum adulantur, miro discrimine, veluti generi Diomedis hoc tribuentes. Eadem interpretes Lycophronis. E

ὅσον μικρῷ σταδίους) Prior interpres legit ν pro μ.

καὶ ὠνομάζετο Σήπιους Ἑλληνικῶς) Ait ὠνομάζετο: vt innueret, non iam amplius ita à Græcis dici, sed Σιποῦς. quod & Stephanus indicat. Quare non est quod eruditum virum audiamus, qui contendit apud Melam esse legendū, Sepius, non Sipuns. cū vtraq; lectio stare possit. F

Δείκνυται δὲ τῆς Δαυνίας) Vtriusque monumenti & Calchantis & Podalirii meminit Lycophron: quem cum reprehendit eius vanissimus scholiastes, summam stultitiam suam cum impudentia adhuc maiore coniunctam prodit. Poetæ verba sunt de Calchante,

> *πολλοὶ δὲ Σιρὶν ἀμφὶ καὶ Λευταρνίαν*
> *ἄρουραν οἰκήσουσιν ἔνθα δύσμορος*
> *Κάλχας ὁ κλεινὸς θοραίας ἀμφίδρομος*
> *κεῖται.* De Podalirio.
> *ἐδ' Αὐσονίων ἄγχι Καλχάντος τάφου* G
> *δυοῖν ἀδελφοῖν ἅτερος φαλακρίων*
> *ξένην ἐπ' ὀστοῖς ἐγκαταστήσει κόνιν,*

ἐγκοιμώμενοι ἐν τῷ δέρματι) Vergilius,

> ——*cæsarum ouium sub nocte silenti*
> *Pellibus incubuit stratis somnosque petiuit.*

Lycophron de Podalirio hoc narrat.

> *δοραῖς δὲ κρίων τύμβον ἐγκοιμωμένοις*
> *χρήσει καθ' ὕπνον πᾶσι νημερτῆ φάτιν*

ῥεῖ δ' ἐξ αὐτῶν ποταμὸς ἀκεστικὸς πρὸς τὰς τῶν θρεμμάτων νόσους) Fluuio nomen Althæno ἀπὸ τοῦ ἀλθαίνειν quod est sanare: Lycophron autem non gregibus tantum, sed & hominibus prodesse hunc fluuium indicat.

Νόσων τ' inquit, *ἀκεστὴς Δαυνίοις κληΐζεται,*

> *ὅταν καταιονῶντες Ἀλθαίνου ῥοαῖς*
> *ἀρωγὸν αὐδήσουσιν Ἠπίου γόνον*
> *ἀστοῖσι καὶ ποιμναῖσι πρευμενῆ μολεῖν.*

τὸ Γάργανον) Seruius ait Garganum montem esse Iapygiæ, qui per Calabriam vsque in Adriaticum extendatur mare.

ταῦτα μὲν ἐστ' Ἀρτεμίδωρον) Non puto hic desiderari quicquam. Sed cum Italię longitudinem esset traditurus, quæ est ab intimo sinu Adriatico ad ea loca de quibus modò est actum, prius voluit monere lectorem, se in superioribus dimensionibus, Artemidorum esse secutum. Deinde comparat dimensiones eius quem chorographum appellat, cum dimensionibus Artemidori: vtrumque autem ait, dissentire à communi opinione. quid autem vterque senserit difficile fuerit inuestigare.

ὁ δ' Ἀρτεμίδωρος εἰς ͵ασ πλεονάζει τὸ τοῦ Ἀγκῶνος ὕστερα) Iste locus nec sanus est nec integer: Opinor conferri dimensiones chorographi cum dimensionibus Artemidori: quorum ille *μιλιασμῷ*, siue mensura Rom. hic *σταδιασμῷ* siue græca mensura vsus fuerat. Videtur autem posse colligi, dici ab Artem. id interuallum esse stadiorum ͵αση. siue ͵ασν. hoc est mille ducentorum & octo, siue quinquaginta, quod chorographus dixerat esse M.P. CCLIIII. Ideo subdit Strabo, *πολὺ ἐνδεέστερον εἰπών.* Prior interpres agnoscit vocem *σταδίους* quæ hodie excidit: & idem tamen ͵α non de mille stad sed de miliario interpretatur: planè mirabilis interpres. vt & hic locus est mirabiliter confusus. In veteribus libris pro ͵ασ legitur, partim *χίλια διακόσια εἰκοσιπέντε.* partim ͵ασ, quod idem significat.

οἱ δ' ἑξακισχιλίων τοῦτο ἀποφαίνοντες) Atqui apud Stephanum videtur dicere Artemidorus à sinu intimo Adriatico, ad eius finem stadia esse tantum CIↃXXV. Locus est in Tegestra.

¶PAG. 197. *τὰ περὶ Κάννας*) Res vulgò nota. Liuius lib. XXII. alii.

ἐν δὲ τῷ μεταξὺ λίμνη ἐστὶν) Plinio Pantanus lacus esse videtur.

ἐλαττόνων ἢ ͵α σταδ.) Malo ἐλάττονα vt ita coniungantur hæc, ἐλάττονα ἰσθμὸν ἀπολείπον. vel coniungendum ἐλαττόνων ἢ ͵α σταδίων.

ὑπέρκειται πρότερον) Libro quinto. Est autem Buca quam Ptol *Βοῦκαν Φρεντανῶν* vocat: Stephanus *Βοῦβλον* nisi fallor: quanquam ille *Πευκετίων* non Frentanorum ait esse.

πολιτείας συνεστήσαντο μεθ' ἣν ἐκ τε μοναρχίας καὶ ἀριστοκρατίας) Lege quæ super hoc à Polybio disputantur initio libri sexti.

¶PAG. 198. *καὶ τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου γενομένην εἰρήνην*) Prorsus legendum est κατὰ non καὶ. Falsum est enim anno decimonono post pacem Antalcidæ, captam fuisse Romam: cum iisdem temporibus vtrumque contigerit: anno scilicet secundo Olympiadis nonagesimæ octauæ. Vide Diodori historias. Polybii autem verba quæ respicit Strabo hæc sunt, Ἔνει μὲν ὂν ἐννεακαιδέκατον μετὰ μὲν τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν ἑκκαιδέκατον, πρὸ δὲ τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης ἐνεστήκει, ἐν ᾧ Λακεδαιμόνιοι μὲν τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδου λεγομένην εἰρήνην πρὸς βασιλέα τῶν Περσῶν ἐκύρωσαν. Mox, Γαλάται δὲ κατὰ κράτος ἑλόντες, αὐτὴν τὴν Ῥώμην κατεῖχον πλὴν τοῦ Καπιτωλίου. quibus verbis significat Polybius, captam fuisse Romam à Gallis, eodem anno quo pax Antalcidæ facta est, qui fuit annus post nauale prælium ad Ægos potamos XIX. ante Leuctricam autem pugnam XVI.

ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ) Deest verbum, opinor, κατέλυσε. Sic libro III. de iisdem Cantabris, *Καντάβρους κατέλυσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ.*

Νυνὶ δὲ Γερμανοὺς πολεμοῦμεν) De bellis aduersus Germanos vide Dionem, & reliquos qui Tiberii res gestas descripserunt.

Νυνὶ δὲ εἰς Ἰόβαν) A.I. Nunc: quando nimirum ista scribebat sed antequam ad finem huius operis peruenisset Strabo, mortuus est Iuba, vt ex lib. vltimo intelligimus.

Παρὰ δὲ τοῖς

Παρ᾽ Ἰταλίας δ᾽) Vide eadem pluribus librò xvi. exposita.

¶Pag.158. καὶ μέγιστοι δυνάσται τούτων, ἅμα καὶ εἰδότες) Lego μέγιστοι δι. Sed & distinctio praua est. Scribe, καὶ μέγιστοι δυνάσται, τούτων ἅμα καὶ εἰδότες πρὸς τοῦ Ῥωμαίων καὶ τῆς κατ᾽ αὐτὰς ἡγεμονίας ὑπεροχὴν, ἤδη τε &c.

μεταπεμ πολλάκις ἐν Ῥώμῃ τὸν βασιλεύσοντα) Omnino ζητοῦσιν τὰ legendum est. Exemplo esto Vonones Roma petitus a Parthis, acceptúsque rex vt Tacitus inquit lib. secundo.

A Καὶ αὐτὴν τῆς Ἰταλίας) Deest aliquid. Potest tamen videri sententia quoquo modo plena si legas Καὶ αὐτὸν δὲ χαλεπὸν δὲ ἄλλως εἰκεῖν) Immo διοικεῖν, & ita scripsi. κατὰ τὰ τῆς διοικήσεως καὶ τῶν προσταγμάτων τῶν ἐμβαινόντων Verè, magnus scriptor, qui temerè nihil dicere solet. Sic enim ipse de se Tiberius apud Tacitum libro iv. Annal. loquitur. *Cù diuus Augustus sibi atque vrbi Romæ templum apud Pergamum fieri non prohibuisset: qui omnia facta, dictaque eius vice legis obseruem, placitum iam exemplum promptius secutus sum.* Non tamen ea fuit constans mens Tiberio, qui sæpe acta Augusti vellicauit & reprehendit. vide Dionem.

B

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS ET CASTIGATIONES IN LIBRVM VII. GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

ΕΙΡΗΚΟΣΙ δ᾽ ἡμῶν) Descripsit hactenus Geographus, partes Europæ nobilissimas, Hispaniam, Gallias, & Italiā cum adiacentibus insulis: nunc ad reliqua describēda pergit. Quanquā autē multæ adhuc & magnæ Europæ prouinciæ restant, nullam tamen earum accuratè descriptam à Strabone habemus, præter Græciam: Reliquas, vel minus ipse cognitas habuit, ideo paucis & ὡς ἐν τύπῳ de iis tractauit, vel si descripsit accuratius, vt videtur fecisse Macedoniam & Thraciam, desideratur hodie eius περιήγησις, quæ magna sanè iactura est. Porrò autem continet hic liber Barbaras omnes gentes Europæ nondum descriptas: nam quicquid de Europa præter Græciam supererat, vno hoc libro erat Strabo complexus.

τὰ πέραν τοῦ Ῥήνου μέχρι τοῦ Τανάιδος) Vide Ptolemæi Tabul. iiii. viii. ix. Europæ.

καὶ ὅσα μεταξὺ τοῦ Ἀδρίου) Ptolemæus in v. Europæ tabula.

μέγιστος τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην ποταμῶν) Philostratus de Danubio, ποταμῶν δὲ ὧν δοκεῖ μέγιστος, ὁπόσοι διʼ Εὐρώπης ῥέουσι. Sic lib. iiii. vbi dixit Padum maximum esse omnium Europæ fluuiorum excepto Istro: quem paullò minorem esse Nilo & Ouidius & Ausonius aiunt. Herodotus autem, si velis ἕν πρὸς ἓν cōparare, nullum flumen putat cum Nilo conferendum, sin minus, Istrum pronuntiat maximum omnium sibi cognitorum fluuiorum. qui & hieme & æstate semper ἴσος αὐτὸς ἑωυτῷ fluit.

ἄρχεται μὲν οὖν ἀπὸ τῶν Γερμανικῶν) Plin. de Istro, *Ortus hic in Germaniæ iugis montis Abnobæ, ex aduerso Rauraci Galliæ oppidi, multis vltra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes &c.*

διέχων αὐτοῦ περὶ χιλίους σταδίους) Si locum hunc rectè capio, significat Strabo, fontes Istri, ab intimo sinu Adriatici maris abesse stadia ferè mille: quod si verum est, quid Diodoro Siculo respondebimus qui eosdem fontes xl tantum stad. ab Adriatico mari abesse scribit? scribit autem, vt rem suo æuo exploratam, & certam. locus est lib. iiii.

Προσάρκτια μὲν οὖν ἐστι τῷ Ἴστρῳ) Est apud elegātissimum poetam Dionysium geminus huic locus, quo gentes Istro septentrionales & meridionales accuratè describuntur: ac primum quæ ad septentrionem sitæ sunt.

Τῷ μὲν πρὸς βορέην πεπτυσμένα φῦλα νέμονται
Πολλὰ μάλ᾽ ἑξείης, Μαιώτιδος ἐς στόμα λίμνης,
Γερμανοί, Σαυμάται τε, Γέται θ᾽ ἅμα Βαστάρναι τε
Δακῶν τ᾽ ἄσπετος αἶα, καὶ ἀλκήεντες Ἀλανοί,
Ταῦροι θ᾽ οἳ ναίουσιν Ἀχιλλῆος δρόμον αἰπύν
Στεινόν

Στεινόν θ᾽ ὁμοῦ δολιχόν τε καὶ αὐτῆς ἐς στόμα λίμνης.
Τῶν δ᾽ ὑπὲρ ἐκτεταται πολυΐστωρ φῦλον Ἀλαζῶν
Ἔνθα Μελάγχλαινοί τε καὶ ἀνέρες Ἱππημολγοὶ,
Νευροί θ᾽, Ἱππόποδές τε, Γελωνοί τ᾽ ἠδ᾽ Ἀγάθυρσοι.

μεσημβρινά δὲ τά τε Ἰλλυρικὰ, καὶ τὰ Θρᾳκικὰ) Dionysius,
Πρὸς δὲ νότον, Γέρμοι, καὶ Νωρικοὶ ἀστ᾽ ἐρυμνά
Παιόνιοι, Μυσοί τε ὑφορμίστρι Θρήκων,
Αὐτοί τε Θρήϊκες, ἀπείρονα γαῖαν ἔχοντες.

C πολλὰ δὲ παραλλάττει καὶ μορφαῖς καὶ ἤθεσι καὶ βίοις) Etiam libro quarto dixit Gallos Germanósque τῇ φύσει καὶ τοῖς πολιτεύμασιν ἐμφερεῖς καὶ συγγενεῖς ἀλλήλοις.

διὸ δικαίως μοι δοκοῦσι Ῥωμαῖοι τοῦτο αὐτοῖς θέσθαι τοὔνομα) Aliam huius appellationis rationem affert Tacitus, *Cæterum* inquit, *Germaniæ vocabulum recens & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, nunc Tungri, tunc Germani vocati sint: Ita nationis nomen non gentis eualuisse paulatim, vt omnes primum à victore ob metum, mox à seipsis inuento nomine Germani vocarentur.* Nec me fugit doctos nostræ ætatis viros nec Strabonis nec Taciti probare sententiam: quanquam ne ipsis quidem inter ipsos conuenit.

D ταύτης δὲ τὰ μὲν) vt gentem Vbiorum, de quibus lib. quarto, & Tacitus.

¶Pag.201. εἰσὶ δὲ μεταξὺ καὶ ἄλλοι ποταμοί) Mox ait Geographus eodem cum Amasia ferri Visurgin & Lupiam. Ptolem. Vidrum addit. Elisonem fluuium eius tractus, qui Lupiam ingrediatur nominat Dio lib. liiii. Strabo mox alium, Salam.

E ἐν ᾧ Ἀμασίᾳ Δροῦσος Βρουκτέρους κατεναυμάχησε) Tacitus obiter istius victoriæ meminisse lib. secundo Ann. videtur in rebus Germanici. Sæpius autem cæsos ad Amasiam Bructeros à Rom. satis liquet: Tacitus libro primo. *Bructeros sua vrentes, expedita manu L. Stertinius, missu Germanici fudit. Mox. Ductum inde agmen ad vltimos Bructerora: quantùmque Amisiam & Luppiam amnes inter, vastatā.*

ἐξήρτηται γὰρ ἡ χώρα πρὸς νότον) Lego ἐξῆρται: ab ἐξαίρεσθαι non ἐξήρτηται quod est ab ἐξαρτᾶσθαι.

F καὶ δὴ καὶ ἀπεφήναντό τινες τοῦτο) Ait montes Alpibus continuos qui à capite Danubij in Orientem porriguntur ipsi Danubio septentrionales, à nōnullis Alpes appellari. Atque hæc videntur esse illa ὁμώνυμα ὄρη τοῖς Ἄλπεσι quorum Ptolem. meminit: quibus montibus παράλληλον videtur facere Cæsar syluam Hercyniam, dum scribit eam ab Heluetiorum, Nemetum, & Rauracorum finibus oriri: rectàque fluminis Danubij regione pertinere ad fines Dacorum & Anartium: nisi verius est in ipsis illis montibus messe hāc syluam: quod Strabo videtur infra indicare. Sciendum est autem aliam esse quoque ῥάχιν Danubio meridionalem, quæ ab Alpibus incipiens in Thraciam vsque protenditur, de

qua sic infra scriptum est. Τρίτον πρὸς τῷ Ἴστρῳ ... ἀλλὰ ... τῷ Ἰλλυρικῷ καὶ τῷ παρωνυμῷ, καὶ τὰ Ἀλπεινὰ ὄρη &c. Atque hi quoque montes Alpium appellatione aliquando comprehenduntur: vt mirari iam nemo debeat quod Mela ait, Alpes vbi Germaniá attigerunt, verso impetu in orientem abire: diréptis populis immanibus, vsque in Thraciam penetrare. Intelligit enim Mela illam quam Strabo appellat ῥάχιν.

ἐν τούτοις δ' ἐστὶ καὶ ὁ Ἑρκύνιος δρυμός) De sylua Hercynia quam Eratosthenes & reliqui Græci Oreinam appellabant, vide Cæsarem, cum doctorum hominum in eum Notis. De Sueuorum gentibus Tacitus, in libro de Germania.

τὰ τῶν Κολδούων) Suspecta vox quam non temere alibi reperias.

ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ Βουίαιμον) In vett. libris est Βούιαιμον, quam lectionem veriorem esse, & vocis inuentor eumnert, & Paterculi hic locus. *Sentio* (inquit) *Saturnino mandatum, vt per Cattos excisis continentibus Hercyniæ syluam, legiones Boiohæmum: id regioni quam incolebat Marabodnus nomen est*, &c. Assentior autem eruditissimis viris, qui huc referunt verba illa Taciti, qui de Hercyniæ syluæ populis cum loqueretur, hæc scribit, *Vlteriora Boij Gallica vtraque gens, tenuere. Manet adhuc Boiemi nomen, significátque loci veterem memoriam, quamuis mutatis cultoribus.*

τὸ τοῦ Μαροβόδου βασίλειον) Ideo apud Tacitum dicitur Maroboduus Hercyniæ latebris defensus. Historiã quę sequitur, pete ex eiusdem Annal. lib. II.

Λούγιοι τε μέγα ἔθνος) Assentior doctis viris quibus hi videntur esse Lygij, de quibus Tacitus, *Dirimit scinditque Sueuiam continuum montium iugum, vltra quod plurimæ gentes agunt, ex quibus latissimè patet Lygiorum nomen, in plures ciuitates diffusum.* An tamen apud Strabonem mutari vulgata lectio debeat, non facile dixerim. Nam Ptolemæus quoque Λουίους videtur hos appellare, vel Λούγους vt habent eius editiones. Facit autem Ptolem. varia horum genera, Lutos Buros, Lotos Ominanos, & (vt legunt quidam) Lutos Didunos, quod optimè cum illis verbis conuenit, τὸ μέγα ἔθνος.

καὶ Βούτωνες) Plinio Guttones.

καὶ τῶν Σοήβων αὐτῶν μέγα ἔθνος Σέμνωνας) Tacitus *Vetustissimos se nobilissimosque Sueuorum Semnones memorant.* Mox, *Adicit auctoritatem fortuna Semnonum. Centum pagis habitantur magnoque corpore efficitur, vt se Sueuorum caput credant.*

μέγιστον μὲν οὖν τὸ τῶν Σοήβων ἔθνος) Tacitus, *Sueuorum non vna vt Cattorum, Tencterorumue gens maiorem enim Germaniæ partem obtinent, proprijs adhuc nationibus nominibusque discreti quanquam in commune Sueui vocentur.* Dio libro LI. πολλοὶ καὶ ἄλλοι τῶν Σοήβων ὀνόματος αὐτοῦ τούτου.

καθάπερ Ἑρμόνδοροι) Non dubium esse Hermonduros, quos Tacitus Sueuorum esse partem indicat, & in eorum finibus Albin oriri scribit. Lege ergo Ἑρμόνδουροι.

καὶ Λαγκόσαργοι) Videntur esse Langobardi Sueuorum gens Tacito & Ptolem. quanquam quæ sequuntur, nõ videntur Langobardis Taciti conuenire.

τούτων δ' ἀπὸ τῶν Γερμανῶν οἱ πλεῖστοι) Athenæus libro quarto, Germani inquit, vt refert Posidonius ἄριστον προσφέρονται κρέα μελιστὶ ὠπτημένα, καὶ ἐπιπίνουσι γάλα, καὶ τὸν οἶνον ἄκρατον.

Χηρούσκοι) Vocat Cheruscos ... Germaniæ ἔθνος. Tacitus autem de iis hæc. *In latere Chaucorum Cattorumque Cherusci nimiam ac marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt: idque iucundius quàm tutius fuit. Quia inter impotentes & validos falso quiescas: vbi manu agitur, modestia ac probitas nomina superioris sunt. Ita qui olim boni æquique Cherusci, nunc inertes ac stulti vocantur.* De Chattis quoque multa passim apud Tacitum & Dionem leguntur.

καὶ Γαμαβρίουιοι) Gambriuios meo iudicio Tacitus appellat. Chattuariorum nomen vereor ne sit corruptum quanquam ita sæpe infra quoque.

οἱ δὲ τοῦ Ὠκεανοῦ Σούγαμβροί τε) Sygambrorum etiam libro quarto meminit: hos Ptolemæus ad Rhenum ait habitare post Busacteros, ἀρχόμενοι ἀπὸ ...

καὶ Χαῦβοι) Ad Oceanum Germanicum proximi Rheno habitant Sygambri, quos sequuntur Chauci, de quibus Tacitus, *Hactenus in Occidentem Germaniam nouimus. In septentrionem ingenti flexu redit. Ac primo statim Chaucorum gens, quanquam incipiat a Frisiis* &c. Ergo legendum videtur in hoc nostro καὶ Καῦκοι. Mouet me tamé quod mox Καύκους recenseat. Itaque quid certi de hoc loco affirmé non habeo. Ptolemæus Germaniæ τὴν παρωκεανῖτιν ita describit: Inter Rhenum & Amisiam habitant, Busacteri & Phrisij: inter Amisiam & Visurgin, Καῦχοι minores: inde ad Albin fluuium, Cauchi maiores: in ipso iugo Cherronesi Cimbricæ, Saxones: ipsam Cherronesum, Sigulones (qui fortasse sunt Mugilones Straboni) Sabalingij, Cobandi, Chali, Phundesi, Charudes, & omnium maximé septentrionales Cimbri. Bructeri Strabonis sunt opinor Ptolemæi Busacteri (non enim iis assentior qui Βρουκτήρους hic quoque legunt vt supra) Sed quid faciemus istis Caulcis & Campsianis qui mox sequuntur, quos nusquam reperio? quanquam Campsiani esse videntur, qui paullò post Ampsani nominantur, & Καῦλκοι fortasse sunt, qui ibidem Κάθυλκοι.

διὰ ταύτης δὲ τῆς Ἀμασίας φέρονται, Βίσουργίς τε καὶ Λουπίας) De Visurgi (quem Visurgin Ptolemæus vocat, Dio modò Βισούργιν, modò Οὐισούργιν mendosè) non est dubium ferri eum διὰ ταύτης τῆς Ἀμασίας: De Lupia non assentitur Mela, qui eum vult Rhenum ingredi.

ὅπου δ' ἐστὶ Βρουκτέρων τῶν ἐλαττόνων) Etiam Ptolemæo Busacteri ita diuiduntur: suntque alij μικροί, alij μείζους, quo discrimine multi Germaniæ populi inuicem distinguuntur. Sic Cauchi leguntur μικροὶ καὶ μείζους.

ἐν μεταξὺ καὶ τοῦ Ῥήνου πολεμῶν) Drusi morté vide apud Dionem initio libri LV. & in Epitome Liuiana libro CXL.

ἐν αἷς ἐστι καὶ ἡ Βυρχανίς) Plinius, *Inde insulæ Romanorum armis cognitæ: Earum nobilissima, Burchana, Fabaria à nostris dicta, à frugis similitudine sponte prouenientis.*

ἤρξαντο δὲ τοῦ πολέμου Σούγαμβροι) Vide Dionis historiam lib. LIIII. sub finem.

κατὰ ... Χηρούσκων) Cladem Q. Vari, & Romani exercitus describit Dio lib. LVI. Tacitus lib. Ann. primo: sed hic Chattis videtur id tribuere, non Cheruscis.

Σεγιμοῦντός τε καὶ Σεγέστου υἱὸς) Lege Σεγιμοῦντός τε ὁ Σεγ. Segimundus enim ipse Segestæ filius, autore Tacito.

¶ Pag. 202. καὶ ἀδελφὴ αὐτοῦ γυνὴ δ' Ἀρμενίου) Tacitus, *Inerant feminæ nobiles inter quas vxor Arminij, eadémque filia Segestis.*

ἐν δὲ Σεσίθακος Αἰγιμήρου υἱὸς) Ægimerum appellat quem alij Segimirum: cuiusmodi varietates infinitas notauimus. vide ad lib. primum. Cornelius Tacitus hæc ita narrat vt videatur à Strabone nonnihil dissentire. Verba eius, *Iam Stertinius ad accipiendum in deditionem Segimerum fratrem Segestis præmissus, ipsum & filium eius in ciuitatem Vbiorum produxerat. data vtrique venia, facile Segimero, cunctantius filio: quia Quinctilij Vari corpus inlusisse dicebatur.*

Αἰγέστης δ' ὁ πενθερὸς τοῦ Ἀρμενίου) Ecce iterum, Ægestem vocat quem non tantum alij Segestem, sed ipse quoque paullò ante: nisi tamen verius est hic scribendum esse Σεγέστης, & paullò ante Σηγιμήρου non Αἰγιμήρου.

κύκλον περιλαμβάνοντα μέγαν) De ambitu syluæ ex eo cóiice, quod Cæsar scribit patere eius latitudinem IX. dierum iter expedito. Mela, dierum sexaginta, iter occupare autor est.

καὶ ἡ μεταξὺ ἀμφοῖν λίμνη, καὶ τὰ ἕλη τὰ ἐκ τοῦ Ῥήνου διαχεόμενα) De his libro quarto, Καὶ ὁ Ῥῆνος δὲ εἰς ἕλη μεγάλα, καὶ λίμνας ἀναχεῖται μεγάλας.

ἔσχε δὲ καὶ τοῦτον ... Τιβέριος) Huc videtur referenda quę (licet paullo aliter) scribũtur à Dione libro LIIII. ... Τιβέριος ... πλείους ... &c. vide & Eusebij Chronica.

περί

νοτιωτέρα δ' ἐστὶ τῆς τῶν Ἰστρου πηγῶν καὶ αὕτη καὶ ὁ Ερκύνιος δρυμός) Ait necesse esse vt qui è Gallia ad saltum Hercynium tendat, primùm lacum Cōstantiensem, deinde istum traiiciat. Galliam videtur intelligere quam Romani vocāt Cisalpinam. Nam aliter quomodo hæc cohæreant non video. Sed ne sic quidem satis mihi de isto loco liquet. Munsterus autem vir longè doctissimus putabat legendum non νοτιωτέρα, sed βορειοτέρα. quod non puto. Peritiores tamen harum rerum iudicent.

B προσοικοῦσι δὲ τῆς λίμνης) Similis locus libro quarto. Nam de hoc lacu loquens, ἢ, inquit, προσάπτονται καὶ Ραιτοὶ καὶ Οὐινδολικοὶ τῶν Ἀλπείων τινές.

ἡ Βοίων ἐρημία) Boiorum deserta Plinius lib. IIII. cap. XXIIII.

πάντες τὸ πλέον δ' [illegible]) Prior interpres non videtur agnoscere vocem πάντες. Et planè hæc non satis benè cohærent. Putarim legendum, mutata distinctione, Μέχρι καὶ Παννονίων πάντες, τὸ πλέον δὲ &c. Nam præter id quod dixi, quis Straboni credat, omnes populos Germaniæ μέχρι Παννονίων lacum illum tangere?

C οἱ δὲ Καρνοὶ καὶ τοῖς περὶ τὴν Ἀκυληίαν χωρίοις) οἱ δὲ, hoc est Noriei. Scripsimus autē Catnis, non Cranis. Vtrumque confirmatur illis superioribus verbis libri quarti: Μετὰ δὲ τούτους, οἱ ἐγγὺς ἤδη τοῦ Ἀδριατικοῦ μυχοῦ, καὶ τῶν κατὰ Ἀκυληίαν τόπων οἰκοῦσι, Νωρικῶν τέ τινες, καὶ Κάρνοι. Plinius, A tergo Carnorū & Iapidū, quà se fert magnus Ister, Ratis iunguntur Norici.

ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Γαβρῆτα ὕλη) Ptolemæo Γαβρῆτα ὕλη.

τῶν πλανήτας ληστὰς καὶ [illegible]) Nam Cimbri latrones **D** audiebant. & Plutarchus in Mario refert lingua Germanorum latrones Cimbros esse appellatos. Festus ait lingua Gallica.

μεγάλου πλημμυρίδι ἐξελαθῆναι ἐκ τῶν τόπων) Festus de Ambronibus qui fuerunt Cimbrorum socii, Ambrones, inquit, fuerunt gens quædam Gallica, qui subita inundatione maris, cum amisissent sedes suas, rapinis & prædationibus se suosque alere cœperunt. eos & Cimbros Teutonosque C. Marius deleuit.

ὡς δὲ δ' οὐδ' ὅπλα αἴρειν πρὸς τὰς πλημμυρίδας) Id scriptum à Nicolao Damasceno, cuius apud Stobæum **E** hæc nobis supersunt verba. Κελτοὶ οἱ τῷ Ὠκεανῷ γειτνιῶντες, αἰσχρὸν ἡγοῦνται τοῖχον κατα[illegible] φεύγειν. πλημμυρίδος δὲ ἐκ τῆς ἔξω θαλάσσης ἐπερχομένης, σὺν ὅπλοις ἀπαντῶντες ὑπομένουσιν ἕως κατακλύζονται, ἵνα μὴ δοκῶσι φεύγοντες τὸν θάνατον φοβεῖσθαι. Ælianus de iisdē, εἰσὶ δὲ καὶ οἳ ὅπλα λαβόντες ἐμπίπτουσι τοῖς κύμασι, καὶ τὴν φορὰν αὐτῶν ἐκδέχονται, καὶ τὰ δόρατα προτείνοντες, ὥσπερ ἂν φοβῆσαι δυνάμενοι ἢ τρῶσαι.

ἀφοβίαν οἱ Κελτοὶ ἀσκοῦντες) Inde Græcorū prouerbium Κελτικὸν θράσος. vide Aristotelem Nicomach. libro III. cap. VII. & Ælianum lib. XII. Ideo Horatius Galliam videtur appellare, non pauentem funera.

¶PAG. 203. ἰδόντας τὸν ῥοῦν τοῦ πελάγους ἀφιππάσασθαι) **F** Αφιππάζεσθαι est equo se eripere. Diodorus ἀφιππεύειν pro eodem posuit lib. II. ἀφεὶς οὐδὲν παθοῦσα [illegible] Σεμίραμις ἀφιππεύειν.

ὅτι λῃστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες) Vide libro primo.

φησὶ δὲ καὶ Βοίους τὸν Ἑρκύνιον δρυμὸν οἰκεῖν πρότερον) Afferam Cornelij Taciti locum, quem nō parum hæc Strabonis illustrabunt. Inter Hercyniam syluam Rhenumque & Mœnum amnes Heluetij, vlteriora Boij, Gallica vtraque gens, tenuere. Manet adhuc Boyemi nomen, significàtque loci veterē memoriam, quamuis mutatis cultoribus.

οὔτ' ἐπὶ Ταύρισκοὺς καὶ Ταυρίσκους) Legendum Ταυρίσκους. quemadmodum paulò post scriptū est. Vide tamē quæ **G** notantur in Epitome Stephani, Ταυρίσκοι.

οὔτ' ἐφ' Ἑλουηττίους πολυχρύσους μὲν ἄνδρας εἰρηναίους δὲ) Geminus & cum isto cōferendus locus libro quarto, φησὶ δὲ καὶ πολυχρύσους τοὺς Ἑλουηττίους εἶναι, μηδὲν μέντοι ἧττον ἐπὶ λῃστείας τραπέσθαι τὰς τῶν Κίμβρων εὐπορίας ἰδόντας.

πάντας μέντοι κατελυθῆναι) Vide libro quarto vbi de Rhodani ostiis.

παρηκολούθουν προμάντεις ἱέρειαι) quales fuisse videntur Velleda & Aurinia, de quibus consule Tacitum.

ὁ Μάρας ἱστορεῖ τὸν περὶ Ἀλβιν [illegible]) De hoc satis libro primo. Vide Plinium omnino lib. II. cap. LXIII.

ὅτ' οἱ Ρωμαῖοι προσῆλθον [illegible] τὸ ἀκρωτήριον τὸ Ἀλβίου) Scripta hæc sunt quo tempore bellum in Germania gerebat Drusus, cuius victoriarum terminos Albis, quem ille non traiecit: postea autem Romani traiecerunt. vide Tacitum.

τὰ πρὸς βορρᾶν μέρη τοῦ Πόντου χωρία ἄγνωστα) Mēdosissimus locus. Mihi nō est dubium verbum quod desideratur, ita esse restituendum, vt pro ἄγνωστα, legamos ἀπαντᾷ: quale mendum, etiam alibi in hoc autore deprehendimus. vide ad lib. primum. Sed ne sic quidem locus per- **B** purgatus omnino fuerit. Nam si verba hæc diligentius expendas, vel vocem μέρη vel vocem χωρία esse inutilē mihi opinor accredes. An ergo locus ita legendus? τὰ πρὸς βορρᾶν τοῦ Πόντου χωρία ἀπαντᾷ. Sensus quidem hic est Nauigantibus in Oceano septētrionali orientē versus occurrere ea loca quæ Ponto sunt ad septentrionem.

καὶ τῶν ἀπὸ θαλάσσης διαστημάτων) Loco non omnibus claro lucem afferent quæ disputata sunt libro primo, nō procul initio, de Oceano totam terram ambiente: vbi docebat Geographus de partib. inaccessis nobis esse iu- **C** dicandum, aut coniiciendum potius ἐκ τῶν ἀπὸ θαλάσσης διαστημάτων τῶν ἑκατέρωθεν μερῶν. Vide locum.

εἴτε Βαστάρνας χρὴ λέγειν) Dionysius,

πολλὰ μάλ' ἑξείης Μαιώτιδος ἐς στόμα λίμνης
Γέρμανοί, Σαρμάταί τε, Γέται θ' ἅμα, Βαστάρναι τε.

Ouidius,

Hactenus Euxini pars est Romana sinistri:
Proxima Basternæ Sauromatæque tenent.

Plinius de Basternis & Iazygibus, *Inter Danubium & Hercynium saltū, vsque ad Pannonica hyberna Carunti, Germa-* **D** *norū ibi confinia, cāpos & plana Iazyges Sarmatæ: mōtes verò & saltus pulsi ab iis Daci ad Pathissā amnē à Moro, siue is Duria est à Suenis regnoque Vanniano dirimens eos: aduersa Basternæ tenent, aliique inde Germani.* Vide infra hoc eodem libro.

ἢ Ρωξυλανοὺς) Omnino Roxolanos esse puto: quos ipse paulò post, & Ptolemæus quoque Iazygibus vicinos facit. Lego igitur, Ρωξολανοὺς vt infra. sic veteres.

¶PAG. 204 τῶν ἁμαξοικῶν) qui in plaustro equóque viuunt, vt loquitur Tac. Sed & Hamaxobios gentem in eo tractu agnoscunt Geographi.

E περὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐφεξῆς προσαρκτίων Ἰαζύγων) Imo Ἰάζυγας vel Ἰάζυγες. & ita aut simili modo scribendum.

ἀλλ' ἐκεῖνον, ὥσπερ καὶ αὐτὸς φαίδρῳ ὁ Σωκράτης) Verba Socratis apud Platonem, ὅθεν δὴ χαίρειν ἐάσας ταῦτα, πειθόμενος δὲ τῷ νομιζομένῳ περὶ αὐτῶν, ὃ νῦν δὴ ἔλεγον, σκοπῶ οὐ ταῦτα, ἀλλ' ἐμαυτόν.

Οἱ πάντων ὑπολαμβάνοντες τοὺς Γέτας, Θρᾷκας ὑπολαμβάνειν) Herodotus Melpomene, Getas vocat Thracum τοὺς ἀνδρειοτάτους καὶ δικαιοτάτους.

ἀφ' ὧν ἀφωρμήθησαν καὶ οἱ νῦν μεταξὺ Λυδῶν) De his plura lege libro duodecimo: vbi etiam de Phrygibus, Myg- **F** donib. Bebrycibus & Bithynis ac Thynis plura.

καὶ Μαιδοβιθυνοὶ) Medobithynos pauci veterum commemorant: sed apparet ex duobus Thraciæ populis vnum esse confectum. De Bithynis satis liquet. Medos autem hoc est Μαίδους per ε gentem esse Thraciæ apparet ex hoc ipso libro. Stephanus verò Mædos hos appellat, scribitque, Μαιδοὶ ἔθνος Θρᾴκης πλησίον Μακεδόνων. ἐκ τούτων μεταβάντες τινὲς εἰς Μακεδονίαν Μαιδοβιθυνοὶ ἐκλήθησαν. Sic Herod. & Thucyd. Sane & Ptolemæus, in Thracia Μαιδικὴν στρατηγίαν nominat, scribitque per αι.

αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν) Locus integer ita habet.

Ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα νηυσὶ πέλασσε,
Τοὺς μὲν ἔα παρὰ τῇσι πόνον τ' ἐχέμεν καὶ ὀϊζύν,
G Νωλεμέως· αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινώ,
Νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων Θρῃκῶν καθορώμενος αἶαν,
Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων, καὶ ἀγαυῶν ἱππημολγῶν.
Γλακτοφάγων, Ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων.
Ἐς Τροίην δ' οὐ πάμπαν ἔτι τρέπεν ὄσσε φαεινώ.

Adscripsi totum poetę locum, tum quia eo sæpius vtitur Strabo isto libro: tum quia ex eius integra lectione satis cōstat id quod probare Strabo nititur. Nam πάλιν τρέπεν ὄσσε vt ille ait, est εἰς τοὐπίσω: quod autem additur à poeta, Iouē vbi semel à Troianis se auertit, ad eosdem postea se non conuertisse: satis indicat Mysos, quorum mentionem facit Thraicam esse gētem non

Asiaticam: Mysos enim Asiaticos vix cernere potuisset Iupiter, vt non etiam ad Troiam oculos flecteret. Confirmat hanc interpretationem Ammiani locus lib. XXIII. vbi postquam de Hyrcania egit, subdit, *Contra hanc gentem sub Aquilone dicuntur Abij versari, genus piissimum, calcare cuncta mortalia consuetum: quos (vt Homerus fabulosius canit) Iupiter ab Idæis montibus contuetur.*

καὶ τὸ ἀφορισμένον δ' αὖ τοῦ μαρτυρεῖν) Lego, *καὶ τὸ ἀφορισμένον δ' αὖ τοῦτο μαρτυρεῖν*. Ita esse scribendum quanuis repugnantibus libris, nemo negabit, paullò qui sit emunctioris naris.

διὰ δὲ τοῦτο καλεῖσθαι θεοσεβεῖς τε καὶ καπνοβάτας) Ita scriptum reperio in omnibus exemplaribus, tum hic, tum etiam paullò post, vbi hæc repetuntur; neque id tantum, sed apud Eustathium quoque. Verùm quid obsecro hæc vox significat, aut quænam huius appellationis ratio? Id quidem constat, à frugalitate nomen istud eos inuenisse, quod illa verba indicant, *διὰ τοῦτο*. Sed nihilo minus obscura remanet Capnobatarum appellatio. Dionysius autem Gothofredus ICtus clarissimus longéque doctissimus, ac singulari amicitia mihi coniunctissimus, putabat legendum, *ἀκαπνοβάτας*, vel *ἀκαπνοβιώτας*, vel *ἀπνοβιώτας*. quòd more Pythagoreorum rebus inanimatis tantum vescerentur.

ὡς κτίστας καλοῦσι) Quosnam Græci appellent *κτίστας*, nemo est qui ignoret. estque id vel ex Suetonij Octauio clarum. Sed ea huius vocis notio nihil pertinet ad hunc locum. mihi quidem Cristæ isti tam sunt incogniti quàm proximi Capnobatæ. veruntamen ita omnes libri habent.

τὸν ἐκεῖ ἡμιτελῆ τοῦ Πρωτεσιλάου, διότι χῆρος) Locus poetæ est Ιλιάδ. β.

> Τῶν αὖ Πρωτεσίλαος ἀρήϊος ἡγεμόνευε
> Ζωὸς ἐών, τότε δ' ἤδη ἔχεν κάτα γαῖα μέλαινα
> Τοῦ δὲ καὶ ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος Φυλάκῃ ἐλέλειπτο
> καὶ δόμος ἡμιτελής.

Interpretatur autem Strabo *ἄβιον ἡμιτελῆ, τὸν χῆρον*, & cœlibem vitam. Alii paullo aliter: quos consule. Cæterum *Ἀβίους* volunt alii proprium gentis esse nomen, quod Arriani & Curtij atque Ammiani confirmatur autoritate. quomodo etiam vocem *ἀγαυῶν* nonnulli è veteribus acceperunt, vt Hesychius testis est.

δίκαιον δ' ἐν τῷ δεκάτῳ ἐγγράφειν) Corruptissimum locum aliis sanandum libenter relinquo qui vel à libris manuscriptis melius erunt instructi, vel ab ingenio: addam etiam, quibus plus otij quàm mihi homini occupatissimo fuerit.

τοὺς χεῖρους οὐδ' ἐν τοῖς αὐτοῖς) Nemo non videt deesse negationem, legendúmque esse, *τοὺς χεῖρους οὐ μᾶλλον*.

καὶ τῆς χρημάτων κτήσεως) Malim *κτήσεων*.

δικαιοτάτους εὔλογον κληθῆναι) Q. Curtius lib. VII. *Legati deinde Abiorum Scytharum superueniunt, liberi ex quo discesserat Cyrus, tum imperata facturi: Iustissimos barbarorum constabat. Armis abstinebant, nisi lacessiti. Libertatis modico & æquali vsu, principibus humiliores pares fecerunt.*

πρὸς ἀκριβείας τινὰς αὐτῶν ὑπάρχουσαν ἐστὶ τὸ κοινωνικόν) Eleganter *τὸ κοινωνικὸν* vocat *ἴχνος* legitimæ philosophiæ: sic philosophus *παρεκβάσεις* solet appellare in libris de rep. *τυραννίδα τῆς βασιλείας, ὀλιγαρχίαν τῆς ἀριστοκρατίας, δημοκρατίαν, τῆς πολιτείας*.

Γαμεῖ γὰρ οὐδεὶς ὃς οὐ δέκ' ἢ) Carmen hoc sic malim legi,

> Γαμεῖ γὰρ οὐδεὶς ἐνθάδ' εἰ μὴ δέκ' ἢ

& ita nisi fallor sententia postulat. Infra vox *καταστροφὴ* corrupta est & emendanda.

καὶ περὶ τῶν ἄλλων) Heraclides Ponticus In *πολιτείᾳ* Thracum, *Γαμοῦσι γυναῖκας τρεῖς καὶ τέσσαρας· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τριάκοντα. καὶ ὡς θεραπαίναις χρῶνται, καὶ ἐν ἀσθενείαις οἱ γάμοι καὶ ἐν ἀσθενείᾳ συνοικοῦσιν αὐταῖς.*

¶PAG. 206. *λέγεται γάρ τινα τῶν Γετῶν ὄνομα Ζάμολξιν*) Exstat historia apud Herodotum Melpomene: Meminère eius & Laertius in Pythagora, & Iornandes in rebus Gotticis. Zamolxis autem nomen non vno modo scri-

A do scribitur, apud omnes.

παρὰ δὲ τοῖς Γέταις ὠνομάζετο θεός) Etiam apud Lucianum & Acinaces, & Zamolxis *θεοὶ* audiunt. Apud Platonem ait homo Thrax, *Ἀλλὰ Ζάμολξις λέγει ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς θεὸς ὤν.*

ἐφ' ὃν ἤδη παρεσκευάσατο στρατεύειν Καῖσαρ ὁ θεός) Huc refer illa Suetonij in Iulio, cap. XLIIII. *Destinabat (inquit) Dacos qui se in Pontum & Thraciam effuderant, coercere.*

Δεκαίνεος ἔχει τὴν τιμήν) Libro decimo sexto
B scriptum est Decineus. apud Iornãdem de hoc ita scriptum reperio, *Dehinc regnante in Gothis Byrebista, Diceneus venit in Gothiam, quo tempore Romanorum Sylla potitus est principatu: quem Diceneum suscipiens Byrebista, dedit ei pene regiam potestatem.* Ita enim legendum. Decineo vt ait idem, successit Comosicus. De Marico Boiorum Deo vide Tacitum.

ὁ δ' Ἀπολλόδωρος) Confer cum iis quæ libro primo dicta sunt.

¶PAG 207. *Αἰσχύλου δὲ κατακεφάλους καὶ στερνοφθάλμους*) Le-
C gendũ *στερνοφθάλμους* vt rectè libro primo. Mirum verò quanta hic interpretis fuerit oscitantia: Nam cum Aldi & quæ Aldina sequuta est editio, haberent *στερ. φθαλμοὺς* perperam omisso *νοῦ*: quam litteram & prior interpres rectè agnoscit, & ex libr. pr. facilè fuit restituere: visum tamen erudito viro nouum mõstri genus hactenus inauditum fingere Adeo (quod Thucyd ait) *τοῖς πολλοῖς οὕτως ἀταλαίπωρος ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας*.

Ῥιπαῖα ὄρη λέγοντες) Riphæi montes vbi sint non convenit inter veteres: quum quidem Posidonius vt alio
D loco retulimus Alpes esse velit, alij montis Caucasi partem. Dionysius eos ad ostia Borysthenis qui Pontum Euxinum ingreditur collocat. Nam postquam de iis dixit, subiicit,

> Κεῖθι καὶ Ἀλδήσκοιο καὶ ὕδατα Παντικάπαο
> Ῥιπαίων ὀρέων ἀποδίχα μορμύρουσι.

Ptolemæo ita appellantur montes vbi oritur Tanais. Damastes vltra Arimaspos eos submouet. Ait enim ille, *ἐν τῷ περὶ ἐθνῶν, Ἄνω Σκυθῶν Ἰσσηδόνας οἰκεῖν, τούτων δ' ἀνωτέρω Ἀριμασπούς, ἄνω δ' Ἀριμασπῶν τὰ Ῥιπαῖα ὄρη ἐξ ὧν τὸν*
E *Βορέαν πνεῖν, χιόνα δ' αὐτὰ μή ποτε ἐκλείπειν. ὑπὲρ δὲ τὰ ὄρη ταῦτα Ὑπερβορέους καθήκειν εἰς τὴν θάλασσαν.* Vide Plinium.

καὶ τὰ περὶ Θεοπόμπου Μεροπίδα γῆν) Theopõpus Chius autor admodum fabulosus. Midæ Phrygis & Sileni cuiusdam colloquium in suos libros retulerat: id cum aliis de rebus fuerat, tum etiam de terræ partibus. Dicebat igitur Silenus, has quas appellamus mundi partes, Asiam, Europam, Lybiam, nihil aliud esse, quã insulas Oceano cinctas: Vnicam verò esse *ἔξω τοῦ κόσμου τούτου* continentem, magnitudine, ac rerum omnium
F diuersitate miram. In huius (aiebat) continentis parte quadam Meropes fuere. de quorum terra nugas & fabulas multas postea referebat. Hæc igitur est, quam Meropida vocat nunc Strabo. Magna verò Aeliano habeatur gratia, per quem vnum, lux accessit isti loco. Eum vide *ποικ.* lib. tertio cap. XVIII.

Καλλιμάχου δὲ μὴ πάνυ) Vide eadem libro primo.

ὥς φησι Γαῦδον) Cum libro primo scriptum sit Gannon, Aldi lectionem præfero quæ pro *Κλαῦδον* habet Gaudum: ferri tamen hanc quoque lectionem posse
G intelliges ex iis quæ alibi de hac insula annotauimus.

ἄλλως δ' αἰτιᾶται φάσκων δεῖν περὶ Γερήνων) Vnde sit Nestor Homericus Gerenius dictus: vide lib. VIII. & poetæ interpr. Vult autem Apollodorus *Γερήνιον* dictum Nestorem, non vt alij censent Grammatici quasi *ἐντιμον παρὰ τὸ γῆρας*: sed à fictitio quodam loco Gerenis, cum tamen nusquam ille locus appareat: ideóque eo vtitur quasi firmo argumento *τῆς ἀγνωμοσύνης* poetæ.

καὶ τὸν Ἀκάκητα) Homerus Mercurium *Ἀκακήτην* appellat Ιλιάδ. ο.

> Αὐτὸς δ' εἰς ἵππους αὖτε παρελέξατο λάθρη
> Ἑρμείας ἀκάκητα·

Grammaticis autẽ Mercurius dictus videtur *ἀκάκητα* quasi *μηδενὸς κακοῦ μεταδοτικός*. At Eratosthenes vt te-
stantur

ſtantur ſcholia Homeri antiqua, ita putabat ab Hom. nuncupatum, quaſi aliquis eſſet Acacetes mons: qui quum nuſquam extet, Homericæ ignorantiæ περὶ τὰ γεωγραφούμενα hoc quoque eſſe putabat argumentum.

καὶ δήμῳ ἐν Ἰθάκῃ) Locus Homeri eſt Ιλιάδ. γ.

ἐς πρῆξιν ἐν δήμῳ Ἰθάκης κρατερώτερ ἐόντος.

quem variis modis interpretati ſunt poetæ interpretes. Sed Apollodorus loci proprium nomē vult eſſe, & hîc quoque poetā reprehēdit. vide etiam Stephanum.

Πολύθρονίς δ' ἐν Πυλίῳ) Vide Heſychium & Stephanum.

Γλαυκώπις δ' ἐν Ἀθήναις) vnde dicta ſit Minerua γλαυκῶπις: de quo non conſentiunt Grammatici. Eratoſthenes quem & Apollodorus ſequitur, ſic putat ab Homero appellari, ab arce ſeu promontorio agri Attici, cuius etiam meminerit illo loco,

ἦτ' ἄκρας ἐπὶ α Γλαυκώπιον ἵζει.

In quo falli Homerum, & loca quæ nuſquam terrarum eſſent ab eo commemorati volunt. Euſtathius verò neſcio quo autore fretus, ab hac Mineruæ appellatione, arcem Athenarum Glaucopium eſſe appellatam ſcribit. Eius verba ſunt hæc, Ὅτι δὲ ἀπὸ τοῦ Γλαυκῶπις, Γλαυκώπιον ἡ Ἀττικὴ ἐλέχθη ἀκρόπολις, ἢ καὶ ἁπλῶς, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί.

Σκυθῶν μὲν γὰρ μεμνῆσθαι κατ' ἄγνοιαν φησὶ) Ita habent libri omnes: & videtur ferri poſſe hæc lectio, vt dicat Geogr. Scytharum meminiſſe poetam, ſed ita vt ſuam ignorantiam proderet. atque hoc ſecutus eſt nouus interpres. Malè, aut peſſimè potiùs: quum certum ſit deeſſe hic quoque negationem. Refert enim ſententiam Eratoſthenis & Apollodori, qui vt paulò ſupra ſcriptum eſt, dicebāt Homerum Σκυθῶν μὲν μὴ μεμνῆσθαι, ἀλλὰ τοὺς δ' ἀγαυοὺς τινὰς &c. vide locum. Libri veteres meam coniecturam confirmant.

καὶ θυόντων καὶ σαρκοφαγούντων) vide Herodotum libro IIII.

καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων) Ibidem hoc quoque narrat Herodotus.

¶PAG. 208. Ἀλλ' ἱππημολγοὺς βοτῆρας Ἀβίους Σκύθας) Poterat vel ipſe ἱππημολγοὺς ſuſpectam reddere hanc lectionem. Neque enim vſitatè ἱππικοὺς βοτῆρας græcè dixeris, pro ἵππων βοτῆρας vel ἱππικὰς ἀγέλας. Sed dubio procul vera eſt & recta veterum ſcriptorum lectio: ex quibus didicimus legendum eſſe,

ἀλλ' ἱππάκης βρωτῆρες Ἀβίους Σκύθας.

Ἱππάκην eſſe caſeum equinum, ſiue ex equi lacte confectū, Scytharū βρῶμα, ex Hippocratis, Dioſcoridiſque ſcriptis necnon ex Grammaticis, notius eſt quàm vt moneri quiſquam debeat.

καὶ κακοτεχνίας εἰς πλεονεξίας) Diſtingue aut coniunge potius καὶ κακοτεχνίας εἰς πλεονεξίας.

ἃ λέγει Ἡρόδοτος περὶ τοῦ τῶν Σκυθῶν βασιλέως) Indathyrſus is vocabatur. Locus eſt libro ſeptimo: & eſt profectò, vt ait Strabo, magnæ ſimplicitatis γνώμης, tota illa ad Darium Indathyrſi epiſtola: quam legas ſuadeo.

ἃ λέγει Χρύσιππος περὶ τῶν τοῦ Βοσπόρου βασιλέων) Etſi nulli hodie ſuperſunt Chryſippi libri: tamen ex Plutarcho ſatis conſtat, reſpicere Strabonem ad librum Chryſippi primum περὶ βίων: vbi Indathyrſum regem Scytharum, & Leuconem regem Boſphori valde laudauerat.

τῶν περὶ Λεύκωνα) In Aldina editione ſcriptum erat τῶν περὶ Σελεύκωνα. vnde ſcripſit Xylander τῶν περὶ Λεύκωνα. Sed valde vereor ne aliud hic lateat vlcus. Nam quū conſtet Seleucum quendam fuiſſe Cimmerii Boſphori regem aliquando vt & Leuconem, ſuſpicor ſcripſiſſe Strabonē τῶν περὶ Σέλευκον καὶ Λεύκωνα. Sed nihil affirmo: Libri veteres habent Λεύκωνα tantum.

καὶ Ἀνάχαρσις) de quo Laertius.

καὶ Ἄβαρις) de quo Plato, Callimachus, Lucianus, Suidas, & quis non è veteribus?

εὐκολίας τε καὶ πολυτέλειας) In veteribus libris ſcriptum eſt καὶ λιτότητος. Lego verò καὶ λιτότητος. Rectè enim coniunguntur εὐκολία & λιτότης.

καὶ εἰ μὲν

A καὶ εἰ μὲν τὴν πόρον ἐπεχείρησεν αὐτοὺς ἀπαλλάξαι σπάνει πλοίων) Primo impeditū vi, ac repulſum ab iis qui in inſulā confugerant videtur Arrianus ſignificare: Rectè tamen inopiam nauigiorum cauſatur, nam quia pauciras eorum magna erat, ideo etiam paucos potuit ſecum ducere quando τὴν ἀπόβασιν ἐπειρᾶτο. Vide Arrianum.

ἑλεῖν τὴν αὐτῶν πόλιν) Arrianus ex eodem Ptolemæo, Ἀλέξανδρος δὲ τὴν τε πόλιν λαμβάνει, καὶ τὴν λείαν πᾶσαν, ὅσην οἱ Γέται ὑπελίποντο. Aberat autem ea Getarum vrbs

B paraſangen vnum ab Iſtro.

τῶν ἐθνῶν καὶ παρὰ τοῦ Σύρμου) Arrianus de donis nihil, ſed hoc tantum ait, veniſſe ad Alexandrum cum in illa Getarum vrbe eſſet legatos, tum ab aliis vicinis gentibus, tum ab ipſo Triballorum rege Syrmo.

φησὶ δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου) Qui de rebus ab Alexandro geſtis diligentiſſimè & maximè ἀξιοπίστως ſcripſerat. vide Arria.

συμμῖξαι τῷ Ἀλεξάνδρῳ Κέλτας τοὺς περὶ τὸν Ἀδρίαν) Arriani id referentis ex eiuſdem Ptolemæi libris, verba

C ſunt hæc. *Venerunt, inquit, ad Alexandrum legati tum aliunde, tum* παρὰ Κελτῶν, τῶν ἐπὶ τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ ᾠκισμένων.

¶PAG. 209. ἐρέσθαι παρὰ τὸν πότε τί μάλιστα εἶεν φοβοῖντο) Arrianus de Alexandro, τοὺς Κέλτους δὲ καὶ ἤρετο, ὅ,τι μάλιστα δεδίττεται αὐτοὺς τῶν ἀνθρωπίνων. ἐλπίσας ὅτι μέγα ὄνομα τὸ αὐτοῦ καὶ ἐς Κελτοὺς, καὶ ἔτι προσωτέρω ἥκει. καὶ ὅτι αὐτὸν μάλιστα πάντων δεδιέναι φήσουσι.

αὐτοὺς δ' ἀποκρίνασθαι οὐδένα) Sic fere Arrianus, ἔφασαν δεδιέναι μήποτε ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐμπέσοι.

φιλίαν γε μὴν ἀνδρὸς τοιούτου) Arrianus hoc omiſit, con-

D tentus dicere Alexandrum iſtos legatos dimiſiſſe φίλους τε ὀνομάσαντα καὶ συμμάχους ποιησάμενον.

ὅ,τε Δρομιχαίτης κατὰ τοὺς διαδόχ.) Lege Pauſaniæ Attica. Meminit eiuſdem hiſtoriæ et Plutarchus in extremo Demetrij, & Epitome Memnonis.

καὶ Πλάτων ἐν τῇ πολιτείᾳ) Non Plato tantum: ſed & alii quoque vt Dicæarchus Cicerone teſte. quem refert reprehendiſſe Græcos in eo, quod mare tam ſecuti eſſent. Eſt apud Ariſtotelem præclara, ea de re diſ-

E putatio, Πολιτ. lib. VII. cap. VI. Ipſius autem ſententia ſuper hoc his ſuauiſſimis verbis continetur; Τὴν πόλιν δεῖν ἔχειν ποιεῖν κατ' ἀρχὴν, πρός τε τὴν θάλατταν προσοίκειν χαλεπὸς γειτονεύσεως τε τὴν χώραν. Platonis ſententiam qui cupit intelligere, adeat librumde legibus, IIII.

ὅτι πορρωτάτω) Stadia tantum LXXX. ſuam ciuitatem à mari vult abeſſe, dicto loco. Deerant autem in veteribus libris notis incluſa.

δεινὸν δὲ τἀναντία καὶ λέγειν καὶ παραδείγματα ποιεῖσθαι) Ita habēt libri omnes ſcripti, editi. Mihi verò hæc lectio non probatur. Non enim dubito reprehendi ab Epho-

F ro iſtis verbis ſcriptores pleróſque, quos dixit libentius ſolitos referre vitia Scytharum, quam eorundem virtutes. Atqui (dicebat Ephorus) oportebat contrarium facere, & virtutes potius præclaráque Scytharum inſtituta referre καὶ παραδείγματα ποιεῖσθαι, quàm, eorum vitia nos docere. hæc omnino eſt iſtius loci ſententia. Quare legendum coniicimus, δεῖν τἀναντία καὶ λέγειν καὶ παραδείγματα ποιεῖσθαι. Sequentia nōn ſinūt nos dubitanter hæc pronuntiare

τῇ διαφερούσῃ) Lego ἐν τῇ δ. vel τῶν τι διαφ. aut διαφέροντας

G pro διαφέρειν.

οὐδὲν ἔχοντες ὑπὲρ οὗ δουλεύσουσι) Ideo etiam ſcribit Indathyrſus ad Darium, referente Herodoto, ſibi nihil eſſe eius cauſa temerè pugnandum fit. ἡμῖν οὔτε ἄστεα, οὔτε γῆ πεφυτευμένη ἐστὶ, τῶν πέρι δείσαντες μὴ ἁλώῃ ἢ καρῇ τάχιον συμμίσγοιμεν ἂν ἐς μάχην ὑμῖν.

Χοιρίλος εἰπόντα ἐν τῇ διαβάσει τῆς σχεδίας) Niſi ſequerentur illa, ἣν ἔζευξε Δαρεῖος, crederē eodem ex opere Chœrili eſſe hæc ſumpta, ex quo ſunt illa quæ apud Ioſephum leguntur: quæ ex catalogo copiarum Xerxis Græciam petentis ſunt deſcripta. Nunc dicendum eſt, & de bello Xerxis aduerſus Græcos eſſe ſcriptum à Choerilo, & de ea Darij expeditione aduerſus Scytas quam narrat Herodotus Melpomene. Quis verò

non miretur eruditum virum haud animaduertisse versus istos esse heroicos, ita suæ integritati restituendos?

Μαλονόμοι τε Σάκαι, γλυκᾶ Σκύθαι. αὐτὰρ ἔναιον
Ἀσίδα πυροφόροι. Νομάδων γέ μὲν ἦσαν ἄποικοι
Ἀνδράποι νομίμων.

ϰαὶ τὴν ἀμφίβολον ἄγκυραν) Laertius de Anacharside, εὗρε δ' ἐς τὸν βίον ἄγκυραν. Irridet hoc loco Ephorum scholiastes Apoll. γελοῖ ὁ ἱστορ νομίζων πρῶτον Ἀνάχαρσιν τὴν διπλῆν ἄγκυραν εὑρηκέναι. πρεσβύτεροι γὰρ Ἀναχάρσιδες Ἀργοναῦται.

ϰαὶ τὸν κεραμικὸν τροχὸν) Imo Talos Dædali discipulus eiusque sororis filius, qui & serram & tornum inuenit. autor Diodorus libro quarto. Sed & Laertius & Plinius, & alij Anacharsidi hoc tribuunt. Annotat tamen idem Plinius quosdam hoc inuentum Hyperbio Corinthio tribuisse: quam fuisse Theophrasti sententiam annotatum est ex eius libro περὶ εὑρημάτων, in Pindaricis scholiis.

ὅτι οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι πρεσβύτεροι ὦν) Respondebat Posidonius, hæc carmina non esse τοῦ ποιητοῦ, sed falsos: ideóque parum firmum esse hoc argumentum. Hanc fuisse Posidonii sententiam testis est locupletissimus Seneca.

παρὰ τὸ ὄν τε) hoc est, falsò, & præter rei veritatem. Nam quia ἀντιστρέφουσι philosophus docet, oratio & rei veritas, ideò Græci sæpe eleganter τὸ ὂν pro veritate ponunt: quod est apud Herodotum frequens loquendi genus.

ἔστι γὰρ ἐφ' ἡμῶν γνῶ) Legendum contendo, ἔστι γὰρ ἐφ' ἡμῶν γνῶ. Totus locus ita debet distingui τὸ ἄμα λέγων ὡς μὲν ὄντων ἐν τῇ Θρᾴκῃ Μυσῶν παρὰ τὸ ὄντα ἔστι γὰρ ἐφ' ἡμῶν γνῶ. An dicet ait figmētum esse putare vllos esse in Thracia Mysos, cum nulli sint? falsò ille quidem, & præter historiæ fidem. Sunt enim in Thracia Mysi. Deinde sequitur eius probatio.

¶Pag.210.H τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ λεγομένους) Manuscripti, Τοὺς μὲν νῦν ἐν τῇ Ἀσίᾳ λεγομένους: in aliis λέγεται. Nihil muto.

ἐφ' ἡμῶν γνῶ Αἴλιος Κάτος) Quisnam est iste Ælius Carus? siue vt est in antiquioribus interpretis prioris editionibus, Ælius Cato? Mihi æquè vterque incognitus: fortasse & tibi, qui hæc legis. Dionem sanè scriptorem rerum eius æui diligentissimum si audimus, scribendum fuerit, non Κάτος, sed Κράσσος, nec Αἴλιος sed Λικίνιος. vt M. Licinium Crassum qui de Getis circa annum vrbis DCCXXV. triumphauit, intelligamus. Scribit autem Dio libro LI. Mysos qui ad meridianum Danubij latus sedes habebant, à Bastarnis sua ditione pulsos, deinde autem à Crasso in eādem restitutos fuisse. In fine eiusdem libri locus est de Mysis singularis, quē non prætermittam. Olim, inquit, Mysi & Getæ totam eam regionem occupabant, quæ est intra Æmū montem, & fluuium Danubium. Postea autem cœperūt eorum nonnulli aliis nominibus appellari. Demum Mysiæ appellatione ea omnia sunt comprehensa, quæ Sauus Istrum ingrediens, ὑπὲρ τε τῆς Δαλματίας, καὶ ὑπὲρ τῆς Μακεδονίας, τῆς τε Θρᾴκης ἀπὸ τῆς Παννονίας ἀφορίζει.

ἤτοι καὶ τὴν περὶ τοῦτο χαλινῶσιν) Difficilis locus & mutilus, ac corruptus. Satis tamen apparet leuem aliquam differentiam constitui inter Mysorum qui in Europa sunt, & eorum qui in Asia appellationes: sed quale sit id discrimen, cum vtrique Μυσοὶ ab historicis appellentur, non facile equidem dixerim. Locum quidem mutilum esse, nemo sanus vt quidem puto dubitabit.

Βοίους καὶ ἄρδην ἠφάνισε) Totus iste locus adeo est deprauatus, vocibus aliquot transpositis, corruptis quibusdam, plerisque prauè distinctis, vt possim affirmare interpretes hic nihil planè vidisse. Neque verò hic libri quicquam iuuant. Tu ita lege, ἐξεπόρθησε καὶ ἄρδην ἠφάνισε τοὺς ὑπὸ Κριτασίρῳ Βοίους καὶ Ταυρίσκους. Περὶ δὲ τὴν Ἀπιδείαν τοῦ ἔθνους, συναγωνιστὴν ἔσχε Δεκαίνεον ἄνδρα γόητα. Nunc sigillatim omnia expendamus.

A Βοίους καὶ ἄρδην ἠφάνισε) Ista lectio habet profectò quod Græci dicunt οὐδὲν ὑγιές. Nam linguæ quidem Græcæ vsus, eam ferre posse negat: quod autem interpretes ita interpretantur, vt Boios tantum Critasiro paruisse velint, falluntur: vtrique enim, & Boij inquam & Taurisci sub Critasiro fuerunt. Strabo ipse alio loco, Δακῶν καταπολεμήσαντες Βοίους καὶ Ταυρίσκους, ἔθνη Κελτικά, τοὺς ὑπὸ Κριτασίρῳ.

περὶ τὴν ἀπείθειαν τοῦ ἔθνους) Lego ἀπιδείαν, ex ipso

B Strabone, qui statim hæc repetens scribit, Τῆς δ' ἀπιδείας σημεῖον. Ita autem esse distinguenda hæc, vt nos distinximus, id vero est πεισθῆναι.

συναγωνιστὴν ἔσχε δὲ Κινεύν) Pudet me monere legendum esse vt emendauimus. Subiicit Strabo de eodem agere se, de quo supra vbi de Zamolxide. Cur igitur nobis ita læua mens fuerit vt ei nolimus hoc credere? Sanè si ei credimus legendum Δεκαίνεον.

Τῆς δ' ἀπιδείας σημεῖον) Quantum Gothi Decinero tribuerint, optimè explicat Iornandes. *Gothi* (ait)

C *hoc erat salubre, hoc commodum, hoc votiuum, vt quicquid Dicenens eorum consiliarius præcepisset hoc modo omnibus expetendum, hoc vtile iudicantes, effectui mancipārent. Qui cernens eorum animos sibi in omnibus obedire*, &c.

εἰς πλείω μερη διαστάντες) Ideo plures Getarum reges illo euo fuisse leguntur, quales fuisse videntur Rolus, Dapyx, Zyraxa, quorum Dio meminit.

ἐπιμέμψεσιν αὐτοῖς στρατείαν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ) Missus ab Augusto M Licinius Crassus, de cuius rebus gestis consule Dionem libro LI. in extremo.

D εἰς πέντε μερίδας) Ineptissima si quid ego iudico lectio. Legendum εἰς πέντε μερίδας.

τοὺς μὲν γὰρ Δάκους προσαγορεύουσι τοὺς δὲ Γέτας) Plinius tamen non aliam inter Dacos & Getas distinctionem videtur agnoscere, quam in ipso nomine, *Getæ* inquit, *Daci* Romanis dicti sunt. Vide Dionem lib. LI. & Stephanum Δακία.

τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα Γέτας καὶ Δάους) Probatur hoc vel vnius fabulæ Apollodori poetæ comici autoritate: fabulæ nomen Ἐπιδικαζόμενος. Terentius Latinè vertens,

E Phormionem appellauit. In ea igitur fabula, & Dauus & Geta reperiuntur. De Dauo extat carmen veteris comici apud Aristotelis interpretes,

Δᾶος παραστάτης τί ποτ' ἐγγελῶν πάρει;

ἢ τοῖς ἐπιπολάζουσιν ἐκεῖ ὀνόμασι προσηγόρευον) Nomina in ea regione frequentata intellige, quæ non seruis tantum conueniunt, sed & ingenuis: Nam alioquin Tibius non fuisset appellatus Strabonis auunculus: nec Tibites Prusiæ regis parruus.

ὡς Μάνην) Etiam lib. XII. Manē vocē esse barbarā indi

F cat: vt errent Grāmatici, qui à μανία deducunt. Similisq; error eorū qui μανιακὸν pro magno indidē deducūt: quum sit vox Phrygiaca vt docet Plutarchus, etsi Latini *Insanum* ita vsurpauere. Passim autē occurrit in Græcorum scriptis ista seruorum appellatio. Notum est hoc Diogenis Cynici dictum, Turpe est Manem sine Diogene posse viuere: Diogenem iam sine Mane non posse. apud Senecam, & Laertium. Fuit & ancillarum appellatio Mania: de qua voce locus est egregius Machonis poetæ, apud Athenæum libro XIII. vbi causa

G traditur, quare mulier Græca hoc Phrygiaco nomine appellaretur. Phrygiaca præterea seruorum & auletarum in Græcia vsitata nomina hæc fuisse testatur Athenæus, Sambas, Aolan, Telus, Ceon, Codalus, Babys.

Τίβιον δὲ ἐκ Παφλαγονίας) Facit huc Luciani locus in Timone, Ἐκεῖνος μὲν ὅς πρὸ ἢ ποτε ὠνησάμενος ὡς αὐτῷ δεσπότης ἐτελεῖτο φέρων, αὐτὶ τοῦ τίνος Πυρρίου ἢ Δρόμωνος ἢ Τιβίου, Μεγακλῆς ἢ Μεγάβυζος, ἢ Πρώταρχος μετονομασθείς. Innuit facetissimus autor Tibij nomen nonnisi mancipiis conuenire. Notāda super hac voce Stephani verba, Τίβειον, ὄρος Φρυγίας, ἀφ' οὗ Τίβιοι. πόθεν καὶ τοῦτο καὶ Τιβίους τοὺς δούλους καλοῦσι. Quid quod Suidas scribit, totam Phrygiam Tibiam fuisse appellatam?

¶Pag.211. ῥεῖ δὲ δι' αὐτῶν Μάρισος ποταμὸς εἰς τὸν Δανούβιον) Iampridem

Βοίους καὶ

Iampridem annotarunt docti homines, Marisum à Strabone vocari, quem Herodotus Marin, Marum Tacitus, alij Marisiam, & Margum: hodie *Maros* dicitur.

τὰ δ' κάτω τὰ μέχρι τοῦ Πόντου τὰ περὶ τοὺς Γέτας καλοῦσιν Ἴστρον) In Ptolemæi Latinis editionibus vbi describitur Germania, legimus, ab Axiopoli vrbe Istrum vocari qui antea vocabatur Danubius. Verum illa in Græcis exemplaribus non reperiuntur: neque exstant, in antiqua versione Latina quã habeo. Ptolemaica tamen esse, patet ex descriptione Daciæ vbi de Axiopoli loquens, ἀφ' ἧς inquit, καὶ Ἴστρος ὁ ποταμὸς καλεῖται ὁ Δανούβιος, μέχρι τῆς ἐκβολῶν. Poetæ inde Istrum binominem vocant. Plinii verba sunt de Danubio, *Ortus hic in Germania iugis montis Abnobæ ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, multis vltra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes, Danubij nomine, immenso aquarum auctu & vnde primum Illyricum alluit Ister appellatus*, &c. Vide Melam. Non est prætermittendus insignis Eustathij de Istri nominibus locus. Refert ille ex Strabone, Istrum aliquando Matoam fuisse appellatum: vt si Græcé dicas Ἀσιον: verum cum sæpius Istrum Scythę traiicerent, factum aliquando vt, eo traiecto, magnam cladem acciperent: ideo postea Danusium vocarunt, scilicet à damno cuius fuerat autor) quem prius Matoam: notantes illa appellatione se ab eo fuisse deceptos. Hæc Eustath. ex Strabone vt ait: vereor autem ne ex Stephano potius, in cuius Epitome totidem literis ea leguntur. Strabo si hæc scripsit, (quod vt ingenuè fatear non puto) locus hodie desideratur: cum magna huius libri parte. In Epitome nihil tale legimus.

μεταπεσόντος διέδεικται) Scribe διέζευκται. Nam lectio vulgata vera esse nequit, quin aliquid desideretur, quod non puto.

ὅσον εἰς δύο μυριάδας συνεσταλμένοι) Existimo hic quoque contigisse, quod alibi notauimus non semel, vt ex δ facerent δύο. Sic legit & prior interpres. Scripti habent vt nos legendum coniiciebamus εἰς τετρακις.

πρὸς δὲ ταῖς ἐκβολαῖς μεγάλη νῆσος ἐστὶν ἡ Πεύκη) Plinius, *Primum*, inquit, *ostium Peuces, mox ipsa Peuce insula*. Ptolemæus in ostio Istri omnium maximè meridiano, collocat. De hac insula locus egregius est apud Apollonium lib. IIII. vbi docet poeta triquetram esse Peucen: eiúsque trigoni basin mari esse obuersam, Poetæ verba sunt,

> Ἴστρος γάρ τις νῆσος ἐέργεται, οὔνομα Πεύκη,
> Τριγλώχιν, εὖρος μὲν ἐς αἰγιαλοὺς ἀνέχουσα,
> στεινὸν δ' αὖτ' ἀγκῶνα ποτὶ ῥόον.

Refert ad hæc verba eruditiss. scholiastes ex III. Eratosth. libro τῶν Γεωγρ. Peucen Rhodo esse æqualem esséque ita appellatã, quod multas πεύκας arbores ferat.

κατασχόντες δ' αὐτὴν Βαστάρναι Πευκῖνοι προσηγορεύθησαν.) Videtur per ε scribendum Πευκινοί. Stephanus, Πεύκη νῆσος ἐν τῷ Ἴστρῳ· οἱ οἰκοῦντες Πευκινοί. Ptolemæus τοὺς κατέχοντας τὰ στόματα Istri, vocat Πευκίνους.

εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι νῆσοι πολὺ ἐλάττους) Mela, vbi de insulis, *Sex sunt* inter Istri ostia, ex his Peuce notissima & maxima.

ἑπτάστομος γάρ ἐστι) Miram reperies in veteribus scriptoribus super Istri ostiorum numero pugnam. Plerique tamen vel quinque vel sex, vel septem volunt esse. Quid scholiastes Apollonii? τρία, inquit, στόματα ἔχει ὁ Ἴστρος.

μέγιστον δὲ τὸ ἱερὸν στόμα καλούμενον) Ideo fortasse ἱερὸν appellatum. Nam ea vox sæpe magnitudinem notat: Sic ἱερὸς νόσος, sic ἱερὸς ἰχθύς.

πρῶτον ἐστὶ στόμα ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι εἰς τὸν Πόντον) Hoc ostium appellat Ptolemæus, duplici nomine, vel ἱερόν, vel Πευκίνον. & omnium ait esse νοτιώτατον: quod nos docet quomodo Strabonis verba sint accipienda.

τὰ δ' ἔξω εἰς ἓν συμβάλλει τῷ ἐπὶ τὸν Τύραν) hoc est, reliqua ostia Danubii effundunt se in eo littore quod ad ortum porrigitur, & ab iis legitur, qui ad ostia Tyræ nauigant. Hanc lectionem habent Aldi codex & veteres scripti.

A res scripti. Xylander sine causa mutauit.

ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸν Τύραν ποταμὸν πλωτὸν ἑπτακόσιοι στάδιοι) Plinius Tyram abesse scribit à quarto Danubii ostio, quod Pseudostoma vocat, M. pass. centum triginta.

ἐν δὲ τῷ μεταξὺ δύο λίμναι, Harum paludum vnam opinor intelligit Ptol. & Tiagolam vocat.

τὰ μὲν δὴ πλεῖα στόματα ἐστὶν τῷ ἱερῷ στόματι ἐπὶ μικρά) Mela de Istro, *Totidem quot Nilus ostiis, sed tribus tenuibus, reliquis nauigabilibus effluit.*

B ἐφ' ἑκάτερα πόλεις ἡ μὲν Νικωνία, ἡ δ' ἐν ἀριστερᾷ Ὀφιοῦσα) Dissentit manifestò Ptolemæus, & de Ophiusa notat Plinius Tyram suo tempore eam appellari.

οἱ δὲ προσοικοῦντες τῷ ποταμῷ) Videtur in hac sententia deesse verbum, quod prior interpres agnoscit.

διέχει δὲ τοῦ στόματος ἡ νῆσος ἡ Λευκὴ) Leuce, siue Alba dicta est à colore, vt Arrianus ait. vt Dionysius, quia albis abundat auibus. Λευκὴν μιν ἐπωνυμίην καλέουσιν, ἕνεκα οἱ τὰ κνώδαλ' ἐπὶ χθονὶ λευκὰ τέτυκται.

ἱερὰ Ἀχιλλέως) Vide Arriani periplum Euxini Ponti,

C ubi hæc de re sunt multa. Ammiani quoque verba hæc sunt. *In Taurica, insula Leuce, sine habitatoribus vllis Achilli est dedicata. In quam si fuerint quidam forte deuati, visis antiquitatis vestigiis templóque & donariis eidem heroi consecratis, vespere repetunt naues: aiunt enim non sine discrimine vitæ illic quenquam pernoctare.*

εἶτα Βορυσθένης ποταμὸς ἐφ' ἑξακοσίους σταδίους) Plinius, *A Tyra centum viginti M. pass. flumen Borysthenes, lacúsque & gens eodem nomine.*

καὶ πλησίον ἄλλος ποταμὸς Ὕπανις) Hypanis meminere

D Ptolem. Plinius, Ammianus, alij: Hunc quidam voluntesse Europæ atque Asiæ terminum. Vibius Sequester, *Hypanis, Scythiæ, qui vt ait Gallus, Vno tellures diuidit amne duas. Asiam enim ab Europa separat.* Verum hoc alij Phasidi alij Tanai tribuunt. vt Arrianus docet. & nos alibi diximus.

καὶ νῆσος πρὸ τοῦ στόματος τοῦ Βορυσθένους) In Epito. hæc quoq; insula Borysthenes appellatur. Sed Arrianus eã vocat ἀνώνυμον, nomine carentem: de hac enim insula ista eius verba accipio, ὑπὲρ δὲ Βορυσθένους ἐστὶ νῆσος μικρὰ

E ἐρήμη ἀνώνυμος σταδίους ἑξήκοντα.

PAG. 212. πλεύσαντι δὲ τὸν Βορυσθένη σταδίους διακοσίους) Plinius, *Oppidum à mari recedens quindecim M. pass. Olbiopolis & Miletopolis antiquis nominibus*, in quibus verbis suspicor mendum inesse & pro quindecim scribendum vigintiquinque, hoc est, XXV. pro XV. tot enim efficiunt stadii Straboniani ducenti.

κτίσμα Μιλησίων) Ideo Miletopolis quondam dicta ait Plinius & Olbiopolis, tandem Borysthenes. Milesios autem Hellespontum ac Pontum ipsum vrbibus

F aliquando frequentasse & historiæ veteres docent, & Athenæus notat lib. XII. vide prouerbium, πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι

ἡ Γετῶν ἐρημία) Daciæ nomine hæc loca complectitur Ptolem.

ἔπειτα οἱ Τυρεγέται) Ptolemæus Τυραγγίτας appellat: eósque collocat non procul à Basternis quibus ὁμόρους vult esse Str.

μεθ' οὓς οἱ Ἰάζυγες Σαρμάται) Ptolemæ in Europeæ Sarmatię descriptione, παρ' ὅλην τὴν πλευρὰν τῆς Μαιώτιδος, Ἰάζυγες.

G καὶ οἱ Βασίλειοι λεγόμενοι) Ptolemæus in Asiaticæ Sarmatiæ descriptione, quosdam recenset, qui Βασιλικοί vocentur: qui non alij sunt opinor, à Basiliis Strab. & Basilidis Plinij.

πέντε μυριάδας πρὸς τριάκοντα) Non est dubium, quin vox τριάκοντα successerit loco eius, quæ numerum Mithridatis militũ continebat: quã sine ope melioris codicis diuinare nemo potest. Diophanti autẽ illius Mithridatis στρατηγοῦ mẽtio est in Excerptis Mennonis, vbi Taxilles, Diophantus, & Menander, dicuntur fuisse optimi τῶν Μιθριδάτου στρατηγῶν. in veteribus erat πρὸς ἓξ τοῦ Διοφάντου. quod & ipsum corruptum est.

γερροφόροι) γέρρα sunt, δασέων ἢ ὅπλα ἀσπίδια, quomodo hic videtur accipiendum: vt γερροφόροι referatur ad ea

quæ modo dixit χιῶν τε ὑμφίεννος κράνει καὶ δωρακι.

ἀμυντήρια δ' ἔχοντες) Nam armorum duo sunt genera, φυλακτήριον & ἀμυντήριον.

αἰσχυναί πιλωτοὶ περιάφαντ) Πῖλος est τὸ ἐξ ἐρίων πιλητὸν ἔνδυμα, certum vestimenti genus ex lana coactum. Iurisconsulti *coactilia* vocant lege Argument. D. de auro & argento leg. Qua in lege videndum an vox *impilia* à græca ἐμπιλεῖ fuerit deducta, quod equidem persuasum habeo. Vocat autem Strabo σκηνὰς πιλωτὰς, quæ sint tectæ veste stragula è lana confecta. Supra dictum est, quosdam pellibus super γέρρα extensis, currus suos operuisse.

ὁ μυχὸς) Lege, καὶ ὁ μυχὸς τῶ.

τε Ταμυράκης κόλπου καὶ Καρκινίτου) Tamyracum & Carciniten sinum eûdem esse, docet nos paulo post Geographus. & Ptolem. Carcinen & Tamyraca oppida commemorat ad Carcinereo sinum.

ὄνους γὰρ οὐ τρέφουσι) Ne hodie quidem Poloni, Vngari, aliæque frigidæ nationes asinos norunt.

δύσριγον γὰρ τὸ ζῶον) Aristoteles, De generat. Animal. lib. II ψυχρὸν τὸ ζῶον ὁ ὄνος ἐστὶ· διόπερ ἐν τοῖς χειμερινοῖς οὐ θέλει γίνεσθαι τόποις διὰ τὸ δύσριγον εἶναι τὴν φύσιν· οἷον περὶ Σκύθας καὶ τὴν ὅμορον χώραν, οὐδὲ περὶ Κελτοὺς τοὺς ὑπὲρ Ἰβηρίας. Vide Plin. lib. VIII. cap. XLVIII.

οἱ τε βόες οἱ μὲν ἄκερω φύονται) Boues in locis frigidis, ex Herodoti sententia vel cornua omnino non habēt, vel serò admodum.

ῥήγνυνται δὲ χαλκεῖ ὑδρίαι) Dictum ea de re lib. II.

τῷ καλουμένῳ γαγγάμῃ) Γαγγάμη, genus retis aut alius instrumenti ad capiendos pisces. Epitomes autor explicat τῷ ἐργαλείῳ. Pollux lib. x. piscatoris instrumēta hęc recēset, Καὶ ἄρκυς δὲ καὶ πόρκος καὶ κύρτος, γρῖφος, καὶ γάγγαμον, ὡς καὶ Αἰσχύλος τὸ δίκτυον εἰρηκὼς δουλείας γάγγαμον ἄτης παναλώτου. Hesych. γαγγάμη, σαγήνη ἢ δίκτυον ἁλιευτικόν. Dicūt aūt & γαγγάμη & γάγγαμον, necnō inuersis literis μάγγανον, quæ vox extat apud Græcos Iuriscōsultos. Quod autem γαγγάμῃ fieri ait Strabo, Ælianus lib. XIIII. cap. XXVI. ait σαγήνῃ. In superioribus Pollucis verbis emendauimus Æschyli carmen, cum vulgo ederetur γαγγαμῶν τὰ παναλῶτα deprauatissimè. Locus est in Agamemnone. Quid autem Xylandro facias qui γαγγάμην loci nomen esse putat?

οἱ ἀντακαῖοι) Ælianus de piscibus qui in conglaciato Istro capiuntur, καὶ ἀντακαῖοι inquit, καὶ τούτων ἁλίσκονται μέγιστοι ἐς μέγεθος τῆς ἡλικίας, φύονται δὲ καὶ κατὰ σῶμα μέγιστοι. Vide Athenæum libro III. Herodotus libro IIII. ait Borysthenem istos ἀντακαίους alere, cete magna & ἀκάνθα.

κατορύττουσι) Id hodie multis in locis fieri certum est. Nam & in Vngaria & vicinis regionibus vites hyeme defodi nemo dubitat.

οἱ παρήλιοι) Nam vt dixit aerem in illo tractu calore solis, quia crassior est magis calefieri: ita nubes quando densiores ad solem magis accedunt, inflammantur quodammodo à sole, aut certè χρωματίζονται, fiuntque admodum soli similes. Id ait philosophus euenire maximè, ὅταν ὁ μάλιστα ὁμαλὸς ὁ ἀὴρ καὶ πυκνὸς ὁμοίως. Colore autem imbui ait Solis, hoc est candido: Nam sol candidus: Atque hæc res occasionem dedit historicis permultis narrādi duos soles esse visos: cum re vera παρήλιος esset, non sol alter. Addit philosophus apparere hos παρηλίους περὶ δυσμὰς καὶ περὶ ἀνατολάς, καὶ ἐπ' ἀνω δεν, ἔτι ὑπὸ τοῦ δὲ, ἀλλ' ἐκ πλαγίου. Iam vero parelios apparere in hoc tractu quam plurimos, testatur etiam Cleomedes libro II. Aratus horum elegantissimè ita meminit.

> Σκέπτεο δ' ἢ ἀνιόντος ἢ αὐτίκα δυομένοιο
> Εἴ που οἱ νεφέων τὰ παρήλια κυκλώσονται,
> Ἠ νότου ἢ βορέου ἐρχομένοιο, ἢ ἐκ διπρόσω

& quæ sequuntur.

¶PAG. 213. Ἀτέας) Anteam vocant alij, vt Lucianus, cuius hæc sunt, lib. De longæuis. Ἀτέας Σκυθῶν βασιλεὺς μαχόμενος πρὸς Φίλιππον περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν ἔπεσεν ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς. Ateæ huius mentio est apud Plutarchum,

A tarchum, Iustinum & alios.

εἶθ' ὁ Ἀχιλλέως δρόμος) Achillem aiunt poetæ Iphigeniam amasse, eiúsque desiderio Tauricam petentem Leucen insulam habitasse: deinde ingressum inde, vagatum per ea littora quæ ab eo, Achillis dromos siue cursus sunt appellata. Lycophron,

> βαιὰς δ' ἐσω μηκιστὸς αὐλῶνος ταῖς
> ἔρημος ἐν κρημνοῖσιν ἠϊόνος δρόμους.

Vide Melam. Loci illius omnes Geographi memi-
B nere. Sed Dionysius Albianus vt refert Apollonij interpres, φησὶ, τὰς ἄκρας εἶναι λέγεται Ἀχιλλέως δρόμον.

ἀλιτενὴς χερρόνησος) Xylāder, *peninsula in mare porrecta*. Sed ἀλιτενὴς ea dicitur, quæ est eiusdē cū mari altitudinis: nec magis quàm ipsum mare eminet. Hoc Ciceronis verba hæc docent, ad Atticum lib. XIII. *Quæris, atque etiam me ipsum nescire arbitraris, vtrum magis tumulis prospectuque, an ambulatione ἀλιτενεῖ delecter*. Hesychius ἀλιτενῆ explicat ταπεινόν.

χιλίων σταδίων) Sic Græci. Plinius, nisi in numerorum
C notis est error, longitudinem, secutus Agrippam, statuit M. pass. LXXX.

τέτταρων πλέθρων) Sic est in ōnibus libris: valdè imperitè: Ambigua tamen emendatio. Nā & τεττάρων πλέθρων & vnica voce τετραπλέθρων legi potest. Illud malo.

ὁ Καρκινίτης κόλπος) Sic dictus vt videtur, vel ab oppido Carcine, cuius & Ptol. & Plinius meminere, vel à fluuio Carcinite cuius facit mentionem Ptolemæus.

παλοῦνται δὲ Τάφραι) Apparet deesse aliquid. Lego autem Τάφραις οὖν Ταφίων. Taphrios enim rectè videtur
D collocare ad recessum intimū sinus Carcinitæ: quum ibi Taphras oppidum, & Plinius & Ptolem. collocent. Taphij autem de quibus lib. x. nihil hūc pertinent. De Taphris vide amplius Stephanum.

τὴν Σαπρὰν) Bycen opinor alij appellant: quanquam Byces palus, aliter vulgò apud Ptolem. accipitur quàm vt de ea possit dici, quod Strabo de ista Sapra scribit.

τετταράκοντα) Quum paullò post dicatur isthmus hic esse secondum alios, stad. CCCLX. existimo deesse hic alium numerum qui cum istis quadraginta coniun-
E ctus, dicatur latitudinem isthmi efficere.

ἀνταλῆναι δὲ) De eo intelligit qui è sinu Carcinite exit, vt Tauricam Chersonesum ambiat.

καὶ ἄλλος λιμὴν) Lego, καὶ καλὸς λιμήν. Nam etsi Ptolemæus Polchrum portū, siue τὸν καλὸν λιμένα diuerso paululum loco videtur collocare: tamen ita esse legēdum ex Mela apparet, qui sic scribit, *Super Tauricos, sinus portuosus, & ideò Καλὸς λιμὴν appellatus, promontoriis duobus includitur. Alterum Κριοῦ μέτωπον vocant, Parthenion alterum.* Vide & Plin.

F τῆς ὅλης χερ.) hoc est τῆς μεγάλης, quæ minorem aliam comprehendit.

Ἡρακλεωτῶν ἄποικος) hæc quoque Heraclea à Geographis nuncupatur. Vide Plinium.

δαίμονός τινος) An Dianæ, quæ teste Mela dicta est Cherronesum hanc condidisse? Nota est porro Dianæ virginitas.

Συμβόλων λιμὴν) Epitomæ habent Συμβόλων. malè. Nā Συμβόλων habent Arrianus, Plinius, Ptolem. alij.

τῷ τοῦ Ἀχ.) Apparet locum esse corruptum. Quomo-
G do autem debeat restitui admodum sum incertus: nihil enim opis hic afferunt manuscripti. Ptolemæum quidem quum intueor venio in eam sententiam, vt putem reliquis vocibus sublatis ita esse legendum ἔστι ἄκρα ψιλὴν μὲν χωρίον, ἄλσος δὲ καλούμενον ἱερὸν ἱερόν. Nam prorsus videtur Strabo id nemus intelligere quod Ptolem. ἄκρον & ἱερὸν ἄλσος appellat: cuiúsque etiam Marcellinus meminit. Fortasse tamen potest & ita legi ἔστι ἄκραν τὴν τοῦ Ἀχιλλέως δρόμου &c.

ψιλὴν) Miratur Xylander eundem locum & ψιλὴν dici & νεμος appellari: deinde corrigit ὑψηλήν. Debuit meminisse Xylander eius quod non dicam poetarum interpretes Græci, sed ipse Strabo alio loco docet, annotans ἄλση vocari locos omnes sacros etiam ψιλοὺς & sine arbo

sine arboribus. Ideo dixit ψιλὴν μὲν, ἄλσος δ'.

τοὺς περὶ Παλακὸν) Palacum putauit Xylander esse vnius è Siculi filiis nomen. Sed paullò post docet Geographus Palacum siue Palacium loci esse nomen, quo vsus sit Scilurus aduersus Mithridatis legatos. Veruntamē quia ibi dicitur Palacium à Sciluro fuisse cōstructum, dubitari potest, an à filio suo nomen ei dederit. Si fides priori interpreti est habenda, deesse aliquid putandum est: Sic ille vertit, *Et Scilurum ac Sciluri liberos circa Palacium in captiuis habuit.*

¶Pag. 214. Πεισαδου) Scribe Παρισάδου, vt mox, vel Παρυσάδου vt apud Diod.

μέχρι Θεοδοσίας) Sic Pomponius ait Tauros habitare ad eam Tauricæ Cerronesi partem quæ vergit in Euxinum pontum.

Κριοῦ μέτωπον) Plinius, *Promontorium Criu metopon, aduersum Carambi Asiæ promontorio.*

τὸ δ' Κριοῦ μετώπου πολὺ ἐλάττους) Corrigit seipsum. Nam lib. II. dixerat hæc duo promontoria distare inuicem stad. ↀ ↀ ↀ. quod hic refellit, & Plinius quoque falsum arguit. Verba eius sunt, *Promontorium Criumetopon aduersum Carambi Asiæ promontorio, per medium Euxinum procurrens, CLXX. M. P. interuallo.* At Dionysius ait hoc interuallum esse

——ὅσον ὁλκὰς ἐπὶ τρίτον ἦμαρ ἀνύσσῃ.

συχνοὶ γοῦν) Vult probare interuallum quod est inter Criu metopon & Carambin longè esse minus stad. ↀ ↀ ↀ. id ex eo patere ait, quod multi in medio interuallo constituti vtrunque promontorium vidisse se affirment. Rectè sanè Strabo. Nam acies humani oculi longè imbecillior est, quàm vt ad ↀ ccl. stadia possit penetrare: qua de re vide Mathematicos, & ICtos, maximè Harmenopulum lib. II. tit. III. De maris prospectu Macrobius, *Centum & octoginta stadios non excedit acies contra videntis. Sed visus cum ad hoc spatium venerit, accessu deficiens, in rotunditatem decurrendo curuatur.*

δυναστεύοντα) si non est mendum in hac voce, significat, in monte Cimmerio fuisse aliquando regiam eorum, qui Cimmerios in sua potestate habuerunt. At lib. XI. non mons, sed vrbs fuisse τὸ Κιμμερικὸν dicitur: neque in Europa sed Asia. Vide locum.

καθ' ὃν) Videtur scribendum καθ' ὃ. Sed locus videtur non sanus.

ὃ ἐπέχει τῆς M.) Prior interpres legisse videtur, ὅπερ ὃ ἐπέχει τὸ τῆς Μαιώτιδος στόμα· & ita suppleuimus ex veteribus libris.

ἡ Θεοδοσία) Videtur legisse apud Strabonem isto loco Stephanus Θεοδοσία, quomodo Θεόγνιδος pro Θεόγνιδος dictum est. Steph. verba sunt, Θευδοσία, Ταυρικὴ πόλις ... Στράβων, ζ. τὸ ἐθνικὸν Θεοδοσιανὸς καὶ Θεοδοσιεύς. Verum & Græci & Latini omnes Theodosiam nominant.

στάδιοι περὶ πεντ.) Arrianus hoc interuallum ait esse stadiorum ↀ cc. Plin. longè aliter, *Panticapæum Milesiorum, à Theodosia M. XXXV. pass.* Sed puto in Plinij numeris esse errorem. Legitur autem in veteribus στάδιοι πεντακόσιοι τε.

καὶ πόλιν ἄλλην, τὸ Νυμφαῖον καλούμενον) Stephanus hunc locum ita accipit, vt χώρα πᾶσα intelligatur de eo tantum agro qui est inter Theodosiam & Panticapæū: & Nymphæū quoque vrbem ibi esse. Sic ille, Νύμφαιον πόλις Ταυρικὴ μεταξὺ Παντικαπαίου μητροπόλεως καὶ Θεοδοσίας, ὥς φησι Στράβων: rectè Stephanus vt ex Ptolem. apparet. Νύμφαιον autem scribi malim quam Νυμφαῖον: & illo modo scribitur apud Stephan. & Ptolem. Meminit Nymphæi & Plinius.

τὸ δ' Παντικάπαιον) Pāticipæi omnes Geographi meminere. Sed in codice Stephanico notatum reperio in plerisque manuscriptis legi Παντικαίπαιον. Ptolem. Panticapæam vocat. Stephanus ita dici annotat à flumine vrbem præfluente: quāquam Marcellinus Hypani allui Panticap. refert. Milesiorum autem esse κτίσμα etiam

A etiam Plinius & Marcell. testantur.

ἐμονάρχοῦτο δ') De regno isto, hæc sunt quę reperio, maximè apud Diodorum Siculum. Primi quorum memoria in literis extet, regnasse videntur, qui vocari sunt Archæanactidę. Horum regnum fuit annorum XLII. desiit anno III. olympiadis LXXXV. Successit his Spartacus. Regnauit hic annos VII. non XVII. vt malè habēt Diodori codices in anno IIII. olympiadis LXXXVI. Excipit hunc Seleucus, qui annos tantum IIII. regnauit.

B Seleucum alij postea excepere quorum nomina nusquam reperio vsque ad Satyrum Spartaci filium, qui annos XIIII. regnauit, & diē suum obiit annos IIII. olympiadis XCVI. Reliquit filium Leuconē, qui annos XL. regnauit: cuius filius Spartacus init regnum post patris obitum circa annū III. olympiadis CXI. Successit Spartaco Parysades, regnauitque annos XXXVIII. Hic moriens filios tres reliquit, Eumelum, Satyrum, & Prytanin. Satyrus vt fratrum natu maximus post parentis obitum circa annum III. olympiadis CXVII. regnum

C suscepit: sed à fratre Eumelo simul regno ac vita spoliatus, vnicum tantum regnauit annum. Regnauit autem Eumelus post occisos fratres, annos VI. tum diem suum obiit, relicto regni hærede filio: cui nomen Spartaco: *Hic regni gubernacula annos XX. tenuisse dicitur:* vt obiisse videatur circa annum primum Olympiadis CXXIIII. Atque in hoc desinit Diodori historia, vt de reliquis Bosporanis regibus, siue tyrannis qui ante Parysadem fuerunt, nihil certi possit afferri: nisi quod videtur innuere Strabo libro XI. Pharnacen, Asan-

D drum, & Polemonem, proximos Parysadi vixisse, & regnasse. Sed hos post Parisadem potius vixisse certum est ex Dione & Appiano. Illud certum est, Parisadem illi priori de quo antè dictum est ὁμώνυμον, postremum regnasse. Hæc fere sunt quæ in præsentia de regibus Cimmerij Bospori legisse memini: in quibus exponendis plusculum sum immoratus, quum viderem harum rerum ignorantia totum istum locum Strabonis fœdè à Xylandro (quem docti viri postea sequuti sunt) esse inquinatum.

E καὶ Σάγαυρον) Lego Σάτυρον, quod ex superioribus planum est, & ex lib. X.

καὶ Παρισάδην) Parisadem illum priorem intelligit, qui Spartaco successit.

μέχρι Παρισάδου) Hic est Parisades alter, vltimus Bosporanorum regum: quem Strabo appellat τὸν ἐσχάτως ὁμώνυμον.. At Xylander aliud agens cum hūc locum tractaret, ita hęc perturbat ac miscet, vt hominis alioquin eruditi νωχελίαν nequeam satis admirari.

ἐπιεικεῖς γεγονότες) quasi nomen tyranni, solis malis

F regibus conueniat: quum tamen vsus autorum hoc nō obseruet. Ipse lib. VIII. de Sicyone sic loquitur. Ἐτυραννήθη πλεῖστον χρόνον ἀλλ' ἀεὶ τοὺς τυράννους ἐπιεικεῖς ἄνδρας ἔσχεν. Ego vero existimo omnium regulorum commune hoc fuisse, vt Tyrāni appellarētur: qui si fierent potētiores, tum illud prius nomen ἀπαξιώσαντες Reges sese appellabant, vt de Heracleæ tyrannis annotat Memnon.

ὁμωνύμως) Lege ὁμώνυμος.

μέσην δὲ π) De hac parte infra lib. XI.

Cur autem Cimmerius appelletur libro primo di-

G ctum est.

καλεῖται μὲν Κιμμερικὸς Βόσπορος) De Bospori appellatione, vide quæ sunt annottata à scholiaste Apollonij ad illud carmen lib. II.

πρωὶ δ' ἵκοντ' ἀνὰ Βόσπορον ἰθύνοντο.

ἀπὸ ἑβδομήκοντά που σταδίων) Videtur Bosporus Cimmerius modò arctari, modò laxari: hinc fit vt de eius latitudine parū inter scriptores cōueniat. Polybio est stad. XXX. Plinio MM. & D. pass. vel vt alibi scriptum est apud eundem XII. M. D.

διαιρεῖ δ' ὁ ποταμὸς) Vide libro primo & de Tanai libro XI.

Μυρμήκιον) Myrmecium etiam reliqui Geographi cōmemorant. Ptolemæus verò ἄκρον τῆς Μαιώτιδος vocat.

Par-

Parthenium habet idem Ptol.

¶Pag. 215. ἐν ἀχιχιλίοις ἑξακοσίοις σαδίων) Sustulimus turpem mendam Legebatur enim ὀκτακοχιλίων, & ita Xylander. Atqui lib. 11 rectè ἑξακισχιλίων editur, & ita etiam habent veteres. Arrianus, τῆς δὲ λίμνης τῆς Μαιώτιδος περίπλους ἐν κύκλῳ λέγεται, σαδίων ἀμφὶ τοὺς ἐννακισχιλίους. Polybius tamē vulgatam lectionem tueri videtur: ἔπος ait de Mæotide, αὐτὴ κατ᾽ αὐτὴν ὀκτακισχιλίων ἔχει σαδίων τὴν περιγραφὴν: nisi ibi quoque locus sit corrigendus. Mæotin sanè maximam esse vel ex eo intelligas, quod Mater ponti ab accolis olim vocata fuit. Dionysius,

——καλέουσι δὲ μητέρα Πόντου·
ἐκ τῆς γὰρ Πόντοιο τὸ μυρίον ἕλκεται ὕδωρ

Plinius. *Tanaiqipsum Scythæ Sylin vocant, Mæotin Temerinda quod significat matrem maris.*

αὐτῆς) Lege αὐτῇ. Scripti αὐτῇ.

καὶ ταύτης) τῆς ἐντὸς Ἴστρου, vt paullo post ipse loquetur. Est ergo Scythia minor duplex: altera (quæ propriè sic est appellata) ab isthmo ad Borysthenem patet: altera à Borysthene ad τὰ ἐντὸς Ἴστρου.

διὰ τὸ τυχόντες ὀρυκτοῦ) h. e. quamuis sulci minus altè fuerint ducti Similis locus lib. XV. ἀπειρίας τὴν γῆν ἀπὸ τοῦ τυχόντος ὀρυκτοῦ χαράττεσθαι, καὶ ὅμως φυτεύειν καρπὸν τέλειον καὶ καλόν.

μυριάδας μεδίμνων διακοσίων) Epitome sic habet Καὶ Λεύκωνα φασὶν πέμψαι ἐντεῦθεν Ἀθηναίοις, σίτου μεδίμνους &c. & ita lego.

καὶ γεωργοί) Huc pertinet quod ait Pomponius, Nomadas & Georgos, flumine Panticape disterminari. Idem annotat & Plinius.

γάλακτος δὲ ὀξύνοντος) Rationem conficiendi oxygalactis docet Columella, lib. XII cap. VIII. si modò ea est qua fiebat à Scythis. Vide & Plinium ac medicos.

τὸ φέρον ἀπολιπόντων) Solet Strabo dicere ἀπολιπεῖν τὰς φορὰς, pro eo quod Arrianus dicit. τὸ φορεῖν τὸ φέρον ἀχρεῖον.

κατὰ Ἀσάνδρον) Asander hic est, opinor, quem testatur Lucianus à Cæsare Augusto pro ethnarcha, regem Bospori esse constitutum: de quo sunt accipienda, quæ scribit Dio libro XLII. & LIIII. & Appianus in Mithridatico.

¶Pag. τόποι ἐν) Legebam τῶν ἐν τῷ. Scripti habent τῶν τόπων

Παλάκιον) Plinius Palaciam vocat. An est Ptolem. Badatium, literis aliquot per errorem immutatis?

καὶ Χαῦον) Chauum & Neapolin, nec Plinius, nec Ptolem. nominat: nisi forte Neapolis sit Νέον τεῖχος Ptolem. quod ille ad isthmum collocat.

Εὐπατόριον) Ptolemæo, Εὐπατορία.

Μιθριδάτης) Vide num sit legēdum Διοφ. τὸν τοῦ Μιθρ.

λιμνοθάλαττα) Lacus in mare per ostium se exonerās. Exposuimus alibi hanc vocem. voce ἀλοπηγίων vtitur non vno loco.

ὁ Κτενοῦς) Portus Ctenûs, de quo paullò antè.

ταῦτ᾽ ἔχειν) Lego αὐτὴ ἔχειν, quā lectioné vel sequētia illa confirmare possint, καὶ αἱ τεῖχοι τινῶν ἐπεκράτησαν.

Κολὸς) Videtur scribendum καλὸς. Nam ita apud Athenæum non vno loco scribitur libro v. vbi συνωρίδας καλὰς λιθίνας commemorat.

χερρονησιζούσης) Ita loquitur quasi de cherroneso quadam: ideo etiam paullò post isthmum appellat, quod est terrarum ab intimo Adriatici maris recessu, ad eam Ponti partem, quam ingreditur Sacrum Danubij ostium. Vide mox ad Epit. Simili ratione diuisit lib. sequenti Græciam in eas quas vocat peninsulas.

δίχα δ᾽ ἄν τις) Ait, quod superest describendum de continenti Europæa in duas partes posse commodè diuidi. quum montes Illyrij, Pannonij & Thracij ab occasu in ortum continuè porrecti, & Danubio fere paralleli quicquid superest continentis Europæ in duas partes dissecent: quarum altera istis montibus erit ad aquilonem, altera ad austrum. Atque hi sunt montes, quos initio huius libri diximus Alpium nomine apud Melam

A Melam contineri.

Περιηγ...) Describit pingui Minerua illā ῥάχιν quam diximus. Extremorum inquit, alterum quod est ad Pontum efficit mons Æmus, alterum quod est ad Adriā Ardia regio intra montes sita: media est Pānonia.

¶Pag. 217. ἡ Ἀρδία) Stephanus videtur legisse Ἀρδιαῖα hunc locum citans.

ἡ Παιονία) Xylander quos Strabo Παίονας & Παννονίους appellat, eosdem putauit esse, & indiscriminatim, tum

B hos tum illos Pannonios vocat. Sed fallitur vehementer. Nam Pæoniam Macedoniæ & Thraciæ faciūt Geographi finitimam: Pannoniam procul hinc summouēt ad μυχὸν ferè Adriatici sinus, vbi est Segestica. Nec aliter Ptolē docet, nec Plinius. Est autē error antiquus, eorum qui Pæonas & Pannonios confundunt: non ferendus tamen, si Dioni qui post patrem Pannoniæ præfuit, & loca illa diligenter oculis lustrauit, vlla fides. Is, libro XLIX. postquam docuit Romanos à pannis appellasse Pannonios, eos qui νέμονται πρὸς τῷ Δαλ-

C ματίᾳ παρ᾽ αὐτὸν τὸν Ἴστρον, ἀπὸ Νωρικοῦ μέχρι τῆς Μυσίας τῆς ἐν τῇ Εὐρώπῃ, subiicit mox, de isto Græcorum errore, Τῶν δὲ Ἑλλήνων τινὲς τ᾽ ἀληθὲς ἀγνοήσαντες, Παίονας σφᾶς προσεῖπον, ἀρχαῖον μέν που τὸ προσρήματος ὄντος, οὐ μέντοι καὶ ἐκεῖ, ἀλλ᾽ ἐπί τε τὴν Ῥοδόπην καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν Μακεδονίαν τὴν νῦν μέχρι τῆς θαλάσσης ὑφ᾽ ἧς καὶ ἐγὼ ἐκείνους μὲν Παίονας, τούτους δὲ Παννονίους ὥσπερ που καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς, καὶ Ῥωμαῖοι σφᾶς καλοῦσι, προσαγορεύσω.

Ταινίοις) Vbi sunt isti Tænij, aut quisnam è veteribus eorum meminit? Profectò non aliud sunt, quam impe-

D riti librarij partus: quare tollatur corrupta vox, & legatur καὶ Βοίοις. Strabo mihi autor, qui hoc ipso libro accolas huius lacus recēsens, Rhætos, Viudelicos, & Boios nominat. In vet. lib. erat καὶ Ἐλουηττίοις. Docti iudicēt.

φάσκοντι) legendum φάσκοντες. Id & ex superioribus liquet, & ipse ἐπιλεγόμενος arguit: ἀρότηρα enim cum φάσκοντι cohærere nequit si credimus Grammaticis: à quibus eo nomine vapulat Apollonius qui dixit libro III. Τὸν δ᾽ ἀπαμειβόμενος προσέειπεν κτέρας: quum dicendum fuisset, ἔφη. Quanquam non me fugit, quantum hac in

E parte sit Grammaticis tribuendū, quorum autoritatē non poetæ tantū neglexerunt, sed alij quoq; autores.

τῷ Παρισίου) Lego Μαρισίου vt supra.

Ἡ δὲ Σεγεστική) Vide finē l. IIII. in tractatu de Alpib.

ἀφ᾽ ἧς ὁρμητήριον) Supra καὶ πόλις ἡ πόλις Σεγεστικὴ πρὸς τὸν κατὰ Δακῶν πόλεμον.

εἰς γὰρ Ναύπορτον) Legēdū Ναύπορτον vt ad lib. I. diximus

πεντακοσίους) Lego τετρακοσίους ex li. IIII. vide ibi de Ocra

Ναυπόρτη) Legendum hic quoque Ναυπόρτου.

Κάλαπιν) Lego Κολαπιν vt libro quarto. Dio Κόλαπιν

F appellat. Et quod dictum est libro quartò, Colapin, Saum ingredi confirmatur à Dione, cuius hæc sunt de Tuscia Pannoniorum vrbe loquentis libro XLIX. ὁ γὰρ Κόλαψ ὀνομαζόμενος παρ᾽ αὐτὴν τὸ τεῖχος παραρρέων, ἐς τὸν Σάον ὀλίγον ἀπέχοντα αὐτοῦ ἐμβάλλει. Viderit autem ipse Strabo, quomodo hęc omnia quæ de isto itinere hic dicuntur, conueniant cum iis quæ libro quarto sunt dicta. Mihi hæc studiosè comparanti, nonnihil subest difficultatis. Obiter lectorem monebo, apud Dionem non Τυσκία, sed Σισκία esse legendum: sic enim appellatur id oppidum, vt ex Strabone ac Ptolemæo

G constat, & Plinio, cuius hæc sunt, libro quarto capite XXV. *Colapis in Saum influens iuxta Sisciam, gemino alueo insulam ibi efficiens quæ Segestica appellatur.*

Σισκία) Apud Ptol. Σισκία. Sisciam nominant Plin. & Antoninus.

Σίρμιον) Steph. Sirmium Παιόνων esse scribit, Pæones pro Pannoniis accipiens. Ptolemæo est vrbs inferioris Pannoniæ: frequēs huius mentio apud Antoninū, Plinium, & historicos.

Βρεῦκοι) Breucos etiam Ptolem. facit gentem inferioris Pannoniç: habet & Plinius. Pirustas quoque nominat Ptol. & Mazæos, sed alio loco, nempe in Illyridis descriptione. Dio lib. LV. Mazæos vocat gentē Pannonicam.

Ἀνδιζῆται)

Ἀνδιζῆται) Sunt quos Plinius appellat Sandrizetes. Nam ϲ.in dictionū capite,modo adest,modo abest.

Δαισιτιᾶται) Ait Batoœem ducem Dæsitiatarum fuisse: nec mihi dubium est quin Batōn meum intelligat, de quo Dio libro LV.multa narrat,& appellat Dysidiatum ὠνόμαζον, ait, αὐτὸς ὅτι μάλιστα Βάτωνα τινά, Δυσιδιάτην. Vulgatam lectionem confirmat Plin. qui Desidiatas nominat lib.III.cap.XXII.

διατεύονι) Lego ἀ διατεύνει.vel διατείνει ᾗ.

Σαρδιαῖοι) An sunt quos Ptol. Sardiotas vocat? an potius quos alibi noster appellat Ardizos, hic quoque abundante litera σ hoc puto. Non est autem hæc sententia omnino sana.

Ἰσσαῖοι) Vide librum quintum,non procul ab initio.

τοσοῦτοι ᾗ)Plinius, Polam ab Ancona traiectus, CXX. M. pass. esse.

τῆς περὶ τὴν πόλιν) Ita Aldus habet:nec aliter manuscripti. Assentior tamen Xylandro emendanti. περὶ τῆς Πόλας.

χιλίων τριακοσίων)Plinius, Istria ut peninsula excurrit, Latitudinem eius XL. M. circuitum vero CXXII. M. prodidere quidam. Libri veteres habent χιλίων τριακοσίων eleganter.

Ἰδ᾽ ἡμερῶν ᾗ)Confer cum lib.IIII.extremo,vbi eadem verba. Quod ait lapidiæ φέρουσαν esse M. stad. conuenit cum istis Plinij. Nonnulli,inquit,in Flanaticum sinum Iapidiam promouere,à tergo Istriæ CXXX. M. pass. Ptolem. in descriptione Illyridis hanc oram aliter definit.

ποταμοὶ) Apud Ptolemæum, in hac ora plures sunt fluuij qui in Adriam ingrediuntur. Titum autem videtur Strab. intelligere , vt ex his Plin. licet conijcere, Liburniæ finis,& initium Dalmatiæ Scardona,in amne eo (Titio) XII. M. pass. a mari.

Σκάρδων)Ptolemæo& Plinio Scardona:sic Solona & Salon, & alia quam plurima.

Λιβύρνα) Libyrnam, siue Liburnam vrbem nusquam reperio. Lego igitur cum priori interprete , καὶ Σκάρδων Λιβύρνων πόλις, τὸ καὶ auctoribus libris sustulimus ac deleuimus.

Ἀψυρτίδες) Plinius insulas Adriatici maris enumerans, Iuxta Histrorum agrum, Lissa, Pullariæ,& Absyrtides Grais dictæ,à fratre Medeæ ibi interfecto Absyrto. Harū loco videtur Ptolem. Apsorrum posuisse: sed Mela & Absorum,& Apsyrtidas commemorat. de cæde Absyrti,vide Apol.li.IIII.

ἡ Κυρικτικὴ) Libro II. vocatur Κυρικτικὴ. quod minus probo. Ptol. Κύρικτα Plinio, Curicta.

αἱ Λιβυρνίδες) Liburnicas Plinius vocat , sed harum numerum non exprimit: Ptolem. harum XL. vnicam tantum quam Scardonem vocat, recensuit. Meminit Dionys.

ἠδ᾽ ὅσαι Ἰλλυρίδεσσιν ὑπὸ κλίμασιν ...

Ἴσσα) Ptolemæo,νῆσος καὶ πόλις. & Stephano: meminit Plin.

B Τραγούριον) Meminere, Pomponius , Plinius , Ptolemæus, alii.

Φάρος) Plinio & Ptolem. Pharia, Melæ, Pharus, Brundusio adiacens.

Παρίων κτίσμα) Pharum condidere, Parij anno quarto olympiadis XCVIII. vt Diodorus annotat. ... Πάριοι κατὰ τινα χρησμὸν ἀποικίαν ... εἰς τὸν Ἀδρίαν ... ἐν αὐτῇ νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Φάρον. ApudScholiasté Apollonij locus Eratosthenis extat è lib. III. γεωγραφουμένων. Μετὰ Πάρου Νεσταίοι ... Φάρος, Φαρίων ἄποικος. vbi legendum Παρίων. Similis error apud Stephanum in voce Φάρος.

. Δημήτριος ὁ Φάριος) De huius Demetrij rebus gestis & morte vide Polybium.

ἡ δ᾽ Δαλματικὴ παραλία) Lego, ἑξῆς δ᾽ ἡ τῶν Δαλμ. Redit ad oræ maritimæ descriptionem : quam insularum catalogus interruperat. Sed cum modo præcessisset ἐξῆς, librarius male ferentus omisit hic ἐξῆς.

Σάλων) Salonem more Græco appellat, quam recentiores Solonam: cuiusmodi plurima possunt obseruari. Ptolemæo dicitur, Σαλῶναι. At Stephanus non sine magno errore, putasse videtur, tres esse vrbes diuersas, Salonem, Salonam, & Salonas. Eum vide. Salonem Dio quoque vocat, interdum & Σαλώνας.

C Ἀνδρήτιον) Ptolemæus Ἀνδέκριον vel Ἀνδρήτιον. Dio Ἀνδήτριον. Plinius, In hoc tractu sunt, Burnum, Mandetrium. Lege, Andetrium.

ἡμερῶν χωρίον) Dio lib. LVI. τὸ ... ... πεποιηκὸς χαράδραις ὀχυραῖς ἐγκεκυκλωμένον.

Δάλμιον ᾗ) Sic legendum authore Stephano: qui notat Delminium ab Appiano hoc opidum esse appellatum. Delminium Latini quoque vocant, & Ptol. Vide & Eustath. De rebus à P. Scipione Nasica gestis aduersus Dalmatas consule historicos, & librum de viris illustribus.

ἐν τῇ ἐπιπολῆς) Scribendum ... vt habet Epitom. & ἄλλοις, non ἀλλήλοις. Sic & vet.

Ἀδρίου ᾗ ὄρος) Retinuimus lectionem Aldi, veteres codices & epitomen secuti. Xylander tamen Ἀρδίου emendat.

D Νάρων) Nominatur Ptolem. Plinio, aliis. Plinius habet & Daorizos. Ptolem. Δαορσιοι.

Οὐαρδαῖοι) Tribus ergo nominibus isti Ardiæi appellabantur. primò, Nestæi, deinde Ardiæi, postremò Varalli. Nesteos fuisse appellatos ex Apollonij Schol. apparet. Cæterum vocem Οὐαραλίους non ausim affirmare mendo carere. non sanè memini apud quenquam Varalios legere.

καὶ Ῥιζονικοῦ ...) In antiquis codicibus ita legitur, καὶ Γοιζονίου . . . . πολισμάτων. Non video tamen quid hic desiderari queat.

Ῥιζονικὸς κόλπος) Miror ita appellari qui alibi perpetuo Ῥιζονικὸς κόλπος.

E Ῥιζονίου πόλις) Lego Ῥίζων πόλις. Ita enim vocabatur, tum oppidum tum flumen. Polyb. lib. II. εἰς τὴν Ῥίζωνα ... ... τῷ ποταμῷ. Vrbs autem Rizon , videtur Rizaoa in Ptolem. tabulis appellari: manifesto errore, pro Rizona. Libri veteres habent Ῥίζων ut coniecceramus.

ἡ Δρίλων) Meminit Ptolem. itémque Plinius.

οἱ Αὐταριᾶται) Veteres lib. Ἀταριᾶται fere semper: male. vide paulo post.

καὶ Δασσαρῆται) Scribe Δασσαρῆται. vide paullò post.

οἱ Γαλαβριοι) Quæramus amplius de istis Galabriis: nisi quis Galadras esse putet, de quibus Stephanus, quē consule.

F Μαίδοι)Horum meminit Aristoteles περὶ θαυμασίων. Λέγεται δ᾽ ἐν τῇ ... Σκυθῶν καὶ Μαίδων ... τῆς Θρᾴκης. Supra autem indicauimus, scribi per αι hanc vocem à Stephano, & Ptolemæo, & ita apud Herodo. & Thucydidem lib. secundo.

ἄγριοι) Etiam Plinius Dardanos gentem feram vocat. Argumentum ἀγριότητος fuerit quod refert Ælianus de iis libro IIII cap. primo.

Ῥιζονικὸς κόλπος) Lego Ῥιζονικὸς vt semper alibi. Ptol. Ῥιζονικός.

G Λίσσος) Quemadmodum dicitur Corinthus, & Acrocorinthus, ita Lissus & Acrolissus. Nam vt Corintho Acrocorinthus, sic Lisso Acrolissus adiacet in alta rupe ædificata. Polybius id docet his verbis. libro VIII. ... ...

(Pag. 219. Ἐπίδαμνος) Notissimus locus. Notus est etiam vulgò Thucydidis de Epidamno locus: vt plura dicenda non sint. De appellationibus Epidamni & Dyrrachij, vide præter alios Dionis locum singularem lib. XLI.

τῇ χερρονήσῳ) Nam Dyrrachium in isthmo peninsulæ cuiusdam esse situm docet etiam Thucydides.

Ἄψον) Meminit Ptolem. & Dio libro XLI. καὶ μέχρι τοῦ ποταμοῦ περὶ τὸν Ἄψον ἀντεστρατοπεδεύσαντο.

Αὔου) Plin. *Flumen Aous à quibusdam Aeas nominatum.* Dio lib. XLI. fluuium, qui Epidamnum præterfluit, vocat Anam, mendosè, vt puto. Mendum est in eodem nomine & apud Polybium lib. V. Ἦν δὲ ἡ συναγωγὴ τοῖς πᾶσι τοῖς περὶ τὸν Ἀῶον ποταμὸν τόπους, ὃς ῥεῖ παρὰ τὴν τῶν Ἀπολλωνιατῶν πόλιν. Legendum enim περὶ τὸν Ἀῶον ποτ. Sic & in Epitome & apud Ptolem. Ἄῶος malè scribitur pro Ἀῶος.

ἐφ' ᾗ Ἀπολλωνία) Plinius, *Apollonia quondam Corinthiorum colonia VII. mil. pass. à mari recedens, cuius in finibus celebre Nymphæum accolunt Barbari.* Sic & Thuc. Apolloniatas vocat Corinthiorum ἀποικίαν, non Corinthiorum & Corcyræorum. & Dio, Ἀπολλωνίαν Κορινθίαν vocat.

τὸ περὶ Λάκμον) Stephanus videtur significare esse scribendum Λάκμωνα eundem Hecatæi locum citans. Λάκμων, inquit, ἄκρα τοῦ Πίνδου ὄρους, ἐξ οὗ ὁ Ἴναχος καὶ ὁ Αἴας ῥεῖ ποταμοί, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ. Verùm, & libro superiore, vbi de Inacho idem ex Sophocle narratum est, habebatur Lacmus.

Νυμφαῖον) Nymphæum Apolloniæ, accuratè & eleganter describit Dio libro quadragesimo primo. Locum, quia paulo est prolixior descriptio, nō proferam, contentus indicasse. Vide etiam Æliani descriptionem non minus elegantem libro Var. XIII. cap. XVI. quam non inutiliter cum Strabonis verbis comparaueris. Describitur & à Plutarcho in Sylla.

χλιαρὰ ἀσφάλτῳ) Scripti χλιαροῦ καὶ ἀσφάλτῳ. & ita lege: χλιαροῦ videlicet ὕδατος.

τὸ δὲ τοιοῦτον) Similia annotauimus libro quintò, vbi de Ilux metallis.

Αἰγὸς δ') Sequitur breuis λόγου ἔκβασις. Nam quorsum hæc & quid ad id quod agitur? Porrò remedia φθειριώσης ἀμπέλου reperies in Geoponicis lib. V.

Βυλλιακὴ) Assentior Xylandro, existimanti esse quas Ptolem. vocat Βουλίδα & Ἀμαντίαν. Plinius quoque lib. III. cap. XXIII. Buliones (qui & Strab. infra nominantur) Orico vicinos facit. Apud Steph. & Βυλλιεῖς reperiuntur, & eorum vrbs dicitur ab Artemidoro, Βυλλὶς nūcupata. Vide & Dionysium poetā De Orico omnes Geogr. Caue autem Oricios hos cum Noricis confundas: qua de re lege quæ scribit Eustat. ad illa Dionysij

——καὶ Νωρικοὶ ἀσσ' ἔρυμα.

καὶ τὸ ἐπὶ τῷ αὐτῷ Πάνορμος) Vide Ptol. qui Panhormum paullò longiùs ab Orico videtur summouere.

ἡ ἀρχὴ τοῦ στόματος) Legitur in Epitome, ἡ ἀρχὴ τοῦ Ἰονίου κόλπου καὶ νῆσος Σάσων. quum tamen in libris Strabonis editis, scriptis, de Sasone insula altū sit hic silētium. Et fortasse vt alia, sic hoc quoque ex Ptolem. habet Epitomæ autor. Ptolemæi verba, Νῆσοι δὲ παράκεινται τῇ Μακεδονίᾳ ἐν μὲν τῷ Ἰονίῳ πελάγει νῆσος Σάσων.

τὸ μὲν δὴ στόμα κοινὸν ἀμφοῖν ἐστι) Vbi desinit sinus Ionius, incipit sinus Adriaticus. ideo dicuntur habere commune ostium. Ex his intelligimus quid propriè Adriaticum, quid Ionium mare vel sinum veteres appellarint. postea verò cœpit Adriatici appellatio produci vt subiicitur.

ποιεῖ δὲ καὶ τῆς συμπάσης) Ptolemæo mare Adriaticum ad sinum vsque Corinthiacum porrigitur.

τὸ μὲν οὖν Ἰόνιον ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς) Ionius sinus à Ione inquit Eustathius, homine Italo. vel ab Ionio homine Illyrico. Alij tamen ἀπὸ τῆς Ἰοῦς putant denominatum. Prometheus apud Æschylum ita Ionem alloquitur.

χρόνον τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς,
(σαφῶς ἐπίστασ') Ἰόνιος κεκλήσεται,
τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσιν βροτοῖς.

Lycophron de accolis huius sinus,

ἐπεὶ —— Ἰοῦς χεῦμα παρ' ἐπώνυμον πόρον.

ἔχοντα ——— ἀπὸ ἐξ ἐπὶ τὸ σχῆμα) Omnino de mendo suspectus est mihi hic locus. Nam si rectè τούτων legitur, quomodo ferri poterit quod sequitur ἀλλ' ἐξ ὧν τὸ σχῆμα? Augent suspicionem veteres cod. in quibus est ἐξ ἴσου pro ἐξ ὧν.

τὴν Ἀδρίαν δὲ ποταμόν) Legerem πόλιν ex lib. V. nisi obstarent veteres codices. Adde quod fluminis Adriæ alij quoque meminere: Vide Stephanū & Eustathium.

A μυρίων ἐξ) Docuimus libro primo nauigationem vnius diei veteribus fuisse existimatam stadiorum mille. quod hîc est obseruandum. Nam nauigationem sex dierum dicit, pro stadiis ↄↄↄCIↃ. Sic enim libro superiore dictum est hoc iter dici à nonnullis esse stadiorum ἑξακισχιλίων.

B τό, τε συντετρῆσθαι τὸ πέλαγος) Imo terram potiùs συντετρῆσθαι quę est inter duo πελάγη, Adriaticum in quod se exonerat Naro, & Ægæum vbi sunt Thasus & Chius.

ἄμφω καθορᾶσθαι) Polybius paulò ante dicebatur affirmasse è cacumine mōtis Aemi cerni vtrumque mare, & Ponticum, & Adriaticum: quod Strabo negabat fieri posse.

καὶ τὸν τόπον) Locus mancus, cuius tamen sensum fidelius expressit prior interpres, quàm Xylander.

C καὶ τὸ τὴν Ἴστρον) Satis hac de re lib. primo diximus.

¶ Pag. 220 Αὐταριᾶται) Autariatas, nec Pomponius Mela nominat, nec Ptolemæus, nec diligentissimus hac in parte Plinius: éstque omnino horum nomen obscurius. De his Stephanus, Αὐταριᾶται, inquit, ἔθνος Θεσπρωτικόν. Apud Ælianum περὶ ζῴων lib. XVII. cap. XLI. Autoriatæ Indi qui ranis quondam compluti patriam deseruisse dicuntur, non alij sunt ab istis. Et legendum, Αὐταριᾶται. & vox Ἰνδῶν vel in aliam mutanda, vel omnino reticienda est. Sic enim Diodorus Siculus habet, eandem cum Æliano historiam narrans libro tertio. τοὺς δὲ καλουμένους Αὐταριάτας ἐβιάσατο τὴν ἀρχὴν τοῦ οὐρανοῦ πλῆθος βατράχων ἐν τοῖς νέφεσι λαμβάνοντες, καὶ πατρίδος ἀφειμένοι, φερομένων τε τῶν βατράχων εἰς τὰς πατρίδας καταλιπεῖν καὶ καταφυγεῖν εἰς τοῦτον τὸν τόπον, ἐν ᾧ νῦν καθίδρυνται.

D διῃρημένοι δίχα οἱ μὲν μεταξὺ δ') In veteribus legitur ita hic locus διῃρημένοι δίχα, οἱ μὲν μεγάλοι Σκορδίσκοι καλούμενοι, οἱ δὲ μικροὶ· οἱ μὲν μεταξὺ δ'. Iam alibi diximus etiam apud Ptolem. multos populos qui hoc libro continentur, diuidi in μεγάλους & μικρούς. Vetus interpres lectionem manuscriptorum est secutus. rectissimè.

E καὶ τὰ Μάργου) Forte Μάργου. Ita erit minor in Βάργου mutatio.

κατὰ Θρᾳκίαν περὶ τὸ ὄρος) Non improbo vt legatur ὄρος. tantum dico alibi multis in locis similibus legi ὄρος. Paullo ante τῷ Ἀδριατικῷ τε τε Ἰλλυρικὰ καὶ Παιονικὰ καὶ τὰ Θρᾴκια ὄρη.

καὶ Καπέδουνον) Est quam Ptolem. vocat Καπέδουνον quam deletis Scordiscis, Thraces occuparunt. ideo Ptol. in Thracia collocat.

F καὶ Κρόβυζοι καὶ οἱ Τρωγλοδύται λεγόμενοι) Ptolemæus in descriptione Pannoniæ inferioris, Mysiæ ait inferioris partes occiduas tenent Triballi. Eorum vero qui sunt ad Orientem, qui ostium Danubij Πεύκην Peucen nominatum accolunt, Troglodytæ nominantur, qui reliqua ostia, Peucini, qui Pontum, Crobyzi. De Crobyzis vide amplius Stephanum.

οἱ δ' οἱ περὶ τὸν Αἷμον, καὶ οἱ ὑπ' αὐτῷ οἰκ.) Veteres cod. περὶ τὸν Αἷμον. & ὑπ' αὐτῷ. Mox, τὸ Σκόμιον ὄρος.

Κορπίλλοι) An hi sunt quos Plinius Corpillos vocat? Est & apud Ptol. Κορπιλικὴ στρατηγία.

G καὶ Βεσσοὶ) In scriptis perpetuo fere errore Μέσσοι scriptum est. Sed Bessi ex Geographis & historicis noti sunt.

ὑπὸ τῶν λῃστῶν) An hoc voluit, omnes quidem illius tractus incolas latrocinia solitos exercere, sed Bessos eximiè supra cæteros? An legendum potiùs cum priori interprete, ὑπὸ τῶν λῃστειῶν. præ latrocinijs, vel ob latrocinia quæ committunt?

οἱ Δαρσαπῖται) Lege cum duplici σσ. vt apud Plin. Dassaretæ semper: sic & Stephanus: à quo didicimus, & Δασσαρῆται, & Δασσαρηνοὺς, & Δασσαρητίους istos fuisse vocitatos.

Τριβάλλους) Vide num sit legendum, οἱ Ἀγριᾶνες. quos paulò

A paullò antè nominauit, & esse in hoc tractu certissimum est.

Ἴστρος πολίχνιον ἐν πεντακοσίοις σταδίοις) Similiter Arrianus postquam ostium Istri postremum recensuit, ἔνθεν, inquit, εἰς Ἴστρον πόλιν στάδιοι πεντακόσιοι. Fuisse autem κτίσμα Μιλησίων, docet Plinius quoque. Vide & Marcell.

εἶτα Τόμις ἕτερον πολίχνιον ἐν διακοσίοις πεντήκοντα σταδ.) Paullò aliter Arrianus, Ab Istria inquit ἐς Τομέας πόλιν στάδιοι τριακόσιοι. Appellatur autem hic locus & Τόμοι & Τόμις, & Τομεία & Τόμεα. Scribitur & Τομεὺς apud Stephanum, qui videtur ita in Strabone legisse. Appellationis ratio nota est ex illis Ouidij,

B *Inde Tomos locus est dictus, quia fertur in illo*
Membra soror fratris consecuisse sui.

Vide etiam Apollodorum lib. I.

εἶτα πόλις Κάλλατις, ἐν διακοσίοις ὀγδ.) Arrianus, hîc quoque variat nonnihil, Ἀπὸ Τομέως εἰς Κάλλαντρα πόλιν ἄλλοι τριακόσιοι. Calatin autẽ vocant Plinius. Ptolem. Stephanus, & Pomponius, qui Milesiorum esse scribit,

C Ἀπολλωνία) à Calatide ad Apolloniam ait esse stad. M. CCC. Arrianus autem singula interualla recensens, stadia colligit M, CCCCXX.

τὸν κολοσσὸν) Plinius, de colossis, *Talis est in Capitolio* Apollo, translatus à M. Lucullo ex Apollonia Ponti vrbe XXX. cubitorum, CL. talentis factus.

Βιζώνη) Stephan. Βιζώνη, πόλις Πόντου. Mela, *Hic Bizone motu terræ intercidit.* Arriano est Bizos.

Κρουνοί) Mela, *Est portus Crunos.*

Ὀδησσός) Mela, & Arrianus similiter Odessum. Ptol. Odyssum vocat. Vide Stephanum.

D ¶PAG. 221. εἶτα τὸ Αἵμ.) Sic Arrianus, Post Odessum sequitur ἡ ὑπώρεια Hæmi montis.

Μεσημβρία) Vide Stephanum, qui conditorem, non Menem sed Melsum fuisse appellatum refert.

βρίας) At Hesychius explicat βρίαν, τὴν ἐπ' ἀγροῖς κώμην.

Σηλυβρία) Apud Steph Σηλυμβρία & Πολτυμβρία.

Ἀγχιάλη) Anchialum alij nominant.

Κτιζίς ἄκρα) Nemo potest dubitare quin hoc sit illud promontorium, quod à Pomponio & Ptolemæo, Tiristris dicitur: quare ne illud quidẽ dubitari debet, corruptúsne sit iste locus, quod est luce clarius. Lego, καὶ ἡ Τίριζις ἄκρα. vel Τίριστρις.

χιλίοις καὶ τ.) Arrianus qui sigillatim interualla recenset, stadia tantum ponit CIↃ CCLXXX.

ὑπὸ Θυνιὰς Ἀπολλωνιατῶν χώρα.) Arriano dicitur Θυνιὰς ἀκτή vt libro IX. σκιπαὶ ἀκτὴ & alia: Ptolemæo, Θυνιὰς ἄκρα.

Ἀγχιάλη) Suspecta vox. Phinopolin & Ptolem. habet, & Plinius.

F ἔστι δ' αὐτὸ) Ait Salmydessum esse litus: alij fluuium esse volunt, vt Sophoclis & Lycoph. interpretes. Plinius oppidum. Ptolem. Straboni assentitur. Xenophon Ἀναβασ. lib. VII. de Salmydesso, τέναγος χαροῦσιν ὄντα τῆς θαλάττης. At Æschylus in Prom. in dextro Ponti latere Salmydessum constituit.

περὶ ὅν οἱ) Vide Xenoph. Diodorus Siculus libro XIIII. οἱ μὲν οὖν Θρᾷκες εἰώθεισαν περὶ τούτους τοὺς τόπους ἐφεδρεύοντες, τοὺς ἐκπίπτοντας τῶν ἐμπόρων αἰχμαλωτίζειν.

G Κυανίδια) alij πέτρας, & scopulos verius appellant. Sed de Cyaneis quis nescit, quæ & poetæ & Geographi, tum veteres tum recẽtiores scriptis mandarunt?

πεντασταδίου πόλεως τὸ περὶ θυῶν) alij septem stadia aiunt. At Eustathius legisse apud Strabonem videtur πεντασταδίον.

ὑπὸ τῇ συκῇ) Arrianus hunc vocat, λιμένα δάφνης τῆς μαινομένης: qua de re lege doctissimi Gyllij scripta. Vide etiam Stephanum, cuius verba Strabonem reprehendentis, non videntur ad hunc locum pertinere: sed alium qui desideretur.

ἔστι δὲ τὸ Κέρας) Polybius qui hoc fretum omnium diligentissimè & accuratissimè descripsit Κέρας ait appellari sinum Byzantinum.

ἡ πηλαμὺς) Vide Aristotelem libro περὶ ζώων sexto, cap. XVII. Plinium libro IX. cap. XV. & libro XXXII. cap. XI.

λευκόπετρ.) Plinius lib. IX. cap. XV. *Est in Euripo Thracij Bospori, in ipsis Europam Asiámque separantis freti angustiis saxum miri candoris, à vado ad summa perlucens, iuxta Chalcedonem in latere Asiæ. Huius aspectu repente territi, semper aduersum Byzantij promontorium, ex ea causa appellatum Chrysoceras præcipite petunt agmine. Itaque omnis captura Byzantij est, magna Chalcedonis penuria.* Tacitus, Annalium libro XII. *Quippe Byzantium fertili solo, fœcundoque mari. Quia vis piscium in Pontum erumpens, & obliquis subter vnda saxis exterrita, omisso alterius litoris flexu, hos ad portus defertur.* Aristides quum Leucada Ponti describit, hanc πέτραν λευκὴν, mihi videtur intelligere: quanquam saxum ille negat esse, sed γῆν πολλὴν προκεχωρηκυῖαν εἰς θάλασσαν, περιέχουσαν αὐτὴν ἐπὶ πολὺ, σχήματι κυκλοτερεῖ ἐξ ἡμισείας, in modum falcis: quo etiam nomine ait appellari.

ἤδη καὶ τ.) Veteres lib. Ἤδη δὲ, vel, Ἤδη δὲ καὶ. Sanè ἤδη initio sententiæ, non dissimiliter vsurpant optimi autores.

τυφλοὺς ὀνειδίσαντα) Cornel. Tacitus, de Græcis qui Byzantium condidere, *Quibus, Pythium Apollinem consulentibus, vbi conderent vrbem, redditum oraculum est quærerent sedem cæcorum terris aduersam. Ea ambage Chalcedonij monstrabantur, quod priores illuc aduecti, prævisa* (aut, *parum visa*, vt placet Lipsio) *locorum vtilitate peiora legissent.* Herodotus verò libro quarto, siue Melpomene, dictum hoc de Chalcedoniis non Apollini Pythio, sed Megabaro vni ex ducibus Darij copiarum, quem ait apud Hellespontiacos memoriam sui perpetuam ob hoc dictum reliquisse. Γενόμενος γὰρ inquit, ἐν Βυζαντίῳ ἐπύθετο ἑπτακαίδεκα ἔτεσι πρότερον Χαλκηδονίους κτίσαντας τὴν χώρην Βυζαντίων. πυθόμενος δὲ ἔφη Χαλκηδονίους τοῦτον τὸν χρόνον τυγχάνειν ἐόντας τυφλούς. οὐ γὰρ ἂν τοῦ καλλίονος παρεόντος κτίζειν χώρου τὸν αἰσχίονα ἑλέσθαι, εἰ μὴ ἦσαν τυφλοί. Vide & Polybium libro quarto.

πλεῖν ἰχ.) Ego vero cæcum me esse non diffiterer, si non animaduerterem legendum esse πλεῖον quum præsertim si prior quoque legerit interpres. ita scripti quoque libri.

¶PAG. 222. Ἀστῶν ἔθνος) Stephanus, Ἀσταὶ ἔθνος Θρᾳκικόν. Ptolem. Ἀστικῆς meminit.

Καλύβη) Apud Ptolem. est Καβύλη, malè. scribendum vt apud Strabonem: Stephanus, Καλύβη πόλις Θρᾴκης, ἄποικος Μακεδόνων.

Ἄονες) De Aonibus, Tembicibúsque (vel potius Temmicibus) vide lib. IX. Locus Pindari sumptus est ex eius Dithyrambis, vt rectè annotauit ex ipsius Scholiaste Xylander. Sic Oda VI. Olympionicarum: γνῶναι τ' ἔπειτ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλαθέσιν λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν ὗν. Sunt etiam qui Ἔκτηνας Boeotios esse appellatos volunt, quasi ἐκ κτηνῶν καὶ κτηνώδεις. Ectenes enim à Lycophrone & Nonno vocantur.

Αἴολος καὶ Κάδμος) De vtroque istorum vide libro X. vbi de Eubœa.

εἴρηται) Dictum est de Pelasgis lib. V.

ἐρύματα ἔρημα) Xylander legit μνήματα. Sed quid erit μνήματα ἔρημα? Non enim κενοτάφιον voluit intelligi. Certissimum est legendum esse ἐρύματα, vt & libri omnes habent, & Eustath. hunc locum describens. Strabo iterum libro XIII. ἐν Μιλήτῳ Λελέγων τάφοι καὶ ἐρύματα, καὶ ἴχνη κατοικιῶν δείκνυται. Sic vocat desertas arces Lelegum, quarum ruinę tantum supererant.

περὶ τὴν Σίδην) Sic etiã libri veteres. Vellẽ verò scire, in qua parte agri Troiani esset Sida mons. Interea dum id me aliquis docebit, legendum contendam, περὶ τὴν Ἴδην. De Ida enim nemo sanus dubitabit hæc esse intelligenda, qui meminerit horum Strabonis verborum lib. XIII. Ἡ ἀπὸ τοῦ Λεκτοῦ ῥάχις ἀνατείνουσα πρὸς τὴν Ἴδην, ὑπέρκειται τῶν πρώτων τοῦ κόλπου μερῶν, ἐν οἷς πρώτους τοὺς Λέλεγας ὁ ποιητὴς ἱδρυμένους πεποίηκεν.

τοῖς Καρσί) Nam Homerus Cares vocat βαρβαροφώνους.

qua de re vide lib. x i i i i.

Ἀριστοτέλους πολιτείαι) Vide Laertium.

ἀλιεὺς περὶ Ἀλκυόνων) Locus suspectus. Quid est enim ἀλιεύς?

¶ PAG. 223. τὰ γὰρ ἐτυμολογία) Grammatici hoc ita explicant, Ἀλάγες inquiunt, καλοῦνται ἀπὸ τοῦ λέγω, τὸ συνάγω, ὡς ἐκ πολλῶν συνελθόντες ἐθνῶν. Hanc igitur nominis notationem probat Strabo, & ex verbis Hesiodi elicit: illam vulgatam improbat Λέλεγας appellari ὡς ἐκλελεγμένους τὸ γένος. Nam id multis conuenit, vt Cauconibus.

καὶ διὰ τὸ) Legendum censeo, καὶ οὐ διὰ τὸ, quam lectionem iam exposuimus.

περὶ Καυκώνων) De Cauconibus libro sequenti.

Ἐγνατία) Describitur ab Antonino iter à Dyrrachio per Macedoniam & Thraciam Byzantium vsque: sed an ea sit via quam Strabo Ignatiam appellat nescio: huius quidem appellationis nusquam mentionem reperio.

βεβηματισμένη) Βῆμα gressum significat. Inde βηματίζειν, ποσὶ μετρεῖν, ait Hesych. metiri per gressus, vt μιλιάζω libro sexto metiri per miliaria. Sic Polybius libro tertio ταῦτα γὰρ νῦν βεβημάτισται καὶ σεσημείωται &c. Eleganter autem hanc vocem hic vsurpat Strabo, quum de via in Macedonia n loquitur: Nam βηματιστὴς annotat Hesychius esse vocem Macedonicam. Fit inde βηματιστὴς vt apud Athenæum, Bæto quidam vocatur βηματιστὴς Alexandri.

κατὰ μίλιον) Nimis notum est Romanos olim vias prouinciarum ita curasse, vt ad singula millia pass. lapidem iuberent collocari quorum omnium ceu caput fuit illud χρυσοῦν μίλιον καλούμενον, quod Romæ Augustus ἔστησεν ait Dio lib. l i i i i. Plutarchus annotat C. Gracchum cum huic rei operam nauaret, hoc amplius præstitisse, quod inter singulos lapides miliaria denotantes, alios minori interuallo distitos collocauit, vt facile quis posset iis adiutus equum conscendere ἄνευ ἀναβολέως.

ὀκτασταδίου) Stadium inquit Plinius, centum viginti quinque nostros efficit passus. quod si est, necesse est miliare vnum stadia efficere octo. Plutarchus in Gracchis, τὸ δὲ μίλιον, ἐκτὼ σταδίων ὀλίγον ἀποδεῖ: atque hac dimensione vsi sunt Plinius & Liuius vt alibi docuimus. Polybius quoque libro tertio, ταῦτα inquit βεβημάτισται καὶ σεσημείωται κατὰ σταδίους ὀκτὼ διὰ Ῥωμαίων ἐπιμελῶς.

ὁ δὲ τρίτον σταδίου) Rectè Stadium enim sex efficit iugera: duo ergo iugera stadij trientem efficiunt. Hunc locum Strabonis habebat in animo Iulianus ille ἀρχιτέκτων, qui apud Harmenopulũ ita scribit, Τὸ μίλιον, κατὰ μὲν Ἐρατοσθένην καὶ Στράβωνα τοὺς γεωγράφους ἔχει σταδίους η καὶ γ. Longè enim fallitur vir doctissimus Mercerus qui putat verba illa καὶ γ esse inducenda, quod & res refellit ipsa, & Strabonis autoritas, quem miror non esse à doctissimo viro dum hic æstuaret, consultum. Eiusdem porrò loci principium, quod in vulgatis omnibus Harmenopuli editiouibus admodum est perturbatum, sic debet legi & restitui, Ο δάκτυλος πρῶτος ἐστιν, ὡς καὶ ἡ μετὰ τὴν τῶν ἀριθμῶν παλαιστὴ ἔχει δακτύλους δ. ὁ πους ἔχει παλαιστὰς δ, ἤτοι δακτύλους ις. ὁ πῆχυς &c. Ita legitur in antiquissimis schedis.

ἡ γὰρ περὶ τὰ ὄρη Κανδαουίας λέγεται) Cicero ad Atticum, Tu nihilo minus, si properaris, nos consequêre. Nam aut accedemus in Epirum, aut tardè per Candauiam ibimus.

ἐν δεξιᾷ μὲν) Quæ sequuntur eiusmodi sunt, vt ab eo nequeant intelligi, qui tabulas antè oculos non habuerit. Conferenda igitur sunt, cum Ptolemaicis tabulis, & iis quæ libro secundo, in generali descriptione nostri maris sunt dicta.

πρὸς ἕω βλέπουσαν) Ora maritima dicitur à Geograph. βλέπειν πρὸς ἕω quando qui in ea stat, mare intuens, ortui Solis est aduersus. Sic dicitur alibi dextrum latus Ponti βλέπειν πρὸς ἄρκτον, cum meridiem spectare videatur ea pars Ponti. Quod autem sequitur eam oram quæ est inter Thessaloniceu, & Strymonem, βλέπειν πρὸς νότον, id vero non videtur cum Ptol. tabulis cōsentire, quas hîc quoque intuêre.

A ἱδρυμένον. τῷ δ' ἐστὶ τῷ Αἰγαίῳ) Omnino deest aliquid, vt ex vetere etiam interprete apparet. Legendum vero cum manuscriptis, ἱδρυμένον τῷ δ' ἐπὶ Ἑλλησπόντῳ καὶ τῷ Μέλανι κόλπῳ, τῷ δ' ἐπὶ τῷ Αἰγαίῳ.

¶ PAG. 224. μέχρι Νέστου) Ptolemæo, Nessus Thraciam & Macedoniam disterminat. Hunc fluuium Thucyd. Nestum appellat, vt ad librũ secundũ eius scholiastes notat. Sic Herodot. Et ita Straboně scripsisse quatuor li

B bri vett. testantur, qui habent Νέστου.

χάονες μὲν) Chaoniam τὴν δυσμικωτάτην regionem Epiri constituunt, præter Strab. Plin. Ptol. alij. Stephanus tamen Χαονία inquit μέση τῆς Ἠπείρου.

Κασσιόπη) Vide Stephan. Ptolem. Κασσιόπην portum Chaoniæ facere videtur. Idem vrbem in mediterraneis cognominem posuit, vnde & Κασσιοπαίους vocat.

Πάνορμος τε) Hic est Panormus Ptolemæi.

Ὄγχησμος ἄλλος) Ptolem. Ὄγχησμος λιμὴν. Manuscripti Ὄγχησμος λιμὴν ἄλλος.

C Κασσιόπη) Sequitur apud Ptolem. Κασσιόπη λιμήν. Huius meminit etiam Cicero ad Tyronem. & Vlpianus leg. 1, §. 12. D. de exercitoria act.

Φαλακρὸν) Phalacrum videtur facere Epiri promontorium. At Ptolemæus, Plinius, alij, non Epiri, sed adiacentis insulæ Corcyræ Phalacrum esse promontorium scribũt. An igitur sicut Cassiope & in insula Corcyra, & in opposi a continente fuit, ita & Phalacrum?

μετὰ δὲ Ὄγχησμον) Imo si Ptolem. sequimur, μετὰ Κασσιόπην. Sic enim ille, post descriptam Chaoniam, Θεσπρωτῶν. Ποσειδώνιον ἄκρον. Θεσπρωτὸν κόλπος. Ἐλαίας λιμήν.

D ἐποίκους ἔχον) Ideo Plinius Bu hrotum coloniam vocat.

τὰ Σύβοτα) Ait Sybota esse νησίδια: & ita Thucydides quoque. cuius interpres annotat, sic vocari tres insulas quæ οὐ πολὺ ἀπέχουσι τῆς ἠπείρου. Ptolemæus autem insulas hoc nomine nullas agnoscit, sed portum. Stephanus. Σύβοτα νῆσος καὶ λιμὴν. Thucydides quoque ἔστι δὲ inquit τὰ Σύβοτα τῆς Θεσπρωτίδος λιμὴν ἐρῆμος.

Ἀλκμαίωνα) Sic scripsimus, non vt omnes editiones

E habebant, & probauerat Xylander, Ἀλκμαίωνα. Leucimnam nominant Thucydides, & alij. Ptolemæi tamen codices habent Λεύκιμμαν.

ἄκρα Χειμέριον) Thucydides de Chimmerio, ὁρμίζονται ἐς Χειμέριον τῆς Θεσπρωτίδος γῆς. ἔστι δὲ λιμὴν, καὶ πόλις ὑπὲρ αὐτοῦ κεῖται ἀπὸ θαλάσσης. Meminit paullò post & ἄκρας cognominis.

γλυκὺς λιμὴν) Strabo dulcem portum vocat, quam alij λιμένα Ἀχερουσίαν. Thucydides hũc tractum videtur

F diligenter descripsisse, Ἐξίησι δὲ παρ' αὐτὴν Ἀχερουσία λίμνη ἐς τὴν θάλασσαν, διὰ δὲ τῆς Θεσπρωτίδος Ἀχέρων ποταμὸς ῥέων ἐσβάλλει εἰς αὐτὴν ἀφ' οὗ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχει. Pertinet hũc Pausaniæ locus in Arcad. γλυκὺ δὲ ὕδωρ inquit, ἐν θαλάσσῃ ἄνω ὂν ἔστι ἐν τοῖς τε ἄλλοις τοῖς Ἀργολικοῖς, καὶ ἐν τῇ Θεσπρωτίδι κατὰ τὸ καλούμενον Χειμέριον.

Θυαμίς) Sequitur apud Thucyd. ῥεῖ δὲ καὶ Θύαμις ποταμὸς, ὁρίζων τὴν Θεσπρωτίδα καὶ Κεστρίνην, quem locum quum videatur Strabo exscribere, non est dubium scripsisse eum Θύαμις. Sic et Plin. & Ptolem. habent, & libri veteres.

G Κίχυρος) Cichyrum nominat Pausanias, Atticis. De Ephyra Thesprotica, Vide Eustath.

φοινίκη) Huius meminit Ptolem. & Polyb. lib. secundo quem vide.

Ἐλάτρια) Stephanus annotat, & Ἐλάτρειαν dici, & Ἐλάτρειαν. ab illa dici Ἐλατριεὺς (scribe Ἐλατριεὺς, Elatiensis Liuio) ab hac Ἐλατρεῖος.

πρῶτον δὲ τοῦ κόλπου) Conferant studiosi hanc sinus Ambracici descriptionem, cum illa Polybij libro quarto ὁ καλούμενος Ἀμβρακικὸς κόλπος, ἀνάγει μὲν ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους μεταξὺ τῆς Ἠπείρου καὶ τῆς Ἀκαρνανίας στενῷ παντελῶς στόματι. λείπει γὰρ τῶν πέντε σταδίων πρόσβαινων δ' εἰς τὴν μεσόγειαν, κατὰ μὲν τὸ πλάτος ἐφ' ἑκατὸν στάδια καθίσταται· κατὰ δὲ τὸ μῆκος ἀπὸ τῆς θαλάσσης προπίπτει περὶ τριακόσια στάδια.

Antiq

Ακτίκ Απόλλωνος) Actium locus ille dicitur, vulgò omnibus cognitos. A

ἀνέθηκα Καῖσαρ) Mos antiquus, post victoriã nauibus partam, captas naues deo qui fauisse videbatur dicare, Neptuno plerumq;: Thucyd.lib.II.de Athenienfibus καὶ τροπαῖον στήσαντες ἐπὶ τῷ Ῥίῳ, καὶ ναῦν ἀναθέντες τῷ Ποσειδῶνι, ἀνεχώρησαν. Paullò post de Peloponnefiis, καὶ ἣν ἔλαβον ναῦν ἀνέθεσαν ἐπὶ τὸ Ῥίον. Augustus tamen Apollini Actio consecrauit.

¶PAG.225. τὴν δεκαναΐαν) Diodorus δεκαναΐαν similiter dixit. B

ἀπὸ μονοκρότου) Hoc Dio ita narrat, vt à trireme incipiat, omissis monocrotis & dicrotis locus est lib. LI. τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ τριήρη τε καὶ τετρήρη, τά τε ἄλλα τὰ ἑξῆς μέχρι δεκήρους, ἐκ τῶν αἰχμαλώτων νεῶν ἀνέθηκε.

Τόλγου) Epitome habet Γόργου. Sed ita prior quoq; interpres videtur in suis manuscriptis reperisse. Cypselus auté rex fuit Corinthi, Periandri pater: videntur autem Corinthij duce isto regis sui filio, Ambraciam condidisse, vnde Κορινθίων ἄποικος à Thucyd. & Pausania appellatur. C

καὶ ταύτην) Ambraciam, de qua à Rom. obsessa & tandem capta vide Liuii historiam lib. XXXVIII.

ὁ Σεβαστὸς) Testatur hoc etiam Pausanias, Eliac. pr. Ἀμβρακιώτας καὶ Ἀνακτορίους ἐποίκους Κορινθίων ὄντας, ἐποιήσατο ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐς Νικόπολιν συνοικισμὸν πρὸς τῷ Ἀκτίῳ. De victoria Actiaca res est nota ex Plutarcho, Dione aliis.

τὰ Ἄκτια) Dio lib. LI. de Augusto, ἀγῶνά τέ τινα καὶ μουσικὸν καὶ γυμνικὸν, ἱπποδρομίας τε πεντετηρικὸν ἱερὸν (οὕτω γὰρ τοὺς τὴν σίτησιν ἔχοντας ὀνομάζουσι) κατέδειξε, Ἄκτια αὐτὸν προσαγορεύσας. Quod autem ait Strabo etiam antè fuisse Actia celebrata, confirmat id Virgil. Æn. III. vbi ait Æneas, D

Ergo insperata tandem tellure potiti
Lustramurque Ioui, votisque incendimus aras,
Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.

Μετὰ δὲ τὴν Ἀμβρακίαν τὸ Ἄργος ἐστὶ τὸ Ἀμφιλ.) Liuius scribit Argos Amphilochicum XXII. millia ab Ambracia abesse.

κτίσμα) Vide Apollodorum libro III. qui Amphilochum hunc à quo Argos Amphilochicum est appellatum, itémque Alcmæonem, filios Amphiarai fuisse docet. Ephori locum pluribus refert Strabo libro decimo, vbi de Acarnania. E

Ἐπιγόνων) Anno decimo post eorum septem ducum interitum qui Thebas infesto exercitu petierunt vt Eteocli regnum eriperent, filii eorum rursus Thebas oppugnare decreuerũt. Hi vulgò Epigoni sunt appellati. Vide Apollodorum, & Diodorum.

ἐπώνυμον τοῦ ἀδ.) Indicium fraternæ charitatis: quam sic quoque testatus est quum filio suo quem ex Mantone suscepit eiusdem fratris Amphilochi nomen dedit, vt testatur Apollodorus. F

Θουκυδίδης δὲ) Locus est libro II. Thucydidi. ferè assentitur Apollodorus: nisi quod causam profectionis aliam affert. Ἀμφίλοχος, inquit, κατὰ χώραν Ἀπόλλωνος Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν ᾤκισε. vel ᾤκισε potius.

Μολοττία) Stephanus, Μολοττία, ἡ χώρα τῆς Ἠπείρου.

Ἀθαμᾶνες) Stephanus, Ἀθαμανία χώρα Ἰλλυρίας, οἱ δὲ Θετταλίας. Plinio Athamanes sunt populus Ætolorum. G

καὶ Αἴθικες) Obscuri nominis (etsi Homerus meminit) gens, vtpote quæ iam olim periit: ideo quæ de hac habet Stephanus ascribam, *Aethicia, inquit, vt Cilicia dicitur, & Aethices, vt Cilices. Habitabant autem isti in Thessalia, in monte Pindo: quanquam Marsyas mediam iacere Aethiciam inter Tymphæam & Athamaniam scribit. Gens est audacia proiecta & barbara, latrociniisque vehementer dedita.* Ex his intelligimus, cur Aethicas Strabo inter Athamanas & Tymphæos posuerit.

Τυμφαῖοι) Stephanus, Τύμφη, ὄρος Θεσπρωτικὸν, καὶ Τυμφαία πόλις.

Ορέσται) Stephanus, Ορέσται Μολοσσικὸν ἔθνος.

Παρωραῖοι) Stephanus Macedonibus istos attribuit. Plinius, Pæonibus. Liuius libro XLII. Paroriam Thraciæ subiectam ait. A

Ατιντᾶνες) Hos quoque Stephanus Macedonibus attribuit.

λέγεται δὲ) Euripides Orestem non in Epirum, sed in Arcadiam fugisse vult, vbi Orestium condiderit.

——σὺ δ' αὖ χρόνον
Ορέστα, γαίας τῆσδ' ὑπερβαλὼν ὅρους,
Παῤῥάσιον οἴκει δάπεδον, ἐνιαυτοῦ κύκλον,
κεκλήσεται δὲ σῆς φυγῆς ἐπώνυμον,
Ἀζᾶσιν Ἀρκάσιν τ' Ορέστειον καλεῖν. B

Βουλίονες) *Apolloniam*, inquit Plinius, *accolunt Barbani, Amantes & Buliones.*

Ταυλάντιοι) Stephanus ait esse Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Non infrequens horum mentio in historiis. vide etiam Ptolem. & Plin.

Παρθῖνοι) Stephanus ait Πάρθον esse πόλιν Ἰλλυρικήν. Parthinorum meminere Polybius, & Dio. Parthos in Macedonia Ptol. ponit. C

Φρύγοι) Legendum Βρύγοι vel Βρύγιοι. Nam Stephanus Βρυγίαν ait esse vrbem Macedoniæ, vnde sint dicti Βρύγιοι Itemq; Βρύγιον vnde Βρυγιεῖς. Quare rectius mox, Βρύγων.

Πελεγόνες τε) Prior interpres legisse videtur, περὶ δὲ Πελ. Et mox, ὡς καὶ τὰ χ. Sed malo ἐπέχειν quàm temere quicquam pronuntiare deficientibus & libris qui fundi sint, & authoribus qui hanc sententiam confirmẽt.

ἐγχέλειοι) Steph. ἐγχελᾶνες & ἐγχέλειοι, gens est Illyrica. De his libro primo dictum est.

Σεσαρηθίους) Stephanus innuit legendum esse, Σεσαρηθίους, annotat enim, Sesarethum vrbem esse Taulantiorum. D

Λυγκῖσται) Stephanus ex isto Strab. libro annotat, Lyncum vrbem esse Epiri.

καὶ ἡ Τειπολῖτις) Puto legendum: καὶ ἡ Τριπολῖτις Πελαγονία. sic enim paullò post, Τριπολῖτις γὰρ ἡ Πελαγονία ἐλέγετο. Vide tamen Steph. Τρίπολις.

Πελαγονία) In Stephano scribitur, Pelagoniam esse regionem Siciliæ. mendosé omnino. Nam & Plinius Pelagones in Macedonia ponit. Et Ælianus ait lib. III Enim qui Thessalica Tempe relinquens Delphos petat via Pythiade appellata per Pelagoniam transire. E

Αἰορδοι) Scribebatur Αἰορδοι. Sed legendum esse Ἐορδοὶ certum est, cum ex Geographis, tum ex Thucydide.

Αιμία) Mox Αιμία scribitur: vtraque vox corrupta videtur. Elimeam fortasse intelligit, cuius & Geographi & Thucid. ac Liuius meminere.

¶PAG.226. τε Εὐρυδίκης) Lege, Ἀμύντου γυνὴ, Εὐρυδίκη. Eurydice hæc, fuit Amyntæ vxor, mater Philippi, cui filius fuit Alex. magnus. Vide Iustinum. F

Λυγκιστὴν) Lego Λυγκιστῶν, vel Λύγκον.

αἱ περὶ Λυχνιδὸν τα) Lego Λυχνιδὸν. Stephanus enim Λυχνιδὸν vel Λυχνιτὸν appellari autor est vrbem Illyrici, circa quam est ista palus, siue lacus: cuius & Diodorus Siculus meminit lib. XVI. νικήσας τοὺς Ἰλλυριοὺς καὶ πάντας τοὺς μέχρι τῆς Λυχνιτίδος καλουμένης λίμνης. Polybius Λυχνιδίαν λίμνην vocat. Lego igitur, αἱ περὶ Λυχνιδὸν ταριχεῖαι. Syllabam τα ex initio sequentis dictionis, præcedentis fini male hæsit. Lychnidi porro & Ptol. meminit. G

ὁ Ρατῶν) Assentior Xylandro scribenti ὁ Ἀράχθος.

ὁ Λυκόρμας) Notat hoc & libro X. Stephanus quoque Λυκόρμας, inquit, *fluuius est, quem Euenum nonnulli appellant.* Causam mutati nominis pluribus persequitur Plutarchus περὶ ποταμῶν.

ἐψήφιστο) Manuscripti ἐλέγετο. quam lectionem confirmat Stephanus.

ὃς ἡ Ἄζωρος) Stephanus hũc locum respiciens. Azorus ait, *vrbs est Pelagoniæ quam Tripolitidem vocant, teste Strabone.* Huc pertinet locus Liuij ex lib. XLII. *Deinde saltu angusto superatis montibus, quos Cambunios vocant, descendit ad (Tripolin vocant) Azorum, Pythoum, & Dolichen incolentes.*

Βρυάνιον) Steph. Βρυάνιον πόλις Θεσπρωτίας.

Ἀλαλκομέναι) Alalcomenæ Bœotiæ oppidum commemorant omnes Geographi: de isto, nemo ne γρῦ quidē quod aiunt: Lego igitur, Ἀλκόμεναι, quod fuisse vrbis in Illyrido nomen testis est locupletissimus Stephanus. Sic etiam mox lego.

Βυρσῶν) Puto legendum Βρυγῶν, vt paulò ante: Vrbes enim recenset, populorum quos modo nominauit.

Αἰγίνιον) Æginium inquit Stephanus vrbs est Illyrici teste Strabone.

Αἰθικία) Prior interpres legit, ὅμορον Αἰθικία καὶ Τρίκη. Sed crediderim aliquid desiderari. Τρίκκη autem lego ex Steph.

Ἄβρανος) Meminit Ptolem. in descriptione Macedo. Vide & Steph.

περὶ τῶν καὶ τἄλλα) Vide Plutarchi hac de re librum.

ἀρχαιότατον λέγεται) Et oraculum ipsum Dodonæum testatur Herodo. antiquissimum esse, τῶν ἐν Ἕλλησι,

ἵδρυτο· ὅτι) Lego ἦν.

¶Pag. 227. ὁ Ὅμηρος) Cuius hæc sunt,

Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε Πελασγικὲ, τηλόθι ναίων,
Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου. ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι.

Vide scholia antiqua.

διαχαρακτῆρες) Certissimum est scripsisse Strabonē, διαχαρακτῆρες. Lectionis inquit variantia & incertitudo, nō sinit nos quicquam affirmare. Cæterum etiam apud Sophoclem τὸν φιλομενῆ Selli scriptum est, in Trachiniis.

ἔστι τις ἐλλ) Sumpta locus de Eœia Hesiodi: qui pluribus refertur ab veteribus Grammaticis, vnde non grauabor totum ascribere,

ἔστι τις Ἑλλοπίη, πολυλήϊος ἠδ' εὐλείμων,
ἀφνειὴ μήλοισι καὶ εἰλιπόδεσσι βόεσσιν.
ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι πολύρρηνες, πολυβοῦται
πολλοὶ, ἀπειρέσιοι, φῦλα θνητῶν ἀνθρώπων:
ἔνθα τε Δωδώνη τις ἐπ' ἐσχατιῇ πεπόλισται.
τὴν δὲ Ζεὺς ἐφίλησε, καὶ ὃν χρηστήριον εἶναι,
Τίμιον ἀνθρώποις ναῖεν δ' ἐν πυθμένι φηγοῦ,
ἔνθεν ἐπιχθόνιοι μαντήϊα πάντα φέρονται
Ὃς δὴ κεῖθι μολὼν θεὸν ἄμβροτον ἐξερέοιτο
Δῶρα φέρων ἔλθῃσι σὺν οἰωνοῖς ἀγαθοῖσιν.

Plinius verò Sellos & Hellopas duos diuersos populos facere videtur.

λέγεσθαι Ἑλλ. Ἑλλ. Ἑλ.) Monstrosam lectionem ita puto corrigendam, τὸν μέντοι ποιητὴν ἀπὸ τοῦ λέγειν Σελλοὺς, τοὺς Ἑλλοὺς ὑπολαμβάνειν.

ἐν δὲ Θεσπ.) Rectè Xylander obseruault deesse hic negationem: legendum ergo, οὐ τῆς ἐν Θεσπρωτοῖς δὲ Ἐφ. Porrò de Ephyris variis, totidémque fluuiis qui Selleentes nuncupentur, dicetur in sequentibus libris.

περὶ τῆς δρυὸς) Vide Herodotum, & poetarum rationem.

Τόμαρος) Tomarum Dodonæ montem, ait Steph. etiam Tomurum appellari: Strabo etiam Tmarum, vnde Tmarius Iupiter apud Hesychium. De Tumaro vide Plin. Callimachus,

Οὔρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ἀποβλέπεται δ' ἔτι λίαν.

οἱ τραγικοὶ) Sic Æschylus Prometheo, Iouem Thesprotum vocat, quem Homerus Dodonæum,

τὴν αἰπύνωτόν τ' ἀμφὶ Δωδώνην, ἵνα
μαντεῖα θῶκός τ' ἐστὶ Θεσπρωτοῦ Διός.

ἐλέγετο) Lege, ἐχρῆτο. Contra paullò antè ἐχρῆτο legebatur pro ἐλέγετο.

τομοῦροι ὁ θεμ.) Eustathius videtur τομάρους legisse. Et in manusc. τομουροι.

ἐθέμιστευον τὰ μ.) Falluntur qui negant θέμιστας oracula dici à poeta. Dixit enim Homerus hymno in Apollinem,

——καὶ ἀγγέλλει θέμιστας
Φοίβου Ἀπόλλωνος χρυσαόρου, ὅττι κεν εἴπῃ,
χρείων ἐκ δάφνης γυάλων ὕπο Παρνησοῖο.

Sed dicent isti fortasse, non tribuere se illum hymnum Homero. Strabo libro XVII. θεμιστεύειν eo sensu vsurpauit. In oraculis quæ adhuc supersunt, sæpe leges θεμιστεύειν pro oracula reddere, & οὐ σοὶ θεμιστεύσω, significat, tibi non reddam oracula. apud Ælianum lib. III. cap. XLIII. & XLIIII.

ἐπιτετμημένος) Lego, τομούρους δ' εἰρῆσθαι ἐπιτετμημένους τοὺς τομαρόφους, οἷον τομαροφύλακας. Est autem τομαροφόρος dictus vt σκηπτοῦχος. At Grammatici τόμουρον dici putant quemlibet vatem. παρὰ τὸ, τὸ μὴ ἐν ὁρᾶν. Vnde illud Cassandræ apud Lycophronem, Pylin alloquentis,

τόμουρε πρὸς τὰ λῷστα ναυσθλώσας πάτραν.

καὶ βουλαὶ) hoc est, Quum Hom. dicit vel θεμιστὰς vel βουλὰς id accipiendum est pro &c.

Σουίδας δὲ τοῖς Θετταλοῖς) Hic est opinor Suidas ille quem testatur scholiastes Apollonij de Eubœa scripsisse. Suidam etiam citat Stephanus, scriptorem Θετταλικῶν.

ἐστὶ δὲ ὁ Σκότουσα) Vide lib. IX. vbi hic locus citatur.

Κινέας δ' ἔτι μυθωδέστερον) An est Cineas Thessalus qui scripserat Τακτικῶν Aeneæ epitomen? autor Ælianus. Eius & Cicero meminit in epist. quadā ad Pætum.

¶Pag. 228.

Qvia desideratur hodie in nostris exemplaribus libri septimi pars postrema, quæ descriptionem Macedoniæ & Thraciæ continebat, placuit, vt iacturam tantam quoquo modo possem, sarcirem, Excerpta quædam ex Strabonis Epitome subiicere, quæ prorsus videbatur autor Epitomes, non aliunde quàm ex Strabone descripsisse. visum etiam est, in ea Excerpta pauca hæc curs ūm & obiter annotare. præsertim cùm viderem interpretea eius operis omnes mendas quas nos deprehendimus, fidelissimè retinuisse, vel auxisse potius.

ὅτι τὸ ἐν Δωδώνῃ χαλκεῖον) Notus est eruditis hominibus particulæ ὅτι vsus hic, qui passim apud Eustathium ac reliquos Grammaticos occurrit. Est autem sermo ἐλλειπτικός. subaudiendum enim verbum σημείωσαι, vt vt Grammatici dicere solent, vel aliud simile. Est autem hæc Epitome ita scripta, vt perpetuò ex sua persona quanquam alienis verbis loquatur eius autor: contra quam fecit is cuius exstat priorum Athenæi librorum Epitome. Nam is, modò ex sua persona loquitur, modò ipsum Athenæum loquentem inducit: quæ res non vno loco doctissimos viros in errorem impulit: vt docebimus, quando nostras in illum scriptorem Animaduersiones, quas adiuti maximè à veteribus libris conscripsimus, edemus. Porrò de prouerbio quod hic explicatur, τὸ ἐν Δωδώνῃ χαλκεῖον, consule parœmiographos, qui aliter explicant. De altero prouerbio, Κερκυραίων μάστιξ, nihil nunc succurrit.

ὅτι ἡ Κόρκυρα) Intellige Corcyram quæ est in Ionio mari ante Epirum: quā Ptolem. μεγάλην vocat, vt distinguatur à Melæna quæ est in sinu Adriatico. Dicitur & Φαιακίς, siue Φαιακία, & Δρέπανον, & Ἄργος. Vide Eustat. Etsi autem vt alibi diximus, estq; ue ab Eust. notatum, variat perpetuò in antiquis libris ἡ γραφὴ huius vocis, Κέρκυρα & Κόρκυρα: tamen si eidem credimus hæc potius per ο scribi debet, altera per ε.

Ἐλλ. δὲ ἡ Κόρκυρα) Extat apud Eustathium quoque.

ὅτι ἡ Μακεδονία περιορίζεται) Confer hanc Macedoniæ descriptionem cum Ptolemaica: non enim multum differunt. Liuius quoque libro XLV. Macedoniam graphicè admodum depingit. Vide & Thucydidem libro secundo. Meminetis verò Macedoniæ nomine intelligere Strabo. & Ptolem. non id tantum quod Macedoniæ regibus paruit, & Macedonia propriè dicebatur: sed id quod Macedoniæ nomine voluerū Rom. intelligi, quum deuicto Perseo in prouinciæ formam Macedoniam redegerunt.

τῷ ὀρθογωνίῳ τῷ Ἀδρίᾳ) Quàm longè produceretur Adriatici maris appellatio iam monuimus. Plinius Macedoniam ait incipere à Lisso, quæ erat vrbs inter Dyrrachium & Drilonis ostia.

ποιοῦντα χερρόνησον μεγάλην πρὸς νότον) Facit iterum

Strabo huius peninsulæ mentionem (quanquam obscurius) supra, illo loco, Λοιπὴ δ' ἐστὶ τῆς Εὐρώπης, vide locum.

Ὅτι ὁ Πηνειὸς ποταμὸς) Habetur idem Strabonis locus, & quidem plenius relatus, apud Eustathium. Περὶ δὲ Πηνειοῦ inquit, καὶ ταῦτα ἐν τοῖς τοῦ Στράβωνος φέρεται. Πηνειὸς ἄρχεται ἐκ Πίνδου· ἐν ἀριστερᾷ δ' ἀφεὶς Τρίκκην φέρεται περὶ Ἀτρακα καὶ Λάρισσαν· καὶ τοὺς ἐν Θετταλίᾳ δεξάμενος ποταμοὺς πρόεισι διὰ τῶν Τεμπῶν. Καὶ ὅτι διὰ μέσης ῥεῖ Θετταλίας, πολλοὺς δεχόμενος ποταμούς· καὶ ὅτι Πηνειὸς φέρεται ἐν ἀριστερᾷ μὲν ἔχων Ὄλυμπον, ἐν δεξιᾷ δὲ Ὄσσαν.

τὸν Εὔρωπον ποταμὸν) Eustathius eundem locum Strabonis describens Εὐρώταν non vno loco vocat. Plinius Euroton. Quare hic quoque mutandum est π in τ & legendum Εὔρωτον. Proferam vero totum hunc Strabonis locum ex Eustathij Commentariis: est enim egregius: Ὁ δὲ Γεωγράφος Εὐρώταν αὐτὸν καλεῖ ἤτοι τὸν Τιταρήσιον, δηλονότι μετὰ Ὁμήρου ἐμφαίνων καὶ ὅτι οὐ πάντα παρωνομάσαι, λέγει γὰρ ὡς ἐξ ὄρους ῥεῖ συμφυοῦς τῷ Ὀλύμπῳ· ἀποτεινῶν δὲ καὶ ὅπως ἐπιπολάζει φησὶν, ὅτι τὸ μὲν τοῦ Πηνειοῦ ὕδωρ, καθαρὸν ὄν· τὸ δὲ Τιταρησίου λιπαρὸν ἐκ τινος ὕλης ὥστε οὐ συμμίσγεται, ἀλλὰ καθύπερθεν ἐπιτρέχει, καθὰ ἔλαιον. Hactenus Eustathius ex isto Strabonis loco: Nam quæ ille subiicit, sumta sunt ex libro xi.

ἐκ τοῦ Κιταρίου ὄρους) Scribe Τιταρίου, vel Τιτάρου, vt habet Eustath. Corruperunt ex Ptolemæo qui Κιτάριον ὄρος commemorat.

Ὅτι ὑπὸ ταῖς ὑπωρείαις τοῦ Ὀλύμπου) Ait Gyrtonem ad Olympū esse sitam. Sed contradicit Eustathius ex eodem Strabone. Ἐπὶ δὲ ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Πηνειοῦ ἐν δεξιᾷ Μαγνήτης πόλις ἡ Γυρτών· ἐν ᾗ Περιθόος καὶ Ἰξίων ἐβασίλευσαν. Iam autem dixit Ossam esse ἐν δεξιᾷ τοῦ Πηνειοῦ.

ἀπέχει δ' ἡ Γυρτὼν τῆς Τέμπους, πόλεως Κραννῶνος) Corrupta sunt omnia: sequitur apud Eustathium Ἀπέχει δ' αὐτῶν οὐ πολὺ πόλις Κραννών. Ita ergo leges. Addit deinde, ἧς οἱ πολῖται ἔφυροι ἐπεκαλοῦντο· ὡς καὶ οἱ τῆς Γυρτῶνος Φλεγύαι.

τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρήκης) Locus est Ιλιαδ. ν.

Τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρήκης Ἐφύρους μετὰ θωρήσσεσθον,
Ἠὲ μετὰ Φλεγύας μεγαλήτορας.

Vbi vide Eustathium. Tractatur hic locus à Strabone iterum libro ix.

Ὅτι μετὰ τὸ Δῖον πόλις ὁ Ἀλιάκμων) Ptolemæus simillimè contrario tamen ordine, Πιερίας. Λουδίου ποταμοῦ ἐκβολαί. Πύδνα, Ἀλιάκμονος ποταμοῦ ἐκβολαί. Δῖον κολωνία.

Ῥωμαῖοι Περσέα καταπολεμήσαντες) Vide Liuium libro XLIIII. & Plutarch. in vita Æmylij Pauli.

ὀφθαλμὸς ἐκκοπῆναι τῷ Φιλίππῳ) Testatur Diodorus libro XVI. Iustinus libro septimo de Philippo loquens. *Cum Methonam vrbem oppugnaret, in prætereuntem, de muris sagitta iacta, dextrum oculum regis effodit.* Vide etiam Plinium ac Solinum.

ἔχει δὲ λίμνην περὶ αὐτῆς) Liuius Pellæ situm ita describit libro XLIIII. *Sita est in tumulo vergente in occidentem hybernum: cingunt paludes inexuperabilis altitudinis, æstate & hyeme, quas restagnantes faciunt lacus. In ipsa palude quà proxima vrbi est, velut insula eminet, aggeri operis ingentis imposita: qui & murum sustineat, & humore circumfusæ paludis nihil lædatur.*

εἶτα ὁ Ἄξιος διαιρῶν τήν τε Βοττιαίαν καὶ τὴν Ἀμφαξῖτιν) Paulò aliter Ptolem. cuius hæc sunt, in descriptione τοῦ παραλίου Thermaici sinus, Ἀμφαξίτιδος, Θεσσαλονίκη, Ἐχεδώρου ποταμοῦ ἐκβολαί, Ἀξίου ποταμοῦ ἐκβολαί. Vide de Axio apud Eustath.

ἀλλ' ἐπὶ μὲν ἄξιος δοκεῖ εἶναι) Cum de Axio fluuio loqueretur Strabo, quæsiuit vt solet, de Homeri loco vbi est eius mentio: erat enim ille locus lectionis ancipitis, variéque à veteribus Criticis lectus expositúsque. Sic Homer.

Αὐτὰρ Πυραίχμης ἄγε Παίονας ἀγκυλοτόξους
Τηλόθεν ἐξ Ἀμυδῶνος, ἀπ' Ἀξιοῦ εὐρὺ ῥέοντος,
Ἀξιοῦ οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται αἶαν.

quorum versuum, quum hęc sit sententia vt dicatur Axij aqua limpidissima ac pulcherrima, veteres critici qui scirent aquam eius fluminis esse turbidam, voce Αἶα intelligi voluerunt, non terram, sed fontem quendam sic nuncupatum, qui Axium ingrediatur cuius fontis etiam Antimachus in Thebaide fecerat mentionem, vt docet Stephan. vt sit hæc sententia Amydonē vrbem esse ad Axium sitam, vbi est fons Aea: atque ita scholiastæ Homeri, locum illum interpretantur, Strabo verò non tantum interpretationem vulgatam reprehendit, sed & lectionem. Nam quum vulgò legeretur,

Ἀξιοῦ, οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται αἶαν,

vel, ——ἐπικίδναται αἶα

ipse emendabat,

Ἀξιοῦ, ᾧ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται Αἴης.

Eustathius locum Strabonis plenius sic retulit. Ἐν δὲ τῷ, ἐπικίδναται αἶαν, ἡ αἶαν, (διττῶς γὰρ ἡ γραφὴ) αἶαν τινὲς οὐ τὴν γῆν εἰπόντες, ἀλλά τινα πηγὴν· ὡς δῆλον ἐξ ὧν ὁ γεωγράφος φησὶ, λέγων ὅτι ἡ παρ' Ὁμήρῳ Ἀμυδὼν, Ἀβυδὼν ὕστερον ἐκλήθη, κατεσκάφη δέ. πηγὴ δὲ πλησίον Ἀμυδῶνος, Αἶα καλουμένη, καθαρώτατον ὕδωρ ἐκδιδοῦσα εἰς τὸν Ἀξιόν· ὃς ἐκ πολλῶν πληρούμενος ποταμῶν, θολερὸς ῥεῖ. ἐν ᾧ αὐλῶν ἐστιν, ἡ φερομένη γραφὴ, Ἀξιοῦ οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται αἶαν, ἀδηλοῦσι τοῦ Ἀξιοῦ ἐπικιδναμένου τὸ ὕδωρ τῇ πηγῇ ἀλλ' ἀνάπαλιν. Subiicit deinde Eustathius, εἶτα ἐπιδιορθοῦσιν αἰτιώμενος ὁ γεωγράφος, καὶ τὸ γενέσθαι τῇ αἶαν ἐπὶ τῆς γῆς λέγει· πλέον ἰδίωσιν ἐκβαλεῖν τοῦ Ὁμηρικοῦ ἔπους τὴν παλαιὰν λέξιν.

ἡ πρότερον Θέρμη) Thermes multa mentio apud antiquos Græcos scriptores: Plinius verò videtur Thessalonicē à Therma distinguere. Intra inquit *sinus Macedonici oppidum Chalastre, & in ius Phileros Letæ: medióque flexu littoris Thessalonica, liberæ conditionis. Ad hanc à Dyrrachio CXIIII. M. passuum. Therme.*

τὴν ἑαυτοῦ γυναικὸς παιδὸς δὲ Φιλίππου) Cassander vxorem habuit Thessalonicen Philippi filiam, Alexandri sororem: autor Diodorus lib. XIX.

τοῦ Βερμίου ὄρους) In Ptolemaicis tabulis Berœa nō Bermio monti, sed Citario subiacet.

ὅτι ἡ Παλλήνη Χερρόνησος) Describit παραλίαν Macedoniæ obseruans locorū συνέχειαν. Pallene autē Thraciæ siuē Macedoniæ peninsula est, cuius meminit Stephanus, necnon Dionysius Halicarnasseus libro primo: non enim aliam intelligit quàm hanc. Ptolemæus quoque hanc eandem commemorat: sed eius codices turpiter sunt corrupti: legitur enim Παταλήνης τῆς χερρονήσου αὐχήν. Legendum verò Παλλήνης χ. quod etsi vel pueris potest esse clarum, tamen nos fortasse primi nunc monemus. Lege autem, Ὅτι ἡ Παλλήνη χερρόνησος (ἧς ἐν τῷ ἰσθμῷ κεῖται ἡ πρὶν μὲν Ποτίδαια, νῦν δὲ Κασσάνδρεια) Φλέγρα τὸ πρὶν ἐκαλεῖτο.

ἡ πρὶν μὲν Ποτίδαια, νῦν δὲ Κασσάνδρεια) Diodorus Siculus de Cassandro, Ἔκτισε δὲ καὶ πόλιν ἐπὶ τῆς Παλλήνης (sic legendum nō Πελλήνης) ὁμώνυμον αὐτῷ Κασσάνδρειαν, εἰς ἣν τάς τε ἐκ τῆς Χερρονήσου πόλεις ᾤκισε, καὶ τὴν Ποτίδαιαν, ἔτι δὲ τῆς συνεγγὺς χώρας οὐκ ὀλίγα.

ἔχουσι δ' αὐτὴν οἱ μυθολογούμενοι γίγαντες) Diodorus libro quinto, οὕτω δὲ καὶ ἄλλους τινὰς αὐτῷ περὶ γίγαντας, τοὺς μὲν Μακεδονίας περὶ τὴν Παλλήνην. Vide de campis Phlegræis quæ notauimus lib. v.

Μηκύπερνα ἐν τῷ Τορωναϊκῷ κόλπῳ) Scribe Μηκύβερνα. Stephanus, Μηκύβερνα πόλις Παλλήνης τῆς ἐν Θρᾴκῃ χερρονήσου.

καλούμενον Καθαρόληθρον) Cātharolethri meminit Aristoteles Θαυμασίων libello, & Antigonus, qui Theopompum laudat.

πρὸς τε ἀκρῷ τοῦ Στρυμονικοῦ ἀκρόθωος ἄκρον) Ptolemæus Ἄθων appellat tam montem ipsum, quam promontorium & vrbem. Plinius vrbem Acrothon vocat in cacumine eius montis situm. Stephano ἀκρόθωοι ea vrbs dicitur: nescio quàm verè.

ἔχει δ' ὁ Ἄθων ἐπ πόλεις, Δῖον, Κλεωνάς, Θύσσαν, Ὀλόφυξιν, Ἀκροθώους) Postrema vox corrupta est. Ex Herodoto apparet quomodo sit legendum: inde enim habet Strabo. Sic

A illic in Polymnia, ἐν ᾗ τῷ ἰσθμῷ τούτῳ εἰσὶν πόλιες, ἃς ἐκ Σανῆς Ἑλληνίδος, ... ἐν αἷς οἰκοῦσιν αἳ δὲ ἐκτὸς Σάνης, ἐντὸς δὲ τοῦ Ἄθω οἰκημέναι εἰσὶ αἵδε Δίον, Ὀλόφυξος, Ἀκρόθωον, Θύσσος, Κλεωναί: vel habet ex Thucydide cuius hæc sunt libro IIII. de Athō monte, τὴν ἀκτὴν ... ἀπὸ τοῦ βασιλέως διορύγματος ἔσω προύχουσαν, καὶ ὁ Ἄθως αὐτῆς ὄρος ὑψηλὸν τελευτᾷ ἐς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος, πόλεις δ' ἔχει Σάνην ... καὶ ἄλλας, Θύσσον, καὶ Κλεωνάς, καὶ Ἀκροθώους, καὶ Ὀλόφυξον, καὶ Δῖον. Puto igitur legendum in Epitome Ἀκρόθωος, & apud Stephanum quoque lego Ἀκρόθωοι. Librarij pro ω scripserunt ου, vt fere solent. Ὀλόφυξον etiam non Ὀλόφυξις habet & Steph.

B εἶτα Φάγρος, Γαληψός) vtranque Stephanus recenset. Galepsi sæpius meminit Thucydides. Libro autem quarto legitur, καὶ Γάληψος ἡ πλησίον ... ἀποικία. Legendum vero Γαληψὸς ἡ π. quod etsi certum est, tamen ipsius Thucydidis auctoritate potest confirmari. Sic ille libro quinto, Γαληψὸν δὲ τῶν Θασίων ἀποικίαν λαμβάνει (κατὰ κράτος).

εἶτα τὸ Νέστου στόμα) Supra notauimus veteres libros Strabonis habere Νέσσου, non Νέστου. Quare ita hic quoque lego. Nestum vocant Herodotus, Thucydides, Plinius.

C Μύρκινος) Scribo Μύρκινος. Stephanus, Μύρκινος πόλις ἡ πόλις Ἠδωνική ... ἐπὶ τῷ Στρυμόνι ποταμῷ.

A Δερβίκεων) Scribo, Δερβίκων. Stephanus, Δέρβικες Θρᾳκικὸν χωρίον.

ἐν τοῖς Κρηνίσιν ὅπου περὶ τὸ Φίλιππος) Vide quæ notauimus Actor. cap. XVII.

ὅτι ὁ Στρυμὼν ποταμὸς, ἀρχεται ἐκ τῶν περὶ Ῥοδόπην Ἀγριάνων) Paullo aliter Plinius, *Dein Macedoniæ terminus*, amnis Strymon, ortus in Æmo. Aliter etiam Thucydides, qui de Strymone ita scribit libro secundo, ὃς ἐκ τοῦ Σκόμβρου ὄρους διὰ Γραιαίων καὶ Λαιαίων ῥεῖ.

B Οἱ Σιντοὶ ἔθνος Θρᾳκικόν) Sintorum Thraciæ meminit Thucydides libro secundo vbi diuidi eos scribit à Pæonibus, monte Cercina. Sintice eorum regio dicitur Geographis & Liuio. Meminit & Strabo alibi.

κατοίκων τῶν Λήμνων νῆσον) Vide poetæ interpretes. Locus est libro primo.

Ἄβδηρα ἐπώνυμον ... Ἀβδήρου) Abdera vrbem & Geographi & historici passim commemorant. Ab Hercule fuisse conditam, & ab Abdero Ermi filio denominatam docet Apollodorus lib. II. & Steph. quem ex Apol. lod. corrige.

C εἶτα Δικαία πόλις πλησίον) Plinio Dicæa. Stephanus, Δικαία, πόλις Θρᾳκῶν ἀπὸ Δικαίου τοῦ Ποσειδῶνος υἱοῦ.

εἶτα πόλις Μαρώνεια) Vrbs nobilis, vel propter Maroneum vinum Homero aliisque veteribus decantatum.

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS
ET CASTIGATIONES IN LIBRVM VIII GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

A GRÆCIAM quo tempore est describere. non omnem quidem: sed eam tantum, quæ Græcorum qui alibi sunt, matrix iure potest nuncupari: Sanè enim si Græciæ nomine omnis regio intelligeretur, quam Græci homines obtinebant, non hic tantum Europæ angulus, sed Asiæ quoque minoris magna pars, itémque in Africa tota Cyrenaica, atque alij multi orbis terrarum tractus hoc nomine essent afficiendi. Atque hoc cum omnibus sit πρόδηλον & perspicuum: video tamen doctis quibusdam viris & de

B Geographia benè meritis esse subobscurum. Sed ad Græciam nostram redeamus. Hanc reliqui Geographi diuidunt in Achaiam & Peloponnesum: & Achaiæ quidem nomine intelligi volunt, πᾶσαν τὴν ἐκτὸς Πελοποννήσου Ἑλλάδα. Strabo vero nouam quandam viam maluit insistere, ac varias in peninsulas partiri: qua de re quid sentiamus suo loco aperiemus. Porrò harum peninsularum omnium prima & simplicissima est Pelopon-

C nesus, quam ideo prius, isto libro describit: Ptolemæus contra, Achaiam prius, deinde Peloponnesum exponit.

¶ PAG. 229. ὁ πολὺς μ) Fortasse legendum τὴν Ἑλλάδος ἡ πολὺ μέρος ἡ Μακεδονία. Macedoniam enim descripserat Geographus libro superiore: quæ tamen si Græciæ pars censenda est, cur hic dicatur eius ἡ πολὺ μέρος, equidem non video: Ac malim legere, τὸ πολὺ μ. Verum nihil affirmo. Fortasse etiam defendi lectio vulgaris potest, vt sit sensus, descriptum esse de Græcia, quantum occu-

D pant Macedones: est autem ea pars Macedoniæ parua.

φυσικὰς τόπους) Legendum esse τόπους, & vett. codices docent, & ex his possumus intelligere, quæ de hac voce olim ad Laertij Chrysippum annotauimus. Nam apud

A apud Stoicos hæc passim occurrunt, ὁ φυσικὸς τόπος, ὁ μαθηματικός, ὁ λογικός: quæ etiam sæpe apud Strabonem legas. Thucydides, ἐν τῇ πενταετηρίᾳ nô dissimili modo vocem χωρίον vsurpat.

περιτείνεσθαι) Melius scripti, περιτελέσεσθαι.

ἐπὶ τόπου) Scripti habent, ἰδοὺ μὲν οὖν: fortasse ἰδοὺ.

B τὸ δ' αἴτιον τοῦ) Philosophicum loquendi genus: Sic Laertius in Platone, Τοῦ δὲ λόγου τοῦ Πλατωνικοῦ δύο εἰσὶν αὐτοῦ χαρακτῆρες, hæc est partitio quam vocant ἄκρων & ἀντιθέτων.

τέτταρας) Docet quatuor illas dialectos Græciæ vulgo notissimas, posse ad duas referri. Ionica enim inquit, ex Attica orta est. Dorica autem nô est alia quam antiqua & incorrupta Æolis. Pindarus sanè quem Doricè scripsisse constat, Æolicè se scribere dicit, vt Ode prima Olym.

——ἀπὸ φορμιγγα
Κλεινὰν ἐπασσαλίζομαι ...
Αἰολίδι μολπᾷ, Χρ.

C σφετερίζεσθαι) Lego μὴ σφετερίζεσθαι. Sensus est, verisimile esse, Dorienses terrâ asperam incolentes, & ad quos minus alij cômeantes, linguam suam & instituta non facile corrupisse alterius cômixtione, quod reliqui Æoles fecisse videntur.

τὰ ἄλλα ἔθνη) Libri veteres, ἔθνος, quod probo. Io iisdem legitur, ... τὸ μὲν ἔμπροσθεν recte.

ἐμερίσθησαν.) ... Δωριεῖς, τοὺς Αἰολεῖς.

Λεπτόγεων) Vetus lectio, λεπτόγεων καὶ τρ. recte: Sic enim Thucydides quem citat.

D ¶ PAG. 230. φησὶν ὁ Θουκυδίδης) Thucydides ait agrum Atticum quia esset λεπτόγεων seditionibus minus fuisse obnoxium, ideóque ab iisdem hominibus semper fuisse habitatum. τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διὰ τὸ λεπτόγεων ἀστασίαστον οὖσαν, ἀν-

ἔσαι, αἱ δ' ὕστεραι φῦσιν οἱ αὐτοὶ ἀεί.

τὸν Αἰγιαλὸν κατεχόντων) Malè vertunt *littus*, quum debuissent Ægialum dicere. Sic enim olim vocata est quæ postea Achaia. vide infra.

Αἰολεῦσι ἴδρυσις) Scripti πλήθει.

Ὀξύλῳ) Historia extat infra, hoc eodem libro, vbi de Elide.

τὴν Ἀκαρνανίαν) Ptolemæo Acarnania in Epiro est: Epirus autem omnis extra Græciam.

ἡγεμονικὸν) Notum illud è libro secundo, ἡ θάλασσα γεωγραφεῖ τὰ πλεῖστα.

πυλῶν) Sic habet Aldina editio, & ita legens prior interpres deceptus est, dum putaret vocem ὀκτὼ ad dictionem πυλῶν pertinere: quod ratione carere vidit Xylander. Verum quod putauit idem locum sanari posse inserta ἀπὸ præpositione, id verò ego non concoquo. Itaque locum ita reliqui vt erat in Aldina editione: cum præsertim nihil iuuarent libri scripti. Quid si legamus, μέχρι πυλῶν καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Πηνειοῦ?

χερρονήσοις μεγάλαις διὰ τὸ πολυκολπίαν) Malim, διὰ τὸ πολυκολπίαν. Noua autem est & planè morosa hæc Græciæ describendæ ratio: quam equidem probare admodum nequeo. Ego enim non video quid Strabonem mouerit vt peninsulas appellaret eas regiones quę mari non sunt cinctæ. nisi quis fortasse putet omnem regionem quam duo alluant maria posse ita appellari: Sic dicemus Galliam esse peninsulam: quod nemo, opinor, probauerit. Si quis autem me roget quid Strabonem impulerit vt hanc rationem iniret: Respondebo, Videri eum vbique retinere voluisse illud de quo paulò antè ἡ θάλασσα γεωγραφεῖ τὰ πλεῖστα. quod alia ratione non poterat vsurpare, quàm ista.

¶ PAG. 231. καὶ πεδινήρεις.) Libri scripti habent, ἀπὸ τῆς ἐλάσσονος, ἐπιφανεστάτης δὲ.

φύλλῳ πλατάνου) Plinius libro IIII. cap. IIII. *Peloponnesus, inter duo maria Aegæum & Ionium, platani folio similis, propter angulosos recessus.* Dionysius Periegetes,

——Πλατάνου δ' ἐπὶ μοῦνος ὁμοῖα

Εἰδομένη πλατάνοιο μυουρίζοντι πετήλῳ

χιλίων τετρακοσίων) Plinius hoc interuallum ita expressit, *Peloponnesus in latitudine à promontorio Maleæ, ad oppidum Lechæum Corinthiaci sinus CLX. M. pass. patet.* quæ sunt stad. CIↃ CCLXXX.

ἐπὶ τὸν ἰσθμὸν) Strabonis sententia est, isthmum Peloponnesi, ei esse ad orientem. quod alii Geographi non sentiunt: Ptolemæus quidem disertè ait Peloponnesum terminari isthmo ἀπ' ἄρκτων.

ὁ δὲ ἀφείδρυμα) Vide Plinium lib. quarto, cap. quarto.

ὅτι πεντήκοντα σταδίων ἐστι) Falsum hoc: Nusquam enim dictum est, isthmum hunc esse stadiorum L. sed XL. tantum. Nec sunt procul repetenda Strabonis verba: Sic paulò antè de Peloponn. scriptum est, ἰσθμῷ κλειομένη τετταράκοντα σταδίων. Ergo hic quoque legendum τετταράκοντα non πεντήκοντα, hoc est μ. non ν. nec aliter prior interpres. Sic quoque libri veteres habent.

πέντε σταδίων) Plinius in descriptione Ætoliæ, *In ora promontorium Antirrhium, vbi ostium Corinthiaci sinus, minus mille passuum latitudine influentis, Aetolósque dirimentis à Peloponneso. Promontorium quod contra procedit, appellatur Rhion.* Thucydides libro secundo, vtrumque promontorium Rhium appellat. & inuicem distare scribit stadia septem: quod cum Plinio conuenit non male.

ἀλιτενὴς ἄκρα) hoc est, humilis & τάπεινος vt supra exposuimus. Nam in hac voce errant semper interpretes.

Μολύκρειον) libro nono, prope Antirium dicit Geogr. esse Molyeriam oppidum: Inde igitur τὸ Ἀντίρριον appellatum est Μολυκρικὸν Ῥίον.

Κρισαῖον κόλπον) Putant viri eruditi, sinum Crissæum & Corinthiacum idem esse: Sciendum tamen est Crissæum sinû differre à Corinthiaco, vt pars differt à toto: quod cum ex aliis Strabonis locis, tum ex hoc facile est intelligere.

διακοσίων τετταράκοντα) Manuss. pro τετταράκοντα habēt τριάκοντα.

A τριάκοντα. quod & prior interpres agnoscit: Idem etiā τριακοσίων habet non διακοσίων.

Ἀλκυονὶς καλεῖται) Ita sæpe appellat libro sequenti.

¶ PAG. 232. διέχουσι ἀπὸ τῆς) quidam habent διεχοῦσι. In aliis sic legitur, ἀπέχουσι τὸ ἰσθμὸν ἐπὶ τὸν Ἀραξον . . . . . ἐπὶ τοῖς. . . . . Malo διεχοῦσι, & fortasse ἐπὶ τοῖς χιλίοις. Nam infra dicitur promontorium Araxus ab isthmo stad. mille abesse.

τὸ αὐτὸ πόρθμιον, τῆς μέχρι τοῦ μ.) Lege καὶ τὸ αὐτὸ πόρθμιον τῆς

B μέχρι. Sic etiam in veteribus libris scriptum est.

ἔχουσιν) Scripti melius ἀντέχουσιν.

τὸ δὲ παλ.) Scripti, τοῦτο δὲ τὸ καὶ παλαιὸν.

καὶ Ὅμηρος) Idem poeta, in Bœotia id videtur docere, copias Elidis, & copias Nestoris seorsim referens.

καὶ ὁ Πύλος) Scripti melius, ὁ Πύλος. Pylum autem sæpe poeta appellat ἠμαθόεντα. In hymno tamen Mercurii paullò aliter.

Τὰς δ' ἄμφω ἐλάσας Διὸς ἀγλαὰ τέκνα

Ἐς Πύλον ἠμαθόεντα δ' ἐπ' Ἀλφειοῦ πόρον ἷξεν.

C quo ex loco videri possit Pylus sic appellari aliam ob rationē quam eam quæ à Strabone affertur: & sanè cū αἰτιολογεῖ, ostendit, non omnes ita sentire. quod etiam Hesychius docet ἠμαθόεντα, & ipse paullò post de Triphyliaco Pylo agens.

κοίλη Ἦλις) Alii Elidem bifariam diuidunt, in κοίλην & ὀρεινὴν.

μετὰ τὰ Περσικὰ) Factum id teste Diodoro, anno secūdo Olympiadis LXXVII. ἐπὶ τούτων, inquit, Ἠλεῖοι μὲν πλείους καὶ μικρὰς πόλεις οἰκοῦντες εἰς μίαν συνῳκίσθησαν τὴν

D ὀνομαζομένην Ἦλιν.

πέντε δήμων) Xenophon è quatuor pagis ait ἑλλην. libro quinto, ἐκ δὲ τούτου καθῃρέθη μὲν τὸ τεῖχος. διῳκίσθη δὲ ἡ Μαντίνεια τετραχῆ καθάπερ τὸ ἀρχαῖον ᾤκουν. Sed Diodorus quinque ait lib. XV.

Ῥεῖ δὲ διὰ τῆς πόλ.) In libris antiquis est lacuna ante hæc verba.

ἀπὸ τῆς τρία φῦλα) Polybius Tripbaliam appellans à Triphalo quodam nomen habere scribit. locus est lib. IIII. Vide apud Stephanum plura super hoc. Et de

E toto isto loco pluribus infra hoc eodem libro agetur.

καὶ συντροφίαν ποιεῖ) Sic paulo post, vbi similiter excusat se quod tam diligenter antiquum Græciæ statum cum præsenti compararet, ἡμεῖς, inquit, ἀγαπητῶς ἔχομεν τοῖς ἐν τοῖς, εἰ μόνοις ἐν ἐκ παίδων ... περὶ τούτων.

συνεσκοπεῖν) Legendum συνεπισκοπεῖν. nisi malis simpliciter σκοπεῖν, aut συνεπισκοπεῖν.

τῆς Ἠλείας) Ptolemæo Araxus terminat Achaiam. deinde sequitur Elea regio: in qua primo loco ponitur ab eo, Κυλλήνη τὸ ἐπίνειον. Vide Pausaniam, Eliac. lib. II.

F in fine.

¶ PAG. 233. τὸν Κολώτην) Nomen est antiqui statuarii: cuius & alia opera memorabantur, vt Bacchi: quod Eustathius hunc locum citans innuit, καὶ ὅρα, inquit, ὅτι οὐχ ὁ Διόνυσος Κολώτης κατὰ τὴν ἀσυντήρητον παράδοσιν, ἀλλὰ τεχνίτης ἀγάλματος Διονύσου ὁ Κολώτης. Colotem pictorē Phidiæ discipulum memorat Plinius lib. XXXV. cap. XIII.

ὁ χελωνάτας) Abest à Cyllene duo millia pass. autore Plinio. Χελωνίτης Ptolemæo appellatur. quod ait esse σπουδαῖον δυσπρόσπλουν, è Sophiani tabula facile intelli-

G ges: Nam in Ptolemaicis aliter.

τῆς τε Κυλλήνης) Lectio veterum codicum longe alia est. habent enim, τῆς τε κοίλης ... &c.

ὁ Ἐλίσσων) Est & apud Pausaniam fluuius Helisson: sed qui hic esse non videatur. Is enim Megalopolin Arcadiæ vrbem secans Alpheum ingreditur. Est & alius qui ostia habet prope Sicyonē & Pellenen cuius in Corinthiacis Pausan. meminit.

ἐπὶ Σελλήεντι) Legendum fortasse, τῷ ἐπὶ Σελλήεντι ποταμῷ.

ὁ τλητόλεμος) Dissentit Apollodorus qui Ephyram Thesproticam vult fuisse quam Hercules expugnarit. Eum vide libro secundo. De eadem intelligit poetæ verba Eustathius, qui tamen Strabonem sequi videtur.

περὶ ἐκείνας) Hoc Eustathius nescio quem secutus negat: qui tot fere Selleentes fluuios esse scribit quot dicantur esse Ephyræ. περὶ πάσας δὲ ἢ τὰς γοῦν πλείους Ἐφύρας ἱστορεῖται Σελλήεις ῥεῖν ποταμὸν συνωνύμως περιβαλλόμενος καὶ αὐτὸς, ὅτι τὰς Ἐφύρας ἀμφιβάλλεται. Idem Eustathius annotat Ephyras à Strabone nouem enumerari.

¶PAG.234. καὶ μιᾶς οὔσης) Oechaliam fatebatur Apollodorus esse multiplicem: sed ex omnibus vnam quæ Euryti vrbs appellaretur. Oechalias autem quinque esse è Strabone sic annotat Eustathius. ἐν ἑτέροις δέ φησιν ὁ αὐτὸς, ὅτι Οἰχαλία κώμη τῆς Ἐρετρικῆς ὁμώνυμος τῇ Τραχινίᾳ, καὶ τῇ περὶ Τρίκκην, καὶ τῇ Ἀρκαδικῇ, καὶ τῇ ἐν Αἰτωλίᾳ ἃς ἡ πέντε ἀναφαίνονται Οἰχαλίαι. Locus Strabonis est lib. x. vbi de Oechalia Euboica.

ἐν τῇ νῦν Ἀνδανίᾳ) Sic rectè Xylander emendauit. Mirum verò in omnibus locis vbi hæc vox occurrit semper in veteribus libris legi Ἀρδανίαν.

ὡς εἴπωμεν) Itaque non vna tantùm Oechalia fuit quæ vrbs Euryti appellaretur. Hoc colligit Strabo.

οἱ δ' ἄρα Βουπρ.) Apposuimus totum poetæ locum: secuti veteres libros vbi erat totus perscriptus. Ignauus librarius initio apposito vt labori parceret scripserat illa καὶ ἑξῆς ἕως τοῦ.

τὸ μὲν γὰρ) Scribe τρίχα μὲν γὰρ. Vult docere, poetam non tribuere Elidis nomen toti illi regioni quam bifariam diuisit, in Buprasium & Elidem: Vtriusque enim partis incolas, vocat ille quidem Epios communi nomine, non autem Eleos. vnde colligit Geographus videri Epiorum nomen latius patere quàm Eleorum.

ὡς ἂν κοινῷ) Veteres libri, ὡς ἂν κοινὸν δοκεῖν.

¶PAG.235. παριχήσαντι) Figuram hanc dicendi sæpius notat Strabo: vt de ea nihil sit nobis dicendum: est & Latinis poetis in vsu.

Ἐπειοὺς τοὺς Β.) Negat appellari Buprasienses à poeta Epios: Atqui contrarium paulò antè docebat vbi locum protulit è rhapsodia ψ. qui hanc lectionem falsi arguit. Lego, Ἠλείους, quod ex superioribus facile est intelligere.

ἡ μὲν Ὑρμίνη) Hyrmines meminit etiam Pausanias Ἠλια. primo.

Ὄρμινα) Sic legit etiam Eustathius: Stephanus tamen, scribit τὰς Ὀρμίνας.

Μυρσίνου) Hoc etiam Stephanus annotat.

Πέτρης δ' Ὠ.) Vide Stephanum & Pausaniam.

Λαμπίας) Legerem λαμπείας. Stephanus enim λάμπεια, ὄρος ἀρκαδίας. sed Stephanum potius arbitror corrigendum, legendúmque apud eum, λάμπεια, & λαμπάτης. quod ex Pausania certò constat.

τὸ δ' Ἀλείσιον) Stephanus vt Eustathius quoque annotauit, scribit per ι, Ἀλίσιον. Alesium montem commemorat Pausanias in Arcadicis ἀπὸ τῆς ἄλης τῆς Ῥέας dictum. verùm id nihil huc pertinet.

¶PAG.236. Καυκωνίδα ὑπό τινων) Antimachus Dymen appellauit Cauconidem. vide sub huius libri finem.

καὶ Καυκωνίδα) Atqui mox τὸν Καύκωνα ἀρσενικῶς dicit. Deinde cur dicit καὶ Κα. non enim voluit esse τὴν καὶ otiosam. Putabam legendum καὶ Καύκων καὶ Καυκωνίς, vel Καυκώνη: Sed Eustathius duobus locis editá lectionem confirmat.

τεῦθεα) Stephano videtur τεῦθις dici.

Νεμυδίας) Sic dicta vt si quis latinè dicat, Nemorensem Dianam. Dianam autem in nemoribus plerunque coli solitam satis constat. Sic Ioui sacra sunt omnium montium cacumina: omnia prata Iunoni, inquit scholiastes Euripidis.

καὶ Πεῖρον) Quod putat Xylander deesse ante hæc verba, καλεῖσθαι δὲ assentirer ei, si vllius auctoris testimonio hanc sententiam niti viderem. Nunc ἐπέχω. Pirum autem fluuium, ait Pausanias abesse Dyma stadia xl. idem Pausanias παρὰ τῷ Πείρῳ fuisse ait Olenum vrbem, quam Hesiodus in sequenti carmine Oleniam petram vocat. Strabo infra Pirum videtur appellare Melanem.

ὀφείλεται)

A ὀφείλεται) Præfero alteram lectionem ὀφλισκάνει.

ἄκρα φειὰ) Promontorij huius mentionem pauci è veteribus fecêre vrbis meminere, præter Homerum, Thucydides, & Steph.

ἄλλη ἄκρα) Hoc promontorium, nusquam à Strabone suo nomine apellatur: Ptolemæo autê dicitur, Ichthys. itémque Plinio, & Melæ.

Ἀσέα κώμη) Sic rectè: non Ἀσία, vt libro v. Pausanias Arcadicis, Σταδίους δὲ ὅσον πέντε ἀπὸ Ἀσέας τοῦ Ἀλφειοῦ μὲν ὀ-

B λίγον ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, τὸ δὲ Εὐρώτα ῥοῦ αὐτὴν ἐπὶ πηγὴ τὸ ὕδωρ. Mox τοῦ δὲ Εὐρώτα τὸ ὕδωρ ἀνακεράννυταί τε πρὸς τὸν Ἀλφειὸν, καὶ ὅσον ἐπὶ εἴκοσι σταδίους κοινῷ προϊασι τῷ ῥεύματι κατελθόντες δὲ ἐς χάσμα ὁ μὲν αὖθις ἄνεισιν αὐτῆς ἐν τῇ γῇ τῇ Λακεδαιμονίων ὁ Εὐρώτας, ὁ δὲ Ἀλφειὸς ἐν πηγαῖς τῆς Μεγαλοπολίτιδος. Idê quod Strabo tradit Pausanias: nisi quod Alpheum ait è terra emergentem, in Megalopolitide emergere: Nam aliter Strabo videtur sentire. Ptolemæus verò quem plerique sequuntur, magno interuallo vult distare inter se horum duorum fluminum fontes. Dionysius pe-

C riegetes, Straboni & Pausaniæ assentitur,

ἔνθ' ἱερωτάτοιο ποταμοῦ Ἀλφειοῖο δι' ὕδωρ
χεῦμα παρὲξ Μεσσῆνι Εὐρώτα
οὗ τ' ἀμφω ἀσίηθεν ἀνελίξαντες ῥέεθρα,
καὶ ὁ μὲν Ἠλεῖον, ὁ δ' Ἀμυκλαίων χθόνα τέμνει.

Notandum hoc quoque: quod dixit Pausanias, de fontibus Alphei ad Ascam, id quomodo sit intelligendû alio loco eiusdem libri ipse docet. Neque enim veros esse vult illos Alphei fontes.

D κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς Βλεμινάτιδος) Lego Βελμινάτιδος, hoc est, Βελβινάτιδος. Nam Belbina vocabatur hic locus. Stephanus. Βέλβινα, πόλις Λακωνική. Liuius lib. xxxviii. *Et ager Belbinatis quem iniuria tyranni Lacedæmoniorum possederant, restitutus eidem ciuitati ex decreto vetere Achæorum, quod factum erat Philippo Amyntæ filio regnante.* Apud Pausan. verò scriptum Βελεμίνα in Arcadicis & Laconicis. Ptolemæus Blemminam vocat.

καὶ Ακταίων) Sic etiam infra legitur, & in omnibus codicibus. Alii Acrias vocant.

E ¶PAG.237. Ἀλφειωνίας Ἀρτέμιδος ἢ Ἀλφειούσης) Reperio & Ἀλφειῶσα scriptum quodam loco apud Athenæum.

Νυμφαίων ἐν ἄλσεσιν ἀνθῶν) Vox ἀνθῶν corrupta est. Quod autem restituit Xylander ἀναθημάτων, ferri nequit. Fortasse, ἀναπιδύοντων. Nam id verbum etiam ita vsurpari sciunt literatum Græcarum periti.

ἐκεχειρίας) Significat hæc vox cessatioñe ab opere, hoc est, festum diem. Sic Polybius ἐκεχειρίαν τῶν Ὀλυμπίων dicit.

Σάμικον) An scribendum Σάμικος? Sic enim omnium ἐρημικῶν nomina apud Græcos terminabantur: autor Hero-

F dotus, Κλιο. cuius tamen χωρία certum est exceptionem admittere.

ὡς αὐτός ἐκ τῶν ἐπῶν) Hic suam sententiam aperit, de quæstione quæ Grammaticos olim miris modis torsit, de qua quid Pausanias & Poetæ interpres senserint in promptu est omnibus. Diodorus Messeniacum Pylum non obscurè indicat patriam Nestoris fuisse. Νηλεὺς, inquit μετὰ τῶν συναπελθόντων παραγενόμενος εἰς Μεσσήνην, πόλιν ἔκτισε Πύλον.

περὶ Σκιλλοῦντα) Σκιλλοῦς, ait Stephanus, πόλις Τριφυλιακή.

G ἐν μυθολογίᾳ) Ouidius Metamorph. lib. x. fabulam leuiter perstringit,

——*An tibi quondam*
Fæmineos artus in olentes vertere mentas
Persephone licuit?

Meminit & Polybius libro sexto.

ἡδύοσμον καλ.) Plinius lib. xxix. cap. viii. *Mentæ nomen suauitas odoris apud Græcos mutauit, cum alioqui mintha vocaretur, vnde veteres nostri nomen declinauerunt.* Vide Dioscor. cap. viii.

θινώδεις δὲ) Grammatici obseruant θῖνας propriè dici, τοὺς ἀμμώδεις αἰγιαλοὺς, non πηλώδεις. quod hoc loco valdè est obseruandum.

Ὕπανα) Stephanus. Ὕπανα, πόλις Τριφυλίας ὡς Πολύβιος

τετάρτῳ

τῇ πάρῳ) Locus Polybij quē citat Steph. hodie admodū corruptè legitur: Nam pro Τυπανα, scribitur Τγιάνα.

Κτύπανα) Stephanus docet nos legendum esse Τυπανέα. sic enim scribit Τυπανέαι, πόλις Τριφυλίας. Apud Polybium scribitur hodie Τυμπαναία. Apud Ptolem Τυμπάνεια.

τὸ Αἴπιον) Sic apud Ptol. neutro genere: apud Pausan. verò ὁ Αἴπιος. Vide Suidam.

Αἴπυ) Lego Σαμικόν.

ἑκατὸν σταδίοις ἑκατέρων διέχον) Ex libris scriptis hæc suppleuimus. Lege autem ἑκατέρω. Vetus interpres agnoscit, & vertit, *Stadia centum utrinque distans*.

¶Pag. 238. τὸ δ' ἀπέχειν) Desunt ante hæc verba, pauca quædam. Nec tamen obscurum est quid sibi voluerit. Desunt etiam quædam ante illa, χώρας δ'.

οἱ Τεγεᾶται) Sic legit Eustathius.

Κυπαρισσία) quorum vrbs Κυπαρισσία videtur appellata. Sic enim Stephanus, Κυπαρισσία, πόλις τῆς Τριφυλίας ἀπὸ ... ἐκαλεῖτο. τὸ ἐθνικὸν Κυπαρισσεύς.

Μάκιστον) Vide Steph.

Καυκωνιάτας) Libro XII. vbi ex professo de his agit, Cauconas vocat: sed ita hìc Eustathius quoque legit.

φασὶ δ' ἐν) Pausanias quoque hoc testatur Ἠλιακ. pri.

ἀπ' αὐτοῦ) Hæc verba omisit Xylander: Est autem sententia huius loci Pylum Triphyliacum cum adiacente tractu & ... & ..., à Nestore fuisse possessum, & ei paruisse: habitasse autem in hoc tractu Cauconas: per quorum agrum necesse fuerit transire eis qui Pylo Spartam ire vellet. Pro τι malim μή.

χῶρι τὸ Σωτάδην) Sequor veterem interpretem, & hæc verba prorsus censeo inducenda. cur enim Sotadem autorem laudaret, cum ex Homero ista referantur? Viderit tamen acutus lector, an ita hæc verba possint accipi, vt intelligamus Sotadem prius hāc tractasse quæstionem.

ἀπιθανὸν) Straboni τὸ ἀπιθανὸν est, quod absurditatis speciem habet: Sic libro X. ἔχει μὲν ἀπιθάνους τοιαύτας ἱστορίας.

¶Pag. 239. τὴν χωρογραφίαν) Etiam hìc chorographiam accipit ἀντὶ τῆς περιηγήσεως. & γεωγραφίας, contra Ptolemæi sententiam vt diximus lib. pri.

Παρειάται) Lego Παρωρεάται. Paroreatas enim in isto tractu reperio, nullos Paronatas. Herodotus, Melpomene. οἱ γὰρ πλεῖστοι αὐτῶν ἐξήλασαν ἐς τοὺς Παρωρεάτας καὶ Καύκωνας. Pausanias & Stephanus hanc vrbem Arcadiæ ascribunt. quod in multis aliis obseruabis.

Νυμφῶν Ἀνιγριάδων) Pausanias, Ἠλιακ. primo ἔστι δὲ ἐν τῷ Σαμικῷ σπήλαιον οὐκ ἄποθεν τοῦ ποταμοῦ, καλούμενον Ἀνιγρίδων Νυμφῶν. Deinde subiicit, de eius vi mirabili sanandi omnes qui ingrediantur habentes ἀλφὸν, ἢ λεύκην, seu vitiliginem.

Δαρδάνου) Atqui Dardanum in Samothracia natum volunt alij, vnde Samothrace ipsa dicta est Dardania.

τὰ ἄλση) Fœlicissimè hunc locum emendauit Xylander: ei igitur assentior, ac lego, τὰ ἄλση, τό, τε Δημητρεῖον, καὶ τὸ Ἑρμαῖον.

σύνθετος ... τὰ ὕδατα) iterum hoc docet libro X.

ἔναυλον) Aliter alij veteres Critici iudicauere. Nā ex Pisandro refert interpres Apollonij, Arnen cuius poeta meminit, eam esse quæ postea appellata est Erana, non procul Pylo Nestoris patria: quod tamen Straboni non placet: Rectè meo iudicio. Stephanus duas fuisse isto nomine scribit: alteram in Messenia, alteram in Triphylia.

πεδιάδος) Scribe πεδιάδος. Nam πέδος est τόπος κοιλώδης, & ἕλος.

βαθεῖαν ὄχθην) Obscurus locus mihi quidem, opinor & aliis: Nam quid est præbere ripam altam, viginti stadia? Deinde quid hoc ad ea quæ sequuntur? An ideo pisces erunt ἄβρωτοι. Profectò quoquo te vertas, vix est vt commodam huic loco interpretationem adhibere possis. Ego verò puto legendum βαρεῖαν ὀσμὴν παρέχει

A παρέχει: quæ nisi vehementissimè fallor vera lectio est. Ait igitur Strabo, Anigrum fluuium latius fundentem se, & stagnantem, cœnosum esse, & grauem emittere odorem, qui etiam à XX. stadiis percipi queat, vnde fit vt pisces qui ibi nascuntur sint ἄβρωτοι. Iudicent viri eruditi quanto præstet hæc sententia, ei quæ è vulgari lectione elicitur. Confirmantur autem hæc Pausaniæ verbis, de eodem Anigro. ποταμὸς ... ἐκ τῶν ... δυσώδης ...

B ... Ἀκίδαντα καλούμενον ... ἀρχὴ ... ἰχθῦς ... τοῦτον ἐσβάλλοντα ... ἰχθύων ... τῷ ὕδατι αὐτοῦ ... ἐς τὸν Ἀνίγρον ... ἐδώδιμοι ... ἀνθρώποις. Causas fœtoris easdem habes apud Pausaniam.

Μινύειον) Hic profectò nimis est Stoicus Strabo, dum vult ἀπὸ τῶν ... Μινύειον esse appellatum. Quid enim ματαιολογεῖν est, si hoc non est?

εἴτ' ἀπὸ τῶν) Aliam affert nominis rationem vt dictus sit fluuius Minyeius, a Minyis. Deinde quomodo id fieri potuerit, duobus modis explicat, vel enim sic est no-

C minatus ab iis Minyis, qui Chloridem Nelei vxorem sunt comitati: vel ab iis qui è Lēno cum pulsi fuissent, Lacedæmonem venere; vnde mox coacti fugere, Triphyliæ agrum occuparunt, vbi hic amnis. Prior historia est apud Pausaniam in Bœoticis: posterior eleganter describitur ab Herodoto Melpomene. Strabo videtur duas historias confusè satis narrare.

Ὑπανία) An est alia ab Hypana Triphyliaca, iam antè nominata? An hic quoque sic est scribendum?

ὁ Ἰαρδάνος) Aliis Ἰάρδανος.

D ἐστὶ δὲ καὶ Ῥαδινή) Torsit me diu hic locus. Nam neque Rhadina vrbē vsquā reperio: neq; video quomodo hymnus quē profitetur ipse poeta esse Σαμίων περὶ παίδων dici queat in Rhadina vrbē cōfectus. Adde quod hymnus ille Stesichori, vt ex sequētibus liquet, nihil aliud fuit quā epithalamiū Rhadinæ, Corinthi tyrāno nubentis. Hæc cū ita sint, existimo legēdū esse ἐν ᾧ ἀρχὴ τοῦ καὶ Ῥαδινὴ εἰς ... Στησίχορος ..., hoc est, Samo: ideo ait Stesich. Σαμίων περὶ παίδων. Sic erūt omnia planissima, quæ nunc Oedipo opus habent.

E ¶Pag. 240. ζεφύρῳ) Memineris qui hæc legis, eius quod supra posuit Strabo: Peloponnesi isthmū esse ad orientem.

ὁ Ἀκύδων) An est Acydas Pausaniæ? Sed ait Paus. eum Anigrum ingredi.

ἀντὶ τοῦ Φειᾶς Χαλκίδος π...) Quæ sustulimus, aberāt à plerisque scriptis. rectè. Duo autē sunt quę vult corrigi Strabo in superioribus Homeri versibus: Primū, vt pro Κελάδοντι, quod vulgo putatur esse fluuij nomē, scribatur Κελάδοντι, vt Iardani intelligatur esse epithetū: quod

F Eustathio non placet, qui disertè scribit ποταμοῦ κλῆσιν εἶναι, deinde affert rationem cur sic sentiat, quia, inquit, non possunt duo substantiua nomina, sine aliquo adiectiuo esse posita. At vetus scholiastes locum poetæ vt placet Straboni interpretatur: notat enim, διὰ τὸν ἦχον τοῦ ὕδατος sic esse Iardanum appellatum. Deinde Χάας legi vult Geographus, non Φειᾶς.

Κυπαρισσήεντα) Opinor esse Cyparissiam Stephani, de qua iam diximus, aut Cyparisseenta, quam esse ait vrbem Messeniæ. Nam & Pyrgos ait idem esse Messeniæ.

G Νέδα) Pausanias, Messenicis, εἰσὶ δὲ αἱ πηγαὶ τῆς Νέδας ἐν ὄρει τῷ Λυκαίῳ· προελθὼν δὲ ὁ ποταμὸς διὰ τῆς Ἀρκαδίας, καὶ ὀπίσω ... αὖθις ἐς τὴν Μεσσηνίαν ὁρίζει τὰ ἐπὶ θαλάττῃ Μεσσηνίοις καὶ Ἠλείοις τὴν γῆν. Idem Pausan. fabulam de Iouis educatione à Neda vnde fluuio nomen fuerit impositum, refert. Vide Callimachum hymno Iouis.

Κυπαρισσήεντα) Videtur eos intelligere, qui Κυπαρισσήεντα quam ipse Messeniæ ascribit, habitabant. Stephanus verò huius τὸ ἐθνικὸν vult esse, Κυπαρισσηέντιος.

ὡς φησι) Pisandri hæc fuit sentētia vt supra diximus.

τῆς νῦν καλ.) Legendum, τῆς νῦν καλουμένης Πυλαίας vel Πυλαμπορίους. Nam Pylam nescio an sit à quoquam veterum nominata. Pylum autem etiam fœminino genere dici notum est vel pueris.

¶Pag. 241.

¶PAG.241. Ἐπιτάλιον) Epitalium, ait Stephanus, vrbs est Triphyliæ. Huius meminit sæpe Polybius libro quarto. Miror autem quo loco Triphyliæ vrbes recenset idem Polybius, hanc esse omissam: quod puto librariorum negligentiæ esse adscribendum.

πόπερ ὅπῃ.) Eustathius legisse videtur, πόπερ πορῆς. Idem ex Stephano annotat si sit Αἶπυ nomen vrbis, scribendum esse, Αἶπυ, vt differat ab epitheto αἰπύ. Lectionem autem Eustathij ex veteribus libris restituimus.

Μαργαλαι) Videtur scribendum, Μαργάλαι. Stephanus enim ita scribit, Μαργάλαι, πόλις Ἠλιδικὴς Ἠλεία. Sed librarius imperitus de accentu & τόνῳ, fecit A.

αἰπὺ ἐστι) Sententiā huius loci interpretes nō videre: Quæritur cū dicit Homerus ἐυκτίμενον αἰπύ, verū sit propriū vrbis nomē. Alij inquit, putarūt esse Margalas qui locus nō est natura munitus: alij aliū ostendūt in Macistia locū natura munitū, & eū intelligi volunt. Qui igitur inquit Strabo, hūc locū putat intelligi quē natura munitum esse diximus, illi volunt apud poetam, Αἶπυ esse proprium nomen loci, qui ita appellatus sit, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος φυσικῶς. At qui Margalas volunt intelligi, quem locum diximus minus esse φυσικῶς ἐρυμνόν, ij ait Strabo, contrarium de Homeri loco sentire videntur. Priorum sententiam confirmat Statius libro quarto.
—— *summis ingestum montibus Aepy*.

ὅπερ τῆς Νεδας) Macistia Thriphyliæ pars est, hæc autem pars Eleæ: cuius fines fuit quando latius porrigerentur: postea quicquid erat trans Nedam Messeniæ est adscriptum.

τῆς Μεσσηνίας) Sequitur Apollodorum. Nam alij Messeniæ attribuunt: vide Stephan. De Hypsunte, vide Pausaniam.

Λαπιθ...) Quia, ait Eustathius hæc referens, Latona ... Idem annotat dici & neutro genere, Ἀμφιγένειαν. Apud Stephanum autem, vnde hæc sumpta sunt, hodie inepte legitur: M... ... Ἀμφιγένειαν ... cū sit lege idum Ἀμφιγένεια.

ἰδ ἐ ἡ) Fecit τὸ ἡ vt putaret Xylander esse ... & Preleasimum aliud esse à Pteleo. in quo falli eum docet Eustath. & rectius prior interpres.

οἱ δὲ φασὶ τὸ Αλ.) Legendum ... τὸ Ἀλκαίου ἄλσος. Alij inquit dicunt esse χωρίον, alij ... verè ἄλσος.

Δωρίῳ ...) Dorij sua ætate superesse τὰ ἴχνη ait Pausanias Messen. huius meminit Plinius.

Ὠλενον) Aliam hoc nomine habet Stephanus quam in Achaia collocat.

Αὐλῶνα) Aulones vocantur conualles intra montes porrectæ. Sic Aulon Tarentinus, de quo libro VI. Aulon autem Messeniæ fuit vt Pausanias docet, non procul Neda flumine.

¶PAG.242. ...) ... scilicet, quæ vox, vel deest, vel supplenda est. Præterea notabis ἀπὸ ... pro ...

Θεὰς τιθέμενα) Verba poetæ, de Pisistrato loquentis, ...

Ἐπεὶ δ') Hoc carmen vt Xylander obseruauit, in toto illo libro non reperitur hodie: nec ab Eustathio videtur agnosci. Nullam enim eius mentionem facit: quod tamen factum oportuit.

Σάμος τε) Samus hæc, vrbs erat Cephalleniæ, vide libro x. vbi & de Thois insulis.

χρ' ὅτ') Potest & τότε legi, & quod malim τότε, aut τότε.

Εἰρηνοῦ) Postquam Telemachi nauigationem exposuit, probat nunc, Pylum Nestoreum non posse esse τὸν Ἠλειακόν: mox autem docebit, non esse τὸν Μεσσηνιακόν.

λέγεται) Rectè libri priores interpretes, λέγεται, sic omnino legendum. Sic etiā habet codex Stephanicus.

ἡ φεαὶ) Supra quoque φεαὶ siue φεαὶ dixit esse paruulum fluuium. Sed cur hic eius meminit? Neq; enim in hac Telemachi nauigatione nominatur. Sed Pheræ, quare prior interpres legit hic quoque φεραί.

A
φερήνῃ ...) Narrat hanc historiam Apollodorus libro secundo, poteritque etiam ex eius narratione colligi quod iam multis docere conatus Strabo, Pylum Nestoris non esse τῆς Ἠλειακῆς. Scribit enim Apollodorus, Herculem primum Elidem, deinde Pylum, postremo Lacedæmonem venisse.

ἰφθίμ) Legendum ἀφνειῶν. Nam ἰφθίμοι & ἀφνειοὶ oppo nuntur. Homeri verba quæ ... sunt hæc,

Καὶ ... Πύλον Νηλήιον εἶσι
B
...

¶PAG.243. ...) Legendum ἐξιὼν, vt & scripti habent.

Νίδωνι) Scribe Νίδωνι, vt paulò post in Messeniis.

Αὐτὸς δ') Redit nunc ad pensum suum Geographus.

¶PAG.244. ... Πισάτιδι) Vide Pausaniam Eliacorum libro secundo.

στεφανίτης...) Vocatur ἀγὼν στεφανίτης, cuius præmij est sola laus quā victor cōsequitur: ... aūt vocat in
C
quit Dio, ... quod huic loco nō cōuenit.

...) Imo Χαρμίδου vt testatur inscriptio simulachri apud Pausaniam.

... Χαρμίδου ... ἐποίησε.

Sic etiam in Epitome.

ἐπεχεῖν) Xylander putat legendum esse ...: nimis profectò, ... Equidem si in omnibus libris sic reperissem, tamen non dubitassem affirmare legendum esse, vt nunc omnes libri habent. Ait igitur Strabo posse in eo reprehendi statuarium, quod Iouis simulachrum sedens tam altum fecerit, vt videatur ei perpe-
D
tuo sedendi necessitas imposita: Nam si surgat, tectum templi secum auferat. Quare negat seruatam esse τὴν συμμετρίαν. Sanè Vitruu. testis est, templum Iouis Olympij quod erat Athenis (nā & ibi fuit) hypæthrum fuisse, & sine tecto.

Παίδας...) Prius fuerat scriptum, Παίνανος: postea fecit praua pronunciatio, vt Πάναινος scriberetur, pro Παίναιος vt habet Pausanias, qui hunc Phidiæ fratrem vocat: vt & Plinius bis, cap. VIII. libro XXXV. Idem
E
tamen Plinius siue hunc ipsum siue alium, Phidiæ filium nominat, (nisi fallunt nos Pliniani codices) libro XXXVI. cap. XXIII.

...) Conqueritur hoc nomine Herodotus de Hesiodo & Homero quos ait omnium primos ... eorūmque ... & ... tradidisse hominibus. libri veteres pro ... habent .... Sed Eustathius habet ....

ἡ πᾶσ' Ἠλις) Eleorum nomen ambiguum est: Nam modo latius, modò angustius patet. Eleos hic intellige, eos qui vrbem Elin incolebant, & quorum regionem
F
primam è tribus Eleæ partibus describit, ac κοίλην Ἠλιδα vocauit.

Αἰτωλὰς ...) Vide & Pausaniam initio libri prioris rerum Eliacarum.

τα Ὀλυμπιάδας) quas Iphitus instituit, vt notum est.

¶PAG 245. ...) Pausanias Ἠλιακ. α. vbi fusius fabula tota narratur, ... Ἰδαίου ..., ... καὶ Ὀλυμπικὸν ὄνομα ....

G
ὁ Κόροιβος) Ait Olympiade prima, vicisse Corœbū cursu: idem Pausanias his verbis satis obscuris voluit significare. ... Ὀλυμπιάδων ..., καὶ Ἠλεῖος Κόροιβος ....

...) Nam qui sacri alicui Deo erant, ij sicut Epicuri Deus, nec ... cuiquam ... nec ipsi à quoquam lacessebantur: sed ... viuebant, vt de quodam populo ... dixit libro VII.

...) Vide Pausaniam Ἠλιακ. β. illo loco, ...

ὁ Σαλμωνεὺς) De hoc vide Diodorum Siculum libro quarto, ..., inquit, τῆς Ἠλείας ... Σαλμωνίαν. Apollodorus lib. I. de Salmoneo,

Salmoneo, ἐξεληλάμενος δὲ αὖθις εἰς Ηλιν ἐκεῖ πόλιν ἔκτισε. quo loco, vel Elin late accipit pro Elea, vel ab aliis dissentit.

πολλὰ χωρίζοντα) Locus suspectus. fortasse legendū πολλὰ χωρίζονται. Ino legendum vt edidimus ex scriptis codicibus. πολλάκις νομίζονται. hoc est, consueuerunt habere, solent.

τοῦ Πισάτιν) Pisatin constat à Pisa esse appellatam. Pisa verò vnde sit appellata, non vno modo traditur: Pausanias vult dictā ἀπὸ Πίσου τοῦ Περιήρους. Pindari scholiastes, ἀπὸ Πίσης τῆς Ενδυμίωνος. Vide Stephanum.

πίσεα) Hac voce sæpius vtitur Euripides Cyclope,

γῆν δὲ πλήρες πίσεα, καὶ σπείρειν στάχυς.

Mox, ὕδωρ ποταμών ἐν πίσεας καὶ τοῖς.

ἐφ' ὕψους) Pindari scholiastes, ex Polemone refert, ὅτι Πίσης ὁ τόπος ἐν Ηλιδι, ἀπὸ ὑψηλοῦ ὄχθου διὸ ὠνόμασθ.

¶PAG. 236. χωρὶς πόλιν τὴν χώραν) Sic quoque Helychius πόλιν explicat χώραν. Suidas notat Ciuitatem insulā à Lysia πόλιν esse appellatam: deinde subiicit, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολλάκις τῶν ῥητόρων τὰς νήσους πόλεις ὀνομάζουσι.

Μάκιστον πόλιν) Si bene memini hodie apud poëtam pro πόλει legitur ὕδει.

Τούτου ἱερὸν ἐκεῖνου τοῦ Τυρώ) Reprehendunt itaque docti viri Propertium, quod dixerit,

Nonsic Aemonio Salmonida mixtus Enipeo,
Tanarius facili prefsit amore Deus.

neque animaduerterunt fuisse qui sic sentirent etiā ante Propertium. Sanè Apollodorus, si quis diligenter eum legat, non aliter docet. Strabo autem noster ita hæc refert, vt disputatum de eo fuisse indicet.

ἐντεῦθεν) Refellit eorum sententiam qui Enipeum Thessalicum à Salmonide amatum dicebant: Prius argumentum, Quod pater eius regnauit iuxta fluuium Peloponnesiacum, non iuxta Thessalicum. Respondeant qui contrarium sentiunt, Tyronem apud Crethēū Salmonei fratrem in Thessalia fuisse educatam: ibi Enipeum Thessalicum amasse. Vide Apollod.

ἐντεῦθεν χάριν) Locus deprauatus: Aldi enim codex habet Ενισεα. atque ita legēdum esse ex Eustathio apparet, qui hunc locum habet. Est alterum argumentum quo probatur non rectè dici Thessalicum fluuium à Tyrone amatum: neque de eo rectè poetæ verba accipi: quippe, cui nomē sit Enisseo, non Enipeo. Atque hæc ita refert Strabo, vt nihil affirmet: quod qui non animaduertunt, iubent nos ex sententia Strabonis omnes omnium authorum locos emendare, qui Enipei Thessaliæ meminere. Quod si est, primum corrigantur Strabonis codices qui Enipeum constanter habent libro sequenti. Verum dubium non est, quin illi grauiter fallantur, qui locum hunc sic accipiunt. Vibius vero Sequester Thessalicum fluuium non Enipeum sed Eniphcum vocat.

Ηράκλεια) Stephano Heraclea, πόλις Πισαϊκή. Pausanias nonnihil à nostro dissentit, Απέχει inquit, ὡς πεντήκοντα Ολυμπίας σταδίους κώμην τῆς Ηλείων Ηράκλεια, καὶ παρ' αὐτὴν ὁ Κύθηρος ποταμός.

Ιωνιάδων νυμφῶν) Turpe mendum: Legendum enim Ιωνιάδων vel Ιωνιάδων sicut Ασιάδες dicuntur, & Ασιάδες, χερνίδες & χερνιάδες. Pausanias, de Cythero fluuio loquens πηγὴ δὲ, inquit, ἐκδιδοῦσα ἐς τὸν ποταμὸν, καὶ νυμφῶν ἐστιν ἱερὸν ἐπὶ τῇ πηγῇ. ὀνόματα δὲ ἰδίᾳ μὲν ἑκάστῃ τῶν Νυμφῶν, Καλλιφάεια, καὶ Συνάλλαξις, καὶ Πηγαία τε καὶ Ιασὶς ἐν κοινῷ δὲ ἐπίκλησις Ιωνιάδες. λουομένοις δὲ ἐν τῇ πηγῇ καμάτων τε ἔστι καὶ ἀλγημάτων παντοίων ἰάματα. Deinde addit Ioniadas vocari ab Ione Gargetti filio, qui illúc Athenis migrarit.

ἡ Ἐπίνα) Nihil muto: tantum dico suspicari me scriptum fuisse Αρπῖνα. Nam Pausanias Arpinam vrbem antiquam agnoscit, quæ parum à Parthenia flumine distaret. cuius cum nusquam meminerit Strabo, vt nec Pausanias huius Epinæ, suspicor vt dixi, eandem esse vrbem ab vtroque intellectam.

Δυσπόντιον) Stephanus, Δυσπόντιον πόλις Πισαίας, ἀπὸ Δυσπόντου τοῦ

A πάντη τῆς Πέλοπος. meminit & Pausanias.

ἀντιπέρας) Cur Ætolus Endymionis filius Elide relicta in eam migrarit quæ ab ipso postea Ætolia dicta est, aliter refert Apollodorus lib. pr. cui Pausanias assentitur Ηλιακ. α. & Pindari scholiastes in Oden γ. Olympionι. Porro de Heraclidarum reditu siue καθόδῳ in Peloponnesum duce Oxylo πᾶσαι ἐκπλήρωσα plena sunt veterum monumenta. Vide præter alios Pausaniam in initio Ηλιακ. vbi omnia habeantur, quæ hic refert Strabo.

B conferenda etiam hæc sunt cum his, quæ ex eodem Ephoro referuntur libro x.

τὸν δόλον) Quem dolum? Non enim satis intelligo. Pro his habet Pausanias hoc rātum Δημήτριος τὸ Ηλείων τόξευμα, καὶ παρὰ τῶν Αιτωλῶν Πυραίχμης σφενδόνῃ ἀπολλυμένου.

ἀπὸ τῶν Αιτωλῶν) Plinius à Phœnicibus fundam ait esse inuentam.

¶PAG. 247. Φείδωνα δὲ τὸν Αργεῖον) In scholiis Pindaricis hæc reperio, Φείδων τις Κορίνθιος ἐξεῦρε μέτρα. Corinthius autem dicitur non quia Corinthi natus es-

C set. sed quod ibi maneret. Vide ibidem vbi & φειδωνείων est mentio.

καὶ μέτρα ἐξεῦρε) Plinius, libro VII. cap. LVI. *Mensuras & pondera Phidon Argiuus inuenit, vel Palamedes ut maluit Gellius.*

τὰ Φειδώνεια χαλκώματα) Iulius Pollux lib. x. cap. XLV. εἴη δ' ἂν καὶ φειδώνιον ἀγγεῖον ἐλαιηρὸν, ἀπὸ τῶν φειδωνείων μέτρων ὀνομασθέν, ἀπὸ ὧν ἐν Αργείων πόλει τοῖς Λακωνικοῖς ...

ἱερὰ τὰ ὅπλα) Nam quia erant Elei ἱεροί, ideo sécuri &

D sine armis erant.

ἀναγράφειν) Elei solebant in commentarios diligenter referre quæ singulis Olympiadibus gesta fuissent, hoc est qui, quo certamine superassent. sed cum alii per vim ludis præfuerant, gesta illis annis non scribebant, sed eas Olympiadas vocabant Anolympiadas: prorsus simili ratione ac Athenienses annum quo fuisset aliquis nō legitimus archon, ἀναρχίαν nuncupabant teste Laertio. De anolympiadibus, vide Pausaniam.

ὑπὸ Μεσσηνίων) Pausanias aliter sentit. Nestori enim

E paruisse tunc temporis Messeniam fere totam scribit. ἐς δὲ Νέστορα τὸν τοῦ Νηλέως περιῆλθε Μεσσηνίων ἡ ἀρχὴ τῶν τε ἄλλων καὶ ὅσοι περὶ Πύλον ἐπέκοινον ... ὅσοι τὴν Ασίνην καὶ τὰ πέριξ αὐτῆς ἐνέμοντο. Pausaniæ assentitur Diodorus in breuiario rerum Messeniacarum libro XV. Ibidē annotat Pausanias Nelei posteros è Messenia fuisse pulsos sub reditum Heraclidarum in Peloponnesum altera post Nestoris mortem generatione.

τὴν δὲ νῦν ὀνομαζομένην πόλιν Μεσσ.) Pausanias idē sentit initio Μεσσ. ante Leuctricam pugnā, nullam fuisse

F vrbem, quæ Messena appellaretur. περὶ δὲ τῆς μάχης τῆς Θηβαίων πρὸς Λακεδαιμονίους ἐν Λεύκτροις καὶ τοῦ ὕστερον οἰκισμοῦ Μεσσήνης τῆς ὑφ' αὐτῷ ἀπὸ τῷ Ιθώμῃ πόλιν οἱ δήμιοι ... περὶ δέκα Μεσσήνην.

τοῦ συνεχοῦς) Angustius hic accipe sinum Messeniacum: Nam mox docet Geographus sinum Asinæum non esse alium à Messeniaco. Vide locum.

¶PAG. 248. τὸν μὲν καὶ συγχέαντα ...) Loco tenebricoso lucem attuleris, si legeris, τὸ μὲν & τὸ δὲ. quam esse veram lectionem, vel ex priori interprete apparet qui

G vertit partim. Est autem obseruandum, Strabonem alias sequi poetæ editiones, quā nostras. In nostris enim deesse videtur carmen quo Pheraium fiebat mentio in catalogo copiarum Menelai: quod omnino factum esse ex isto loco intelligimus. Videtur ergo dicere, Patere Pherços Menelao συντετάχθαι & ex eo quod Pherarum in catalogo Laconico, siue Menelai est mentio, & ex eo etiam quod sit Pherarum mentio inter illas septem vrbes sinus Messeniaci de quibus modo dictū est. At in libris scriptis post τὸν μὲν & τὸν δὲ lacuna reperitur.

μέχρι τῆς Κορυφασίου) Ipsa ἄκρα plerisque Coryphasium nuncupatur.

τὸ Αιγάλεον) Huius meminit Herodotus.

ἀπό

ὑπὸ τοῦ Κορυφασίου) Ideo ipsa vrbs Coryphasium est appellata. Thucyd. lib. IIII. ἀπέχει σταδίους μάλιστα ἡ Πύλος τῆς Σπάρτης τετρακοσίους. καὶ ἔστιν ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ ποτὲ οὔσῃ γῇ· καλοῦσι δὲ αὐτὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι Κορυφάσιον.

καὶ Στρατοκλέους) Apud Thucyd. & Diodorum Siculum secundæ Athenienſium in Siciliam expeditionis στρατηγοὶ ſunt, Eurymedon & Demoſthenes: nec Stratoclis vlla mentio. Iidem referunt, Demoſthenem στρατεῦσαι ἐπὶ Πύλον.

ἡ προκειμένη) Magis propriè dixiſſet προκειμένη vel παρατεταμένη. Diodorus Siculus, de Pylo loquens, εἰς δὲ τὴν νῆσον τὴν καλουμένην Σφακτηρίαν παρατεινομένην δ' ἐπὶ μῆκος καὶ ποιοῦσαν ἀσφαλῆ τὸν λιμένα, &c. Thucydidis quoque deſcriptionem apponam. Ἡ νῆσος ἡ Σφακτηρία καλουμένη, τόν τε λιμένα παρατείνουσα, καὶ ἐγγὺς ἐπικειμένη, ἐχυρὸν ποιεῖ, καὶ τοὺς ἔσπλους στενούς, τῇ μὲν δυοῖν νεοῖν διάπλουν κατὰ τὸ τείχισμα τῶν Ἀθηναίων καὶ τὴν Πύλον, τῇ δὲ πρὸς τὴν ἄλλην ἤπειρον ὀκτὼ ἢ ἐννέα. ὑλώδης τε καὶ ἀτριβὴς πᾶσα ὑπ' ἐρημίας ἦν, καὶ μέγεθος περὶ πεντεκαίδεκα σταδίους μάλιστα. Ex his Thucydidis verbis ſitum Spacteriæ, & ingenium, & magnitudinem diſcimus. Lacedæmoniorum autem in inſula occiſorum aut captorum catalogum reperies in eodem libro Thuc. Obiter lectorem monitum volo, in tabulis Ptolem. Pylum à Spacteria nimis eſſe remotam, quod ex ſuperioribus apparet. quare in numeris Ptolemæi mendum puto ſubeſſe.

αὐτῶν Κυπ.) Lego τῶν Κυπ. vel καὶ τῶν Κυπ.

Στροφάδες) Plinius, *Ante Zacynthum XXXV. M. paſſ. in Eurum ventum Strophades duæ, ab alijs Plotæ dictæ.*

ἐν τῷ Αἰολικῷ) Virgilius in Ionio ait,

——Strophades Graio ſtant nomine dictæ
Inſulæ, Ionio in magno.

Μοθώνη) Apud Pauſaniam aliquoties ſcribitur Μοθώνη. Sed ita Stephanus, Ptolem. alii. Videtur Mothone eſſe dicta poſterioribus temporibus: Nam ſic à Dione nominatur.

λαβὼν ἐξ Ἠπείρου) Dio libro L. de Antonio, Καὶ ὁ Ἀγρίππας τήν τε Μεθώνην ἐκ προσβολῆς λαβὼν, καὶ τὸν Βογοῦαν ἐν αὐτῇ κτείνας, τάς τε φορτίδας τὰς ὁλκάδας ἐπιτηρῶν, καὶ ἀποβάσεις ἄλλοτε ἄλλῃ τῆς Ἑλλάδος ποιούμενος, ἰσχυρῶς αὐτὸν ἐθορύβει.

ὁμώνυμος τῇ Ἑρμιον.) Pauſanias docet ab Hermionę vicina Aſina eſſe profectos eos qui hanc in Meſſenia condidere.

Θυρίδες) Sic appellatur promontorium Tænaro vicinum. ῥοώδη κρημνὸν Strabo mox vocat. Plinius verò inſulas tres in Aſinæo eſſe ſinu ſcribit.

τῆς νῦν Λακω.) Ait τῆς νῦν, quia olim Cynæthenſes Arcades cenſebantur. vide Pauſan.

ὁ Πύλος) Legit Strabo apud Homerum,

οἵ τε Λάαν εἶχον, ἠδ' οἳ Πύλον ἀμφενέμοντο.

ὑπό τινων Οἴτυλος) Ab iis Oetylus appellatur, qui legunt apud Homerum,

οἵ τε Λάαν εἶχον, ἠδ' Οἴτυλον ἀμφενέμοντο.

vtriuſque lectionis meminere poetæ interpretes, Stephanus & alij. Pauſanias Oetylum probat.

Λεῦκτρον) Locus ὁμώνυμος illi Bœotico. qui Lacedæmoniorum clade, Bœotorum autem virtute maximè Epaminondæ, clarus eſt.

Καρδαμύλη) Vide Stephanum. Pauſanias autor eſt, Auguſtum Lacedæmoniis Cardamylen contribuiſſe Meſſeniæ exemptam. Ptolemæus Auguſti decretum ſecutus Laconicæ aſcribit.

ὡς προειρήκαμεν) Hæc verba, non ad id quod proximum eſt ſunt referenda, (nam id nuſquam dictum eſt) ſed ad Φεράς. vide ſupra vbi de Elide cœla.

τρίκκαιαν ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ) Hoc argumento vtitur Pauſanias vt probet regnaſſe quondam in Meſſenia Æſculapium quanquam vt hodie locus ille editur, Oedipo ſanè opus eſt, qui mentem Pauſaniæ poſſit videre ſed ſi conferas eum locum cum his Strabonis videbis lacunam eſſe illo loco, aut hoc, aut ſimili modo ſarciendam. καὶ Τρίκκην δὲ καλοῦσι πολίχνιον ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ χωρίον· ἐν ᾧ τὸ ἱερὸν ἐστὶ τοῦ Ἀσκληπιοῦ τοῦ Τρικκαίου. alioquin fruſtra quæres

A quæres cur Triccæ eo loco fiat mentio.

ἐν τῇ Θετ.) De quo vide ſub finem libri noni.

Θαλάμας) Pauſanias Θαλάμας vocat: Stephanus quoque, Θαλάμαι, inquit, πόλις Μεσσηνίας.

Ἀθηνᾶς Νεδουσίας) Stephanus, Nedon, Laconicæ πόλις eſt καὶ τόπος. hinc Νεδούσιος & Νεδουσία Ἀθηνᾶ.

ἐν Ποιηέσσῃ) quæ fuit vrbs inſulæ Κέω. Vide lib. X.

οἱ δὲ τὴν Γερηνίαν) Horum ſententiæ accedit Pauſanias, Πόλιν δὲ, ait, ὀνομάζουσιν ἐν τοῖς ἔπεσιν Ἐνόπην τοῖς Ὁμήρου

B Μεσσήνιοί τινες, ἐς δὲ τὸ συνίδειν συντελοῦντας τὸ Ἐλευθερολακώνων, ἀλλ' ἐστὶν ἐφ' ἡμῶν Γερηνία.

τὴν δὲ Ἴρην) Pauſanias Meſſenicis, Abiam ſuo tempore nominari ſcribit. Ἔστιν ἐφ' ἡμῶν ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ τῆς νάπης τῆς Χοιρείας σταδίους εἴκοσι μάλιστα ἀπέχουσα Ἀβία ἐπὶ θαλάσσῃ πόλις· ταύτην Ἴρην καλεῖσθαι πάλαι, καὶ τῶν ἑπτὰ φασὶν εἶναι πόλεων ας Ἀχιλλεῖ ὑπέσχετο Ὅμηρος Ἀγαμέμνονα ὑπεσχῆσθαι.

Μεσόλα) Stephanus, Μεσόλα, πόλις Μεσσήνης μία τῶν πέντε.

¶ PAG. 249. ἡ δ' Αἴπεια) Æpeas varias refert Stepha-

C nus quem lege.

Ἰθώμη Ῥίον) De hac Stephanus. Ῥίον, inquit, πόλις Μεσσήνης ἡ Ἀχαΐας.

οἱ μὲν αὐτὴν) Hoc ſentit Pauſanias, ἐνταῦθα, inquit, hoc eſt Pharis, πρὸς μεσογαίαν τῆς Μεσσηνίας σταδίους περὶ πεντήκοντα ὀγδοήκοντα ἐστιν ἡ Θουριατῶν πόλις. Ἄνθειαν δὲ αὐτὴν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὀνομάζειν τοῖς Ὁμήρου λέγουσι.

τὴν μεταξὺ Ἀσίνης) Locus corruptus aut potiùs mutilus. Nā quis non videt poſt hæc verba μεταξὺ Ἀσίνης deeſſe duarum vrbiū nomina? alterum fuit eius vrbis in-

D ter quam & Aſinam dicitur eſſe hæc Anthea Homeri. Alterum fuit vrbis illius nomen, quam voluit eſſe Antheam Homeri. Atque hæc ita eſſe non dubito. Eſſe autem non hodie atque heri corruptum hunc locum, ex Euſtathio intelligimus, qui Strabonis hæc verba ita fere vt hodie eduntur refert, quaſi locus eſſet integer: quod dici tamen non poteſt.

τῶν Μεσ.) Hæc verba τῶν Μεσσηνίων πόλεων Euſtathius locum deſcribens non habet: quæ tamen omnino ſunt nobis retinēda. Quanquā in vno manuſcripto nō erāt.

E πῶς δ' ἂν τὴν Ἀρήνην εἶναι) Nam hæc in Meſſenia eſt, Arene Homerica in Triphylia & Neſtoris ditione: ait enim,

οἳ δὲ Πύλον τ' ἐνέμοντο καὶ Ἀρήνην ἐρατεινήν.

Sed reſpondeant fortaſſe qui hoc exiſtimauêre Arenen. fuiſſe duplicem alteram in Triphylia, alteram in Meſſenia. autor Stephanus.

ἐκ τῶν πηγῶν) Fontes Pamiſi docet Pauſanias eſſe in via quæ ducit à Thuria in Arcadiam. De hoc fluuio plura apud eum leges.

F ἐπὶ θιλιττας) ἐπὶ hic accipitur vt in illo D. Pauli, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων.

ἔλαχε Μεσσήνην) Fraude ſortis. Vide Pauſaniam.

ὡς προειρήκαμεν) Vbi? ego enim locum illum adhuc quæro, vbi dictum eſt Meſſeniam à Creſphonte in quinque partes fuiſſe diuiſam. Veteres quidam hæc verba non agnoſcunt: rectè ſanè.

τὴν Στενύκλαρον) Pauſanias, Στενύκλαρον vocat, cum vide Meſſ. initio.

ἐνταῦθα δὲ ἱδρύθη τὴν πόλιν πρὸς Δωρέαν) In duobus ma-

G nuſcriptis locus ita legebatur, ἐνταῦθα δὲ τὴν πόλιν εἰς Πύλον τε καὶ Ῥίον Ὑαμεῖτιν, πάντα ταῦτα ἰσονόμους πάντας τοῖς Δωριεῦσι τοὺς Μεσσηνίους· ἀγανακτούντων δὲ τῶν Δωριέων μεταγνόντα, μόνην τὸ Στενύκλαρον νομίσαι πόλιν. εἰς τοῦτο δὲ καὶ τοὺς Δωριέας. &c.

τοὺς Μεσσηνίους) Pauſanias, Μεσσηνίων δὲ τῶν ἀρχαίων ὁ δῆμος ἐγένετο ὑπὸ τῶν Δωριέων οὐ δῆμος ἀνάστατος, ἀλλὰ βασιλεύεσθαί τε συγχωρήσαντες ὑπὸ Κρεσφόντου καὶ ἀναδάσασθαι πρὸς τοὺς Δωριέας τὴν γῆν.

νομίσαι) In Germanicis editionibus erat monſtrum lectionis. ἑστιομίσαι πόλιν. τοῦτο. ortum à tranſpoſitione voculæ εἰς, quæ in Aldi editione fuit commiſſa Senſus eſt, Stenyclarum ſolam a Creſphonte eiuitatis loco eſſe habitam, & in eam omnes Dorienſes quos ipſe in Meſſeniam

Messenia deduxerat, coegisse.

χαλκίῳ ἐν Ἰθώμῃ) Est & Euan mons ad Messenam. Pausan. & Polyb.

Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς πρὸς Φίλιππον εἰπὼν τὸν Δημητρίου) Bene habet, quod addit hæc verba τὸν Δημητρίου. sic cauit nobis abundè satis, ne cum interpretibus & autore Epitomes deciperemur ab imperitis librariis. qui quum meminissent legisse se alibi Demetrij Phalerei nomē, veram lectionem quæ erat Δημήτριος ὁ Φάριος mutarunt παραδιορθοῦντες in Φαληρεὺς. & poterat fortasse decipere ea lectio, nisi addidisset Strabo de quo Philippo loquatur. Non enim Philippum hîc intelligit, Amyntę filiū, Alexandri magni patrem: sed Philippum Demetrij filium, Persei patrem. quare nisi sumus planè totius παλαιᾶς ἱστορίας imperiti, dubitare non possumus, corruptissimè Demetrij Phalerei hîc nomen legi. Contra Φάριος optimè cum manuscriptis leges: Nam Demetrium Pharium fuisse Philippo Demetrij F. æqualem certum est & omnibus notum. Certum etiam est fuisse eundem Dem. Pharium qui Peloponnesi cornua dixerit esse arcem Messenes & Acrocorinthum quorum si potiretur Philippus, totam Peloponnesum facile in sua potestate esset habiturus. Polyb. id narrat lib. VII. his verbis. Quum, inquit, mactata hostia, σπλάγχνα Philippus de more inspiceret, Aratum interrogauit ecquid ipsi viderentur τὰ περὶ σημαινόμενα πότερον ἐκχωρεῖν τῆς ἄκρας ἢ κρατεῖν αὐτῆς: tum Demetrius Pharius ad Philippum, εἰ μὲν inquit, μάντεως ἔχεις φρένας, ἐκχωρεῖν τὴν ταχίστην· εἰ δὲ βασιλέως πραγματικοῦ, τηρεῖν αὐτήν, ἵνα μὴ νῦν ἀφεὶς ζητῇς ἕτερον καιρόν. δυεῖν γὰρ κεράτων οὕτω κατέχοντα βοῦν μόνως ἂν ὑποχείριον ἔχοις. τὸ μὲν κέρατα τὸν Ἰθωμάτην καὶ τὸν Ἀκροκόρινθον, τὸν δὲ Πελοπόννησον τὸν βοῦν.

πάλιν δ' ἀνέλαβον Θηβαῖοι) autore & suasore Epaminonda. Diod. lib. XV. Ἐπαμινώνδας ὁ φύσει μεγαλεπίβολος ὢν, καὶ δόξης ἐφιέμενος αἰωνίου, συνεβούλευε τοῖς τε Ἀρκάσι καὶ τοῖς ἄλλοις συμμάχοις οἰκίσαι τὴν Μεσσήνην, πολλὰ μὲν ἔτη γεγενημένην ἀνάστατον ὑπὸ Λακεδαιμονίων, τόπον δ' εὔθετον ἔχουσαν κατὰ τῆς Σπάρτης.

δοκοῦσι) iis scilicet videtur hoc patrasse Messenij qui aurem præbent credulam Lacedęmoniis: Nā qui Messenios audiunt nō virgines fuisse tunc occisas, sed viros ἀγενείους muliebri veste inductos credent. vide Pauſ.

Λιμναίῳ) Colebatur ibi Diana Orthia, erátque (vt putabatur) eo loco Dianæ simulachrum, quod Orestes & Iphigenia Tauris abstulerunt. Pauſ.

PAG. 250. Καὶ γὰρ εἶναι φησὶν) Antè hæc verba non dubitabit deesse aut hæc aut similia quędam, ἐλθὼν ἐξ Ἐρινεοῦ, quisquis totum locum diligenter expenderit. Ergo quum dixisset Strabo venisse Tyrtæum ad Lacedæm. ex Erineo, postea id probat. Ipse inquit Strabo, Tyrtæus illinc se esse profectum scribit.

καὶ Καλλισθένης) Hic est Callisthenes ἱστοριογράφος, quē refert Diodor. annorum XXX. scripsisse historiam, orsum ab eo anno Olympiad. XCIII. quo facta est, quæ vocatur pax Antalcidæ.

ἐξ Ἀθηνῶν) Hoc plerique omnes sequuntur, præter Pauſ. vide Iustinum lib. III. & Diod.

τρίτον δὲ καὶ τέταρτον) Diodor. Sicul. lib. XV. in compendio rerum Messenicarum tria tantum bella fuisse indicat. Primum, post Teleclyti necem, quod durauit annos XX. Alterum impulsis ab Aristomene Messeniis ad defectionē: hoc bellum gessit pro Lacedæm. Tyrtęus. Tertium & postremum fuit, quando Messenij Ithomā occuparunt. Vide Pauſ.

καὶ τὰ ἑκατόμβαια) Inde opinor, & mensis ἑκατομβεὺς apud eosdem Lacedæmonios.

ὑψηλόν τι) Taygeti tanta est altitudo, vt qui in eius sit cacumine totam Peloponnesum videre queat. Stasinus apud vtrunque Tzetzem. ——αἶψα δὲ Λυγκεὺς

Τηΰγετον προσέβαινε ποσὶ ταχέεσσι πεποιθώς
Ἀκρότατον δ' ἀναβὰς διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν
Ταντάλιδου Πέλοπος.

ἐγχῶνα) Omnino αὐλῶνα legendum. Sic libri veteres & Epitome.

Σπάρτη) Sparta nomen vrbis tantum: Lacedęmon, & vrbis

A vrbis aliquando, & totius prouinciæ. Spartani itaque & Lacedæmonij differunt pletūque vt pars & totum. Diodor. lib. XI. ἦσαν μὲν Λακεδαιμονίων ἴσως χίλιοι, καὶ σὺν αὐτοῖς Σπαρτιᾶται τριακόσιοι.

Ἀμύκλαι) In promptu sunt, quæ de Amyclis passim à Pausania sunt annotata. Mihi verò placet elegantissimam earum descriptionem è Polyb. afferre. Αἱ δὲ Ἀμύκλαι καλοῦνται, τόπος ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς χώρας, καλλιδενδρότατος καὶ καλλικαρπότατος· ἀπέχει δὲ τῆς Λακεδαίμονος ὡς εἴκοσι

B στάδια· ἐπάρχει δὲ καὶ τέμενος Ἀπόλλωνος ἐν αὐτῷ σχεδὸν ἐπιφανέστατον τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν ἱερῶν· κεῖται δὲ τῆς πόλεως, ἐν τοῖς πρὸς θάλατταν κεκλιμένοις μέρεσι. Locus est lib. XV.

Φάρις) Meminit Pausan. quem consule.

ἔστι μὲν οὖν ἐν κοιλοτέρῳ χωρίῳ) Manuscripti habēt, ἐν κοιλότερον χωρίον, vnde videtur faciendum, ἢ κοιλότερον χωρίον. Sed vulgatam lectionem confirmat similis locus infra de Argis, αὐτὴν δὲ τὴν πόλιν ἐν αἰνδρῳ χωρίῳ κεῖσθαι.

ἀκτὴ ἐκκειμένη) Vocat Tænarum ἀκτήν, quum alij ἄκραν esse dicant. vide Pauſ. & Statium Thebaidos lib. II.

C αὐτὴ) hoc appellat Apollodorus, τῆς ἅδου καταβάσεως τὸ στόμιον. Euripides στόμα ᾅδου, initio Herculis furentis, De Cerbero res nota est. Vide Thebaidē Statij lib. II.

εἰς μὲν φυκοῦντα) Locus transpositione perturbatus: lego cum Epitome, εἰς φυκοῦντα ἄκραν τῆς Κυρηναίας πρὸς νότον, δίαρμά ἐστι σταδίων τρισχιλίων.

ἑξακοσίων ἑβδομήκοντα) Epitome habet χιλίων ἑβδομήκοντα. Plinius hac de re *A Tænaro ager Laconicus, liberæ gentis: & sinus circuitu CCVI. M. traiectu vero XXXIX. M.* Si Plin. sequimur, coniūgi debet vtraq; lectio, vt legatur

D χιλίων ἑξακοσίων σταδίων ἑβδομήκοντα. Nā CCVI. M. passuum efficiūt stad. CIↃIↃCXLVIII. sic rectè decrit negatio.

χερρόνησον) hoc est ἄκραν χερρονησίζουσαν, vt alibi loquitur.

ἐν τετταράκοντα σταδ.) Pauſ. ait à Platanistunte Cytherorum promontorio, ad Onu gnathon stadia esse XL. De insula & vrbe vide eundem, & Thucyd. lib. IIII.

πεντακοσίων) Si legendum est paullò antè χιλίων ἑξακοσίων quod non affirmamus, hîc subaudiri debebit vox χιλίων ex loco proximo: quod nouum non est.

¶ PAG. 251. Ἀμαθοῦς) Plinio appellatur Psamathus.

E εἶτα Ἀσίνη) Sic scribitur apud Thucyd. Steph. & alios. Apud Polybium Ἀσίνη.

Γύθιον) Alij Γύθειον. Vide Pausan.

Ἀκτραῖον) Lego Ἀκραίαν. Reliqui Ἀκραιαὶ vocant vt supra diximus.

Ἕλος) Meminit Thucyd. lib. IIII. ἐπολέμουν ἔστι τι Ἀσίνην καὶ Ἕλος καὶ τὰ πλεῖστα τῶν περὶ θάλασσαν. Polyb. scribit, τὴν ἐλίαν ὡς πρὸς μέρος θεωρουμένην πλείστην καὶ καλλίστην esse χώραν τῆς Λακωνικῆς.

ἐλίου) Pauſ. Τοῦτο ᾤκισεν μὲν Ἕλιος νεώτατος τῶν Περσέως παίδων.

F Ἀσίνη) Polybius in plurali extulit, ἀφικνεῖτο δὲ ταῖς πορείαις πρὸς Ἀκρίας καὶ Ἀσίνας.

ὄνου γνάθος) Videtur Ptol. vrbem facere: alij promontorium.

Βοία) Βοιαὶ Pauſ. Ptol. Βοαί Βοιῶν χώρα Polyb. lib. V.

Μαλέαι) Sic solet Strabo appellare: alij numero singulari Μαλέαν.

τῆς Σπάρτης) Affirmo legendū. τῆς Σπάρτης δή. Messoa inquit quam posset videri intelligere poeta per Μέσσην, non est χώρας sed ipsius vrbis Spartæ pars. Interpres

G qui Mesolam & Mesoam putat idem esse, errat vehementer. Vide Stephan.

κατὰ ἀποκοπὴν) Plutar. fieri hoc ait κατὰ συνήθη Δωριέων βραχυλογίαν: sicut & Grāmatici annotarunt Dorienses esse ἀλιγοφθεγκτὰς καὶ βραχυλόγους. Possent autem & aliæ afferri similiter affectæ voces. Sic enim παῦ apud alios pro παῦσαι: & apud Æschylum sæpe αἶα κατὰ pro αἶαν. apud Homer. στέφ' pro στέφανον. Sed & apud Latinos voces istiusmodi reperiuntur. vide Festum *Pa.*

τὸ κρῖ) pro κριθὴ vt Hesych. vel κρίμνον vt Eustath. Ita δῶ, pro δῶμα, & μὰψ pro μαψίδιον: atque hęc passim in Homer.

καὶ Ἀλκμὰν ἀντὶ τοῦ Ἀλκμάων) Similia sunt quæ annotāt Grammatici, Ἰλλυρὲς pro Ἰλλυριοὶ, θέρατες pro θεράποντες etiam apud Ælianum πολύπους pro πολύποδος.

μία γίνεται ἀμφοτέρων ἐκ) Citatur ab Aristotele in lib.

de poetica & Grãmaticis in explicatione eiusdẽ vocis.

Εὐφοσεῶν δὲ τῆν ἥλιον λίγει ἄλ) In Epitome legitur τὸν ἥλιον λέγει ἅλς. quam lectionem refutat Eustathius multis locis proferens hunc Geographi locum, ita vt nostri codices eum habent: quodam loco etiam hoc hemistichium profert,

——δαιμόνιος ἅλ.

Ἄρατος φησί) Ante Aratum dixerat Homerus Ὀδυσ. κ.

——ἀταίρωπιδὸν ἄλα πεδίῳ. Sic & Apoll. lib. IIII.

——πεδίον ἐρίσιτε, vbi annotat scholiastes, Theophrasto esse εἶδος ξύλου τὸ πεδίον.

ἐν δὲ τῇ Λοκρίδι) Locus mutilus. Vide Eustath.

τῆς δὲ Λᾶς) De La plura Pausan. Vide etiam Lycoph. scholia ad illud carmen,

τοῖς ἀμυθνήτοις διπλύχοις Λαπερσίοις.

καὶ Πατροκλῆ) Non semel in hoc scriptore vox Περικλῆς in Πατροκλῆς mutata est: Hic quidem Περικλῆ legendum esse testes sunt infiniti: Et tamen, sic infra quoque legitur: itémque apud Plutarchum.

καὶ πολίσαι) Adeon fuit difficile viro docto veram lectionem inuenire? Ego sanè etiam pęnè puer legebam πολίσαι τὴν χώραν: hoc est vrbibus muniuisse, & ornasse: πολίζειν, vrbem condere. Herodotus Melpom. πόλις δ' ἐν αὐτοῖσι πεπόλισται ξυλίνη: vtitur Strabo frequẽter. Quis verò veterum est, qui ea voce non vtatur?

χωρίον δὲ λαιμῶν) Misere lacer est hic locus. Lego autem ἀλιμένων, quod docet contrarium mox ἀλιμένον.

καὶ κρατηθῆναι) Hi primi Εἵλωτες sunt appellati. Pausanias de hac vrbe, Δωριεῖς δὲ ὕστερον παρεστήσαντο πολιορκίᾳ· καὶ ἐπ' αὐτοῖς γε ἐγένετο οὗτοι Λακεδαιμονίων δοῦλοι τοῦ κοινοῦ, καὶ Εἵλωτες ἐκλήθησαν πρῶτοι, ἐπεί περ γε καὶ ἦσαν· τὸ δὲ εἰκὸς τὸ ὕστερον κτηθὲν ὕστερον Δωριεῦσι, Μεσσηνίους ὄντας ὀνομασθῆναι καὶ τούτους ἐξενίκησεν Εἵλωτας.

¶PAG. 252. ἐπιδυνάστοις δούλοις εἶχον οἱ Λακεδαιμ.) Hæc est ratio ni fallor, cur dicat Thucydides Lacedæmonem ὡς μίαν πόλιν habere πλείστοις οἰκέτας.

οἰκῆσαι τὴν Λακεδαιμ.) Vide Paus. initio Ἀχαϊκῶν.

καὶ ἰδίως) Pausanias scribit solos ex omnibus Peloponnesiis eos qui Lacedæmonem & Argos incolebãt, ante reditum Heraclidarum Achæos fuisse nuncupatos.

ἕως ἀφείλοντο) Amiserunt Lacedæmonij τὴν ἡγεμονίαν τῶν Ἑλλήνων eo bello quo cladẽ Leuctricã à Thebanis duce Epaminonda acceperunt. Durauit eorũ ἡγεμονία annos fere quingentos ait Diodor. Sicul. in anno I. Olymp. CII. Sciendũ tamen est hunc Lacedæmoniorum principatũ fuisse aliquando interruptũ, Atheniensibus eum post bellum Medicum obtinentibus. Vide Thucyd.

τυραννησάμενος) Nabidem tyrannum intelligit, aduersus quem Romani pugnarunt. Vide Liuium. lib. XXXIIII.

Ἐλευθερολάκωνες) Hos liberauit Augustus ait Pausanias, iugo seruitutis quam seruiebant iis qui Spartę dominabantur. Sunt autem Eleutherolaconum oppida XVIII. quæ idem autor enumerat.

ἐκ δ' ἐρχηγέτας τεμαθέντας) In manuss. quibusdã ita legitur, ἐκ δ' ἀρχηγέτας, Ἀγίδας δὲ ἀπὸ Ἀγίδος τοῦ Εὐρυσθένους τεμαθέντας: quã lectionẽ & codices quoq; veteris interpretis agnoscũt.

δυσβολος τε πολίεσσι) Legendum censeo, δυσεισβολος τε πολεμίοις. Sic libro sequẽti, ποιεῖ δὲ δυσεισβολα τὰ χωρία ταῦτα τὰ ἐπὶ θαλάττης. Totum carmen sic lego,

πάχεια τ' ἐοῦσα δυσεισβολος τε πολεμίοις.

κατάρρυτόν τε) Lego ita hos versus,

κατάρρυτον τε μυρίοισιν ἄμμασι.

καὶ βουσί, καὶ ποιμέσιν εὐβοτωτάτην.

Pro ἄμμασι legerem libentius ῥάμμασι vel νάμασιν. Εὐβοτάτην autem quod omnes editiones habent, quis ferat?

¶PAG. 253. καὶ ἐνδέχει καὶ τὴν ἐλεγχον ἡμῖν) Hæc pertinent ad illa Euripidis verba ἠλείας, aut alia potius quę sequebãtur: quibus docebat poeta eequã Elidẽ intelligeret: quod inquit Strabo nõ erat necessariũ. Nã vtramutrã intelligat, fallitur: hęc est istius loci sentẽtia, quã non vidit Xyl.

καὶ Μεσσαίων) Messæorum nulla alibi fit mentio, prior interpres legit Μεσσηνίων. Pheras autem Messeniæ fuisse sæpe repetit Strabo.

χαιτάεσσαν) Disputat de Homeri loco, aut locis potius: Nam sæpe ita appellatur à poeta Lacedæmon. Affert duplicem scripturam vocis qua de agitur: & quid pro defensione vtriusque lectionis dici soleat refert.

ἀπὸ τοῦ κήτους) Hesych. post alias interpretationes huius vocis, οἱ δὲ inquit, ὅτι ἐκεῖ ἡ θάλασσα συνεχῶς κήτη ἐκβάλλει.

εἴτε μεγάλην) Reliquas interpretationes complectitur Hesychius his verbis. Καταστατα, μεγάλη, κοίλη, μεγάλη, δύσυδρος, καλαμινθώδης: quo loco obseruandũ est tribui ab Hesych. explicationem hanc καλαμινθώδης voci κητώεσσα: quum Strabo sic explicet alteram lectionem καιετάεσσα: cuius sententiam confirmat quod alibi idem Hesychius annotat, καιέτας vocari τὰς καλαμίνθας.

καὶ καιάδας τὸ δεσμωτήριον ἐντεῦθεν) Thucyd. lib. I. docet Lacedæmonios solitos εἰς τὸν καιάδαν ἐμβάλλειν τοὺς κακούργους. Eustath. vero hic legit, non καιάδας, sed ὀχετοὺς: quod propius accedit ad vocem Homericam, & ita habent manuscripti. Hesychius sic, καιατα ὀρύγματα ἢ τὰ ὑπὸ σεισμῶν καταρραγέντα χωρία.

εὔσειστος δὲ ἡ Λακωνική) Tanto terræ motu aliquando laborauit Sparta, vt solę quinque ædes integræ remanserint, autor Ælianus lib. V. cap. VII.

τοῦ Ταϋγέτου κορυφῶν τινα ἀπορραγῆναι) Plin. lib. II. cap. LXXIX. de hoc terræ motu; *cum & vrbs tota eorum corruit, & Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta cladẽ insuper eã ruina pressit.* Meminit Plut. in Cimone.

τὰ μὲν Ταιναρ.) Plin. lib. XXXVI. cap. XVIII. *Sunt & nigri lapides, quoru autoritas venit in marmora, sicut Tænarius.* Idẽ cap. XXII. lapidis Tænarij duo videtur facere genera: quorũ alter fortasse est, quem Croceaten appellat Pausan.

ὅτι δὲ Λακεδ.) Idem etiam Pausan. notat: diximus hac de re supra.

φῆσιν εὐζυγον) Verba sunt poetæ,

Οἱ δὲ πανκαίριοι σῖτον ζυγὸν ἀμφὶς ἔχοντες.

¶PAG. 254. δέχει γὰρ) Ante hæc verba desunt quædam, ex quibus sensus huius locis pendebat.

ὁ μὲν Ἀργολικός.

τὸ Δηλιον) Pausanias Ἐπιδήλιον appellat, & simul appellationis rationem explicat.

καὶ Μινῴα ἄκρα) Minoam promontorium κατὰ τὸν Ἐπίδαυρον in mare prominens agnoscit Pausanias. Ptolemæ. Ἐν τῷ Ἀργολικῷ κόλπῳ ἐπὶ Λακωνικῆς Μινῴα λιμήν.

ἡ Λιμηρὰ Ἐπίδαυρος) Epidauri in hoc tractu duæ sunt: hæc quidẽ in ea parte sinus Argolici quæ censetur esse τῆς Λακωνικῆς Strab. & Ptol. Altera est vbi desinere dixit sinum Hermionicum, qui excipit Argolicum.

εἴρηται ὡς ἂν λιμηρὰ) Supple, ait Apollod. Steph. refert his verbis, τρίτη δὲ Λιμηρὰ τῆς Λακωνικῆς λέγεται μίαν τῶν ὀκτώ, διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν λιμένας. Alij propriã & magis vsitatam vocis ἐτυμολογίαν seruantes ἀπὸ τοῦ λιμοῦ, explicabant πεινηρὰν vt Suidas & quodam loco Thucydid. scholiastes: qui hoc tamen alibi reprehẽdit: fuẽre etiã qui λειμωνηρὰν vocarẽt, deducta voce ἀπὸ τῶν λειμώνων, quia pratis abũdaret. Sed Steph. alteri Epid. hoc epitheũ tribuit.

τὴν δ' Ἀργείων αἵ τε Πρασιαί) Ptolemæo est τῆς Λακωνικῆς ἡ Βρασία. Sic enim vocat, non Πρασιαί. Pausan. Βρασιάς. mutato π in β hic quoq; Sic Ἀμβρακία pro Ἀμπρακία. Stephan. vtramque lectionem agnoscit.

τὸ Τημένιον) Vide Paus. in fine Corinth.

εἰς Μυκήνας δέκα) Pausanias ait XV.

Μετὰ δὲ τὸ Τημένιον) Abest à Temenio Nauplia stadia L. teste Paus. quem vide de causa appellationis.

ἡ Ναυπλία τὸ τῶν Ἀργείων ναύσταθμον) Meminit Euripides in Oreste,

Ἥκει γὰρ εἰς γῆν Μενέλεως Τροίας ἄπο.

Λιμένα δὲ Ναυπλίειον ἐκπληρῶν πλάτῃ.

Ἀκταῖσιν ὁρμεῖ.

οὐ γὰρ Ὅμηρον σιωπῆσαι ἂν τούτων) Silẽtij Hom. causam affert Philostratus, vt Vlyssis honori cõsuleretur. cuius fraude Palamedes dicebatur periisse: Πάμπολον γε μὴν, ὦ ξένε, ἀπεθαύμαζον Ὅμηρον, τοῦ Παλαμήδους οὐκ εἰδότα, εἰ οἶδε μὲν, ἐξαιροῦντα δὲ τὸν ἄνδρα τῶν λόγων. Εἰ Παλαμήδης οὐκ ἦλθεν εἰς Τροίαν οὐκ ἦλθεν, οὐ δὲ Τροία ἐγένετο· ἐπεὶ δὲ ἀνὴρ σοφώτατός τε καὶ μαχιμώτατος ἀπέθανεν ὡς Ὀδυσσεὺς ἐδίξεν, οὐκ ἐσάγεται αὐτὸν ἐς τὰ ποιήματα Ὅμηρος ὡς μὴ τὰ ἐνειδῆ τοῦ Ὀδυσσέως ᾄδοι.

Ἀμυμώνης δὲ) quæ fuit filia Danai: vixit autem Danaus multis seculis ante bellum Troianum.

ἡ κατὰ τὰ Τρωϊκὰ) Vident τὰ ἐπῶν qui genealogias scri-

bunt, & admonet Nauplium hunc fuisse admodum μακρόβιον vt Apollodorus.

Κυκλώπεια δ' ὀνομάζουσιν) Cyclopes habitasse quondã in Argiua restatur Apollod.& multa eorum opera memorat Pausanias. Cyclopea autem dicta hæc videntur, ob magnitudinem: *Nam*, inquit vetus Papinii interpres, *quicquid magnitudine sua nobile est, Cyclopum manu dicitur fabricatum.*

πεντακοσίων) Optimè hìc quidem eum Plinio consentit, qui scribit Calauriam à continente quingentos passus distare.

ὁ Σαρωνικός) Sic dictus teste Plinio quod olim esset nemore querno redimitus: quod Hesychius & Callim. scholiastes confirmant qui σαρωνίδας interpretantur τὰς διὰ παλαιότητα κεχηνυίας δρῦς. Pausanias verò aliter: & aliter multis modis Eustat. in Dionysium.

οὐδέτερως) Hãc Plin. neutro genere Epidaurũ extulit.

¶PAG.255. Καὶ πρότερον πολαχῶς λέγεται τὸ ἄργος ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ τὸ Ἄργος) Lege super hac quæstione Eustathij παρεκβολὰς in hoc Dionysij Afri carmen,

Ἀρχεὸ δ' Ἀργείων ἀρετὴ καὶ γαῖα Λακώνων.

Θουκυδίδης) De hoc Thucydidis loco acurate disputatur infra libro XIIII.

εἴρηται) Libro VI. vbi de Syracusis est actum. & libro superiore, vbi de Æanre.

Λύκαιόν τε κατὰ τὴν Κυνουρίαν ὄρος) Lyrcium Arcadię mõtem esse notum est. Xylander verò aliud agebat, quũ Cynuriam paguni in montem transformauit.

Ἔστι δ' αὖ) Videtur sumptum ex aliquo poeta qui fabulam narrabat quæ est apud Apollodorum libro secundo. Refert ille, Argos quondã ἔνυδρον, factum fuisse ἄνυδρον ira Neptuni qui fontes aquarum ἐξήρανεν, Inacho succẽsens διότι τὴν χώραν Ἀθηνᾶς ἐμαρτύρησεν εἶναι. Plinius quoque scribit Argos olim dipsiũ esse appellatũ.

αὐτό τε πολυδίψιον) Præter gramm. sic accipit Athenæus lib. X. annotans διψᾶν interdum poni, pro vehementer desiderare. qua in significatione & τῷ πιεῖν vtitur Xenophon.

φησὶ Σοφοκλ.) Initio Electræ.

καὶ τὸ ἱππόβοτον) Lego ἱππόβοτον ex proximo exemplo,

λέγων τό) Seribo, λέγων τὸ Ἄργος εἰ καὶ ἱππόβοτον ἀφίξεσθε.

¶PAG.256. ἀπὸ τε εἰς Ἄρ.) quo modo dixit ὀλύμπονδε pro εἰς ὄλυμπον, & alia id genus quam plurima.

ὁ ποταμὸς) Pausanias scribit Stymphalum appellari fluuium qui è Stymphalo monte delapsus terram subit, postea autem emergit, & Erasinus appellatur.

ἐν ᾗ τὰς ὄρνις) Pausanias, ἔστι δὲ πρὸς τῷ ὕδατι τῷ ἐν Στυμφάλῳ κατέχει λόγος ὄρνιθάς ποτε ἀνδροφάγους ἐπ' αὐτῷ τραφῆναι, ταύτας κατατοξεῦσαι τὰς ὄρνιθας Ἡρακλῆς λέγεται.

καὶ τυμπάνοις) Duas opiniones videtur confundere: Nam alij τοξεύμασι tradunt occisas esse illas aues ab Hercule: alij tympanis tãtum abactas & ψόφῳ κροτάλων vt Pisander existimabat, teste Pausan.

Ἀμυμώνη) Huic fontem quærenti indicauit Neptunus eius nuptias petens. Apollod. Meminit istius fontis etiam Plinius.

τῶν δὲ φρεάτων) Totum locum ex coniectura sic emendo, quando libri me deficiunt, τῶν δὲ φρεάτων ἱερὰ καὶ περὶ αὐτὰς ἀποδείκνυσθαι καὶ τιμᾶσθαι διαφέροντως, ὡς ἀποδείξ ὑδάτων εὐπορίαν εἰσαγούσας. Transpositionem vocum εὐπορία & ἀπορία, prior interpres arguit.

κατ' Εὐριπίδ.) in Archelao. vide libro quinto.

καὶ Ἀπιδόνας) Vide Eustathium in hæc verba Dionysij,

Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες ὑπὸ σκοπιὴν Ἐρυμάνθου.

ἀπίαν δὲ τὴν) vt vox ἀπία sic epitherum, non proprium nomen.

πεδίον) τῶν σχεδὸν ait Eustat. πεδίον παραθαλάσσιον ἄργος καλεῖται.

τὰ Πολυκλείτου) In his maximè commendabatur Iunonis simulachrũ, de quo accurare vt omnia Pausanias

τῇ τέχνῃ) τῇ ἀρχαιότητι inquit Pausanias, præstant Polycleti opera.

¶PAG.257. καὶ Αἰγιαλέων καλουμένης) Manuscripti καλουμένων.

A μένων. non malè: modo legas καὶ τῆς τῶν Ἰώνων &c.

ταπεινωθείσας Μυκήνας) Supple, συνέβη. estque id verbũ, aut aliud ἰσοδυναμοῦν reponendum: vel legendum potius, ἐταπεινώθησαν αἱ Μυκῆναι.

κατεσκάφησαν δ' ὕστερον) Euersæ sunt Mycenæ, bello Mycenæorum & Argiuorum, quod cõtigit anno primo Olympiadis LXXVIII°. à quo anno testatur Diodorus Siculus mansisse Mycenarum vrbem ad sua vsque tempora ἀοίκητον. Vide & Pausaniam. qui Mycenarum ἐρείπια sæ-

B pe commemorat.

διὰ Κυκλώπων) Prœtus argis ab Acrisio eiectus, in Lybiam proficiscitur, vbi contracta eum Iobate affinitate: eius opera restituitur in patriã ac Tirynthẽ statim occupat: quam cum ei mœnijuissent Cyclopes, conuenit tandem inter Acrisium & Prœtum vt Argis regnaret Acrisius, Prœtus Tirynthe. Vide Apollod. libr. II. & Pausaniam. Notant autem veteres Grammatici Cyclopum tria fuisse genera: vnum quidẽ eorum qui τὰς Μυκήνας ἐτείχισαν. alterum τῶν περὶ τὸν Πολύφημον. de quo

C Homerus. Tertium genus fuit eorum qui ab Hesiodo in Theog. memorantur.

γαστερόχειρας) Sic dicti sunt οἱ ἀπὸ τῶν χειρῶν ζῶντες. vocantur & ἐγχειρογάστορες Hesych. Vide plura apud Eustath. hunc locum citantem & exponentem.

Μιδέα) Paus, & Stephanus scribunt Μιδεία ἀπὸ Μιδείας τῆς Ἀλκαίου θυγατρός.

Μιδέα ὡς πρ.) Lege Μιδεία ὡς πρόνοια. Sic enim libro sequenti scribitur, & apud Homerum: nec aliter exem-

D plo responderet.

Πρόσυμνα) Vult Strab. Prosymnam oppidi esse nomẽ: Pausanias vero sic ait appellari τὴν ὑπὸ τὸ Ἡραῖον χώραν. & Steph. Πρόσυμνα μοῖρα τοῦ Ἄργους. Papinius Thebaidos lib. primo,

——*hinc celsæ Iunonia templa Prosymnæ*

Lenus habens.

εἰς οὐδένα) Tirynthios ait Pausa. euerterunt Argiui, συνοίκους προσλαβεῖν, καὶ τὸ Ἄργος ἐπαυξῆσαι θέλοντες.

καὶ νομὸν.) Deest aliquid: Sensus est, Et iis in Messeniã

E translatis, ἐγένετο, vel ἐκτίσθη ἡ πόλις. &c. Vide & Pauſ.

Ἁλιεῖς) Stephanus, Dicti sunt Ἁλιεῖς quia pleriq; Hermionensium ἁλιευόμενοι eam partem obtinebant. Vide locum. Horũ meminit Diodor. lib. XI. ἐνίκησαν Ἀθηναῖοι μεγάλῳ στόλῳ καταπλεύσαντες εἰς τοὺς ὀνομαζομένους Ἁλιεῖς. Thucydides Ἁλιάδα χώραν libro quarto vocat.

τὸ ἐπιθεῖναι) Mos Græcorum fuit, mortuorum ori genus nummi quoddam (δανάκην vocabant) inserere, vt haberent vnde naulum soluerent: qua de re lege librũ facetissimi hominis Luciani περὶ πένθους. & Suidam Ἀχερουσία. Qui aurẽ loca incolebant vbi ἄδου καταβάσεις esse

F dicebatur, ij vt Callimachus cecinit, quum moriebantur, πορθμήϊον οὐ φέροντο.

τὴν εἰς Ἅδου καταβάσιν) Hãc Pluto Proserpinã in Orcũ deportauit. Apollod. & Pausan.

Δρυόπων δ' οἰκητήριον φασὶ καὶ τὴν Ἀσίνην) Testatur id Herodotus Vrania, Δρύοπες ait, sunt Ἑρμιόνη τε καὶ Ἀσίνη ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ. Etymologici autor Ἀσινεῖς apud Callimachum interpretatur, Δρύοπας τὴν Ἀσίνην κατοικοῦντας.

ὑφ' Ἡρακλέους) Lego, ἢ Ἡρακλέους ἐκ τῆς περὶ τὸν Παρ-

G νασσὸν Δωρίδος ἐξελάσαντος αὐτούς. vulgata lectio ἀποικίζει.

ἀπὸ Σκύλλης τῆς Νίσου θυγατρὸς) Vide Virgilii Cirin & alios.

Ἠιόνες δὲ κώμη τις ἦν) Meminit Homerus, in catalogo Argiuorum,

Τροιζῆν' Ἠιόνας τε καὶ ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον.

ἀφ' οὗ καὶ Ποσειδωνία) & Ποσειδωνιάς. vt apud Pausaniam qui rem fusius narrat. Ideo Eustathius de Troezene, ἐκαλεῖτο δὲ Ποσειδωνία ἢ Ποσειδωνιάς.

Πώγων) Herodotus ἐτάχθη ἐς τὸν πώγωνα τὸν Τροιζηνίων λιμένα προσείρητο συλλέγεσθαι. Hinc prouerbium, πλεύσειας εἰς Τροιζῆνα de iis qui ἄπειροι τὸ ἡλικία, ψιλὸν τὸν ἀνδρικὸν πώγωνα.

ἄσυλον) Pausanias ἀγιὸν ἱερὸν ἦν vocat. per ἁγιὸν idem quod Strabo voce ἄσυλον intelligens.

πρὸς μὲν Λητὼ) Pausanias non Latonam, sed Apollinem ait fuisse quicum Apollo Calauriam Delo mutauerit. Deinde hoc oraculum profert: ac legit ἀντιμέσσεσαι non ἀντιμόσεντε.

¶PAG. 258. ἀμφικτυονία τις) Magis vsitatè ἀμφικτυονία dicitur de cœtu eorum qui ad Thermopylas soliti erant conuenire.

ἐνθ' Δημοσθένη) Simillima sunt, quæ in vita Demost. Plutarchus scribit. De Archia isto, & de Demosthene. vide Pausaniam Atticis.

ἐν τοῖς Καρικοῖς) Libro XIIII. Pausanias Corinthiacis, πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον ἐς ἀποικίαν ἐκ Τροιζῆνος σταλέντες Αλικαρνασσὸν ἐν τῇ Καρίᾳ καὶ Μυνδὸν ἀπῴκισαν οἱ γενόμενοι ἀπ' Αετίου τοῦ Ανθα.

Επίταυρος) Lege meo periculo, Επίκαρος. Nam alioqui qui poterit rectè accipi hic locus? Epidaurus vocata est, propterea quòd Caras eam obtinerent. Sed ita esse legendum vt reponimus nimis certum est. Eustathius, Κατὰ δὲ τὸν γεωγράφον καὶ Επίκαρος αὐτὴν οἱονται πρὶν ὡς Καρῶν αὐτὴν ποτε κατεσχόντων.

ἐν οἷς ἀναγεγράφ.) Tangit veterum morem. Nam qui ope alicuius Dei ex aliquo morbo conualuerant, tabellam ei Deo suspendebant, quæ rei historiam complecteretur, eiusque memoriam posteris proderet: Placet autem hoc loco earum tabularum exemplum proponere, vnum è multis quæ vir clarissimus Hieronymus Mercurialis publicauit ex tabella marmorea descripta, quæ Romæ in Æsculapii templo, in Tyberina insula est inuenta. Ea igitur θεραπεία sic habet: Αἷμα ἀναφέροντι Ιουλιανῷ ἀφηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου, ἐχρημάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν, καὶ ἐκ τοῦ τρίβωμου ἆραι κόκκους στροβίλου, καὶ φαγεῖν μετὰ μέλιτος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ ἐσώθη, καὶ ἐλθὼν δημοσίᾳ ηὐχαρίστησεν ἔμπροσθεν τοῦ δήμου.

καθάπερ καὶ ἐν Κῷ) Vide ad librum XIIII. Triccam autem Bœoticā intelligo, de qua libro nono. fuere verò etiam alibi hoc modo ἀνακείμενοι πίνακες: nec eorum tātum qui è morbo difficili conualuerant: sed omnium qui ex ingēti aliquo periculo euasissent: vt de naufragis cōstat. & de Mario testatur Plutarchus, cum illi insperato ad Maricæ templum salus contigisset, tabellam eum illi numini dicasse quæ rerum gestarum seriem complecteretur. ὕστερον, inquit, πίνακα τῶν πράξεων εὐανάγραφον ἀνέθηκεν εἰς τὸ ἱερόν.

Μέθανα) Pausanias sita esse ait in isthmo Trœzenio. Τῆς δὲ Τροιζηνίας γῆς ἐστὶν ὁ ἰσθμὸς ἐπὶ πολὺ διήκων ἐς θάλασσαν, ἐν δὲ αὐτῷ πόλισμα οὐ μέγα ἐπὶ θαλάσσῃ Μέθανα ᾠκισται.

παρὰ Θουκυδίδῃ) Locus Thucydidis est libro IIII. τῇ δ' ὑστεραίᾳ παραπλεύσαντες ἐς τὴν Ἐπιδαυρίαν πρῶτον καὶ ἀποβάσεις τινὰ ποιησάμενοι, ἀφικνοῦνται ἐς Μεθώνην τὴν μεταξὺ Επιδαύρου καὶ Τροιζῆνος. καὶ ἀπολαβόντες τὸν τῆς χερσονήσου ἰσθμὸν ἐτείχισαν ἐν ᾧ ἡ Μεθώνη ἐστί. Habet vero & Diodorus Siculus in eadem historia, Methonam non Methana, libro XII. Ptolemæus Μεθάνην χερσόνησον vocat.

Λέγεται δὲ σταδίων ὀγδοήκοντα) Secuti sumus veteres codices, qui ὀγδοήκοντα habent pro πεντήκοντα. Sic & vetus interpres.

ἐνθ' φιλιππος) Vide ad Excerpta lib. XII.

Αιακὸς λέγ.) Fabula est apud Apollodorū Biblioth. lib. III.

θαλαττοκρατῆσαι) Ælianus libro ποικιλ. XII. cap. X.

περὶ πρωτείων) Lege Herodotum, θερσίᾳ.

λέγεται δὲ) Parū variat in hac summa Plinius, quum scribit Æginæ prætemnauigationem esse XX. M. pass. hoc est stad. CLX. Eustathius autē habet non ρν sed ρκ.

¶PAG. 259. πολλὰ μὲν πρὸς τῇ ἠπείρῳ) Vide Plinium, qui has insulas diligentissimè recenset, nec Belbinam omittit.

τοὺς Αἰγινήτας) Æginæ incolas notat Stephanus ab aliis Æginetas, à Strab. autem Æginenses vocari, quæ obseruatio si non fallit, multis locis Αἰγινέας pro Αἰγινήτας fuerit legendum.

ἀλλ'

A ἀλλ' ὅτι μυρ.) Eratosthenes aliter censebat. Seruius. *Dicti sunt Myrmidones* propter hanc causam: Æacus cum in arbore fici formicas, id est μύρμηκας vidisset, optauit tot sibi socios euenire & statim formicæ in homines versæ sunt: sed hoc fabula est. Nam Eratosthenes dicit Myrmidonas à rege Myrmidone dictos. Fabulam de formicis in homines mutatis tangit Lycophron illo carmine,

μύρμων τὸν ἐξάπτεζον ἀνδρώσας στρατόν.

B ad quem locum refert Scholiastes ex Theagenis historiis Myrmidonas appellatos esse Æginetas, quod in speluncis habitarent, & quod τοὺς γεωργουμένους καρποὺς in speluncas reconderēt, terram effossam ἀναφέροντες εἰς τοὺς γεωργίους.

Οἰνώνη) Secuti sumus Eustathium qui sic legisse videtur hunc locum citans. Et ita est apud Herodotum, Plinium, Pausaniam, alios qui hoc notarunt. Miror tamen quomodo dicat Strabo, si scripsit ipse Oenone, esse commune hoc nomen duobus Atticæ δήμοις. Nam

C hoc profectò falsum est: Oenoe siquidem vocabatur vterque Atticæ δῆμος: & ita ipse appellat infra. Quid quod locus poetæ quem affert sic postulat omnino legi? Nam ita est legendum,

——Οἱ ἐν

σύγχορτα ναίειν πεδία, ταῖς τ' Ελευθεραῖς.

σύγχορτα ναίειν πεδία) Sic loquitur Euripides Andromacha,

Φθίας δὲ πεδίον, καὶ πόλεως Φαρσαλίας

σύγχορτα ναίω πεδία

D Apud Hesychium corruptissimus est locus in voce χόρτος, quem sic emendabis, καὶ τὸν ὅρον τὸν δύο χωρῶν, ὡς ἐν τῷ σύγχορτα ναίω πεδία. vel ναίειν.

ἐν Αἰγίνῃ πρῶτον ἀργύριον κοπῆναι) Ælianus de Æginetis, καὶ πρῶτοι νόμισμα ἐκόψαντο, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκλήθη νόμισμα Αἰγιναῖον.

ὑπὸ Φείδωνος) Eustathius videtur legisse φειδίου. Sed hic Phidon opinor est de quo supra in fine Eliacorum. Hesych. Αἰγιναῖον, νόμισμα ἀργυροῦν μέγα.

τὸν ῥῶπον) Sic lib. IIII. de Britannorum mercibus, καὶ

E ἄλλος ῥῶπος τοιοῦτος. Hesychius, Αἰγιναία, τὰ ῥωπικὰ φορτία, καὶ οἱ πωλοῦντες αὐτὰ Αἰγινοπῶλαι ἐλέγοντο. Est autem ῥῶπος, omne vilis mercis genus. vide Hesych. ῥῶπος.

ἵνα μὲν χωρία λέγει συνεχῶς) Restituimus veram lectionem, ex manuscriptis.

τὸν Μάσητα) Vide Steph. & Pausaniam.

περὶ ἧς) Historia est apud Herodotum Κλειοῖ. Pausaniam, Laconicis, Valerium Maximum lib. II. cap. III.

ἦν δὲ φ.) Locus Thucydidis est libro IIII. vbi quum

F ageretur de pace inter Lacedæmonios & Argiuos, petunt Argiui, δίκης ἐπιτροπὴν σφίσι γενέσθαι, ἢ ἐς πόλιν τινὰ ἢ ἰδιώτην, περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἧς ἀεὶ πέρι διαφέρονται, μεθορίας οὔσης, ἔχει δὲ ἐν αὐτῇ Θυρέας καὶ Ανθήνην πόλιν, νέμονται δ' αὐτὴν Λακεδαιμόνιοι.

Υσιὰς) Thucyd. libro V. Hysias χωρίον τῆς Αργείας vocat. vide Pausf. & Steph.

καὶ Κεγχρεαὶ) Pausan. quoque Cenchreas in via Tegeatica, sitas esse scribit,

Λυκούργιον) De hoc nihil reperio: sed Lyrciam oppidum medium inter Argos & Orneas, sexaginta stadia

G vtrinque distans. De hoc & Orneis vide Pausf.

Ηὑρίων μὲν) Vide apud Pausaniam Atticis, & Iustinum lib. XXV. & Plutarch.

¶PAG. 260. ἔκτισε δ') Euripides de Mycenis, Καλῶς πόλισμα Περσέως Κυκλωπίων ἔργον χερῶν.

βοηθήσαντων Αθ.) Vide tragœdiam Euripidis Heraclidas, & Apollodori librum II. & Pausaniam.

Γαργηττοὶ ταφῆναι) Stephanus γαργηττός.

ἀποκόψαντος αὐτὴν Ιολάου) Imò Hyllus est qui Eurystheum occidit. Apollodorus libro secundo, Αὐτὸν δὲ Εὐρυσθέα φεύγοντα ἐφ' ἅρματος, καὶ πέτρας ἤδη παριππεύοντα σκειρωνίδας κτείνει διώξας Υλλος. καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν Αλκμήνῃ δίδωσι. Sed Straboni assentiuntur Pindarus, Euripi. Pausanias, alij. In hoc autem omnes consentiunt, contigisse

contigisse cladem Eurysthei circa petras Scitonidas. A

ᾀδόμενα) Fabulæ sunt in promptu, nec difficile est eos locos reperire quos Strabo notare voluit: Mihi satis erit locum vnum proferre vbi id apparet manifestissimè. Is est in Oreste, vbi perente Helena ab Electra vt suo nomine libamina & κόμας ἀπαρχὰς ad Clytemnæstræ tumulum afferret, responder Electra,

σοὶ δ' οὐχὶ δυνατὸν πρὸς φίλων στείχειν τάφον;

cui Helena δεῖξαι γὰρ, ait, Ἀργείοισι σῶμ' αἰσχύνομαι. quos autem Argiuos vocat Helena, statim Mycenæos appellat Electra, quæ sic ait, B

αἰδὼς γὰρ ἡ σὴ τοῖς Μυκηναίοις ἔχει. Vide prologum Sophoclis Electræ, & ibi scholia.

ἔστι τὸ νῦν κείμενον) Sic Pausan. Corinthiacis, ἐκ Κορίνθου δὲ ἐς Ἄργος ἐρχομένῳ Κλεωναὶ πόλις ἐστὶν οὐ μεγάλη. vide reliqua.

καὶ ἡ Νεμέα) Pausanias, ἐν τούτοις τοῖς ὄρεσι τὸ σπήλαιον ἔτι δείκνυται τοῦ λέοντος, καὶ ἡ Νεμέα τὸ χωρίον ἀπέχει σταδίους πέντε, ἢ δεκάπου δὲ αὐτῇ Νεμείου τε Διὸς ναός ἐστι.

καὶ ἡ Βέμβινα) quæ ita Nemeæ propinqua est, vt qui Nemeæus leo vocatur, à pœtis Bembinates interdum C vocetur. Panyasis Δέρμα τε θήρειον Βεμβινήταο λέοντος. Vide Steph. & Plin. quoque regionem Nemeam Bembinadam fuisse vocitaram annotat. Caue autem confundas Bleminam quod supra diximus esse oppidum in confiniis Lacedæmoniorum & Arcadum, aut Belbinam insulam Æginæ vicinam, de qua paullò antè, cùm hac Bembina κώμη τῆς Νεμέας. quo in errore video versari viros doctos.

ἀφνειὸν μὲν λέγεται) Ab Homero. ἀφνειόν τε Κόρινθον. ad quem poeræ locum respiciebat Thucydides cum scriberet de Corinthiis, χρήμασί τε δυνατοὶ ἦσαν, ὡς καὶ τοῖς παλαιοῖς ποιηταῖς δεδήλωται. ἀφνειὸν γὰρ ἐπωνόμασαν τὸ χωρίον. D Thucydidis autem locum respiciebat Aristides hæc scribens, καὶ τοῦτ' ἴδοι ἄν τις τὰ παλαιότατα ἀφ' ὧν τὰ ὀνόματα χρήματα ὑπὸ τῶν ποιητῶν. Ἰσθμ. εἰς Ποσ.

ὁ Ἰσθμιακὸς ἀγὼν) De cuius institutione lege Apollodor. Pindari interpretes & alios.

Καὶ πέζοις τῇ ἐκκομιδῇ) Paullò aliter libri veteres: καὶ τῇ ἐκκομιζομένῃ καὶ ἐκκομιζόμενα ἐκ τῆς Πελοποννήσου ἐκεῖσε τὰ τέλη ἐκλείπειν. E

οἱ Βακχιάδαι) De Bacchiadis & Cypselo, lege Herodotum Terpsichore. Bacchiadas perdidit luxus, vt annotat Ælianus libro primo cap. XIX.

¶ PAG. 261. μέχρι τετρακ) Durauit tyranis Cypselidarum annos LXXIII. menses VI. autore Aristotele, cuius verba ascribam, è libro De Repub. quinto, vbi tyrannides recenset, quæ longissimum tempus durauêre, δευτέρα δὲ, inquit, περὶ Κόρινθον ἡ τῶν Κυψελιδῶν. καὶ γὰρ αὕτη διετέλεσεν ἔτη τρία καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἓξ μῆνας. Κύψελος μὲν γὰρ ἐτυράννησεν ἔτη τριάκοντα, Περίανδρος δὲ τετταράκοντα καὶ τέτταρα, Ψαμμήτιχος δ' ὁ Γορδίου τρία ἔτη. F

Δημάρατος) Vide ad librum quintum.

ἂς ἀνετίθεσαν τῇ θεῷ) Ex veterum more: quem multis locis Strabo notat. Vide libro VI. In XII. vbi de Comanis, has mulieres Veneri sacras ἱεροδούλους ait ὑπὸ τῶν σωμάτων.

πολυωχεῖτο ἡ π.) Simillimè libro duodecimo, πολὺς δὲ ὁ ἀποδημῶν, καὶ ὁ συντείνων τὴν πόλιν τῶν ἀπ' ἐμπορικῶν ἢ στρατιωτικῶν τέλων ἐξαναλοῦσιν. G

τὸ πτῶνα ἰσὸν) locus in ambiguitate vocis ἱστὸς, quæ & nauis malum notat, & textorium instrumentum, ac telam ipsam.

ὕψος ἔχουσα, ὄρος τριῶν) Magna sanè altitudo. Ideo Linius de Corintho. *Vrbs erat tum præclara ante excidium, arx quoque & isthmus, præbuêre spectaculum: Arx inter omnia in immanem altitudinem edita.* Papinius Thebaidos lib. VII.

Iam pronus Gradiuus equis Ephyræa premebat
Littora, qua summas caput Acrocorinthus in auras
Tollit, & alterna geminum mare protegit vmbra.

τῶν χωρίων) χωρία idem fere hic significat ac περίβολον, & circulus vrbem ambiens. Nam fune dimetiuntur architecti solum vrbis ædificandæ, quem χωρίον vocant Græci:

eant Græci. vnde χωρία locus totus per quem funis ille fuerit ductus.

ναΐδιον ἔχει) Paus. ἀνιοῦσι δὲ ἐς τὸν Ἀκροκόρινθον ναός ἐστιν Ἀφροδίτης· ἀγάλματα δὲ αὐτή τε ὡπλισμένη, καὶ Ἥλιος καὶ Ἔρως ἔχων τόξον.

ὑπὸ δὲ τῇ κορυφῇ) Pausanias fontem ait esse ὄπισθεν τοῦ ναοῦ. Deinde subiicit, Πειρήνη δὲ ἤδη τὴν Πειρήνην φασὶν εἶναι ταύτην, τὸ ὕδωρ αὐτόθεν ὑπορρεῖν ἐς τὴν πόλιν. De Pytenæo lege Euripidis scholi. Medeæ.

ἐμφανὴς ἐπιφαίνεται) scilicet & quæ appareat.

ἐντεῦθεν τὸν φασὶν) Pindarus de Bellerophonte,

ὃς τᾶς ὀφιώδεος υἱ-
όν ποτε Γοργόνος, ἦ πόλλ' ἀμφὶ κρουνοῖς
Πάγασον ζεῦξαι ποθέων ἔπαθεν.

ad quē locū vide scholia: vbi reperies & τὰ περὶ Πηγάσου.

ὑπὸ πέτρῳ ἡ Σκιρωνίς λευκοῦ λίθῳ περικειμένῃ) Locus corruptissimus. Legendum vt habent manuscripti, ὑπὲρ πέτρας ἡ Σκιρωνίας λευκῷ λίθῳ περικειμένη.

πρὸς ἑσπέραν) Imo πρὸς ἕω si quid in me est sani iudicij: nec adduci me sinam vnquam, vt lineam ductam à Scironidibus petris ad Bœotiam & Cithæronem credam esse πρὸς ἑσπέραν Megaridi & Phocidi. Porrò quū hæc scripsissem animaduerti in manuscr. locum longè aliter esse conceptum. Scribitur enim, καὶ Σικυωνίαν πρὸς ἑσπέραν ὑπερκειμένας δὲ τόπους.

τῷ μὲν τὸ Λέχαιον, τῷ δὲ Κεγχρεαί) Diodorus autor est interuallum quod erat inter Lechæum & Cenchreas, fuisse stad. XL. lib. XI.

τὸ δίολκον) Δίολκος hic est locus per quem nauis ab altero mari ad alterum trahitur & machinis deducitur, hoc est, δι' οὗ ἕλκεται ὁ ναῦς. Horatius *Trahuntque siccas machinæ carinas.* Trahebātur autem naues, subiectis scutulis, & palangis, quod eleganter ab Apollo. lib. I. describitur. Hoc Polybius solet appellare ὑπερισθμίζειν, & διισθμίζειν alij διισθμισμοί, Strabo ὑπερνεωλκεῖν. Porrò etsi δίολκος nomen est vt loquuntur, appellatiuum: tamen isti loco quem nunc describit Geographus, factum est proprium. Hesychius, Διολκὸς ὁ ἀπὸ Λεχαίου ἕως Κεγχρέων τόπος.

τῆς Ἀκραίας) Sic habent omnes vett. codices: De Acræa Iunone, consule eruditum virum Lilium Gyraldum. Ptolem. Ναὸν Ἥρας contentus fuit annotare.

ἡ δὲ Κρομμυὼν) Abest Cromyon Corintho, stadia centum & viginti, inquit Thucydid. lib. IIII. De sue Crōmyonia, Plutarchus in Theseo, & poetæ.

ἡ Τενέα) Distat Tenea Corintho stadia LX. in via sita qua Mycenas itur. De hac Cicero in eleganti epistola ad Atticum lib. VI secunda.

συγγένειά τις) Hanc cognationem inter Teneatas & Tenedios sic explicat Pausanias, Οἱ δὲ Τενεᾶται εἶναι σφᾶς Τρῶές φασιν, αἰχμάλωτοι δὲ ὑπὸ Ἑλλήνων ἐκ Τενέδου γενόμενοι ὑπὸ Ἀγαμέμνονος δοθέντες οἰκῆσαι· καὶ διὰ τοῦτο θεῶν μάλιστα Ἀπόλλωνα τιμῶσι. Vide Stephanum.

καὶ ἡ πρὸς Ῥωμαίους) Bellum istud Rom. aduersus Corinthios Pausanias, Corinth. Florus Epit. LI. & LII. Iustinus libro XXXIIII. aliique rerum Rom. historici commemorant. Meminit & Cicero multis locis, itémque alij. Plinius libro XXXIII. cap. II. tempus notat quo capta est Corinthus Olympiadis CLVI. anno III. V. C. DCVIII.

ἐξῆς πρὸς τὸ Διόνυσον) Post hæc verba distinguendum est: Nam quæ sequuntur, continent alterius tabulæ argumentum. Videtur autem vir magnus Erasmus legisse ὡς ἔ, malè: Nam hoc sibi vult Strabo, Tantam fuisse illius Aristidis picturæ præstantiā, vt de reliquis Bacchi picturis cum hac Aristidea collatis, dici soleret, οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον, Aristidis scilicet.

καὶ τὸν Ἡρακλέα) Vide Sophoclis Trachinias.

ἐν τῷ Δημητρίῳ) Plinius lib. XXXV. cap. quarto, testatur L. Mummium Achaicum hanc Aristidis tabulam in Cereris delubro posuisse: eámque primam arbitratur externam picturam Romæ dedicatam.

¶ PAG. 263. τὸ τῆς Εὐδαιμονίας) hoc est Felicitatis: Nam

ita nuncupauit Lucullus vt ex Plinio constat: qui huius ædis meminit, vt & D. Augustinus.

αἰχμαλωτισθεῖσαν πόλιν) Vide Dionem libro XLIII. & Pausaniam Κορινθιακ.

σκυλεύσαντα) Malim σκυλεῦσαι. quanquam nō me fugit, etiam apud Eustathium legi σκυλεῦσαι: itémque in Epitom.

πλουσίαν διὰ τὸ ἐμπόριον) Apparet ex Homero, qui ἀφνειὸν Κόρινθον vocat.

καὶ εἰς τὰς τέχνας) Vide Pindari scholia ad illum locum.

——πολλὰ δ' ἐν καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον
ὧραι πολυάνθεμοι ἀρχαῖα σοφίσματα.

loquitur poeta de Corinthiis, quibus ait datum fuisse, vt multa inuenirent.

ὀφρυόεντα) In oraculo Bacchiadis quondam dato,

——ἣ περὶ καλὴν
Πειρήνην οἰκεῖτε καὶ ὀφρυόεντα Κόρινθον.

Ὀρνειαί) Persequitur Homeri catalogum. De Orneis, vide Pausaniam, quem valdè miror Orneatæ Priapi non meminisse.

Ἀραιθυρέα) Vide Paus. & Steph.

Κλεωνὴ) Apud Eustath. scribitur Κλεωνή.

μέχρι νῦν) Pausan. Corinth. refert, eam quæ prius Asopia dicebatur, à Sicyone postea fuisse Sicyonem appellatam.

τὴν Ἡβην) Fuit cum putarem legendum esse τὴν Ἥραν. Sed nihil esse mutandum ex Pausania constat qui sic scribit, ἔστι ἐν τῇ Φλιασίων ἀκροπόλει κυπαρίσσων ἄλσος καὶ ἱερὸν ἁγιώτατον ἐκ παλαιοῦ. Τὴν δὲ θεὸν ἧς ἐστι τὸ ἱερὸν, οἱ μὲν ἀρχαιότατοι Γανυμήδαν, οἱ δὲ ὕστερον Ἥβην ὀνομάζουσι: quo in loco notandum est, Ganymedam appellari quam Strabo ait Diam dici.

Μακεδόνων ἐπόλεμον) Reperio & Demetriada esse dictam à Demetrio Poliorcete. autor Diodorus Siculus libro vigesimo.

Δημήτριος) Lego ὑπὸ Δημητρίου, vel Δημήτριος si pro ᾤκισεν legas ᾤκισεν. Vt ita censeam faciunt hæc Diodori verba, ὁ δὲ Δημήτριος πείσας τοὺς Σικυωνίους εἰς τὴν ἀκρόπολιν μετοικῆσαι, τὸ μὲν πρὸς τῷ λιμένι συνάπτον μέρος κατέσκαψε, &c. Non dubito quin æqui lectores meam emendationem hanc sint approbaturi.

πλεῖστον χρόνον) Annos cētum ait Aristoteles cuius verba ascribam è libro quinto πολιτ. Πλεῖστον γὰρ ἐγένετο χρόνον ἡ περὶ Σικυῶνα τυραννὶς, ἡ τῶν Ὀρθαγόρου παίδων καὶ αὐτοῦ Ὀρθαγόρου. ἔτη δ' αὕτη διέμεινεν ἑκατόν. Τούτου δ' αἴτιον, ὅτι τοῖς ἀρχομένοις ἐχρῶντο μετρίως, καὶ πολλὰ τοῖς νόμοις ἐδούλευον.

Ἀράτου δ') Videtur Aratum in tyrannorum albo reponere: quod si sensit, magnam ei iniuriam facit. Vide Plutarchum in vita.

¶ PAG. 264. Ταύτης δὲ τῆς χώρας) Lege Pausaniam initio Ἀχαϊκῶν, apud quem tamen res aliter paullò narratur.

τοὺς μετ' Εὐμόλπου) Eumolpus cum quibusdam Thracibus Eleusinem occupauit, vnde sæpius cum Atheniensibus pugnarunt. Vide Pausan.

οἵ τε εἰς τέτταρας φυλὰς) Nomina quibus has quatuor populi Attici partes insigniuit, fuere hæc: Hoplitæ, Teleōtes, Ægicorenses, & Ergades: vnde autem hæc nomina sint illis imposita: non conuenit inter autores. Herodotus Melpom. à totidem Ionis filiis vult esse dictos, quos nominat Geleontem Ægicorensem, Argadem, & Hopletem. Sed corrigendum esse locum, & pro Γελέοντος scribendum esse Τελέοντος certum est: fallitúrque omnino vir ille eruditissimus qui deprauatā apud Herodot. lectionem, vult in Euripide pro vera restitui. Locus Euripidis est in Ione extrema, vbi idē ait poeta quod Herodot. Verum alij nomina hæc non à filiis Ionis manasse: sed ab ipso vitæ genere, quod vnicuique parti fuit assignatum. Plutarchus in Solone, Τὰς φυλὰς εἰσὶν οἱ λέγοντες οὐκ ἀπὸ τῶν Ἴωνος υἱῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν βίων εἰς ἃ διῃρέθησαν ἐξ ἀρχῆς τὸ πρῶτον ὀνομασθῆναι. τὸ μὲν μάχιμον, ὁπλίτας, τὸ δ' ἐργατικὸν, ἐργάδεις. δυεῖν δὲ τῶν λοιπῶν, Τελέοντας μὲν τοὺς γεωργοὺς, αἰγικορεῖς δὲ τοὺς ἐπὶ νομαῖς καὶ προβατείαις διατρίβοντας.

A ταs. Sic alibi quoque nominantur, nisi quod quos Plutarchus Ergades, alij fere Argades vocant.

συνελθόντες ὑπὸ Τισαμενοῦ) Totum locum è Polybio videtur transtulisse: Sic ille libro secundo, de Achæis, Ἀπὸ γὰρ Τισαμενοῦ βασιλεύσαντες, ὃς ἦν Ὀρέστου μὲν υἱὸς, κατὰ δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἐκπεσὼν τῆς Σπάρτης κατέσχε τοὺς περὶ Ἀχαΐαν τόπους.

τὴν χώραν) suam videlicet, quam prius Ioniam fuisse vocatam dicit: Sed quia magna fuit inter omnes Pelo-
B ponnesios Achæorum præstantia, ideo teste Polybio Ἀχαιῶν τὸ ὄνομα κατὰ πάντων τῶν Πελοποννησίων ἐπικρατεῖ.

μέχρι Ὠγύγου) Legendum Γύγου. Polybius Ἀπὸ Τισαμενοῦ κατὰ τὸ συνεχὲς καὶ κατὰ τὸ γένος ἕως Γύγου βασιλεύσαντες.

ὥστε τοὺς Ἰταλιώτας) Hæc quoque Polybius antè dixerat, καθ' οὓς γὰρ καιροὺς ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν τόποις κατὰ τὴν Μεγάλην Ἑλλάδα τότε προσαγορευομένην, ἐνέπρησαν τὰ συνέδρια τῶν Πυθαγορείων & quæ sequuntur.

ἐνίκησαν Θηβαῖοι) Etiam hoc è Polybio est, Μετὰ δὲ ταῦτα Λακεδαιμονίων μὲν παραδόξως πταισάντων περὶ τὴν ἐν
C Λεύκτροις μάχην. Mox, οὐ μὴν ἀλλά γε καὶ περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἐπέτρεψαν Θηβαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι μόνοις τῶν Ἑλλήνων Ἀχαιοῖς.

λυθέντος τοῦ κοινοῦ.) Polybius id innuit, quum scribit propter Macedonum reges contigisse, πάσας τὰς πόλεις χωρισθείσας ἀπ' αὐτῶν ἐναντίως τὸ συμφέρον ἄγειν ἀλλήλαις.

ἤρξαν δὲ Πύρρου) Polybius ait factū circa Olympiad. CXXIIII. Tunc inquit, αὖθις ἤρξαντο μετανοήσαντες συμφρονεῖν. ταῦτα δ' ἦν κατὰ τὴν Πύρρου διάβασιν εἰς Ἰταλίαν· καὶ πρῶτοι μὲν συνέστησαν Δυμαῖοι, Πατρεῖς, Τριταιεῖς, Φαραιεῖς.

D πλὴν Ὠλένου καὶ Ἑλίκης.) Polybius de XII. Achæorum vrbibus. αἳ ἔτι καὶ νῦν συμβαίνει διαμένειν πλὴν Ὠλένου καὶ Ἑλίκης, τῆς πρὸ τῶν Λευκτρικῶν ὑπὸ τῆς θαλάττης καταποθείσης.

τοῦ Ἑλικωνίου Ποσειδῶνος) De quo multa Pausanias, & infra libro XIIII. itémque apud poetæ interpretes, ad eum locum qui hîc profertur.

¶ PAG. 265. πρότερον δὲ) Hoc autem plerisque nō placet: vide Herodotum, Eusebium alios.

δώδεκα σταδίοις) Ait Helicen à mari dissitam fuisse stad. XII. vt valde miret veteres nonnullos qui Heli-
E cen Achaiæ insulam vocant.

κατὰ μῆνιν Ποσειδῶνος) Ita sentiunt inquit Diodorus, pij homines, & εὐσεβῶς διακείμενοι πρὸς τὸ θεῖον. Eum vide libro XV.

Ἡσίοδος δὲ) Locus est in Aspide

Αὐτὰρ Μυρμιδόνων τε πόλιν κλειτήν τ' Ἰαωλκὸν,
Ἄρνην τ' ἠδ' Ἑλίκην.

Εἴκοσι μὲν) Imo viginriquinque. Polybius, Εἴκοσι μὲν ἔτη τὰ πρῶτα καὶ πέντε συνεπολιτεύσαντο μεθ' ἑαυτῶν αἱ προειρημέναι πόλεις γραμματέα κοινὸν ἐκ περιόδου προχειριζόμε-
F ναι καὶ δύο στρατηγούς. Quare hic quoque legendum εἴκοσι καὶ πέντε.

Ἀρναρίῳ) Non soccurrit locus vllus alicuius autoris, vbi fiat huius loci mentio: itaque vtrum rectius Arnarium vt hîc, an Ænarium vt mox, legatur ἐπίσχες. Pausanias quidem ἐν Αἰγίῳ solitos Achęos conuenire scribit: quod nimirum Ægiensiū esset Ænariū, vt ait Strabo.

ἔδοξε ἔδοξεν) Polybius, Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἔδοξεν αὐτοῖς ἕνα καθιστάναι, καὶ τούτῳ πιστεύειν περὶ τῶν ὅλων. Quadriennio postquam id est institutum ἐστρατήγησεν Aratus, adhuc
G pene puer & annorum viginti, de cuius rebus gestis legendus Plutarch. in vita, & Polyb. lib. II.

εἶτα λέγεται) Satis manifestum est deesse hic nomen eius à quo hanc historiam totam de politia Achæorum descripsit: quem dubium non est quin & alio loco prius nominasset, qui locus periit & ipse. Nos autem iam docuimus hæc fere omnia iisdem verbis apud Polybium reperiri, cuius nomen hic putarem reponi debere, si sequētia verba in eo reperirem: Nam affert quidem Polybius rationem cur de Achæis tam multis agat: sed ea alia est.

μὴ ἀξίως γνωρίζεσθαι) Non dubito quin scripserit Strabo μὴ ἀναξίως: causam inquit affert prolixioris de Achæis sermonis, Quod crediderit μὴ ἀναξίως γνωρίζεσθαι.
sed

sed dignissimos qui ab omnibus noscerentur, τοῦ ὅτι τοι. &c.

ἡ δὲ τάξις Hoc ordine à Polybio nominantur, Patræ, Dyme, Pharæ, Tritæa, Leontium, Ægera, Pellene, Ægium, Bura, Ceraunia, Olenus & Helice. Aliter ab Herodoto Κλεισοί: apud quem legendum καὶ Δύμη non καὶ Δείμη. Vide & Pausaniam.

Μετὰ Σικυῶνα) Herodotus Πελλήνη μέν τι πρὸς τὸ πρὸς Σικυῶνος. Ineptè autem Pallene erat hic scriptum.

εἶτα Αἴγειρα)Herodotus, Μετὰ δὲ Αἴγειρα καὶ Αἰγαί.

τετάρτη Βοῦρα) Sequitur apud Herodot. καὶ Βοῦρα καὶ Ἑλίκη.

εἰς ἣν κατέφυγον.) Herodotus de Helice, ἐς τὴν κατέφυγον Ἴωνες ὑπὸ Ἀχαιῶν μάχῃ ἑσσωθέντες.

Αἴγιον καὶ Ῥύπες) Herodot. καὶ Αἴγιον καὶ Ῥύπες καὶ Πατρέες, καὶ Φαρέες, καὶ Ὤλενος.

¶Pag.266. ποταμὸς μέγας Μέλας) Sic legit Eustathius quoque locum integrum describens edit. Bas. pag. 120. Nam Xylander nescio quare hoc neget, nisi fortasse aliter habet illú locú Romana editio, quæ mihi cú hæc scriberé non erat ad manum. Ego sane in nomine huius fluuij vehementer hæreo. Pirus enim vocatur ab Herodoto, (vnde locum integrum sumsit noster) & Pausan. non Melas. Sic Herod. de Oleno, ἐν τῷ Πεῖρος ποταμὸς μέγας ἐστί quo ex loco intelligimus non fuisse cur de voce μέγας ita se torqueret Xylander: quando etiam Herodot. eam agnoscit. Melanem tamen in isto tractu nominant alij quoque vt Dionys. Afer & Callimach.

αἱ ἐν Εὐβοίᾳ) & quæ alibi sunt: Nam Ægæ inquit Steph. multæ fuère.

τὸ ἐν Αἰτωλίᾳ) de quo infra lib. IX.

εἴλαπον δέχαδες) Reprehendit eos qui locum poetæ ex Iliadis ῥαψ. Θ. de Ægis Peloponnesiacis interpretabantur: quod facit antiquus scholiastes. Similis locus ὀδ. ε. de Neptuno, Ἵκετο δ' εἰς Αἰγὰς ὅθι οἱ κλυτὰ δώματ' ἔασι, vbi scholiastes πόλιν Ἀχαΐας esse dicens, addit, οἱ δὲ νῆσον περὶ τὴν Εὔβοιαν ἱερὰν Ποσειδῶνος.

ἀφ' οὗ καὶ ὁ) scilicer ἀπὸ τῆς κρήνης. Herodoti locus ita habet, καὶ Αἰγαὶ ἐν τῇ ποταμὸς ἀείναός ἐστι, ἀπ' οὗ ὁ ἐν Ἰταλίῃ ποταμὸς τὸ οὔνομα ἔσχε, quem si sequi voluit Strabo, repetendum erit, non κρήνης sed ποταμοῦ, nisi quis putet Herodoti locum mutilum hodie edi.

ἔστι δὲ καὶ κώμη) Videtur duas Pellenes facere, sed adhibenda est Pausaniæ descriptio, quæ locum interpretabitur Πελληνεῦσι δὲ ἡ πόλις ἐστὶν ἐπὶ λόφῳ κατὰ ἄκραν τὴν κορυφὴν ἐς ὀξὺ ἀνεσχηκότος· τοῦτο μὲν δὴ ἀπότομον, καὶ δι' αὐτὸ ἐστιν ἀοίκητον· τὸ δὲ χθαμαλώτερον πόλισμα ᾤκισται οὐ συνεχὲς ἡ πόλις· ἐς δὲ μοίρας νενεμημένη δύο, ὑπὸ τῆς ἄκρας μεταξὺ ἀνεχούσης.

αἱ Πελληνικαὶ χλαῖναι) De his Hesychius & Pindari scholiastæ. Pindarus Ὀλυμπ. ᾠδ. IX.

καὶ ψυχρᾶν ὁπότ' εὐδια-
νὸν, φαρμακὸν αὐρᾶν.
Πελλάνα φέρε.

Docet autem Aristophanis scholiastes ἐν τοῖς Ἡραίοις Pellenensium festo eas proponi solitas.

ἣν ἀπὸ συσ.) Huius casus notissimus est. Vide libro primo.

τῷ τε ἐν Ἐφέσῳ) Xenophô ἀναβάσ. ε. Καὶ ἐν Ἐφέσῳ δὲ παρὰ τὸν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος νεὼν Σελινοῦς ποταμὸς παραρρεῖ.

ὅ φησιν ἐπίκουρος) Verba Xenophontis ἀναβάσ. ε. Ξενοφῶν δὲ λαβὼν χωρίον ὠνεῖται τῇ θεῷ ὅπου ἀνεῖλεν ὁ θεός· ἔτυχε δὲ διαρρέων διὰ τοῦ χωρίου ποταμὸς Σελινοῦς. sic scribit, non Σελινοῦς: sic tamen & Pausan.

περὶ τοῖς Ὑβλαίοις) in Sicilia, vide lib. VI.

βέρεθρ' ἱερὸν) Malim ἱερὰν τὴν βύραν.

¶Pag.267. Στοινίαν Ῥωμαίων) Lego cum vetere interprete, Στοινία Ῥωμαίων ἐστίν.

πασῶν δυσμ.) τῶν Ἀχαϊκῶν videlicet.

ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα) Aliter Pausanias sensit, qui Iones hoc illi nomen dedisse ait vel à muliere Dyma, vel à viro Dymante.

ἐκαλεῖτο στρατὸς) Sic legit etiam Eustathius. At Pausania

A sanias Πάλειαν prius fuisse Dymen appellatam narrat, & profert carmen hoc,

——ὁ δ' Ἀχαιὸς
Πατρίδα Πάλειαν δῆν' ὀνομαστήραν.

ὁ Λάρισος) Sic Paus.

οἱ μὲν Σκόλλιν) Vide supra in Eliacis.

τοὺς δ' ἄλλους) Dio lib. XXXVI. hac de re, καὶ ὅπως μηδ' αὖθίς ποτε ἐς ἀνάγκην πονηρῶν ἔργων ὑπὸ πενίας ἀφικόντες, καὶ χώρας σφίσιν ὅσας ἐρήμους ἑώρα, καὶ πόλεις ὅσαι ἐπικουρίας ἐδέοντο

B ἐδίδου. Appiani autem verba erunt pro commentario. Piratas ait, ἐς Μαλλὸν, καὶ Ἄδανα, καὶ Ἐπιφάνειαν εἴ τι ἄλλο πόλισμα ἔρημον ἢ ὀλιγάνθρωπον ἦν τῆσδε τῆς τραχείας Κιλικίας, συνῴκιζε. τοὺς δέ τινας αὐτῶν καὶ ἐς Δύμην τῆς Ἀχαΐας ἐξέπεμπε.

Η δὲ Φάρα) Longe aliter sentit Steph. apud quem plurali numero Pharæ vocantur quæ sunt in Achaia, & eius incolæ, non vt habet Strabo φαρεῖς. sed φαραιεῖς. Messeniacarum autem φαρῶν, ἐθνικὸν esse ait φαραίτης.

στάδιοι χίλιοι) E loco quodam superiore puto addendű

C huic summæ XX. quæ tamen potuerűt à Strab. omitti.

παλαιότατα) Arcadia tota antiquitatis laudem sibi vindicabat. Ideo vocari sunt olim προσέληνοι, vt vel ex Ouidio notum. At Æschyli scholiastes aliam eius appellationis rationem affert ad hoc carmen in Prometheo, ἐρῶν ἱμαυτὸν οὐδὲ προσειληφμένον.

Ἀζᾶνες) Azanum Arcadum Eurip. meminit & alij multi. Lege Pausa.

καὶ Παρράσιοι) à Parrasio Arcadiæ monte cuius Callim. meminit. Vide Pausa.

D Μεγαλόπολιν) Huius vrbis περίβολος fuit stadiorum quinquaginta. autor Polyb. Megalopolis autem ἅλωσιν & ruinam refert Polybius libro secundo.

Ἐπαμινώνδας) Vide Diodorum Siculum, Probum & alios.

τῆς Ἐλαίας) Omnino legendum est Ἀλαίας vt habet Herodotus. Apud quem scribitur & Ἀλέη. vt habet Pausanias.

¶Pag.268. τὸν ἐκδιδόντα) Erasinum hunc intelligebat Diodorus lib. XV. eű scribebat. ὅτι περὶ τὸ συμφορον (Stymphalum intelligit, & ita leg.) εἰς τὸ χάσμα καταδυόμενος,

E ἐπὶ διακοσίους σταδίους φέρεται κεκρυμμένος κατὰ γῆς καὶ κατὰ τὴν περὶ Ἀργείων πόλιν ἐξέιση.

εἴρηται) libro sexto, & supra hoc eodem.

Ζέρεθρα) Hesychius, ζέρεθρα, βάραθρα κοῖλοι τόποι. Notant autem Grammatici vocem esse Macedonicam.

Συμφαλίδος) Sic legendum non Στυμφαλίαν.

ὁ Λάδων) Idem dixit libro primo. Diodorus libro XV. ὅτι γὰρ περὶ Φενεὸν ποταμὸς εἰς τὴν γῆν καταδυόμενος ἐν τοῖς σηραγγώδεσι χάσμασιν ἀφανίζεται, τὰ κατὰ γῆς αὐτῶν αὐτὸν ἀναδιχο-

F μένων. De Ladone multa Pausan.

τὸν Ἀνίαν) Apud Paus. fluuius, qui per Pheneatarum agrum fluit, vocatur Ὄλβιος vel Ἀροάνιος. Athenæus vero libro octauo Aorum non Aroanium vocat, aitque ῥεῖν διὰ Φενεοῦ.

ἰθμοὺς) prior interpres foramina vertit, ad sententiá potius attendens, quam dictionis analogiam. Xylander vocem græcam retinuit. Sed quid obsecro vocat isthmos? aut qua ratione, isthmi poterunt idem esse cű barathris? Hoc profectò tam est alienum à vocis ἰσθμὸς

G significatione, vt nihil queat magis. Sed vox sanè est corrupta, & ἰσμοὺς legendum, non ἰσθμούς. ἰζεῖν terra dicitur, quando sidit fitque labes. Inde ἰσμὸς, labes terræ. quam vocem etsi alibi non memini reperisse, tamen asserere non dubito, cum pulchrè ei sua constet analogia: Nam vt à ἵζω fit δίσμα & δισμὸς, sic ab ἰζῶ fit ἴσμα & ἰσμός. ac voce quidem ἴσμα vtitur Lycophron. Diodorus χάσμα vocat, quod his ἰσμὸς vocatur. Libri scripti habet ἰσθμούς. quod etiam est corruptum.

Στυγὸς ὕδωρ) Vide Pausaniam, & poetarum interpretes. Plinius libro II. cap. CIII. Iuxta Nonacrin Arcadiæ Styx nec odore differens, nec colore, epota illico necat. Antigonus ex Theophrasto refert Aquam quæ Stygis appellatur εἶναι ἐν Φενεῷ, στάζειν δ' ἔκ τινος πετρίδος. eos autem qui

velint ὑδροδοκας, spongias lignis aptare, & ita aquam accipere. quæ quidem nullis vasibus præter quàm è cornu queat contineri. mori verò quisquis eā gustauerit. Legēdum autem apud Antigon. ἐν Φενεῷ vt emēdauimus, non vt vulgò ἐν Φοινίκῃ.

ὁρκον θεῶν ἱερόν) Styx magnum Deorum iuramentum vt docet Hesiodus in Theog.

Αὐτὴν μὲν γὰρ ἔθηκε θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὅρκον.

vtitur Iupiter eo iuramento apud Homerum, Virgil. & alios poetas.

Κορίνθου μὲν) Corinthom obtinuit post Heraclidarū καθοδον Alates: Ideo Corinthios vocat Pindarus παῖδας Ἀλάτα. Vide Pausaniam, qui & Phaleem & Oxylum, & Cresphontē, atque Eurysthenē Proclémq; & Temenū

A locorum quos ait Strabo οἰκιστὰς fuisse commemorat.

Ἄργους δὲ Τήμενος) Libro x. Cissum ait, qui fuit Temeni filius.

καὶ τὴν τὴν) Emendabo hunc locum, si quando meliorum codicum mihi fuerit copia. Verba quidem constat esse corruptissima. Ad sententiam quod attinet, quum Deiphontæ fiat mentio videtur notasse Strabo cuius loci fuerit ille οἰκιστής. Docet autem Pausanias Deiphontem post reditum Heraclidarum à Pityro rege Epidauri, eius ditionem ἀμαχεὶ traditam accepis-

B se, eamque cum Argiuis possedisse. In plerisque veteribus codicibus deerant quæ in nostra editione notis sunt inclusa, & fieri potest vt sint non Strabonis.

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS

ET CASTIGATIONES IN LIBRVM IX.

GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

ΠΕΡΙΟΔΕΥΚΟΣΙΣ) Hæc est istius libri cum præcedenti connexio: facillima illa quidem si quis eorum meminerit quæ initio proximi libri de Græc. ç diuisione in varias peninsulas docuit. quæ nihil attinet referre: vide locum & cum isto compara.

δ᾽ αὐτὸς) Cuius isthmus est interuallum à Nisæa ad Pagas.

ποιεῖ) huius isthmum linea efficit, quæ fingitur ducta ab intimo sinu Crissæo ad Thermopylas.

ὥστε τὸν Κρομμ.) Desunt hic quædam. Crommyonem autem κώμην esse τῆς Κορινθίας πρότερον δὲ τῆς Μεγαρίδος dictum est libro proximo vbi Κρομμυῶν semper, non Κρομμ.

τεμνομένων δ᾽ αὖ) Explicat his verbis τὴν ἐπιστροφὴν eius lineę quæ ducta sit à Sunio ad Cerauníos montes: sed ita totus locus est affectus, vt eius in integrum restitutio, non ab alio qoàm eo qui fuerit optime a veteribus membranis instructus vel speranda sit, vel flagitanda.

ἀλλ᾽ ὀλίγῳ ἔλαττον) Lego ὀλίγῳ μικρόν. Et ita profectò res habet.

διέχει γὰρ) Distat Piræeus ab isthmo xxs. millia pass. autore Plinio.

ὅθεν εἴπομεν) Vbi? Non enim eo loco vbi diuisit Græciā in peninsulas. Nam ibi longè aliter describebatur linea isthmum huius tertiæ peninsulæ efficiens. Sanè si hoc supra dictum fuit, locus hodie desideratur.

ὑπὸ τοῖς ὄρεσιν) Acten vocatam fuisse ait angustam regionem secundum mare & radices montium porrectam. quod confirmant grammatici, qui ἀκτὴν vocari volunt non quodcunque litus, sed quod sit κυματῶδες, ἀπὸ τοῦ ἄγνυσθαι τὰ κύματα quod ibi frangant se vndæ: vnde & ῥηγμῖνας solet poeta eiusmodi loca vocare.

¶PAG. 270. Μετὰ δὲ Κρομμυῶνα) Legendum δὲ. & ὑπέρκεινται τῆς Ἀττικῆς, non accipiendum vt fecere interpretes, sed perinde ac si ita scripsisset ὑπέρκεινται αἱ Σκ. π. ὡς τῆς Ἀττικῆς. quum Crommyon sit τῆς Κορινθιακῆς.

τὰ περὶ τὸ Σκίρωνος) Hic quoscunque poterat corripere, dabat de saxo præcipites πρὸς τὴν χελώνην. V. de Diodorum lib. IIII. & Pausaniam in fine Corinthiacorum.

καὶ τὰ Πιτυοκάμπτου) Dissentit ab aliis qui Sinen πιτυο-κάμπτην non saxa Scironia obsedisse, sed ipsum isthmum scribunt.

τὸν ἄρχοντα) Vide libro primo.

ἄκρα προκειται Μινώα) Thucydides (à quo non dissentit Stephanus) insulam appellat libro tertio, & ponte iunctam fuisse continenti ait. ἐστράτευσαν, inquit, ἐπὶ Μινώαν τὴν νῆσον ἣ κεῖται πρὸ Μεγάρων. ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ πύργον ἐνοικοδομήσαντες οἱ Μεγαρεῖς φρουρίῳ: Paullò post, κατὰ γέφυραν διὰ τενάγους ὁδὸς ἦν ἐπὶ ταύτην τῆς νήσου οὐ πολὺ διεχούσης τῆς ἠπεί-

C ρου. Pausanias hanc insulam intelligebat cum scribit, Παρήκει δὲ κατὰ τὴν Νισαίαν νῆσος οὐ μεγάλη. Μίνως ἐνταῦθα ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Νῖσον ναῦς ἐφώρμει τὸ ναυτικὸν τῶν Κρητῶν.

ἡ δὲ Νισαία) Sic Pausanias qui diserte testatur nauale Megarorum sua etiam ætate Nisæam fuisse appellatum Ptolem. confundit, Μετὰ τὸν ἰσθμὸν, inquit, Νισαία, ἡ καὶ Μίνῳα χερσόνησος. fuere autem μακρὰ τείχη quæ Nisæam Megaris coniungerent, simillimè, vt Piræeus iungebatur Athenis. autor Thucydides libro primo.

Ἀθηναίους νομίζων) Fortasse ὀνομάζων.

D συνῴκισεν) Factum id à Theseo. Plutarchus in vita.

ὅτι δὲ τὴν Ἀτθίδα συγγρ.) Eodem argumento vtitur Pausanias quoque vt probet τὴν Μεγαρίδα pertinuisse aliquādo ad Athenienses Μαρτύρια δὲ μοι τὰ φ... τὸ Πανδίονος ἐν τῇ γῇ καὶ Νίσος, Αἰγεὺς μὲν πρεσβύτατος παντὸς γένους ... Ἀθηνῶν ἀρχὴν, αὐτὸς δὲ Μεγάρων καὶ τῆς ἄχρι Κορινθίων βασιλεύειν ἠξιώθη. Νίσαιά τε ἐπ᾽ καὶ νῦν Μεγαρεῦσιν ἐπίνειον ἀπ᾽ αὐτοῦ καλεῖται.

Ἀνδρων δὲ) Est opinor quem Pausanias Androtionē vocat: eius Ἀτθίδα laudans. Nam & Philochorus quem

E citat, Ἀτθίδα scripserat.

ὅτι ὁ πατὴρ μὲν) Videtur Strabo hos Sophoclis versus ita referre, vt quædam verba interat. quod multis locis facit: Sophocles verò ita eos scripserat.

Πατὴρ δ᾽ ἀπειλεῖ μοι ὃς ἀκτὴν ἐμοὶ
πρεσβεῖα νείμας τῆσδε γῆς. Τῷ δ᾽ αὖ Λύκῳ
Τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας νέμει.
Νίσῳ δὲ τὴν ὅμορον ἐξαιρεῖ χθόνα
Σκίρωνος ἀκτῆς· Τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς νότον
ὁ σκληρὸς οὗτος καὶ γίγαντας ἐκτρέφων.

Εἴληχε Πάλλας. Lego autē ἀντίπλευρον pro ἀντίπαλον, secutus iudicium summi viri Iosephi Scaligeri.

¶PAG. 271. Μίλαντος) Hunc regno Atheniensium esse potitum refert etiam Pausanias: sed obiter tantum.

ἐν τῷ

ἐν τῇ Ἀτθίδι. At in Corinthiacis spoliatum à Melantho fuisse regno Thymœten Oxyntæ filium. Μέλανθος δὲ καὶ τὴν βασιλείαν ἔσχεν, ἀφελόμενος Θυμοίτην τὸν Ὀξύντου. Θυμοίτης γὰρ Θησειδῶν ἔσχατος ἐβασίλευσεν Ἀθηναίων. Est & apud Athen. libro quarto de Melantho & Thymœte mentio.

¶PAG. 271. νικήσας ἐκ μ.) Dissentit Pausanias Βοιωτικοῖς. Τούτῳ δὲ ἦν τοῦ Δαμασίχθονος Πτολεμαῖος, τοῦ δὲ Ξάνθος ὃν Ἀνδρόπομπος μονομαχήσαντά οἱ, δόλῳ καὶ οὐ σὺν τῷ δικαίῳ κτείνει. Fuit autem Andropompus hic, à quo occisum ait fuisse Xanthum regem Bœotorum Melanthi pater.

ἱδρῦσθαι) Planè eadem refert Pausanias ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς. Κόδρου ait, ὕστερον βασιλεύοντος στρατεύσαντες ἐπ' Ἀθήνας Πελοποννήσιοι, καὶ ὡς οὐδὲν ἀποδειξάμενοι λαμπρὸν ἐκομίζοντο ὀπίσω, Μέγαρα Ἀθηναίων ἑλόντες, Κορινθίων καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων τοῖς ἐθέλουσιν ἔδωκαν οἰκῆσαι.

ἔκτισαν τὰ Μ.) In hoc tātum dissentit Pausanias, quod iam fuisse condita Megara tunc autem à Pelopónn. occupata scribit.

Δωριέας αὐτὴ) Subdit Pausan. Μεγαρεῖς μὲν οὕτως ἔθη καὶ φωνὴν μεταβαλόντες, Δωριεῖς γεγόνασι,

προσαγορευθείντων Μεγαρ.) Laertius in Euclide, οἱ ἀπ' αὐτοῦ Μεγαρικοὶ προσηγορεύοντο & secta eorum Μεγαρικὴ apud eundem in procemio.

φαίδωνα μὲν) Vide Laertium in Phædone, & Menedemo.

ὀπίσω ὄρη) Thucydides libro quarto, τὸ ὄνειον ὄρος numero singulari extulit. Vide libro priore.

συνάπτοντος πρὸς) Ergo Atticam contingit Salamin? Minimè verò: sed συνάπτειν hîc τὸ συνεγγὺς significat, nō τὸ ψαύειν: quod ab ipso Strabone notatum est libro primo.

καὶ γὰρ Σκιρὰς) Annotat Eustathius in Dionysium: sed ex hoc ipso loco.

Ἀθηνᾶ τε λεγ.) Scholiastes Aristoph. Σκιρρὰς Ἀθηνᾶ τιμῶσιν Ἀθηναῖοι, ἣν Φιλόχορος μὲν ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος ἀπὸ Σκίρου τινὸς ἱδρυθῆναι, Πρ. ξινον δὲ ἐν δευτέρῳ Μεγαρικῶν ἀπὸ Σκίρωνος τοῦ συνοικίσαντος Σαλαμῖνα. Σκιρὰς δὲ Ἀθηνᾶ Θησεὺς ἐποίησεν ὅτε ἐπανῆκε ἀποκτείνας τὸν Μινώταυρον. Meminere præterea Pausanias Hesychius aliique Grāmat.

τόπος Σκίρα) Stephanus aliique Σκίρον vocant.

ἐπὶ Σκίροις ἱερο.) Scira, & Scirophoria numero plurali vocabant Athenienses ἑορτήν quandam, de qua consule Gramm. Hanc autem intelligit Strabo. Suspicor autem in Strabone leg. καὶ ἐπὶ Σκίροις.

καὶ Κυχρείδης ὄφις) Stephanus serpentem hunc qui Salaminem vastabat, non à Cychræo fuisse alium, sed ipsum Cychræum fuisse Ὄφιν propter morum asperitatem dictum. Diuersissima verò sunt, quæ Euphorion, Apollodorus, aliique scripserunt, hunc serpentem, ab ipso Cychreo fuisse occisum. Diodorus Cenchreum vocat, & Apollod. assentitur.

ὑπὸ Εὐρύλου) Apud Stephanum & Eustathium scriptum est Εὐρυλόχου.

συναπέλαυσαι) Vide Herodotum.

Βώκαρος) Lycophron de Teucro Salamine pulso à Telamone,

——— ἠλαστρημένος
Κυχρεῖος ἄντρων, Βωκάρου τε ναμάτων

ὑπὸ Σόλωνα) Solonem non Pisistratum aiunt id fecisse quotquot hodie extant qui factum hoc narrant: sunt autem hi, Plutarchus in Solone, Quintilianus lib. XII. Diog. Laertius in Solone, & Demosthenis commentator εἰς τὸν περὶ παραπρεσβ.

¶PAG. 272. οἱ κριτικοὶ) Criticos ait Eustathius hunc locum proferens, vocabant τοὺς κατὰ τὴν γραμματικὴν παρὰ τὸ εἰδότας κρίνειν τὰ ποιήματα.

ἐκ τε πολίχνης) Eustathius hæc verba non videtur agnoscere. Sed scripserat fortasse Strabo, Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν, νίας, ἐκ τε Πολίχνης Ἐκ τ' Αἰγειρ.. Idē legit Τετράπολις τε. Stephanus vtroque numero extulit Τετράπολις inquit & Τριποδίσκοι, κώμη τῆς Μεγαρίδος. Λέγεται καὶ Τριποδίσκη.

A τὴν ἱερείαν) Athenæus tale quid refert libro nono, scribens, νόμον εἶναι τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρειαν μὴ ἅπτεσθαι ἀρτύματος, οὐδὲ τυροῦ γάλακτος.

ἐλθεῖν τ.) Dicta est Eleusin ab ἐλεύθω quod est venio, & Ceres Eleusinia quasi dicas aduentitia, vel quæ aliunde aduenerit: Nam hac appellatione fatebantur Athenienses, fruges non apud se natas: licet earum vsum primi hominum fuissent edocti. Diodorus Siculus libro quinto, de Atheniensibus τὸν γὰρ σῖτον τὸν ἐξ ἀρχῆς

B δεξάμενον τὴν δωρεὰν ταύτην ἐλθεῖν τε προσαγορεῦσαι ἀπὸ τοῦ παρ' ἑτέρων ἐλθεῖν τοῦ σπέρματος κομισθέντος. Vide Aristidis Eleusinium λόγον. Alij ab Eleusine Heroe appellatam volunt: de quo quærit Pausanias.

μυστικὸς σηκὸς) Notum est de mysteriis Cereris Eleusiniæ: Σηκὸς, autem est ὁ ἐνδότερος τόπος τοῦ να.., adytum.

ὅς καὶ τὸν Παρθενῶνα) Pausanias Arcad. Ἰκτῖνος ἀρχιτέκτων τοῦ ἐν Φιγαλίᾳ ναοῦ γεγονὼς τῇ ἡλικίᾳ κατὰ Περικλέα, καὶ Ἀθηναίοις τὸν Παρθενῶνα κατασκευάσας.

Θριάσιον πεδ.) Vide Stephanum.

C αἱ Φαρμακοῦσαι) Harū rara apud veteres mentio. Vide Stephan.

Κορυδαλὸς) Apud Stephanum duplici λλ Κορυδαλλὸς, sed frequentius vno λ scribitur.

λήμην τοῦ Πειραιῶς) Hoc dictum ego non concoquo: opinor nec alius. Ait paruam hanc & petrosam insulam Psyttaliam, vocatam à nonnullis fuisse Piræei portum? Quare obsecro? Non enim profectò quia ἔρημος, nec quia propinqua Piræeo. Denique verte te modo & facies nego causam vllam

D probabilem posse reperiri huius dicti. Quare si me audis leges non λιμένα, sed λήμην: tum erit elegantissimè dictum petrosam hanc & desertam insulam λήμην esse τοῦ Πειραιῶς, hoc est tantum officere commodissimo alioquin portui, quantum glama oculo nocet. Notum est illud Periclis ab Aristotele relatum, Περικλῆς τὴν Αἴγιναν ἀφαιρεῖν ἐκέλευσε, τὴν λήμην τοῦ Πειραιῶς. Refert & Plutarchus in Pericle. Athenæus verò libro tertio Demadi oratori hoc tribuit. Ergo vt Æginam vocabant lemam seu glamam Piræei, ita Psyttaliam à nonnullis

E sic fuisse vocitatam ait Geographus: fortassean parum memor dictum id fuisse de Ægina non de Psyttalia: quanquam vtrique posse conuenire certum est: diuersa tamen ratione. Piræeo namque eo nocuit Ægina, quod & ipsa emporium haberet ac portum commodum: vt multi ad Piræeum appellere parum curarent: Psyttalia verò, quod cum esset ad eam non satis tutus appulsus, tamen ita erat Piræeo opposita, vt facile vi ventorum naues portum Atheniensium petentes, eo deferrentur, sicque periculum nautis crearetur. Por-

F rò autem, esse Psyttaliam periculosam si quis portum capere velit, credamus Æschylo qui sic eam describit, Persis,

> Νῆσός τις ἐστὶ πρόσθε Σαλαμῖνος τόπων,
> Βαιά, δύσορμος ναυσίν, ἣν ὁ φιλόχορος
> Πὰν ἐμβατεύει ποντίας ἀκτῆς ἔπι.

ad quem locum annotat scholiastes, ideo Pani sacram hāc insulam dici, quod esset ἔρημος: abesse a u em Salamine stadia centum & viginti.

G καὶ ἡ Ἀταλάντη) Huius Stephanus meminit: alterius quæ est inter Eubœā & Locridem, Thucydides Diodorus, Pausanias: vide infra.

καὶ ἄλλο νησίον) An est ea insula quam vocari ait Pausan. Πατρόκλου νῆσον? fuit enim illa quoque vt & Psyttalia, ἔρημος & parua.

ἐν τοῖς δήμοις) Pausanias, Ὁ δὲ Πειραιεὺς δῆμος μὲν ἦν ἐκ παλαιοῦ· πρότερον δὲ πρὶν ἢ Θεμιστοκλῆς Ἀθηναίοις ἦρξεν, ἐπίνειον οὐκ ἦν, Φάληρον δέ.

καὶ τοὺς λιμένας) Piræeus enim tres habebat portus αὐτοφυεῖς inquit Thucydides, & κλειστοὺς ait Hesychius Ζέα.

¶PAG. 273. τετταράκοντα σταδ.) Plinius ait v. mill. pass. quæ efficiunt stadia quadraginta. Thucydides libro secundo, Τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων

Λαμπτρεῖς vt apud Suid. vel Λαμπτραὶ vt apud Harpocrationem.

Αἰζωνεῖς) Scribo Αἰξωνεῖς: Nam δῆμος Αἰξωνία testibus Hesychio, Harpocratione, & Suida.

Ζωστήρ) Meminit Herodotus libro octauo. Astypalææ, Stephanus.

¶Pag. 275. Κωλιάδος ἄκρα.) Vide apud Herodotum libro octauo.

Βιλβίνα) Ea est quam libro priore commemorauit, dixitque ἀναπεπταμένην πρὸς τὸ πέλαγος, hoc est in alto esse sitam.

δῆμος Σούνιον) Stephanus, Σούνιον δῆμος Λεοντίδος φυλῆς.

εἶτα Θορικός) Stephanus, Θορικὸς δῆμος τῆς Ακαμαντίδος φυλῆς.

εἶτα ποταμός) Harpocration, Ποταμός, δῆμος τῆς Λεοντίδος· οὗ δημόται ποτάμιοι.

εἶτα Πρασιαί) Stephanus numero plurali Prasias vocat δῆμον tribus Pandionidis.

Στειρία) Stephanus Στειρία δῆμος Αττικὸς Πανδιονίδος φυλῆς θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως. Sic & Hesych. Στειριεῖς. Quare legendum Στειρία.

. . . . εἶτα) Nullus in toto Strabone locus est, qui tantum debeat eruditissimo viro Xylandro, atque hic: tanta est felicitate ab illo restitutus: qui nō ægrotabat. sed iam pridē perierat. Lege ergo vt vult Xylāder περὶ καὶ Αλαὶ αἱ Αραφηνίδες εἶτα τὸ &c. Diximus paullò antè Αλὰς in agro Attico duas fuisse Æxonidas & Araphenidas: de illis iam dixerat. nunc Araphenidas recenset. Nam etsi Euripides in Iphig. Taurica extrema Αλὰς tantum nominat, tamen Araphenidas intelligi nimis certum est ex Callimachi hymno in Dianam,

> ἢ ἵνα δαῖμον Αλὰς Αραφηνίδας οἰκήσουσα
> ἦλθες ἀπὸ Σκυθίης ἀπὸ δ' εἴπαο θέσμια ταύρων.

Vide Stephanum. Ascribam & verba Euripidis quæ erunt instar commentarij. Alloquitur autem Minerua Orestem,

> ὅταν δ' Αθήνας ταῖς θεοδμήτοις μόλῃς,
> χῶρός τις ἔστιν Ατθίδος πρὸς ἐσχάτοις
> ὅροισι, γείτων δειράδος Καρυστίας,
> ἱερός, Αλάς νιν οὑμὸς ὀνομάζει λεώς,
> ἐνταῦθα τεύξας ναὸν ἵδρυσαι βρέτας,
> ἐπώνυμον γῆς Ταυρικῆς πόνων τε σῶν.

ὅτε Μιλτιάδης) Res fusè narratur ab Herodoto Erat. fine lib. VI. Plutarcho, non vno loco, & Iustino.

διὰ τὸν παροιμίαν) Lucianus περὶ Αστρολογίας postquam dixit Lycurgum ordinasse Remp. Laced. secūdum cœlestes rationes, καὶ νόμον, inquit, ἔθετο μηδαμὰ μηδ' ἐς πόλεμον προχωρέειν, πρὶν ἢ σελήνην γίνεσθαι πλείην. Deinde addit legis rationem. Nam quum omnia à Luna gubernentur, non esse parem eius vim, crescentis & ἀφανιζομένης. Meminêre plures huius legis.

τὸ Μαραθώνιον) Vide Plutarchum in Theseo.

εἶτα Ψαφίς) Psaphin hanc non reperio: non ideo tamen quicquam censuerim mutandum. Veruntamen fuit cum putarem legendum εἶτα Ψαφὶς ἡ τῶν. qua voce alibi vtitur.

τὸ Αμφιαράειον) Fuit eo loco oraculum τῷ ἐγκοιμωμένῳ teste Tertull. Abest autem ab Oropo stadia XII. templum Amphiarai. vide Paus. ex quo apparet, multis locis fuisse Amphiarai absorptionem siue haustum ascriptum.

αὐτοῖσιν ἵπποις) Similiter Pindarus de eodem κρύψε δ' ἅμ' ἵπποις.

ἐν Αμφιοῤῥαείῳ) Vide Pausaniam.

ἐν μεθορίῳ) in confinio ait Plinius, Bœotiæ.

Θορικοῦ) Quod scriptum erat Θορ. κ, nemo est tam simplex ne dicam imperitus, quin videat esse legendum Θορικοῦ. Id ex superioribus Strabonis verbis vel cæco manifestum est.

νῆσος Ελένη) Euripides Helena

> φρουρὰ παρ' ἀκτὴν τεταγμένη, νῆσον λέγω
> Ελένη τὸ λοιπὸν ἐν βροτοῖς κεκλήσεται,
> ἐπεὶ κλοπαίας σὰς ἐκ δόμων ἐδέξατο.

Pausanias

A Pausanias quoque in Atticis Helenam insulam commemorat, sed ita dictam, quod ad eam appulerit Helena post ἅλωσιν.

ταύτην γὰρ λέγει Κρανάην) Pausanias aliter sentit in Laconicis Cranaam commemorans ante Gythium Lacedæmoniorum nauale sitam: sed Straboni assentitur scholiastes poetæ antiquus, qui Cranaen olim à Cranao fuisse vocatam (vt de Attica notauit Strabo) existimat. Lycophron quoque, in Attica vult Parin primum

B Helenæ notitiam habuisse.

λαχνὴν ἀκτὴν) Ptolemæus videtur χαλκὴν ἀκτὴν appellare.

τὰ δ' ὄρη) Plinius, *Montes Atticæ Brilessus, Aegialeus, Icarius, Hymettus, Lycabettus.* Vide Pauſ.

Ὑμηττός) Hymettus ait Stephan. mons est Atticæ ἔστι que τὸ υ huius vocis βραχὺ καὶ μακρόν. Latini poetæ fere corripiunt.

Βριλησσός) Brilessi & Parnethis coniunctim meminit Thucydid. lib. II.

C Λυκαβηττός) Apud Aristophanem eiúsq; scholiasten, & Suidam, vnico τ scriptum est Λυκαβητός. Alteram tamen lectionem similium vocum analogia confirmat.

Πάρνης) Stephanus, Πάρνης Πάρνηθος, ὄρος τῆς Αττικῆς καὶ ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς. Pauſ. in hoc monte ait esse θήρας συῶν ἀγρίων καὶ ἄρκτων.

τῆς τε Ὑμηττίας) Marmoris Hymettei Plinius meminit lib. XXXVI. cap. III. & V.

τῆς Πεντελικῆς) Pausanias in monte Penthelico ait esse λιθοτομίας, idémque lapidis Penthelici sæpe me-

D minit.

καὶ μέλι ἄριστον) Pausanias, καὶ Ὑμηττὸς φύει νομὰς μελίτταις ἐπιτηδειοτάτας πλὴν τῆς Αλιζώνων. Sed mellis Hymettij quis veterum non meminit? Vnius Dioscoridis verba apponam. Μέλι, inquit, πρωτεύει τὸ ἀττικόν· καὶ τούτου τὸ ὑμήττιον καλούμενον.

τὰ δ' ἀργύρεια) Locus vbi fuere argenti minæ vocabatur Laurium: Thucyd. lib. II. παρῆλθον ἐς τὴν πάραλον γῆν καλουμένην μέχρι Λαυρίου ὅπου τὰ ἀργύρεια μέταλλα ἐστὶν Αθηναίοις, & lib. VI. commemorat Alcibiades τὰς τε Λαυρίου

E τῶν ἀργυρείων μετάλλων προσόδους. Defecisse autem Laurei argenti minas apparet ex Pausania. Fuisse etiam in Thorico annotat scholiastes Æschyli. apud quem θαυρίῳ perperam pro Λαυρίῳ editum est.

ἦν ἀξιόλογα) Confirmat Æschylus in Persis, qui apud Athenienses esse ait ἀργύρου πηγή τις αὐτοῖς θησαυρὸς χθονός. Herodotus quoque Polymnia testatur potuisse Athenienses è Laurij metallis, accipere ὀρχηδὸν ἕκαστον δέκα δραχμάς. vide eiusdem extremam Vraniam.

νῦν δ' ἐκλείπει) Vide ad librum tertium. & Gramma-

F ticos Græcos de illo veteri Atheniensium dicterio, οἱ δ' ὡν χρυσοχοεῖν.

ἀκάπνιστον) Acapni mellis meminit Plinius lib. XI. cap. XVI.

ἐκ τῶν Σημαχιδῶν) Malim Σημαχιδῶν, vel Σημαχιδῶν. Nam Σημαχίδαι vocatur, δῆμος τῆς Κεκροπίδος. Stephanus.

καὶ ἡ γέφυρα) Pontem intelligit quo ibant Athenienses Eleusinem. Hūc pontem extruxit, vel refecit Xenocles, vt ex Simonidis epigrammate apparet,

G
> ὦ ἴτε Δηοῦς πρὸς ἀνάκτορον ὦ ἴτε μύσται
> μηδ' ὕδατος προχοὰς δείδιτε χειμερίας.
> τοῖον Ξεινοκλῆς γὰρ ὁ Λίνδιος ἀσφαλὲς ὔμμιν.
> ζεῦγμα διὰ πλατέος τοῦδ' ἔβαλεν ποταμοῦ.

οἱ γεφυρισμοί) Hoc est ait Xylander *pontani*. quod per est ridiculum, & contra omnem analogiam. At eruditi sciunt in sacris Cereris more receptum fuisse (qui mos ab Iambe manauit teste Apollodoro) vt mulieres obuios quosque conuitiis & probris peterent. quod à loco vbi id fere fiebat, γεφυρίζειν græci vocarūt, simillimè vt Latini veteres *Cannari* dixere pro χαριεντίζεσθαι. vide Festum. Inde igitur γεφυρισταὶ sunt dicti homines βωμολόχοι, Hesychius, Γεφυρισταί, οἱ σκῶπται, ἐπεὶ ἐν Ελευσῖνι ἐπὶ τῆς γεφύρας τοῖς μυστηρίοις καθεζόμενοι ἔσκωπτον τοὺς παριόντας. Vtūtur ea voce multis locis, Plutarchus, Appianus,

pianus, alij. Porrò ἀπὸ τοῦ χαφυείζειν dicitur χαφυεισμός, vt ab αἰκίζω, αἰκισμός, & id genus texcēta. Apud quosdam Grammaticos, χαφυειάζειν scribitur & χαφυειασμός.

ὁ Ἰλισσὸς) Apud alios scribitur Εἰλισσός. In Stephano lege, Ἰλισσός, ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς non πόλις, vt ineptè hodie legitur. Confer cum Pausania, & mihi assentieris.

ὑπὲρ τῆς Ἄγρας) Pausanias, Διαβᾶσι δὲ τὸν Εἰλισσὸν, χωρίον Ἄγραι καλούμενον, καὶ ναὸς Ἀγροτέρας ἐστὶν Ἀρτέμιδος.

ὡς ὑμνηκεν) Platonis verba ἦ γε αὖ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῆς πλατάνου ῥεῖ, μάλα ψυχροῦ ὕδατος, ὥς γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι, νυμφῶν τέ τινων καὶ Ἀχελῴου ἱερὸν ἀπὸ τῶν κορῶν τε καὶ ἀγαλμάτων ἔοικεν εἶναι.

¶PAG. 276. Ληψομένη δὲ) Reperit positam superius Græciæ diuisionem. Non enim aliter hic diuidit quàm fecit supra, quum in peninsulas partiebatur. Quod si quis ea quæ iam docuit notauerit, non multum illi erit laborandum, vt hunc locum, quamuis mutilum intelligat. Videtur autem legendum Ἐληψόμεθα δέ.

μικρὸν ἐκκλίνουσαν) Initio libri dixit ἀπόφασιν τὸ Σούνιον πρὸς ἄρκτον εἶναι τὸν πλοῦν ἐκκλίνοντα πρὸς δύσιν.

τὸ δ' ὑπὲρ κείμενα) Regiones sitas inter vtrumque mare: Nam quas supra peninsulas appellabat, nunc ταινίας vocat, vt etiam alibi. ταινίας autem nomine oram ipsam accipe quæ regionem ceu limbus prætexit.

μέχρι τῆς) Non puto deesse hic quicquam: sed legendum esse, μέχρι τῆς περὶ Κρισσαν aut certè τῆς περὶ Κρίσσαν τόπων. Caue autem ita locum accipias vt mare Halcyonium terminari istis finibus existimes. quod longius multò porrigitur.

τὰ δὲ λοιπά) Lego τὰ δὲ λοιπὰ τὴν μέχρι.

τὴν ὡς ἂν) Ex superioribus & ex re ipsa apparet mutila hæc verba de Oniis montibus esse accipienda: Hos montes dicebat supra, esse ῥάχιν quandam ὀρεινὴν μηκυνομένην ἀπὸ τῶν σκειρωνίδων πετρῶν ἐπὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τὸν Κιθαιρῶνα, διείργουσαν τὴν κατὰ Νίσαιαν θάλατταν ἀπὸ τῆς κατὰ Κρίσσαν: quæ posteriora verba, fallor, nisi hic quoque posuerat, hodiéque sunt reponenda.

τῇ ἐπὶ τὸν Σαλ.) Legendum τῇ δ' ἐπὶ quod non animaduertentes interpretes pessimè locum sunt interpretati. Significat Bœoticum littus iuxta Eubœam & eius fretum esse porrectum. ad orientem quidem, ea parte in qua est Aulis, ad occidentem verò ea, in qua est Anthedon, & Salganeus.

τῇ μὲν εἰ) Legō τῇ μὲν γὰρ. Intelligit cornu orientale.

πρόπον τινα) Ex Diodoro Siculo apparet cum Eubœa ab Atheniensibus defecisset, & Thebanis Bœotis se adiunxisset, magnis laboribus effectum esse ab ipsis vt Eubœa reliquis insula, Bœotis continens esset. Id igitur præstiterunt, ait Diodorus, χώσαντες τὸν Εὔριπον inter Chalcidem & Aulidem. vide locum libro XIII. & Liuium lib. XLV.

ἀγωγὴ δὲ καὶ πεδιάσιμος χώρα.) Vetus lectio ἀγωγῇ δ' ἐπιτηδεία.

Ἀονίαν) Stephanus, Ἄονες ἔθνος Βοιωτίας ἀφ' ὧν ἡ Ἀονία. Vide etiam Pausan.

καὶ Τεμμίκων) Lycophron. Ἄρνης παλαιᾶς φῦλα, Τεμμίκων σποροί. & paullò post Ὃν Βουβυλίας κλιτὺς ἡ Τεμμικία.

καὶ Ὕαντων) De quibus vide lib. VII.

Θήβας τῆς Καδμ.) Pausanias Bœoticis, Κάδμος δὲ τὴν πόλιν τὴν καλουμένην ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Καδμείαν ᾤκισεν· αὐξηθείσης δὲ ὕστερον τῆς πόλεως, οὕτω τὴν Καδμείαν ἀκρόπολιν συνέβη τῶν κάτω γενέσθαι Θηβῶν.

Ἀρναίων) qui Arnen Thessalicam tenebant.

¶PAG. 277. μέρος τι τῆς πόλεως Πελασγικὸν) De qua parte datum olim fuit oraculum,

——τὸ Πελασγικὸν ἀργὸν ἄμεινον.

propter quod mansit ea pars vrbis deserta. Thucyd libro secundo. τό, τε Πελασγικὸν καλούμενον τὸ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν, ὃ καὶ ἐπάρατόν τε ἦν μὴ οἰκεῖν. Reperio & πελασγικὸν τεῖχος, hunc locum appellari, vide apud Aristophanis scholiasten, & Eustathium, in Dionysium. Strabo quoque non semel Pelasgos docuit Athenis fuisse, Pelargos appellatos.

Ὑάμπολιν

A Ὑάμπολιν) Dubitat Eustathius vtrum hoc loco Ὑαν πόλιν, an Ὑάμπολιν sit legendum. Ἐν ἄλλοις δὲ φασὶν ὁ γεωγράφος ὅτι Ταύτης τῆς φωνῆς Ὑαν πόλιν ἔκτισαν· ἴσως δὲ καὶ Ὑάμπολις ἡ τοιαύτη ἐν ἑνὶ μέρει λόγου. Apparet legisse Eustathium in suis codicibus Ὑαν πόλιν. Pausanias olim vocatam ait Ὑάντων πόλιν.

συνθήκης χάριν.) Simile est quod à Cicerone narratur in libris de Officiis: & hanc historiam totidem fere verbis refert Diogenianus in parœmia Θετταλικὰ παράφρονες.

B Τριῶν ἐτῶν) Vide sub finem lib. VII.

δυσὶ μάχαις) Ad Leuctra, & ad Mantineam.

περὶ Φωκέας) Bello sacro gesta intelligit, de quo bello consule Diodorum libro XVI. & Æschinem ac Demosthenem, qui in contrariis orationibus multa de eo habent.

ἀπέβαλον τὴν πόλιν) Alexander enim Thebas funditus euertit occisis in ea vrbe nonaginta hominum millibus.

καὶ ἀνέλαβον ἀνακτισθεῖσαν) Cassander Macedonum rex

C anno vigesimo post Thebarum euersionem vrbem reædificauit & quasi de integro condidit. Diodorus Siculus lib. XIX. in Epitome rerum Thebanarum, Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀμφισβητησάντων, Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου κατὰ κράτος ἐκπολιορκήσας κατέσκαψε· εἴκοσι δ' ἔτεσιν ὕστερον Κάσσανδρος φιλοδοξήσαι βουλόμενος, καὶ πείσας τοὺς Βοιωτοὺς ἀνέστησε τὴν πόλιν τοῖς διασωζομένοις τῶν Θηβαίων.

Τανάγρας καὶ Θεσπιῶν) Sic infra de Thespiis loquēs καὶ δὲ μόνη συνέστηκε τῶν Βοιωτικῶν πόλεων καὶ Τάναγρα.

D ¶PAG. 278. τεσσαράκοντα) Epitome habet ξ. hoc est sexaginta.

ὅπου μάχη) Vide Thucydid. lib. IIII. & Diodorum Siculum lib. X. Ei prælio interfuisse Socratem ex Platone refert Athenæus lib. V. sed ita, vt falsum id totum esse ostendat. vide Ælianum.

πεσόντα ἀφ' ἵππου) Laertius in vita Socratis Ξενοφῶντα ἀφ' ἵππου πεσόντα ἐν τῇ κατὰ Δήλιον μάχῃ διέσωσεν ὑπολαβών.

Ταναγραίων) Etiam Pausanias ait & Aulidem & Delium Tanagræorum fuisse.

E ὁ Χαλκίδος) Lego ὁ Καλλιδικός ex Eustathio. Sic libro primo.

πολλάκις μεταβάλλειν) Vide ad lib. I.

Σαλγανεὺς) Apud Ptol. malè legitur Saganeus. De Salganeo, vide lib. I.

ἡ Γραῖα δ' ἐστὶ) Docet Thucydides Græā sitam fuisse in via quæ ducebat ab Oropo Athenas. Verba eius sunt lib. II. παριόντες δὲ τὴν Ὠρωπὸν, τὴν γῆν τὴν Γραϊκὴν καλουμένην, ἣν νέμονται Ὠρώπιοι Ἀθηναίων ὑπήκοοι ἐδῄουν. Sic enim legendum esse etiam ex Stephano apparet qui lo-

F cum describit Ὠρωπός. At hodie pro Γραϊκὴν legitur Πειραϊκὴν, malè.

Ναρκίσσου τοῦ Ἐρ.) Hic est Narcissus de qua multa & poetæ & Pausanias in Bœoticis.

πρὸς δὲ τὴν τ.) In his Pausanias & Lycophronis interpretes.

ποιμανδρίς) Apud Eustathium Ποιμανδρία, ex isto carmine Lycoph. Τὴν ἐς βαθεῖαν λαιμίσας ποιμανδρίαν, vbi scholiastes Ποιμανδρία πόλις Βοιωτίας ἡ καὶ Τάναγρα καλουμένη, ἔνθα ἄριστοι βόες, quæ interpretatio, quàm rectè illi

G poetæ loco conueniat, non est hic quærendi locus. Ex Pausania causam disces, cur eadem vrbs Tanagra, Pœmandria & Græa fuerit appellata.

καλοῦνται δὲ) Sequitur Strabo Hecatæum. vide Steph. Γέφυρα & Herodotum Terpsichore.

ἅρμα τῆς Ταν.) Duo igitur loci fuere Harmata nuncupati, paruo interuallo à se dissiti. Alter in agro Tanagrico: alter in agro Attico ad Phylen Tanagræ vicinā.

ἐπεὶ τὸ δὲ Ἁρμ.) Hoc est ait Eustathius ἐγγύ πη, καὶ διὰ χρόνου ἄδηλα.

τοῦ Ἀμφιαράου) Pausanias Harma Bœoticum nomen inuenisse ait, ἀφανισθέντος ἐνταῦθα Ἀμφιαράῳ τοῦ ἅρματος, καὶ οὐχ ὅπου λέγουσιν οἱ Θηβαῖοι.

διὰ τοῦ Ἀρείονος σωθῆναι) Apollodorus lib. III. Ἄδραστον δὲ μόνον

ἢ μόνην τῆς λίμνης Αρίων.

¶ PAG. 279. ἐν δεξιᾷ κεῖται) Legendum est, ἐν δεξιᾷ κεῖται ἡ Υρία. ἡ μὲν ἢ ταῦτ. Prorsus enim restitui debent voces quæ perperam fuerunt hinc sublatæ: quas etiam prior interpres in suis codicibus reperit, & quod non animaduerteram) sic rectè emendat Xylander.

Ὑρία ἢ τά.) Vide Stephanum Ὑρία & Ὑρία. Illa verba Strabonis Ὑρία τῆς Ταναγραίας νῦν ἐστι, πρότερον ἢ τῆς Θηβαΐδος aut negligenter legit Eustathius, aut aliter in suis codicib reperit. Ὁ ἢ Στράβων, inquit, λέγει ὅτι Ὑρία τῆς Ταναγραίας πρότερον, νῦν ἢ Θηβαΐδος. cæterum ἄποικον legimus non ἄποικοι vt habent libri omnes.

Ὑσιάτας) At Bœoticæ vrbis τὸ ἐθνικὸν est Ὑσιάτης. Steph.

ὁ Κηφισσός) Cephissos enumerat alibi sex Strabo. Hic autem de eo agit qui lacum Copaidem siue Cephissidem ingreditur. De Larymna vide Pausaniã. Suspicor autem deesse hic alterius τῶν δύο πόλεων nomen. Vide paulò post.

ὁμώνυμοι ταῖς Ἀττικαῖς) In isto tractũ fuere & Athenæ quædam, & Eleusin, sed ad lacum Copaidem non ad mare: Pauſ. & Strabo mox.

εἴρηται ἐν τοῖς ἢ) Libro superiore sub finem.

αἱ Ὀρχόμενοι) Sic rectè. Vide initium libri sequentis.

Μεσσάπιον ὄρος) Huius montis meminit Aeschylus Agamemnone, Ἐπεὶ ἢ φρυκτοῦ φῶς ἐπ' Εὐρίπου ῥοὰς Μεσσαπίου φύλαξι σημαίνει μολόν. Vult autem Stephanus montem esse Eubœæ non Bœotię, vt Strabo: At Aeschyli scholiastes inter Eubœam & Bœotiam collocat. Pausanias in huius montis radicib. Anthed. ait esse.

ἀπὸ Μεσσάπου) Messapus (inquit Seruius) *per mare in Italiam venit, ideo Neptuni dictus filius.* Virgilius *At Messapus equum domitor Neptunia proles.* De Messapia lib. vi.

τὸ καλούμενον Γλαύκου) Erat apud Anthedonios locus ad mare qui vocabatur Γλαύκου πήδημα, Glauci saltus, vnde præcipitem se dederat in mare Glaucus. Autor Pausa. Sed totam rem pluribus narrat Lycophronis scholiastes ad hæc poetæ verba de Vlysse in mare deiecto.

> τοῦ δ' αὐτὸς ἀνθηδόνιος μυρίαις
> Αἰγῶν ἀνάκτων Θρήκιος Ἀνθηδόνος
> Ἔσται.

κώμη δ' ἐστὶν Ἐλεῶν ἡ Νῦσα) Vide Stephanum Νῦσαι.

τὰ δ' ἑξῆς) Nunc transit ad mediterranea Bœotię: vbi cum multa occurrerent quæ aliter Strabonis tempore se haberent quàm olim, causam accuratè explicat omnium istiusmodi mutationum: docétque in summa, quî possit fieri vt eadem vrbs aliás ad mare vel lacum vel flumen aliquod sita sit: alias procul ab eodem. Estque hęc tota disputatio egregia, iisque simillima, quę libro primo disputauit.

κατ' ἔδαφος τῆς γῆς) Veteres lib ἔδαφος. & ita multis locis frequentius tamen iidem habent κατ' ἔδαφος.

¶ PAG. 280. δηλοῖ ἢ ταῦτα) Vrbs quæ prius ab aquis procul aberat fit illis propior, si ad ipsam vrbem accesserint aucta aquæ: quod sæpe etiam sine damno vrbis potest contingere. Contra autem aquis ita crescentibus vt periculum videatur imminere vicinæ vrbi, contingit sæpe vt deserta illa vrbe ciues alias sedes ab aquis remotiores quærant: ita tamen vt noua vrbs, prioris nomen retineat: licet interdum prioris illius nominis notatio priori tantum vrbi conueniat, non etiam posteriori. Similis ratio est eorum nominum quæ vt annotãt Grammatici ἀπὸ τῆς παλαιᾶς χρήσεως, etiam post rerum illarum desuetudinem, remansere: cuius generis sunt pauca hæc quæ exempli causa afferemus. Κυνῆν vocamus galeam, quia veteres ad eam rem pelle canis fluuiatilis vsi sunt: quod etsi abiit in desuetudinem, tamen nomen remansit & κατ' ἀναλογίαν aliis rebus quarum idem est vsus tribuitur. sic ærea arma vocant poetæ, quæ sunt è ferro: quia æris vsus prius quam ferri fuit cognitus. Sic etiam pugillares πυξίον possumus vocare, quia olim è buxo fierent. Nam & pyxidem vt Seneca docet & argenteam & auream dicimus. Similis ratio vocum δέλτος, βίβλος, πίναξ, & aliarum quæ diligenter

A genter referuntur ab Eustathio in III. Iliadis. quibus præterea multa addi possunt.

Δηλοῖ) Probat fieri posse quod proximè dixit vt fiãt nouæ ἀναχύσεις fluuiorum. Cephisso inquit id aliquando contigit: quo facto liberatæ fuere Copæ metu submersionis.

αὐξηθέντων γὰρ αὐτῶν) Iunge cum superioribus, & tolle τὸ γάρ.

τὰς ἐκ πόλεως ὅ, τι) Scribe τὰς Κώπας ἂν ὅ, τι. voculę ἂν o-

B missio miras tenebras huic loco offuderat.

χάσμα ἢ φυσῆσαν) Significat sub terram fluere per aliquot stadia, donec emergat ad Larymnam Locridis. Larymnæ autem duę sunt altera ad mare sita in ditione Bœotorum: prope hanc sunt Cephissi ostia. Altera est in Locride, à mari remótior, ideo vocatur ἄνω. Prope hanc emergit Cephissus è terra.

Ἀγχόη) Plinius Anchiam, siue Anichiam vrbem ad Cephissum refert, quæ hûc pertinet.

ὁ μεταλλεὺς τῆς κρητῆς ἀνὴρ Χαλκιδεύς) Xylander existi-

C mauit μεταλλευτῆς κρητῆς verti posse, *qui cretam effodiebat.* Sed cui persuadebit Xylander κρητὴν Græcis esse quod Latinis *creta?* quasi nesciret vir eruditus κιμωλίαν γῆν quid Græci appellarent: quare non debuit prudens tam crassæ ignorãtiæ suspicione se obligare. Nos verò de hoc loco postquam omnia quæsiuimus, ita censemus. Alexander Magnus in suo comitatu habuit semper non optimos tantum milites, sed omnium quoque artium peritissimos artifices: in his Gorgum rerum metallicarum callentissimum virum, cuius opera in mul-

D tis vsus est Alexander. Testatur hoc Strabo libro xv. his verbis καὶ χρυσεῖα ἢ καὶ ἀργυρεῖα οὐ πολὺ ἄπωθεν ἐν ἄλλοις ὄρεσιν ἱστορεῖται, ὡς ἔδειξε Γόργος ὁ μεταλλευτής. Hæc cum ita sint, existimamus hunc locum de eodem Gorgo esse accipiendum, legendúmque ὁ μεταλλευτὴς Γόργος ἀνὴρ Χαλκιδεύς: primùm pro μεταλλευτῆς, quis neget legi debere μεταλλευτὴς, vt in superiore Strabonis loco? Deinde quod Gorgi nomen substituimus, non nimis vt putamus vero absimile est. Esto verò doctorum hominum iudicium.

E . Ἐλεῶνα καὶ Ἀθήνας) Pausanias, Λέγουσι ἢ οἱ Βοιωτοὶ, καὶ πόλεις ἄλλας πρὸς τῇ λίμνῃ ποτέ, καὶ Ἀθήνας καὶ Ἐλευσῖνα οἰκεῖσθαι, καὶ ὡς ὥρᾳ χειμῶνος ἐπελθοῦσα ἠφάνισεν αὐτὰς ἡ λίμνη: legendum autem λέγουσι non λίγεται.

Ὠγυγίας) Bœotiam olim ogygiam fuisse dictam, vnde Thebæ Ogygiæ, id est Bœoticæ, ex poetis Græcis Latinísque & Festo notum est. Sed sciendum est, etiam Thebas Ægyptias Ogygias à poetis appellari. Æschylus Persis,

F
> ὅ, τε τὰς ἱερᾶς Μέμφιδος ἄρχων
> μέγας Ἀρσάμης, τάς τ' ὠγυγίας
> Θήβας ἐφέπων Ἀριόμαρδος.

nisi eo loco accipias ἀντὶ ἀρχαίου ἢ μεγάλου. Nam omnia antiqua ὠγύγια vocabant.

τὸν αὐλητικὸν κάλαμον) De auletico siue tibiis apto calamo Orchomenio lege Plin. libro xvi. cap. xxxvi. & Plutarchum in Sylla.

ὁ Κηφισσὸς ἐκ Λιλαίας) Pausanias in Bœoticis, de lacu Copaide, ἐς ἣν λίμνην, ὅ, τε ποταμὸς ὁ Κηφισσὸς ἐκδίδωσιν,

G ἀρχόμενος ἐκ Λιλαίας τῆς Φωκίδος. Vide eiusdem Phocica: Homerus de Cephisso, in hymnis,

> ὅς τε Λιλαίηθεν προχέει καλλίρροον ὕδωρ.

¶ PAG. 281. καὶ ὁ Περμησσὸς) Seruius ad hoc Virgilij carmen,

> *Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum*

Helicon inquit, *mõs est Bœotiæ, qui & Aonia dicitur: de hoc plurima cadunt flumina, inter quæ est Permessus.* Meminit & Vibius Sequester.

καὶ τὸ τοῦτο) Si nihil desit, sensus est, ea quoq; flumina quæ Haliartum præterlabuntur, in Copaidẽ incidere.

μεταξὺ κειμένων λειμώνων) Totus locus miserè est affectus: quæ sit tamen summa facilè ex sequentibus apparet. Esse in Bœotia, non procul à Copaide lacu, a-

A lium lacum qui à proximo loco λίμνη Ὑλική appelletur: de qua fecerit Homerus mentionem Iliad. rapsodia quinta: quo in loco Cephissidem lacum debere nos interpretari ait non Copaidem, quem tamen postea docebit Cephissidem vocari: sed τὴν Ὑλικὴν λίμνην.

τῇ προσῳδίᾳ) Notetur locus vbi προσῳδίαν vocat, quod alij analogiam. Ait enim ab Ὕλη fieri Ὑλικὴ, eadē prosodia qua à λύρα, fit λυρικὴ alios dixisse, eadem analogia, vt cum scribit Eustath. τὸ ᾗ βεβαιουμένης τῆς ἀναλογίας κατὰ τὴν τεχνολογίαν, καὶ ἀρχαιότητα. Et apud Varronem in
B libris de analogia passim.

καὶ μικρὰ) Lege, ἡ δὲ μικρά.

ποτὶ ᾗ συνάλλων) Totum locum ita lege, ποτὶ δὲ καὶ συνάλλων· Ὃς ῥ' ἐν Ὕλῃ ναιέσκε· καὶ ὁ Τυχίος, ὀχ' ἄριστος Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων. Sunt enim duo exempla distinguenda quod ignorarunt interpretes, alterum ex Iliad. ε. alterum ex Iliad. η. Verùm quod ad posterius vbi de Tychio agitur, aliter multi sentiunt: vide Stephanum voce Ὕδη. Ego Straboni potius assentior. Mirum est autem etiam
C apud Eustathium qui hunc locum describit Bœotiæ initio, confundi in vnum hæc duo exempla: pessimè.

λοιπαὶ τῇ τάξει) Totus hic locus ita est affectus, vt eius verba in integrum restituere, opis non sit nostræ: nec opinor alius qui à melioribus libris æquè atque ego nunc sum, malè sit instructus. Quod vnum possumus nec potuere interpretes, præstabimus, vt ex his qualibuscunque reliquiis sententiā quæ fuerit explicemus. Nec dubitamus eam fuisse huiusmodi. Difficile ait esse, rectū aliquem ordinem seruare in oppidorum
D mediterraneorū enumeratione: cum præsertim ea sint ignobilia & obscura. Maritima verò ora inquit, ad ordinē seruandū cōmodior est duobus nominibus primùm quia nobiliora fere sunt oppida maritima, itaq; eorū situs notior esse solet: deinde, quia facilius est quasi legentem littus eū ordinem in enumeratione τῶν παραλίων tenere, quem ipsa littoris συνέχεια præbet. Ideo orsum esse se à maritimorum enumeratione: indéque ad mediterranea deuenisse: Nunc autem velle se ait Strabo omissa omni cura τῆς τάξεως, si quid à se omissum
E fuerit quod Homerus non omiserit, seruato eo ordine quem ille vsurpauit commemorare. Deinde incipit cum Homero τὴν περιήγησιν.

καὶ ἡ θάλαττα πῇ ἐξ εὐ) Pessimè hæc ita ediderunt. Legendum, καὶ ἡ θάλαττα πῇ ἐξ εὐ ὑπαγορεύειν βέλτιον. Mare inquit, si nihil aliud, hoc saltem commodi affert, quod ὑπαγορεύει τὴν τάξιν, & ordinem qui teneri debeat innuit. Sed ὑπαγορεύειν quid significet, sæpe diximus, & Strabo sæpe ὑπαγορεύειν τὴν τάξιν pro eodem dixit.

Διὸ δὲ καὶ ἡμεῖς ἐκεῖθεν) Audebo hic παρακινδυνεύειν μέν τι καινὸν: & totum locum supplere ex conjectura, parū,
F vt credimus, recedentes ab ipsis Strabonis verbis. Putamus igitur, aut hoc aut simili modo ab eo esse scriptum: Διόπερ καὶ ἡμεῖς ἐκεῖθεν ἐπεποιήμεθα τὴν ἀρχὴν τῆς περιηγήσεως λαβεῖν. ἐντεῦθεν δ' ἐάσαντες τοῦτο, τῷ ποιητῇ ἀκολουθήσομεν, καὶ ἐκεῖνο φυλάξομεν τὴν ἀριθμοῦντος πρόσθεῖ τις ὅ, τι ἂν χρήσιμον ὃ παραλειφθὲν ἡμῖν, ὑπ' ἐκείνου δὲ εἰρημένον φαίνηται. Ἄρχεται μὲν οὖν ἀπὸ τῆς Ὑρίας καὶ τῆς Αὐλίδος, περὶ ὧν εἰρήκαμεν. Σχοῖνος δὲ &c. Confer sequentem περιήγησιν cum initio Bœotiæ: dices non malos esse nos coniectores. Poetæ verba sunt,

G *Οἵ θ' Ὑρίην ἐνέμοντο, καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν,*
Σχοῖνόν τε Σκῶλόν τε, πολύκνημόν τ' Ἐτεωνὸν
Θέσπειαν, Γραῖάν τε, καὶ εὐρύχορον Μυκαλησσόν.

& quæ sequuntur. Vides *Hyriam* primam referri cum *Aulide*: reliquas hoc ordine recenseri, *Schœnus, Scolus, Eteonus, Thespia, Grœa, Mycalessus, Harma, Eilesium, Erythræ, Heleon, Hyle, Peteon, Ocalea, Medeon, Copæ, Eutresis, Thisbe, Coronea, Haliartus, Platæa, Glissa, Hypothebæ, Onchestus, Arne, Midea, Lissa, & Anthedon.* : nunc compara cum verbis Strabonis: reperies eum poetæ vestigia per omnia sequi, nec mutare vllius loci τάξιν Homericam. Persuasum habeo, neminem tam iniquum rerum æstimatorem fore qui neget, hunc locum, ad cuius emendationem nihil veteres codices conferebant, vitam nobis debere.

τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Ἀνθηδόνος) Lege ἐπὶ Ἀνθηδόνα, vt paullò post, ἐγγὺς τῆς ἐπ' Ἀνθηδόνα ὁδοῦ. Sic apud Eustath.

τῆς Ἀσωπίας) hoc est eius regionis quam rigat Asopus. Fluit autem Asopus hic per Thebas, Platæas, & Tanagram vt libro superiore dictum est: Scoli sola rudera sua memoria superesse ait Pausan. quod addit Scolicum agrum esse τραχὺν, id vel ex nomine apparet vt eruditè vir magnus Erasmus obseruauit Nam σκῶλα vocant certum spinæ genus, & quicquid eiusmodi pedes offendere potest.

καὶ Πενθέα δ' ἐνθένδε) Vide Ælianum in Varia historia. Extat fabula apud Euripidem Bacchis, Theocritum Lenis. Ouidium Metamorph & Nonnum poetam egregium, Dionys lib. XLVI. Æschylus de loco necis Penthei variauit vt docet eius schol. ad Eumen.

¶ PAG. 280. ὁ Ἐτεωνὸς δὲ Σκάρφη μετωνομάσθη) Stephanus de Eteono, καλεῖται δὲ νῦν Σκάρφη· κεῖται δὲ ἐπὶ λόφου. Mirum autem est, quod ille Eubœæ vrbem vocet.

τὰ περὶ τὰς Ποτνιὰς λαχεῖν) Nota sunt illa Virgilii,

Scilicet ante omnes, furor est insignis equarum,
Et mentem Venus ipsa dedit: quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumsêre quadrigæ,

ad quem locum plura interpretes.

καὶ ὁ Τευμησσὸς) Mons Teumessus, vt docet scholiastes Euripidis, distabat Thebis stadia centum. Meminit & Homer. in hymnis.

Ἀντίμαχος) qui scripserat Thebaidem, de quo vide apud Steph. in Teumessos.

Θέσπειαι δ' ἐστὶν) Vox ἐστὶν dubio procul inepta est isto loco. Quare vel ita est legendum, Θεσπειαὶ δὲ καλοῦνται νῦν Θεσπιαὶ, vel Θέσπειαι δὲ πόλις &c. aut alio simili modo: miratur autem valdè Stephanus, qui fiat vt singulare huius nominis cum diphthongo scribatur, plurale autem sine diphthongo.

καὶ ἀρρενικῶς καὶ θηλυκῶς) Sicut infra notat dici & ὁ Ἀλος & ὁ Ἄλος. Sed hoc in multis est cernere. Sic enim Homerus τὴν Πύλον effert, quùm alij τὸν Πύλον. Sic ὁ & ἡ Ἀλίαρτος, & alia quæ enumerare longum fit.

τῶν δ' ἑτέρως) subaudiendum μόνον: quædam inquit nomina proferuntur ἀμφοτέρως, quædam ἑτέρως tantum: hoc est alterutro tantum modo: sic Ἀθῆναι solùm πληθυντικῶς.

εἰς Κρεῦσαν ἐν) Fortasse ἐπικειμένη. Creusam autem Pausan. & Steph Κρεῦσιν vocant.

τὰς ἄκρας δὲ) Deest nomen huius ἄκρας. An autem Θισβαῖ? Pausanias quidem & alia saxa in mare procurrentia esse prope Creusin, & Thisben montem, cum cognomine vrbe, autor est. An Ὀλμιαὶ ἀκρωτήριον intelligit, de quo superiori libro in descriptione istius tractus? An potius Φαρύγιον? Hoc malim: vide paullò post.

ἐντεῦθεν δ' ὁδὸν) Hæc ita vulgo nota sunt, vt nulla explicatione opus habeant. Quod de Thracibus ait, pluribus explicatur libro sequenti.

ἐκπεσόντων δ' ἐκείνων, Μακεδόνες νῦν ἔχουσι τὴν χώραν) Pieres ex Pieria iam inde ab antiquissimis Macedoniæ regibus pulsi fuere: pulsi autem patria, Phagretem & vicinos locos trans Strymonem occupauere. autor Thucydides libro secundo.

αἱ δὲ Θεσπιαὶ) Scribe per ι, nō ει, Θεσπιαὶ, vide quę paullò antè annotauimus.

αἱ ἰδοῦσα δὲ Γλυκέρα ἡ ἑταίρα Θεσπιάσιν) Fallitur: non enim Glycera fuit, sed Phryne aliud nobile scortum Thespiis oriundum, quod præter Athenæum & Pausaniam testatur antiquum in Phrynen epigramma,

—— τὸν ἔπεξ' αὐτὸ Ἔρωτα
μισθὸν ὑπὲρ πόνιαν αὐτῇ Θεσπιαῖς.

καὶ Τανάγρα) Legit hoc loco Eustathius in suis codicibus ἡ Ταναγραία καὶ Τανάγρα. Sed errat Eustathius. Nam etiam supra Thespias cum Tanagra coniunxit. Verba Eustathij sunt hæc καὶ (ait Strabo scilicet) ὅτι τῶν μὲν ἀρχαίων τῶν Βοιωτικῶν πόλεων Τανάγρα τῶν δὲ ἐν ἀρετῇ καὶ ὀνόματι λιμνῶν: non dubium quin hunc locum describat

bat sed ex corrupto libro quod non semel ei contigit.

¶ PAG. 283. περὶ Πίνδαρον) Locus Pindari non extat: Κεφισίδος autem meminit ille Pythionicarum ode XII. in extremo.

πλησίον Ἁλιάρτου) Ex Pausania id cognosces. Τὸ δὲ ὄρος τὸ Τιλφούσιον, καὶ ἡ Τιλφοῦσα καλουμένη πηγὴ, σταδίους μάλιστα Ἁλιάρτου πεντήκοντα ἀπέχουσι.

ἐφ' ἣν τὸ τοῦ Τειρεσίου μνῆμα) Quo tempore Epigonis Thebani vrbem deserere sunt coacti, fama est plerosque eorum ad montem Tilphossium se recepisse: verùm cum è via defessus & siti laborans Tiresias sitim è Tilphossa fonte vellet explere, inter bibendum animam efflauit seruarúnque (ait Pausan.) eius monumentum πρὸς τῇ πηγῇ, illo ipso loco vbi est mortuus. Vide Diodorum libro IIII. & eundem libro XIX. itémque Apollodorum libro III & Athenæum libro II. Apud Stephanum legitur, Τιλφωσαῖον χωρίον Θετταλίας, quod falsum est, quum de hoc monte Bœotico sit intelligendum: quem Diodorus vocat Τιλφωσαῖον.

ἐπαλλάξαντας Θηβαίων) Eustath. legit Θηβαίων.

καὶ τῇ Κορωνιακῇ) Eustathius legit, ἐν τῇ Κορωνιακῇ.

κατελάβοντο δὲ αὐτὴν ἐκπεσόντες) Diodorus Siculus docet, Thebanos belli Troiani temporibus à Pelasgis in Thessaliam fuisse pulsos: vnde vix tandem κατὰ τὴν τετάρτην γενεὰν in patriam redierint, quod à Thucydide nō probatur, qui anno LX. post ἅλωσιν Troiæ venisse Bœotos in Bœotiā scribit. Ascribā eius verba vt cum Strabone comparentur. Βοιωτοί τε οἱ νῦν, ἑξηκοστῷ ἔτει μετ' Ἰλίου ἅλωσιν ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν, τὴν νῦν μὲν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδμηΐδα γῆν καλουμένην ᾤκησαν: ad quem locum notatum est à scholiaste, Arnen Bœoticam hodie Chæroneam vocari: quod Pausanias confirmat.

τὸ τῆς Ἰωνίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρύσαντο) Legendum esse Ἰτωνίας certissimum est. Scholiastes Apollonij in librū primum, Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἐστὶν ἱερὸν ἐν Κορωνείᾳ τῆς Βοιωτίας: Ibi & de Thessalico Mineruæ Itoniæ delubro (cui istud in Bœotia esse παρώνυμον ait Strabo) scribitur. Pausanias, Πρὶν δὲ ἐς Κορώνειαν ἐξ Ἀλαλκομενῶν ἀφικέσθαι, τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἐστὶ τὸ ἱερόν· καλεῖται δὲ ἀπὸ Ἰτωνίου τοῦ Ἀμφικτύονος· καὶ ἐς τὸν κοινὸν συνίασιν ἐνταῦθα οἱ Βοιωτοὶ σύλλογον. Meminere & alij multi huius rei, vt ab aliis est obseruatum.

Ἀλφειὸς δὲ καλεῖ) Parum rectè, vt mox subdit. Nam Curalius est in Thessalia: qui tamen similiter vt hic Bœoticus Cuarius, Ithoniæ Mineruæ templum præter fluit. Vide insra in Thessalicis. Porrò, Alcæo Callimachus patrocinatur Κουράλιον hunc fluuium vocans, hymno in Palladis lauacra,

Ἤ τι Κορωνείας, ἵνα οἱ τεθυωμένον ἄλσος,
Καὶ βωμοὶ ποταμῷ κεῖντ' ἐπὶ Κουραλίῳ.

τὰ περὶ τὰ ὅπλα ἀγωνίσματα) Eustathius hunc locum proferens explicat, quid sint παραβώσιμα. Sic ille, Ὅρα δὲ τὸ παραβώσιμα ἱερὰ γὰρ ἦν κατὰ τὸν τοῦ ἱεροῦ βωμὸν ... τοῦ Ἰωνιον ... παρέχοντα, ὅμοια καὶ τὸ παραβώσιμα. ἐξ Ὁμήρου δὲ ... ἀρχαῖα.

ἐν τῇ Κορωνείᾳ Κορωνεῖς) Hoc non est perpetuum: Nam Eustratius explicans historiam quandam ex Cephisodoro & Ephoro ad caput octauum libri tertij Nicomacheorum ethicorum, Κορωνεῖς hos vocat: Liuius Coronæos. Et Steph. hæc longè aliter tradit.

Ἁλίαρτος δὲ νῦν) ἀπολώλεσαι inquit Eustathius hæc verba describens, ὅτι καὶ θηλυκῶς λέγεται ἡ Ἁλίαρτος. Sanè Strabo alibi τὴν Ἁλίαρτον dicit, vt & Homerus, quod annotat Stephanus.

κατασκαφεῖσα ἐν τῷ) Capta est Aliartus à C. Lucretio Gallo Prætore. Liuius libro XLII.

ὡς ἐνικῶς εἰπεῖν) Etiam Thucydides τὴν Πλάταιαν dixit libro secundo. Accentus autem variat, ἡ Πλάταια, αἱ Πλαταιαί. Deletur autem à Lacedæmoniis Platæensium vrbs, εἰς ἔδαφος πᾶσαν ἐκ τῶν θεμελίων, apud Thucydidem, belli Peloponnesiaci anno quinto. Aberant Thebis vt idem docet stadia LXX.

¶ PAG.

A PAG. 284. ἄρξαντα δὲ libro superiore.

ἐνταῦθα Μαρδόνιον) quem Xerxes fugiens in Græcia reliquerat. Herod. Diod. Iusti. alij.

ἱδρύσαντό τε Ἐλευθερίου Διὸς ἱερὸν) Meminêre huius multi: Extat de eo Simonidis elegans epigramma,

Τόν δέ ποθ' Ἕλληνες Νίκης κράτει, ἔργῳ Ἄρηος,
Εὐτόλμῳ ψυχῆς λήματι πειθόμενοι,
Πέρσας ἐξελάσαντες, ἐλεύθερον Ἑλλάδι κόσμον
Ἱδρύσαντο Διὸς βωμὸν ἐλευθερίου.

B Μνασάλκου) An hic est, cuius extant hodiéque aliquot epigrammata cum aliis Græcanicis? Antè Μνασάλκου, deesse aliquid manifestum est.

Γλισσάντα καὶ λέγει) Herodotus Calliope Glisantis meminit, atque inter eam & Tanagram fluere Thermodontem fluuium.

ἐν τῷ Ὑπάτῳ ὄρει) Pausanias, Ὑπὲρ δὲ Γλισάντος, ἔστιν ὄρος Ὕπατος καλούμενον. ἐπὶ δὲ αὐτοῦ Διὸς Ὑπάτου ναὸς καὶ ἄγαλμα.

τὸ δ' ἐπὶ ...) Plura leges apud poetæ interpretes.

ὅτι τὸ ἀμφικτυονικὸν συνιόν) Eustathius hunc locum ci-

C tans explicat quid sit τὸ Ἀμφικτυονικὸν hac quasi definitione, σύνταγμά τι ἦν πόλεων ἐκδικοῦν τὰ ἱερά.

ἔχον Ποσειδῶνος ἱερὸν) Testatur & Pindarus, Isthmionicarum ode IIII ... δὲ γᾶς Ὀγχηστὸς οἰκέων.

καὶ αὐτὸ ψιλόν.) Hæc addit quia dixit Hom. de Onchesto, Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος. quo in loco ἄλσος accipiendum ait esse ποιητικῶς, pro loco Deo sacro, quanuis ψιλῷ. At Pausanias propriam vocis ἄλσος significationem retinet: & ait sua quoque memoria fuisse illud ἄλσος cuius Homerus meminit. Vide Pindari scholia

D ad illum locum odæ III. ἄλσος ἀγλαὸν Ποσειδάωνος.

ἀπὸ τοῦ πατρὸς προσαγορευόμενον) Pausanias, τοῦ Καβείρου δὲ ἐν ἀριστερᾷ πεντεκαίδεκα ... ἐστὶν ἄλσος ... μάντεως, ὃν Ἀπόλλωνος παῖδα ... καὶ Μελίας νομίζουσι. Meminit & Lycophron.

τὸ μαντεῖον) Apollinis Ptoi: cuius mentio apud Pausaniam & Lycophronem. Herodotus quoque Vrania sic describit, τοῦτο δὲ τὸ ἱερὸν καλέεται μὲν Πτῷον, ἔστι δὲ Θηβαίων· κέεται δὲ ὑπὲρ τῆς Κωπαΐδος λίμνης πρὸς ὄρει, ἀγχοτάτω Ἀκραιφίης πόλιος.

τὸ δ' Ἀκραίφιον) Stephanus obseruat dici & Ἀκραιφία & Ἀκραιφίαι, à Pausania Ἀκραίφνιον & à Theopompo

E τὰ Ἀκραίφνια.

καλοῦσι Ἄρνην) Huius Arnes meminit Lycophron, Ἄρνης παλαιᾶς γέντα ... De Homeri loco aliter Pausanias sensit.

τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἡσιόδου) cuius carmina paulò antè commemorata sunt.

ἐν δὲ Λευκάδι ἐστὶν) Stephanus in Achaia collocat: nisi vel plures fuêre, vel eius libri sunt corrupti.

¶ PAG. 285. μέμνηται ὁ ποιητὴς) Alii verò aliter illud epi-

F thetum accipiebant & interpretabantur. Vide scholia.

ἐκεῖσε λέγονται καταφυγεῖν) Diodorus, τῶν δ' ἄλλων αὐτῶν οἱ διασωθέντες κατέφυγον εἰς Ἀλαλκομενάς.

ὅπου φιλιππος) Commissa est pugna ad Chæroneam anno tertio Olympiadis CX. Diodoro Siculo autore libro XVI. Vide Plutarchum, Iustinum, alios.

κἀνταῦθα) Ait κἀνταῦθα quia de Platæis dixit modò, παρ' ᾗ δείκνυται δημοσίᾳ τῶν ... ἐν τῇ μάχῃ.

περὶ δὲ τοὺς τόπους) Historiam refert Plutarchus in vita

G Syllæ, à quo illa pugna pugnata est: Vide Liuij Epitomen lib. LXXXII.

Λεβαδία δ' ἐστὶν, ὅπου) Liuius lib. XLV. de Paulo Græciam circumeunte, *Lebadiæ quoque templum Iouis* Trophonij adiit: Ibi cum vidisset os specus, per quod oraculo vtentes sciscitatum Deos descendunt, sacrificio Ioui Hercinnæque facto, quorum ibi templum est, &c. De Lebadiæ antro scripserat librum Dicæarchus, hoc indice, περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως. Huius loci frequens mentiò apud Græcos: Et Plutarchus testatur sua ætate hoc vno in loco totius Bœotiæ solita [illegible]ari oracula: cum reliqua omnia defecissent.

τὸ μάντειον μὲν) Hæc fusiùs supra in Laconicis.

πελεῖ δὲ Μινύειον) Sic enim ait,

Οἱ δ' Ἀσπληδόνα ναῖον, ἰδ' Ὀρχομενὸν Μινύειον.

ἀπὸ ἔθνους τῶν Μινυῶν) Aut à Mynia Neptuni & Chrysogones filio, qui Orchomenum condidit: ait Apollonius Argonaut. libro III.

Θηβαῖοι δασμὸν ἐτέλουν τοῖς Ὀρχ.) Historiā pluribus narrat Diodorus libro IIII. Meminit & Euripides, in Hercule furēte, vbi Thebanos sic alloquitur Amphitryon,

> τοιαῦτ' ἀμείβεσθ' Ἡρακλεῖ τέκνοισί τε·
> Ὃς εἷς Μινύαισι πᾶσι διὰ μάχης μολὼν,
> Θήβας ἔθηκεν ὄμμ' ἐλεύθερον βλέπειν.

Aristides in Hercule, παῖς δ' ἦν, καὶ Θηβαίους αὖτ' ἄλλης παιδιᾶς, ἀλλ' ἀπέλυσε τοῦ δασμοῦ, ὃν ἐκεῖνοι συχνὸν ἤδη χρόνον τοῖς Ὀρχομενίοις ἔφερον.

Ἐτεοκλῆς δὲ τῶν βασιλ.) Pausanias Bœoticis: τὸν δὲ Ἐτεοκλέα λέγουσιν οἱ Βοιωτοὶ Χάρισιν ἀνθρώπων θῦσαι πρῶτον. Ideo Gratias Eteocleas vocat Theocritus,

> Ω Ἐτεόκλειοι Χάριτες θεαὶ, αἱ Μινύειον
> Ὀρχομενὸν φιλέοισαι, ἀπεχθόμενόν ποτε Θήβαις.

Nonnus. Σοὶ Χάριτας ζαθέοιο χαρίζομαι Ὀρχομενοῖο.
Fuisse tamen etiam apud alios Gratiarum templa, & & Pausanias docet, & innuit Aristoteles Ethicorum Nicomach. lib. v. cap. v.

¶Pag. 286. ὡς οὐδ' ἔτους οὐδ' ἑτέρως ἂν κατορθοῖν) Ita Xylander edidit quum legeretur in Aldi codice, οὐδ' ἔτους ἑτέρως ἄν. fortasse legendum, οὐδ' ἔτος ἑτέρως ἂν κατορθοίη.

ὑπὸ τοῖς Ὀρχομενίοις ὤν) Lego, ὑπὸ τῶν Ὀρχομενίων ὤν.

χωρὶς τοῦ πρώτου σ.) χωρὶς τοῦ α, ait Stephanus, ἀλλ' οὐ παρ' Ὁμήρῳ.

εἶτ' εὐδείελος) Summam eorum quæ fusiùs hîc à Strabone disputantur eleganter mihi videtur Eustathius his verbis esse complexus, ὡς τε, inquit, κατὰ τοῦτον τὸν τοῦ σοφοῦ λόγον, εὐδείελος ἡ ἐν χώρᾳ χειμῶνος δείλης ἔχουσα τι πρὸς δείλην κατάστημα τοῦ διὰ τὸ ἀφανὲς τῆς τοῦ τόπου θέσεως. Vult enim dicere, Aspledonem εὐδείελον quondam fuisse appellatam, quod hiemis tempore, sub vesperam aeris temperies ibi maior esset, quàm alibi.

ὁ Μέλας ποταμὸς) De hoc flumine multa scitu digna Plutarch. in Sylla.

ὁ Πανοπεὺς) Apud Stephanum legitur Πανόπη perperam: scribendum enim Πανοπεύς. quod illa sequentia indicant τὸ ἐθνικὸν ὁ Πανοπεύς, ὅμοιον τῷ πρὸ τοῦ τύπῳ. Panopen tamen dici non ignoro, vt ab Ouidio alicubi.

Ὑάμπολις) Nominatur à Stephano & Herodoto, & de ea plura Pausanias.

Ὀποῦς ἡ τῶν Λοκρῶν μητρόπολις τῶν Ἐπικνημιδίων) Ait Opuntem metropolim esse locorum Epicnemidiorum: idque ex Strabone etiam Eustath. annotat. Nimirum Epicnemidiorum nomine etiam Opuntios hîc complectitur. alibi autem distinguit, quum sic scribit de Locris, οἱ μὲν Ὀπούντιοι ἀπὸ τῆς μητροπόλεως, ὅμοροι Φωκεῦσι καὶ Βοιωτοῖς· οἱ δ' Ἐπικνημίδιοι ἀπὸ ὄρους τινὸς Κνημῖδος. Plinius quoque Opuntios ab Epicnemidiis non distinguit sic scribens, *Locri deinde Epicnemidij cognominantur olim Leleges appellati, per quos amnis Cephissus defertur in mare. Oppida Opûs, vnde Opuntinus sinus, Cynos.* Idem alibi apud Strab. obseruabis.

Μετὰ δὲ τὴν Βοιωτίαν) Transit ad descriptionem ὁλοχερῆ, tertiæ siue peninsulæ, siue tæniæ. qua de re vide quæ supra dixit lib. octauo.

ἦν ποτε τῆς Λοκρίδος) Omnino legendum est τῆς Φωκίδος: Nam & sententia id flagitat: & simillimus locus infra ostendit: Δαφνοῦς δὲ νῦν μὲν κατέσκαπται· ἦν δέ ποτε τῆς Φωκίδος πόλις, ἁπτομένη τῆς Εὐβοϊκῆς θαλάσσης. Plinius quoque, *Phocidis in littore vnum Daphnus.* coniecturam meam confirmant libri veteres.

¶Pag. 287. ἡ Κρίσα τῆς φ.) Ptolemæus Phocidis in ὁρίοις refert, Cyrrham, Crissam, & Anticyrrham.

διττὸν δ' ἐστὶ) Locrorum ἡ ἀνωτάτω διαίρεσις est in duo genera: eorum videlicet, qui Magnam Græciam, & eorum qui Græciam habent. hi porrò diuiduntur in occiduos, qui sunt Ozolæ, & orientales: quorum rursus duo genera sunt: Nam alij Opuntij, alij Epicnemidij vocantur.

A vocantur. sic Locrides quatuor sunt.

ἡ λοκρὶς ἔσω) Lego ἡ Λοκρὶς διττὴ οὖσα: quod pene affirmare ausim esse verum. Sensus erat huiusmodi, Quemadmodum Locris vtraque secundum Phocidem porrigitur, ita secundum vtramque Locridem porrigi Acarnanes & Thessalos cum Doriensibus nonnullis.

ἔτω . . . μετὰ τῆς Αἰτ.) Lego ἡ Ἀκαρνανία μετὰ τῆς Αἰτωλίας. Putabam aliquando legi posse ἡ Θετταλία: sed illud malo.

B ἱεροπρεπὲς δ' ἐστὶ πᾶς) Lucanus de Parnasso,

> *Mons Phœbo Bromioque sacer, cui numine misto*
> *Delphica Thebanæ referunt Trieterica Bacchæ.*

& Pausanias similiter de eodem. Τὰ δὲ νεφῶν τε ἐστιν ἀνωτέρω τὰ ἄκρα, καὶ αἱ Θυιάδες ἐπὶ τούτοις τῷ Διονύσῳ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι μαίνονται. Nomen autem inuenisse Parnassum veteres volunt, vel ab Heroe ἐγχωρίῳ quodam, quæ fuit Hellanici sententia: vel vt Andron tradidit, ab arca Deucalionis quæ ibi constiterit: Ergo ἀπὸ τῆς λάρνακος primum Larnassus, deinde corrupta vt fit, voce Par-

C nassus dictus est.

τὸ Κωρύκιον) Describit antrum Corycium pereleganter Pausanias: qui postea subiicit, Ἱερὸν δὲ αὐτὸ εἶναι τὸ Παρνασσὸν Κωρύκιον τὸ ἄντρον Νυμφῶν καὶ Πανὸς μάλιστα ἥγηνται.

τῷ Κιλικίῳ) de hoc infra lib. XIIII.

μέχρι τῆς . . . . . .) Lego μέχρι τῆς γονίου παρ.

εἰς ἅ τε . . . . . .) Legendum puto, εἰς ἃ τελευτᾷ τὰ ἔθνη.

¶Pag. 288. τὸ ἱστορίου μ.) Lego ἐστὶ τὸ ἱστορίου μερῶν. & ita veteres quidam.

D οἱ Δελφοὶ πετρῶδες χωρίον) Pausanias, Δελφοῖς δὲ ἡ πόλις ἄναντες διὰ πάσης παρέχεται σχῆμα. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ τῇ πόλει, τῇ ἄλλῃ, καὶ οἱ ἱερὸς περίβολος τοῦ Ἀπόλλωνος. ἔστι δὲ μεγέθει μέγας καὶ ἀνωτάτω τε ἄστεως ἐστί. Sed Strabonis verba optime nobis interpretabitur elegantissimus sophista Heliodorus. Sic ille libro secundo Chariclex, Καὶ τά τε ἄλλα ἡ πόλις διαίτημα κρεῖττον ἔδοξε, καὶ οὐχ ἥκιστα τῇ φύσει τῆς περιοχῆς. ἅτε γὰρ φρουρίῳ ἀτεχνῶς καὶ αὐτοσχεδίῳ ἀκρεὶ πόλις ὁ Παρνασσὸς ἀπαιωρεῖται, περιπόδιον λαγόσι τὴν πόλιν ἐγκολπωσάμενος.

περὶ τὴν κρήνην τὴν Κασταλίαν) Pausanias autor est ascē-

E denti è gymnasio ad templum, occurrere ad dextram Castaliam fontem, potu suauem.

ἡ Κίρφις) Sic vocabatur ὄρος Parnasso adiacens. Pindari schol.

διεὶς ὁ Πλεῖστος διαρρεῖ π.) Etiam sine autoritate Pausaniæ affirmare non dubitarem vocem Πλεῖστος esse fluuij nomen proprium. Nam ipse ὑλακτικῶς hoc satis docet: Pausanias verò ἀναπληρώτους reddit interpretes Τετραμμένῳ δὲ (ait) ἐς ἀριστερὰν ἀπὸ τοῦ γυμνασίου, καὶ ὑποκαταβάντι οὐ πλεῖον (ἐμοὶ δοκεῖν) ἢ τρία στάδια, ποταμός ἐστιν ὀνομαζό-

F μενος Πλεῖστος. Afferam & quæ in Pindaricis scholiis de hoc fluuio ac monte Cirphi leguntur. Ἀντίκειται δὲ ἐκ μεσημβρίας τῷ ὄρει τῷ Παρνασσῷ Κιρφαῖον πεδίον καὶ ὄρος, ὃ Κίρφιν καλοῦσιν, ἐν ᾧ μέσος ὁ Πλεῖστος ὀνομαζόμενος φέρεται ποταμός. Plane hæc Strabonem explicant. Æschylus Εὐμεν.

> Πλείστου τε πηγὰς καὶ Ποσειδῶνος κράτος
> καλοῦσα. Apollonius lib. II.
> πολλὰ δὲ Κωρύκιαι νύμφαι Πλείστοιο θύγατρες.

Græcus interpres, Πλειστὸς, ποταμὸς Δελφίδος.

G Κίρρα ἐπὶ θαλάττῃ) Cirrha hæc nauale erat Delphorū: Subiicit enim Pausan. ὅτι ὁ Πλεῖστος, ἐπὶ Κίρραν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν, καὶ τὴν ταύτῃ κάτεισι θάλασσαν.

ὀγδοήκοντα που σταδίων) Sic legit etiam Eustathius. Pausanias verò hoc interuallum stadiorum ait esse LX. Ες δὲ Κίρραν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν, ὁδὸς μὲν σταδίων ἑξήκοντα ἐστὶν ἐκ Δελφῶν. Sed de itinere terrestri, non de fluuij alueo loquitur.

εἶτα Ἀντίκυρα) Eustathius locum citans, legit Ἀντίκιῤῥα & apud Ptole. est Ἀντίκυῤῥα. Sed Latini poetæ, vnum agnoscunt tantum,

γίνεται γάρ τι συν.) Plinius de elleboro Anticyræ: *Ibi enim tutissimè sumitur*, quoniam (vt diximus) Sesamoides admiscent. Locus quem citat Plin. est lib. XXII. cap. XXV.

cap. xxv. Sed de sesamoide & vtroque genere hellebori, lege Dioscorid. lib. IIII.

ὑπὸ Κρισσαίων) Assentior Xylandro legenti, ὑπὸ Κρισσαίων. In sequentibus inducenda omnino sunt illa verba· αὕτη δ' ἡ Κίῤῥα, quod nihil aliud est quam glossema sequentium, ἡ δ' ὕστερον. Præterea notandum est, Cirrham hanc vocatam olim fuisse Crissam: itaque ab Homero appellari, vt est à Pausania annotatum.

ὑπ' Εὐρυλόχου) Hic ob roboris præstantiam Nouus Achilles est appellatus. Euphorion, Ὁπλοτέρου τ' Ἀχιλῆος ἀκούομεν Εὐρυλόχοιο. Quare de eodem Eurylocho accipiendum arbitror distichon istud quod extat Ἀνθολογίας libro primo,

> Καλλιόπη πολύμυθε μελιστάζοντε Ἑλικῶνος
> Τίκτε μοι ἄλλον Ὅμηρον, ἐπεὶ μάλεν ἄλλος Ἀχιλλεύς.

τὸν Κρισαῖον πόλ.) Duo bella memorantur in Græcorum historiis, eandem ferè ob causam conflata atque gesta. Prius excitarunt Cirrhæi & Acragallidæ, γένη παρανομώτατα (ait Æschines) suis in Apollinis templū & donaria sceleribus. huic bello constat Solonem interfuisse: victisque tādem Cirrhæis, eorum ager Deo consecratus est, vrbs diruta, portus obrutus, diræ etiam in eos conceptæ, qui huic Amphictyonum decreto vnquam essent aduersaturi: quod tamen fecere multis post annis, Locri & Amphissenses terram Deo sacram occupantes, & γεωργοῦντες. Inde emersit bellum quod Sacrum appellatur, de quo Diodorus libro XIX. Videtur autem Strabo rem confusiùs paullò narrare, & duo hæc bella confundere.

τῶν πάλαι Κρισσαίων) An intelligit eos qui antiquam Crissam, quæ postea Cirrha est denominata habitabant?

τὸ χάριν ἀπέδοσαν) Omnino τὸ χρέος est legendum.

νυνὶ μὲν ἐν . . .) Addidimus notas quibus indicaremus deesse aliquid. Putamus autem, ita supplenda esse quæ desunt: νυνὶ μὲν ἐν ὀλιγώρεται ταῦτα· ὀλιγώρηται δὲ καὶ τὸ ἱερόν. Repetitio eiusdem vocis hunc quoque locum perdidit.

ὑπερβαλλόντως . . . . . .) Hic quoque aliquid deesse facile est videre. Desideratur autem verbum ἐτιμήθη, aut simile.

ὡς καὶ δῆμοι) vt Spinetæ & Agyllæi, & in Gallis habitantes Massilienses, aliique plures.

ἄντρον κοῖλον) Diodor. Siculus lib. XVI. graphicè admodum ista describit.

ἔμμετρά τε καὶ ἄμετρα) Olim quidem versu fere respondebat ἡ Πυθία, rarò καταλογάδην: postea autem prorsa fere oratione respondit, rarò carmine: cuius rei causam quærit Plutarchus libro singulari, Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν, &c.

ποιητάς τινας ὑπουργοῦντας τῷ ἱερῷ.) Meminit Plutarchus his verbis, Πολλῶν δὲ ἦν ἀκούειν ὅτι ποιητικοί τινες ἄνδρες ἐκδεχόμενοι τὰς φωνὰς καὶ ὑπολαμβάνοντες ἐπικάθηνται περὶ τὸ χρηστήριον, ἔπη καὶ μέτρα καὶ ῥυθμοὺς οἷον ἀγγεῖα τοῖς χρησμοῖς ἐκ τοῦ προχείρου περιπλέκοντες.

Πρώτην δὲ Φημονόην) Præterea quia hexametro carmine oracula respondebantur, dicitur hæc prima carmine hexametro cecinisse: Pausanias Μεγίστη δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖστον εἰς Φημονόην δόξα ἐστὶν ὡς πρόμαντις γένοιτο ἡ Φημονόη τοῦ θεοῦ καὶ πρώτη τὸ ἑξάμετρον ᾖσε.

¶ PAG. 289. ἐκ τῆς πυθώ δὲ τὴν πρ.) Contra analogiam vt videtur, quum prima vocis πυθὼ corripiatur. Euripides, σοῦ δ' αὖ πυθὼ καὶ κλεινὸν ἐκλείπει θ' ἀν. Hoc annotat Strabo quia alij quum viderent τὴν ἔκτασιν huius syllabæ, malebant ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι quod est putrescere deduci: cuius verbi primam Homer. producit: indéque tum loci nomen tum dei esse deriuatum affirmat in hymno Apollinis.

ὡς ἐπὶ τοῦ ἀθανάτου) hoc est, poetica licentia. Priorum duarum vocum, exempla passim apud omnes poetas occurrunt: vocis διάκονος habentis α productum exempla apud multos extant. Æschylus Prometheo Τὸν τοῦ τυράννου τοῦ νέου διάκονον. Sophocles Philoctete,

A ——τῷ δ' ὑπὸ στυγνῷ μόνον διακονοίμην.
Sic apud Euripidem Anacreontem & Aristophanem non semel. Verumtamen non in hac voce tantum τὸ τῆς διὰ α producitur, sed etiam in aliis. Euripides Medea, περισσὸν διάγειν βίοτον, ἐγχελῶν ἐμοί. Theognis,

> Πενθείης καλεπὴ Κύρνε διαβολίη.

ἐκάλεσαν τῆς γῆς ὀμφαλὸν) Longum sit eorum locos proferre à quibus ita ille locus vocatur. Apud Sophoclem quidem bis in Oedipo tyranno, ab Euripide in

B Medea, in Iphigenia posteriore & alibi: à Plutarcho, initio libri de oraculorum defectu, Liuius libro XXXVIII. *Etiam Delphos quondam commune humani generis oraculum, vmbilicum orbis terrarum, Galli spoliauerunt.* Pausanias, Τὸν δὲ ὑπὸ Δελφῶν καλούμενον ὀμφαλὸν λίθου πεποιημένον λευκοῦ, τοῦτο εἶναι τὸ ἐν μέσῳ γῆς πάσης αὐτοὶ λέγουσι Δελφοὶ, καὶ ἐν ᾠδῇ τινι Πίνδαρος ὁμολογοῦντά σφισιν ἐποίησε. Porrò de nominis huius ratione quæ disputat Varro lib. de lingua Latina VI. friuola meo iudicio sunt, & plerisque eiusdem, simillima. Cur enim non probat dictam vrbē

C Delphorum ὀμφαλὸν γῆς eam ob causam quam reliqui afferunt? Non ignoro equidem viris mathematicis ægre id grāmaticos esse persuasuros: ita tamen sensisse primos huius appellationis autores vel ex eo intelligas, quod similem ob causam Peloponnesi locum quēdam ὀμφαλὸν appellarunt, Πελοποννήσου πάσης μέσον inquit Pausanias: & in Sicilia quoque prata circa Ennam vbi Proserpina fuisse fertur cum à Plutone rapta est quia medium Siciliæ occupare credebantur, ideo Siciliæ vmbilicus appellabantur: autor Diodorus Siculus

D libro quinto. Ætoli apud Liuium libro XXXV. vmbilicum Græciæ dicuntur incolere.

ὅν φησι Πίνδαρος) Locus Pindari quem innuit Strabo hodie non extat: Meminit tamen eius rei Pythionicar. Ode IIII. vbi vide Schol. Meminere & alij autores. & Claudianus,

> *Iupiter vt perhibent, spatium cum discere vellet*
> *Naturæ, regni nescius ipse sui,*
> *Armigeros vtrinque duos æqualibus alis,*
> *Misit ab Eois, occiduisque plagis.*
> E *Parnassus geminos fertur iunxisse volatus:*
> *Contulit alternas Pythius axis aues.*

Τὰ πάλαι μὲν) Quæ de Amphictyone Deucalionis filio: τῆς ἀμφικτυονίας vt fertur autore dicuntur.

ὑπὸ τοῦ κατελύθη) A quo? Non enim ab Augusto, teste Pausania. An ipsum per se διελύθη κατ' ὀλίγον vt de Achæis supra dictum est?

προσῆσαν δώδεκα) Has Pausanias enumerat: & paullò aliter Harpocration, quos consule.

τὴν δὲ σύνοδον πυλαίαν ἐκ.) Sophoclis scholia in hæc

F poetæ verba, ἐνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ πυλάτιδες κλέονται referunt ex Agathone Pyladem primum omnium ab Amphictyonibus fuisse iudicatum post cædem Clytemnestræ: indéque τὴν σύνοδον πυλαίαν esse appellatam: vel (inquiunt) quia locus ille vbi conueniebant, erat quasi πύλαι Ἑλλάδος. Alij Pylas illum locum vocatum fuisse volunt διὰ τὸ στενὴν εἶναι ταύτην τὴν εἴσοδον ἀπὸ Θετταλίας εἰς τὴν Φωκίδα προερχομένοις, quorum sententia vera est: sic Pylæ Ciliciæ, & aliæ dictæ. vide mox.

G Τὸ μὲν ἐν) Deest aliquid: Apparet sententiam esse hanc, initio oracula Delphica solitos consulere, non alios quam vicinos populos, quibus & ἀμφικτυονίας μετῆν: postea auctum nomen oraculi.

καθάπερ Ὅμηρος) Itémque Callimachus hymno in Apollinem,

> Καί κε πολυκτέανος Πυθῶνί κε τεκμήραιο.

Αὕτη μὲν ἐν ἡ αὐλ.) Vide Diod. lib. XIX.

¶ PAG. 290. ἔξω τοῦ ναοῦ πηγῆς) Manuscripti φυγῆν, nec conuenit hic πηγῆς.

Τῶν δὲ . . . . τὸ μὲν πλεῖστον) Errat Xylander cum putat legendum esse Τῶν δὲ βωμῶν. Non enim hic de aris Delphicis agit Strabo, sed varia templa Apollini extructa recenset. Quare legendum est τῶν δὲ ναῶν, τὸν

μὲν πτ. Docet id Pausanias, qui & ipse templa Apollinis Delphica enumerans vnum recenset, quod ædificasse è suo melle & plumis suis apes credebantur: quanquam alij Πτέρειον malebant vocatum esse ab architecto Ptera. De hoc templo loquitur Strabo.

τὸν δὲ δεύτερον) Hæc quoque refert Pausanias, estque illi quartum, non secundum. At Strabo omisit quod ille primum commemorat, & tertium. Meminit & Homerus hymno in Apollinē, Trophonij atq; Agamedis.

τὸν δὲ νῦν Ἀμφικτ.) Pausanias, Τὸν δὲ ἐφ' ἡμῶν τῷ θεῷ ναὸν, ᾠκοδόμησαν μὲν ἀπὸ τῶν ἱερῶν οἱ Ἀμφικτύονες χρημάτων, ἀρχιτέκτων δέ τις Σπίνθαρος ἐγένετο αὐτοῦ Κορίνθιος.

δείκνυται δὲ) Pausanias & τάφον Neoptolemi commemorat, & hoc amplius ἐνταῦθα ἐφ' οὗ Νεοπτόλεμον τὸν Ἀχιλλέως ὁ ἱερεὺς ἀπέκτεινεν. Alij ab Oreste volunt occisum: Lege Euripidis Andromachen, & Heliodorum libro secundo.

ἀγὼν δὲ ὁ μὲν ἀρχ.) Scholia Pindarica, μόνον δὲ κιθαρῳδῶν ἀγωνιζομένων τὸ παλαιὸν ἐποίησεν ὁ Εὐρύλοχος καὶ τὰ ὕστερα ὑπάρχειν ἀγωνίσματα.

ἔθηκαν δὲ Δελφοί) Locus obscurus & meo iudicio perturbatus. Xylander dici putat, à Delphis institutum esse hoc certamen primum: Sed quod adiicitur de bello Crissæo non sinit nos de prima Pythiorum institutione hæc accipere: Nam id ab Eurylocho gestum est. cuius temporibus ordinatos esse hos ludos ab Amphictyonibus subdit. Ego non dubito locum esse corruptum.

οἱ δ' Ἀμφικτύονες) In scholiis Pindaricis ista leguntur, Οἱ Ἀμφικτύονες ἐλθόντες εἰς τὴν Κίρραν μετὰ τῶν ἄλλων συμμάχων, καὶ κύριοι αὐτῆς γενόμενοι, διέθηκαν ὕστερον ἀγῶνα ἐν ᾧ καὶ αὐλητεὶ ἠγωνίσαντο.

πάντα δ' αὐτοῦ εἴδη) Quæ sequuntur nusquam alibi memini legere. videntur quidem similia quædam docere interpretes Pindari in προλεγομένοις ad Πυθιονίκας. Nam πεῖραν vocare videntur quæ noster ἄμπειραν: & σύριγμα, quod hic σύριγγας: sed neque ille locus integer mihi videtur esse, neque prorsus inter eos conuenit: Conferat tamen studiosus lector.

ὁ καὶ τοὺς λιμένας συντάξας ἐν δέκα β.) Laudatur hoc opus à Strabone passim: itémque aliis: sed autoris nomen non vno loco reperitur corruptū, vt apud Apollonij scholiasten, vbi Δημοσθένης est scriptum: & Æschyli, vbi Τιμόξενος περὶ λιμένων duplici errore.

ὧν ὁ μὲν ὕμνος) Certissimum est corruptum esse hunc locum: hoc quoque vt puto certum est, ita videlicet esse corrigendum: μετὰ τοιούτων ῥυθμῶν, ὧν ὁ μὲν ὕμνοις οἰκεῖος ἐστιν, ὁ δ' ἴαμβος κακισμοῖς, ὡς καὶ τὸ ἰαμβίζειν. Ait ἐπιπαιανισμὸν illum constare partim dactylis, partim iambis: quorum ῥυθμῶν illi hymnis conueniant, (vel Callimacho teste) hi, vituperationibus. Quis autem nescit iambum maledicum esse & Archilochicum? Iam ergo manifestum est, legendum esse ὕμνοις. Κακισμοῖς autem legimus pro καυκισμοῖς, voce nihili: κακίζειν vituperare significat. Thucydides libro primo de Corinthiis victis, οἱ δὲ Κορίνθιοι κακιζόμενοι ὑπὸ τῶν ἐν τῇ πόλει πρεσβυτέρων. inde κακισμός. Xylander dum emendat αἰκισμοῖς, non attendit quid illa vox significet, isti loco planè inepta.

Ἔφορος δὲ) Digreditur paullulum ab instituto sermone prius quàm ad περιήγησιν reuertatur: Est autem hæc digressio tota aduersus Ephorum: quem ideo reprehēdit, quia ille professus se ἐν τοῖς περὶ Δελφῶν fabulas omissurum: tamen nihil aliud quam fabulas meras retulit.

καὶ Πολύβιος μαρτυρ.) Locus Polybij citatur libro sequenti.

μετὰ Θέμιδος) Vide prologum Eumenidum Æschyli, & chorum postremum Iphigeniæ posterioris Eurip. & Pindari scholia, ad Pyth.

¶Pag. 291. ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμηθέντα ἐπὶ Δελφ.) Assentitur Ephorus Æschylo, qui super hoc sic cecinit:

Λιπὼν δὲ λίμνην, Δηλίαν τε χοιράδα.

Κέλσας

A Κέλσας ἐπ' ἀκτὰς ναυπόρους τὰς Παλλάδος
Ἐς τήνδε γαῖαν ἦλθε Παρνησοῦ θ' ἕδρας.

ἔχοντα τόπον) ἔχοντα τὸν τόπον.

κατατοξεύοντα δ' ἐπικαλεῖν) Malo κατατοξεύοντι. Callimachus,

Πυθώ τοι κατιόντι συνήντετο δαιμόνιος θήρ,
Αἰνὸς ὄφις· τὸν μὲν σὺ κατήναρες, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Βάλλων ὠκὺν ὀϊστόν· ἐπηΰτησε δὲ λαός,
Ἰὴ ἰὴ Παιῆον ἵει βέλος.

B melius ex istis Callimachi verbis Strabonis mentem percipies, quàm ex praua Xylandri versione. Quod ad ἐπιπαιανισμὸς attinet quos ait, fuere ij duplices: vide χ.λ. Thucydid.

Παρὰ πλεῖστα πάντες) Nam hîc quoque sibi parum constat Ephorus: cum enim dixisset Ætolos ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου fuisse ἀπορθήτους: tamen mox eosdem sæpius docet esse subactos. Sed de Ephori dicto hoc, plura libro decimo.

ὑπ' ἀλλήλων τῶν) Locus corruptus: Puto legendum,
C ὑπ' Αἰολέων vel ὑπ' Ἀκαρνάνων quos ἀεί ποτε Ætolis inimicos fuisse testatur Pausanias. Nihil tamen affirmo. Sed in veteribus ita scriptum est, ὑπ' ἀλλήλων . . . . . τῶν ἐχθρῶν: idque sumus secuti.

Μυχὸς ὑπὸ τὸν συμβ.) Nam circa illa loca est ὁ μυχὸς & recessus intimus, sinus Corinthiaci.

ὑφ' αἷς Ἀβαὶ δὲ τὸ μαντεῖον) Herodotus ἐρημίης, καὶ Ἄβας, ἔνθα ἦν ἱρὸν Ἀπόλλωνος πλούσιον θησαυροῖσί τε καὶ ἀναθήμασι πολλοῖσι κατεσκευασμένον· ἦν δέ τι καὶ τότε, καὶ νῦν ἔτι χρηστήριον αὐτόθι. Diodorus quoque libro XVI. περὶ τὰς ὀνομαζομένας
D Ἄβας, καθ' ἃς ἦν Ἀπόλλωνος ἅγιον ἱερόν. Meminere & Pausanias ac Stephanus. Nec de aliis Abis loquitur chorus apud Sophoclem Oedipo tyranno, nec Lycophronis Cassandra.

ὑφ' ἣ Ἀμβρυσος) Huius meminit Polybius libro IIII. Vide Stephanum.

ὅπου) non igitur in Thracia vt Ouidius aliíque putant.

ἐκεῖ μυθεύουσιν ὡς Θουκυδίδης· ἄλλοι δ' ἐν Μεγάροις φασί) Sic restituimus hunc locum ex veteribus libris. Vul-
E gata lectio Straboni magnam negligentiæ notam inurit: sic enim vulgò legitur, Θουκυδίδης δ' ἐν Μεγάροις φησί quum Thucydides disertissimè dicat in Daulide id factum: idque etiam autoritate poetarum probet, à quibus, inquit, ἐν ἀηδόνος μνήμῃ Δαυλιὰς ἡ ὄρνις ἐπωνόμασται.

δαυλοὶ γὰρ καλοῦσι τὰ δάση) Ideo Æschylus δαῦλον ὑπήνην dixit de barba Glauci Anthedonij, quum vellet dicere δασεῖαν: quem locum, grammatici qui hanc vocem explicant, atque ipse Pausanias proferunt. Repe-
F rio & alibi apud eundem poetam. vt Supplicibus,

δαυλοὶ γὰρ πραπίδων δάσκιοι
τε τείνουσι πόροι
κατιδεῖν ἄφραστοι.

οἱ δ' ὕστερον Δαυλίαν) Polybius etiam Δαύλιον.

οἱ δὲ παρωνύμως) Quomodo παρωνύμως cum non differant τῇ πτώσει? Sed hæc παχυμερέστερον sunt accipienda.

Ὅμηρος δὲ) Profert Homeri locum ex quo colligi posse videtur Tityum Eubœensem fuisse: sed alium nos proferamus qui Panopensem fuisse innuit. Ait enim ἐδ.λ.
G de eodem Tityo,

Λητὼ γὰρ ἕλκυσε Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν,
Πυθώδ' ἐρχομένην διὰ καλλιχόρου Πανοπῆος.

¶Pag. 292. Τραχίνιοι λέγονται) Aldus habet Τραχίνιοι quod fortasse in Τραχινιᾶς est mutandum: quod videtur agnoscere Stephanus. Sanè Oetæ Thrachinis incolæ Trachinij vocantur.

ἀρχαῖον) hoc libro, initio τῶν Βοιωτικῶν. De isto loco lege Eustathium ad Homeri versum. Mihi & nostrorum, & eorum quibus Eustathius vsus est codicum fides hîc suspecta est.

ἐπὶ τῷ Κηφισσῶνι) Sic omnes editiones: sed legendum Κηφισσῷ.

τὰ περὶ τοὺς ποταμοὺς) Fortasse, τὰ περὶ τοὺς παραποταμίους.

& ita

& ita in veteribus reperio.

ἐπεὶ δὲ Κηφισσὸς) Septem enumerat Cephissos: longè sanè diligentior Polemone qui in libro περὶ ποταμῶν, tres tantum nominat. Sic ille ὁ Ἀθήνησι Κηφισὸς, ὁ Σικυώνιος, ὁ Ἀργεῖ. Vibius Sequester, Polemone etiam negligetior: Vnicum enim nouit Phocicum Cephissum.

τοὺς Ἐπικνημιδίους Λοκρούς) Epicnemidiorum appellatione hic quoque etiam Opuntios complectitur.

διαιρεῖται τὰς) Hæc satis sunt perturbata: sed omnia ex superioribus plana sunt.

τεκμήριον δὲ) Probat Opuntem Phocensium fuisse olim. argumento, inquit, est Schedij monumentum quod visitur Opunte. Fuit autem Schedius Phocensium dux, belli Troiani tempore, teste Homero.

¶PAG.293. Κῦνος δ' ἐστὶ) Stephanus, Κῦνος ἐπίνειον Ὀπουντίων, ὡς Φίλων καὶ Παυσανίας, Ἑκαταῖος δὲ πόλιν αὐτὴν φησί. Meminit Ptolem.

ὅπου τὰ θερμὰ) Stephanus legit, τὰ θερμὰ λουτρά. Meminit harum aquarum Athenæus: quem vide initio 115. Omnia autem θερμὰ λουτρὰ veteres ἡράκλεια vocabant, vt apparet vel ex Aristoph. Nebulis.

καὶ αἱ Ἀταλάντη δὲ) Huius supra meminit lib. primo. Diodorus autem Siculus lib. XII. prius fuisse χερρόνησον ait, factámque insulam vehementi terræmotu, qui contigit anno tertio Olymp. LXXXVIII. Verum id autoritate Thucydidis possumus refellere, qui etiam ante illa tempora fuisse testatur ἱδρυμένον ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις locus est lib. II.

περιλιπεῖν ὡς φησὶν Ἀρίστων) Diodorus libro XIIII. κατασπασθέντος δὲ αὐτοὶ εἰς Ἄργος τοὺς Λοκρίδος, ἐξ ἧς φασὶ τὸν Αἴαντα γενέσθαι.

τὸν Μαλιέα κολ.) Malea promontorium est Laconicum: neque huc vllo modo pertinet. Legendum autem Μαλιακὸν vt paullò antè. vel Μαλιέα vt scripti.

ὑπὸ Λιχᾶ τινος) Hic fuit qui Deianiræ mandatu tunicam Herculi attulit, quo periit. Vide quæ de eius morte dicit Sophocles Trachiniis: facilè intelliges, cur Lichades ab eo sint appellatæ. Nomina Lichadum fuêre, Scarphia, Caresa, Phocaria Plinius.

τὸ Θρόνιον) Hoc vnum in mediterraneis locorum Epicnemid. Ptolemæus ponit.

ὁ παραρρέων τὸ Θρ.) Ex Homero,

——Θρόνιον Βοαγρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

μετὰ δὲ ταῦτα Σκάρφη.) Eustathius legit hic Σκάρφεια: paullò post autem Σκάρφη vt hodiéque editur: & addit καὶ ὅτι καὶ Σκαρφὴν λέγει καὶ Σκάρφειαν τὴν αὐτήν.

διέχουσα δὲ τῆς Θρονίου πεντήκοντα) Scripti libri τριάκοντα ἐλάττων μικρῷ. lego, τριάκοντα ἢ ἐλάττω μικρῷ.

ὑπὸ τοῦ συμβεβηκότος) Nam huiusmodi conualles Græci vocant βόθρους. Vide Stephanum Βόθροι.

ἐν τῇ Μηθύμνῃ πόλει) Methymna vrbs est celebris insulæ Lesbi: in eius agro fuit Napa hæc. Quod ait fuisse appellatam Lapen ab Hellanico per ignorantiam, miror, cum aliter Stephanus tradat. Νάπη, ait, πόλις Λεσβοῦ. Ἑλλάνικος ἐν δ' Ἀτθίδος Λεσβιακῶν.

τῇ ὑπὸ χάριν) Lege cum manuscriptis, ἐν τῇ ὑπὸ ν. Sic paullò antè ἐν τοῖς ὑπὸ χαλδίοις.

¶PAG.294. Ἡ δὲ Σκάρφη) Audebo hic aliquid præter morem: Nam cum hic locus iamdiu ita legatur, nec aliter in suis libris Eustathius repererit, audebo tamen affirmare veram lectionem esse Τάρφη. Primum, quia certum est Geographum omnes diligenter recensere locos, qui sunt ab Hom. relati in Bœotia. Τάρφη autem nisi hic meminit, alibi non reperitur eius mentio. quũ tamen modò dixerit se ea relaturum, quæ sunt in Homero. Deinde cur Scarphen bis recenseret omissa Tarphe? Præterea quod ait nomen habere à densitate, id certissimum est argumentum τάρφη scripsisse Strabonem, non Scarphen. Nam vt ait & Steph. τάρφος vocat, τὸ πυκνὸν, Homerus,

——βαθείης τάρφεσιν ὕλης.

vide & Hom. scholiasten. Postremò quod ait Pharygas fuisse

A fuisse appellatam hanc vrbem, Tarphæ id conuenit; non Scarphæ, vt bis Stephanus testatur. Quare iterum affirmo, legendum esse Τάρφη non Σκάρφη. nec mouet quod ante annos fere quadringentos hic locus fuit deprauatus gaudeo magis, quod iam inueteratum errorem in tam præstanti scriptore deprehenderimus. Xylandro viro erudito solus Eustathius impedimento fuit, quo minus mecum sentiret. Sed quantum Eustathii codicibus tribuendum sit, ex multis apparet.

B ὥσπερ δὲ καὶ αὕτη) Sicut & Daulia vt supra dictum est: ideo ait καὶ αὕτη.

ὀνομάζεται δὲ) Pausanias de Naupacto, Δωριεῖς ὁμοῦ τοῖς Ἀριστομάχου παισὶ τὰ πλοῖα αὐτόθι ἐποιήσαντο, οἷς ἐς Πελοπόννησον ἐπεραιώθησαν. καὶ ἀπὸ τούτου γενέσθαι τὸ ὄνομα τῷ χωρίῳ φασί. Stephanus idem ait cum Strab. & citat Ephorum ad Strabonem.

ὡς μέμνηται καὶ ὁ ποιητὴς) Poetæ carmeo,

χαλκίδα τ' ἀγχίαλον, Καλυδῶνά τε πετρήεσσαν.

Vide Stephanum.

C καὶ ὁ πρόσωπος) Libro decimo est περιέχοντος. Reperio & qui τοὺς ... vocent. Antigonus, ex Myrsilo Lesbio refert, Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας τὰς ἐπωνυμίας ταύτης τυχεῖν διὰ τὰς χώρας τὰς αὐτῶν . . . ὄζειν, καὶ μάλιστα τοῦ περὶ τὸ ... ὄρους.

οἱ δὲ ὑπὸ τῆς δυσωδίας) Ozolarum appellationis causas varias affert Pausanias: Strabo è duabus earum vnam facit: Sic ille, Οἱ δὲ Νεσσον περαιώσαντα ὑπὸ τῷ Εὐήνῳ &c. Eadem habet Antigonus.

καὶ ἡ Μολυκρεία) Lege Stephanum.

ὁ δ' Ἀμφισσα) Distabat Delphis stadia centum & viginti. Diruta est bello sacro: cuius ipsi non minimè fuerant τὸ αἴτιον.

D

Αἰνιᾶνες οὓς φησὶν οἱ πάντη ἴσχοντες) Attentus lector facile odorabitur mendum quod huic loco subest: Nam quid est πάντη ἴσχειν? enimhil enim præcessit quò referri illa vox possit. Ergo locus est mendosus. Legendum vero ὅ τε τῶν Οἰταίων χώραν ἔχοντες. vel οἱ τὴν Οἰταίαν ἔχοντες. Vtraque sententia vera est. Ænianes enim Oetæ montis accolæ. in quo monte sitam vrbem Hypatam habuêre. docet id Heliodori locus quem mox proferemus.

E ἡ τῶν πόλεων) Plinius quinque Doridis vrbes refert Sperchium, Erineon, Boion, Pindum, Cytinum. Alii sex. Tzetzes in Lycophrone, Η Δωρὶς ἑξάπολις. ἔχει, Κύτινον, Βοιὸν Λίλαιαν, Καρφαίαν, Δρυόπην καὶ τὴν Ἐρινεόν. Ptolemæus quatuor easdem agnoscit quas noster: nisi quod pro Pindo, Lilæam habet. Diodorus Siculus libro XI. tres videtur agnoscere tantum: Κυτίνιον Βοιὸν Ἐρινεόν. Sic enim ille locus legi debet: nam hodie corrupta sunt omnia. Vide ad librum sequentem.

ἀκρίφαντα λέγουσιν) Stephanus, Ἀκρίφαι πόλις μία τῆς Δωρικῆς τετραπόλεως.

F ἔστι δ' ὀλίγη.) Lego, ἔστι τε δ' ὀλιγωρίᾳ δοῦλον ἢ ἐξ.

Οὕτω δὲ τὴν Οἴτην διαφυγεῖν) Ait Ænianes Oetam montem incoluisse: postea autem fuisse deletos: vnde fit, vt tam pauca de iis legantur apud veteres etiam Geographos. itaque non est prætermittendus Heliodori de Ænianibus elegans locus, libro secundo. vbi docet Ænianes partem esse Thessaliæ eamque generosissimam & verè Græcam: porrigi autem secundum sinum Maliacum: metropolin verò suam habere in

G monte Oeta: vrbem omnium Hypatam: sic dictã, vel ὡς ἐπὶ τῷ ὑπατεύειν, quod reliquis imperatent: vel ὡς τὸ ὑπὸ τὸ ὄρει, quia monti Oetæ subiacet. Verba Heliodori sunt. Οἱ Αἰνιᾶνες Θετταλῶν μοῖρα τὸ εὐγενέστατον καὶ ἀκριβῶς Ἑλληνικὸν, ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος, τὸ μὲν ἄλλο τοῦ μαλιακοῦ κόλπου παρατεινόμενοι. μητρόπολιν δὲ αὐχοῦσι Ὑπάτην πόλιν, ὡς μὲν αὐτοὶ βούλονται, ὑπὸ τοῦ ἄλλων ὑπατεύειν, ὡς δέ τισιν ἀρέσκει, διὰ τὸ ὑπὸ τῇ Οἴτῃ τῷ ὄρει κεῖσθαι.

τὸ δ' ὄρος διατ.) Descriptionem Thermopylarum habes apud Herodotum Polymnia. Appianum, in Syriacis: Sed ad Liuium & confer cum Strabone: la enim graphicè admodum hæc describit, planéque idem cũ nostro dicit. Locus est lib. XXXVI.

¶Pag. 295. ἔστι δὲ καὶ θερμὰ) Sophocles Trachiniis,
Ὦ ναύλοχα λουτρὰ καὶ πετραῖα θερμὰ, καὶ πάγους Οἴτας παραναιετάοντες. Schol. λουτρά φησι τὰ Ἡρακλέους, ἃ δὴ λέγεται αὐτῷ ἡ Ἀθηνᾶ ἀνεῖναι. Pisander,
τῷ δ' ἐν Θερμοπύλῃσι θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη
ποίει θερμὰ λοετρὰ παρὰ ῥηγμῖνι θαλάσσης.
Herodo. ἔστι δὲ ἐν τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ θερμὰ λουτρὰ, τὰ χύτρους καλέουσι οἱ ἐπιχώριοι, καὶ βωμὸς ἵδρυται Ἡρακλέος ἐπ' αὐτοῖσι.
τὸ δ' ἀπὸ ἀνατολῶν ὄρος) Liuius sic, *Extremos ad Orientem* montes, Oetam vocant, quorum quod altissimum est
B Callidromō appellatur: in cuius valle ad Maliacū sinū vergente, iter est, non latius quam sexaginta passus.
Νίκαια) Stephanus Νίκαια.
Τειχιοῦς) Liuius Tichiunta ait esse cacuminis nomen, vt est Callidromos & Rhodunta. cui assentitur Appia. qui Τειχιοῦντα scribit: itáque hic scribendum vel ex Steph. qui Strab. sequitur.
Λακεδαιμονίων ἄποικοι) Thucydides libro III. ἀπὸ δὲ τῆς χώρας τούτου Λακεδαιμόνιοι Ἡράκλειαν τὴν ἐν Τραχινίαις, ἀποικίαν καθίσταντο. Addit deinde distare Heracleam à
C Thermop. stad. XL. à mari stad XX.
τὴν Ἀντικύραν) Ἀντίκυραν Herodotus aliique vocant: & ita Strabonem scripsisse ex superiori quodam loco potest cōiici. Verba Herodoti ascribam, quia ex eo pleraque sumit Strabo: πρώτη μέν νυν πόλις ἐστὶ ἐν τῷ κόλπῳ ἰόντι ἀπ' Ἀχαιίης, Ἀντίκυρα, παρ' ἣν Σπερχειὸς ποταμὸς ῥέων ἐξ Ἐνιήνων, ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ.
καὶ ὁ Δύρας ἐστὶ) Hæc quoque ex Herod. descripta sunt. Ἀπὸ δὲ τούτου (inquit) διὰ εἴκοσί κου σταδίων ἄλλος ποταμὸς τῷ
D οὔνομα κεῖται Δύρας, τὸν μυθεῦνται βοηθέοντα Ἡρακλέϊ καιομένῳ ἀναφανῆναι.
καὶ ἄλλος Μέλας) Herodotus, Ἀπὸ δὲ τούτου, δι' ἄλλων εἴκοσι σταδίων, ἄλλος ποταμός ἐστι, ὃς καλέεται Μέλας. Τρηχὶς δὲ πόλις ἀπὸ τοῦ Μέλανος τούτου ποταμοῦ πέντε στάδια ἀπέχει.
Πρὸς δὲ μεσημβρίαν τῆς Τρ.) Herodotus, Γῆ δὲ ὄρεα, τὰ περικλείει τὴν γῆν τὴν Τρηχινίην, ἔστι διασφὰξ πρὸς μεσαμβρίην Τρηχῖνος. διὰ δὲ τῆς διασφάγος, Ἀσωπὸς ποταμὸς ῥέει παρὰ τὴν ὑπωρέην τοῦ ὄρεος.
E καὶ τὸν Φοίνικα ἐκ τῆς μ.) Herodotus ἔστι δὲ ἄλλος, Φοῖνιξ ποταμὸς οὐ μέγας, πρὸς μεσαμβρίην τοῦ Ἀσωποῦ, ὃς ἐκ τῶν ὀρέων τούτων ῥέων ἐς τὸν Ἀσωπὸν ἐκδιδοῖ.
ἀπὸ Ἀσωποῦ π.) Imo ἀπὸ Φοίνικος. Herodotus, Ἀπὸ δὲ τοῦ Φοίνικος ποταμοῦ πεντεκαίδεκα στάδιά ἐστι ἐς Θερμοπύλας.
χαλκίδα τε καὶ πέδας Ἑλλ. Φιλ.) Refertur apud Liuium lib. XXXII. solitum Philippum compedes Græciæ appellare Demetriadem in Thessalia, Chalcidem in Eubœa, Corinthum in Achaia quod & Plutarchus in vita Flaminii annotauit. & vtroq; prior Polybius scribit libro XVII Pausanias, non compedes sed claues vocitatas à Philippo fuisse. nec Demetriadem, sed Magne-
F siam in Thessalia: Ego autem miror vehementer quod videtur Strabo non Philippo sed aliis hoc tribuere ad Demetriadem quod attinet.
ἅπαντα πλάνῃ τῇ πάσῃ) Lego, ἅπαντα τ' ἰνδάλματα πᾶσι, καὶ ἀνίαγε.
οἱ περὶ Λεωνίδαν) Res nota ex historicis græcis Latinisque ac poetis, præsertim Epigrammatariis.
¶Pag. 296. ἔστι δ' αὐτῆς πρὸς) Conferant studiosi lectores hanc descriptionem Thessaliæ ἰλιγγώδη cum So-
G phiani tabulis & Ptolemæi: mihi quidem videtur Strabo non verbis eam describere: sed ipsis oculis spectandam exhibere.
διὰ μέσης ῥέων) Plinius de amnibus Thessaliæ, *Et ante cunctos claritate Peneus, ortus iuxta Gomphos, interque Ossam & Olympum nemorosa conualle defluens, D. stad. in, dimidio eius spatio nauigabilis.*
καὶ τὰς ἐκβολὰς) Vnde fiebat, vt flumina se exonerare non possent: sed restagnarent.
τὸ δὲ παλαιὸν καὶ λιμνάζεσθαι) Herodotus libro VII. Τὴν δὲ Θεσσαλίην λόγος ἐστὶ τὸ παλαιὸν εἶναι λίμνην, ὥστε γε συγκεκλῃμένην πάντοθεν ὑπερμήκεσι ὄρεσι. Seneca Naturaliū Quæst. lib. VI. *Si velit credere, aiunt*, aliquando Ossam Olympo cohæsisse, deinde terrarum motu recessisse, & scissam vnius magnitudinem montis in duas partes. Tunc

A Tone effugisse Peneum qui paludes quibus laborabat Thessalia siccauit, abductis in se, quæ sine exitu stagnauerant aquis. Similia apud Lucanum lib. VI. & Claudianum lib. II. de raptu Proserpinæ.
τὰ περὶ τὰ Τέμπη) Amænissimū locum, descriptione sanè quā amæna descripsit, elegans σοφιστὴς Ælianus ποικ. lib. III. cap primo. Poetæ passim commemorant.
ὑπὸ Νεσωνίς quæ ad Nesonen vrbem stat cuius Stephanus meminit.
B ἡ Βοιβηῒς λίμνη) Mirabar dici Bœbein lacum Nesonide minorem: cum tamen huius plerique meminerint, Homerus, Herodotus, Plinius, Stephanus, alii, apud quos de illo altero, altum silentium: ac deesse negationem suspicabar. Sed docet sub finem libri huius rei causam Strabo. Apollonius libro primo hāc λίμνην Ξυνιάδα vocat.
ἐκαλεῖτο δὲ τὸ μὲν) Paulò aliter doctissimus Apollonii interpres Sophocles ex Apollodori Commentario Bœotiam
C Δωτιεῖτιν, inquit, εἰς μέρη τέσσαρα, Πελασγιῶτιν, Θεσσαλιῶτιν, Ἰαολκῖτιν, Φθιῶτιν, Iolcitin enim vocat, quam Strabo Estiæotin.
πρὸ τοῦ δ' ἀνδρῶν ἐπονομαζεῖν ἕκας ἀριθμοῦσι) Mela de hoc tractu, *Terra interiores claris locorum nominibus insignes, pene nihil nobile ferant*, ad verbum interpretatur Strabonē.
εἰς δυναστείας) Prior interpres legit δυοκαίδεκα. Sed malo δέκα. Nam apud poetam δυναστεῖαι sunt decem, nō duodecim. quarū nouem hæ in catalogo recensentur, Prima est Achillis. II^a. Protesilai. III. Eumeli, IIII^a. Philoctetæ. V^a. Filiorum Asclepii, Podalirij & Machao-
D nis. VI. est Eurypyli. VII^a. Polypœtæ. VIII^a. Gounei. IX. Piranthoi. Decimā autē in catalogo prætermissam alibi nominat. Ea fuit Dolopū, quibus præerat Phœnix
¶Pag. 297 οὐδὲ γὰρ συν.) Deest aliquid. Apparet refellere Strabonem superiorem sententiam. Non enim συστρατεῦσαι Achilli Phœnicem, sed ὀπαδὸν tantū, vt ei esset à consiliis: vt non sit necesse Dolopes eum adduxisse.
τὸ, τὸ Ἄργος τὸ Πελασγικὸν) Hic quoque desunt quædam: Explicabat autem his verbis Strabo quid sit apud poetam Ἄργος τὸ Πελασγικὸν. qua de re dixit & lib. V.
E οἱ δὲ πόλιν, ἀλλὰ) Vide num legendum sit potius, οἱ δὲ οὐ πόλιν. Alij, inquit, non putant τὸ Πελασγικὸν Ἄργος esse vrbem, sed ipsam Thessaliam ita esse appellatam. Sic omnes sentiunt, sic ipse supra.
οἱ δ' ὕστερον τὴν Ἑλλ.) Explicat quid sit apud Homerum Ἑλλὰς, ac varias variorum sententias refert: quarum duo sunt genera: Nam alij χώραν, alij πόλιν esse putabant. Est autem aduertendum loquendi genus Homeri, vt οἱ δὲ Δύμην εἶχον πόλιν, ὁ μὲν, ἀντὶ. Sic Strabo, οἱ δ' ὕστερον, οἱ μὲν pro οἱ δὲ ὕστερον οἱ μὲν. & mox, οἱ δὲ οὐ τὰ πόλιν, φαρ-
F σάλιον εἶναι, pro οἱ δὲ εἰς τὸν πόλιν, οἱ μὲν. Porrò de iis quæ hic tractantur consule poetæ interpretes, & Stephanum, maximè in voce Φθία.
καὶ τὸ Θετίδειον ἐστὶ πλησίον τῆς φαρσάλου) Xylander putat Thetidium sacellum Thetidis significare: non sanè ineptè: nam ea forma Ἀρτεμίσιον Dianæ est fanum & alia multa. Fallitur tamen hoc loco: Thetidium enim oppidi nomen est vt apparet ex hac Andromachæ descriptione apud Euripidem,
Φθίας δὲ τῆς δὲ καὶ πόλεως Φαρσαλίας
G σύγχορτα ναίω πεδί', ἵν' ἡ θαλασσία
Πηλεῖ ξυνῴκει χωρὶς ἀνθρώπων Θέτις
φεύγουσ' ὅμιλον. Θεσσαλὸς δέ νιν λεὼς
Θετίδειον αὐδᾷ, θεᾶς χάριν νυμφευμάτων.
Polybius libro XVIII. de Philippi & Flaminij castris loquens: ἀναζεύξαντες ἀμφότεροι τὸ Μελάμβιον τῆς Σκοτουσαίας, ἔθετο δὲ ἐπὶ τὸ Θετίδειον τῆς φαρσαλίας.
Μελιταιεῖς δ') Stephanus Μελιταία.
τὴν Ἕλλην ἀπὸ τοῦ Δ...) Negat Stephanus voce Ἑλλάς. οὐδ' ὠνόμασεν ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς, Quid est Erythra? nō enim opinor mare rubrum intelligit. Quid dicam de interpretibus qui tam negligenter in eo auctore quem vertebāt, sunt versati, vt cum possent ex ipso locum emendare videre id non quiuerunt? Tu lege ἀπὸ τῆς Ὀθρυος ex libro VIII. vt Eustathiū omittā. Liuius lib. XXXIII.
Enipeum

Enipeũ ait fluere ex valle Olympi montis. Sed lego ibi qnoq; Othryis non Olympi. Nam Olympus Thessaliæ est ὅρος ἄρκτον, Othrys ὅρος νότου. Auctor Herodoros.

¶PAG. 298. τοῦ μὲν τοι) Sensus est, Magnesiæ oune attribui de ditione quam Eurypylo tribuit Homerus, Ormenium, totamq; eam quæ Philoctetæ paruit: Xylander aliter, & malè: dum non attẽdit ad Homeri verba.

ἐκ δ' Ἀλου δ') De Alo vide notata in Epitome Stephan. vbi omnia diligẽter explicãtur: vide & in voce Ἀλόπη.

Τυμφρηστοῦ τοῦ περὶ ἢ τοῖς Δόλοψι) Tymphrestus mons Thessaliæ, Dolopibus quibus imperauit Phœnix vicinus. Ideo Lycophron doctissimus poeta de Phœnice in patriam redeunte, Illum, inquit, terra

Κρύψει, φησὶν Τυμφρηστὸν αἰπεινὸν λέπας.

ἀπέχει δ' Ἴτωνος) Scribe Ἴτωνος, ex Hom. qui Ἴτωνα vocat, & ita citans hunc locum legit Steph.

ποταμὸς Ἀμφρυσσός) Vibius Sequester, *Amphrysus Thessalia vbi Apollo Admeti regis pecus fertur pauisse.*

ὑφεστηκόμενοι) Aldus ὑφεστηκότας. Alij ὑφεστηκότες. Lego ὑφεστηκότων vel ὑφιστάμενοι.

ἐκ τε ἢ τρέφειν ταύτην) Mos hic fuit veterum, vt eomã amnibus tonderent, vel vt Σπέρχει rependerent, vel luctus causa. Æschylus,

——πλόκαμον Ἰνάχῳ θρεπτήριον,
τὸν δεύτερον δὲ τόνδε πενθητήριον.

quem morem Pausanias esse antiquissimum docet.

ἐξ Αἰγίνης) Æginæ enim Myrmidones sunt appellati, lib. VIII.

Θήβας τὰς Φθιώτιδας) Ptolem. inter maritima Phthiotidos, refert Thebas φθιώτιδας.

Ἐχῖνος) Idem Echinum ibidem recenset. At Lamia illi est in mediterraneis Phthiotidis.

περὶ ἣν ὁ Λαμιακὸς πόλεμος) Historia extat apud Diodorum Siculum lib. XVIII. Leostheni occiso successit Antiphilus.

Κορώνεια) Est in mediterraneis. Ptol. Vide Stephan.

Μελιτεία) Μελίτεια alij habent: apud Diodorum Μελιταία.

Θαυμακοὶ) Liuius lib. XXXII. *Thaumaci à Pylis sinuque Maliaco per Lamiam eunti, loco alto siti sunt, ipsis faucibus imminentes eius quam Cœlen vocant: Thessaliaque transeunti confragosa loca implicitasque flexibus vallium vias, vbi ventum ad hãc vrbem est, repente velut maris vasti, sic immensa panditur planities, vt subiectos campos terminare oculis haud facile queas: ab eo miraculo Thaumaci appellati.*

¶PAG. 299. Πέλινναν) Stephano est Πέλιννα. Liuio Proerna lib. XXXVI.

Φάρσαλον) Nobilis Pompeij clade locus.

Ἐρετρία) Ptolemæus plurali numero effert Ἐρετρίας.

ἐντεῦθεν ἐστὶν Ἀχελῷος) Alius est Achelous hic ab eo qui Acarnaniam ab Ætolia dirimit, vt notatur lib. seq.

ἢ Τάλαρες) Libro septimo cum Athamanibus & Æthicibus iunxit Tymphæos. Talarenses quidem habet Plinius, & Stephanus Talarinos, sed in Sicilia collocat.

Ἴσμαρον) Ismarus, mons Thraciæ. Stephan. Meminit Virgil.

τὸ μεταπεσὸν) Imo legendum τὸ μετατεθὲν. Si nihil mutes, interpretandum nomen quod sumpsit ille locus, loco veteris nominis.

ἑβδομήκοντα σταδίοις) Sic paullò antè à portu proximo Thermophylis dixit ad Eubœam esse stad. LXX.

¶PAG. 300. ἢ ἄλσος Πύρασον) Alij vt Eustathius referũt, aliter sentiebant: & Cereris nemus interpretabantur vrbem quæ vocabatur Δημήτριον: quod & Stephan. confirmate videtur: apud quem in voce Δημήτριον Κρόκιον malè legitur, pro Κρόκιον.

ἢ ὁ Φύλλος) Stephanus habet Φυλλὸν, & profert hunc locum, annotans Rhianum fœminino genere protulisse isto carmine,

οἱ δ' ἀμφ' ἐνναίοντες, ἰδὲ κρατερὴν περὶ Φύλλον.

ἡ Θέμις ἰχναία) Homerus in hymno Apollinis,

——θεαὶ δ' ἔσαν ἔνδοθι πᾶσαι
ὅσσαι ἄρισται ἔσαν, Διώνη τε, Ῥείη τε,
Ἰχναίη τε Θέμις, ἢ ἀγάστονος Ἀμφιτρίτη.

A Lycophron. de Themide Solis filia,

Τὴν δ' ἥλιος θυγατέρ' ἰχναίαν θεάν.

Vide Stephanum. Dicitur & Nemesis Ichnæa. Diodorus poeta Epigrammatarius,

Ἀδρήστειά τε δία, ἢ ἰχναίη τε φυλάσσοι
Παρθένος, ἢ πολλοὺς ἐψεύσατο πολλάκις ...

ἵππον μέγαν) Non dubito legendum esse ἵππον βουλαν: quæ vox scopulum in mari latentem significat: videtur autem illud saxum vocatum fuisse οὖν quia scentis

B grandis asini speciem præ se ferret: vnde prouerbium manauerit, de maioribus solito animalibus, ονε Ἀντρῶνος. Similem mendam apud Plutarchum deprehendimus vt alias infinitas. Locus est in Lycurgo, Λακωνικὰ ... πολιτικῶς ἢ ... Cuius loci elegantiam nemo animaduertet qui prius non obseruauerit sumtum esse loquendi genus à nautum fabrica, qua oaues ... oneratur. saburram autem Græci ἕρμα vocant. Quare ἕρμα legendum est oon ἵππον.

C ἢ ὁ Πύρασος) Videtur separare Pyrasum à Cereris templo, quod quomodo sit intelligendum, ex superioribus disces.

τοῦ σωτῆρος θαλάσσης) Prior interpres legit, ἢ ἢ. Malo ... Lego etiam ... non ... quod vel cæcus videat esse deprauatum.

φησὶ μὲν ὁ) Rectè hic Strabo cum Ptolem. conuenit.

D Παγασαὶ) Plinius numero singulari, Pagasa. Inde sinus Pagasicus eisdem, Παγασητικὸς Græcis.

ἡ δ' Ἰωλκὸς) Iolcus tam cognita est, quam vellus aureum, & Iasonis nauigatio: de quibus præter Apollonium Orpheum & Valerium, vide Pindari Pyth. Od. IIII.

Ἀφέτας ὡς ἂν ἀφετήριον) Apollonius lib. I. de Argonautis è Magnesia soluentibus:

——ἀπὸ προτέρω παρενίσσοντο
Νῆα τ' ἀκτὴν πολυλήιον ...
Τὴν δ' ἀντία Ἀφέτας Ἀργοῦς ἔτι κικλήσκουσι.

E τὴν Δημητριάδα) Plinius Demetriadem ipsas Pagasas esse putat.

ὑπὸ ἢ Ῥίζοῦντα) Stephanus, Ῥιζοῦς, πόλις Θετταλίας. Vide eundem de Olizone, vel Olizo vt alij efferunt.

ἐπικρατεῖ ἢ ἢ ἢ τ. Supra de Demetriade, ἢ ... ἢ ἢ ...

ἢ τὰς Φερὰς) De Pherarum tyrannis multa leges apud Diodorum Siculum, Thucydidem & alios Græcos historicos.

F ὁ Νάιρος ...) Locus corruptus: Nam decurtata vox est, pro Ἀναυρος. Sic ergo scribendum. Anaurum Thessaliæ fluuium prope Iolcum, agnoscent vel mediocriter literis tincti.

τὸν Κικύνηθον) Plinius *Pagasicus sinus ante se habet Eutychiam, Cicynetum & Scyrum supradictam, sed Cycladum, & Sporadum extimam.* Mela *Pagasæus sinus Sciathon prospicit, Cicyneton amplectitur.*

Σκιάθος τε ἢ Πεπ.) Plinius, *Athos ante se quatuor, Peparethum cum oppido, quondam Euœnum dictam I X. M. pass. Sciathum X V. M.*

G ἢ Ἰκὸς) Pauci huius meminere, Stephanus, Ἰκὸς νῆσος τῶν Κυκλάδων, ... τῇ Εὐβοίᾳ. Liuius lib. XXXI. *Inde omnes velis in altum datis, maris medio præter Scyrum insulam Icum peruenere.*

Ἀλόννησος) Plinius, *Inter Cherronesum & Samothracen vtrinque ferè X V. M. Halonesos.* De hac extat oratio inter Demosthenicas.

¶PAG. 301. διὰ τὸν ἀγκῶνα) Nam eius rei passim apud veteres auctores est mentio: vt ne annotare quidem quiquam sit necesse.

αἱ γὰρ αἶγες ἀρισται) Nam vt ait Pindarus, Scytiæ capræ ... Athen. lib. I. & XII.

Lyco- ἢ τὰς.

καὶ τῆς Δοκιμαίας) Suspecta mihi quidem vox. De lapide Carystio, Synnadico, & Hierapolitico, suis locis meminit.

τὸ ποικίλον τι) Sēsus est, fecisse τὴν ποικίλην λιθίαν, vt τὰ λευκόλιθα sordeant & contemnantur, præ aliorum lapidum elegantia. Nihil igitur deest, vt vulgo putant.

τὴν Ἐστιαιῶτιν) Malim Ἱστιαιῶτιν. Sic enim perpetuò scribi video τὴν Εὔβοιαν, quæ vox est Ἰωνικωτέρα.

ὅπου τὸ ἱερὸν) Meminit lib. VIII.

ἀλλὰ τὴν πρότερον.) Stephanus vocari ait Θύμαιον.

τῆς ὀρτι λευκακόεσσα) Homerus,

Οἵ δ' ἔχον Τέμπεα καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν.

καὶ Μητροπόλεως) Dio lib. XLI. Αὐτίκα μὲν Μητρόπολις ἕτερον τι πόλισμα οὐδὲ ἐς χεῖρας αὐτῷ ἦλθεν, ἀλλ' ἀμαχεὶ ὡμολόγησε. Meminit & Ptolem.

καὶ Πελινναίον) Stephanus, Πέλιννα πόλις Θετταλίας ἐν τῇ Φθιώτιδι.

καὶ Γόμφων) Dio libro XLI. Γομφοὺς δὲ πόλιχνίον τι Θετταλικὸν προσηγάγετο, καὶ κρατήσας, πολλοὺς ἔκτεινε. Meminit Ptolem. & alij Geogr.

πλέονας τὸ φρονεῖν) Lege τοῦ φρονεῖν. Videtur Callimachus ita scripsisse hos versus,

Ταὶ Ἀφροδίτας (ἁ θεὸς γὰρ οὐ μία)

Η Καστνιῆτις πάντας ὑπερβάλλει φρονεῖν.

Sed Strabo verba Callimachi suæ sententiæ accommodat: illud autem, ὑπερβάλλει φρονεῖν, dictum est, vt,

——περὶ δ' ἐστὶ μάχεσθαι.

Veneris autem Καστνίας meminit Lycophron.

Τὴν Καστνίαν δὲ καὶ μαμμαίαν θεόν.

καὶ ταῦτα πεδίον) Deest aliquid.

ὑδρηλὰ τῇ) Hic quoque aliquid deest.

καὶ Φαρυγίδων) Lego Φαρύκαδα, vt ex sequentibus apparet: sed de hoc loco mihi non constat. Nam mox Φαρυκάδιον scribitur.

τῆς Ἰθωνίας Ἀθηνᾶς) Legendum Ἰτωνίας ex ipso Strabone in Bœoticis. Quare errant, qui auctoritate Strabonis vtuntur vt probent Ithonæam Mineruam & Itbonæam diuersas esse. Scripti habent Ἰτωνίας.

¶Pag. 302. καὶ μάλιστα τῆς λοῦ) In hac quæstione variat Strabo: quem vide libro superiore & sequenti: Sophocles sanè aliique poetæ Euboicam Oechaliam apertè docent fuisse, quam euertit Hercules.

ὁ ποιήσας) De hoc poemate vide infra lib. XIIII.

ὁ δὲ τῆς Ἰωλκοῦ τόπος) Sic loquitur, quia iampridem diruta fuerat Iolcus.

τόν τε Ἀμύντορα καὶ Εὐαίμονα) Eustathius locum Strabonis describens, codicibus vsus est in quibus aliter longè quàm hodie est in nostris scriptum erat. Nam cum Strabo κατὰ τὴν τῶν χωρίων dicat Ormeni filios duos fuisse Amyntora & Euæmonem, illiúsque filium fuisse Phœnicem, huius Eurypylum: Eustathius contra Ormeni filium vnum agnoscit Amyntora, cuius filij Phœnix & Euæmon, Euæmonis autem Eurypylus. Atque hæc varietas lectionis magna sanè est. Nos vero multis locis deprehendimos vsum esse Eustathium Strabonis codicibus admodum deprauatis: vt hic quoque eorum fides meritò suspecta mihi fit.

τοῦ Μήσονος) Imò Μαίονος, vt ait Xylander. Sed est opinor ipsius auctoris ἁμάρτημα μνημονικόν.

ἀλλὰ Νίσαια) Cuius meminit ex Herodoto Epitome Stephan.

ὑπὸ τελευταίου) Distinguendum puto. Sed quid loco prioris partis huius corruptæ vocis sit restituendum non video: ὄντα certè participium integrum apparet. An legi potest, μεγάλῃ νίσσῃ?

καὶ Γυρτῶνος) Alij Γυρτώνην vocant, cum Homero.

¶Pag. 303. Ἄτραξ) Dicebatur & Ἀτρακία: vtràque τῆς Πελασγιώτιδος μοίρας, ait Stephanus.

Λάρισσα δ' ἐστὶ καὶ) Larissas varias esse docet Geographus etiam libro XIII. Stephanus verò qui locum hunc descripserat, hinc suppleri & corrigi debet. Apollonij scholiastes tres Larissas recēset: quarum vnam in Pelasgiotide Thessaliæ parte collocat: eàque esse putat

A se putat quam Hom. Argissam vocat.

καὶ ἐν Κρήτῃ πόλις, ἡ νῦν εἰς Ἱεράπυτναν συνῳκίσθη) Quis vnquam Iapygiam in Creta vllam legit? Ego semper hunc locum suspectum habui: ac putaui legendum Ἱεράπυδναν quam esse vrbem Cretæ notum est. Coniecturam meam confirmant veteres codices qui habent Ἱεραπυγίαν: mendosè omnino pro Ἱεράπυδναν.

ὁ Λαρισαῖος Ζεὺς) Stephano Λαρισαῖος Ζεύς.

καὶ Ὀλοοσσὼν δὲ) Lycophron Olossonem vocat,

B ——καὶ Πέρραιβικὴν

Γόννον, Φάλαννάν τ' ἠδ' Ὀλοοσσόνων γύας.

τοῦ Εὐρώπου ποταμοῦ) Sic à Plinio appellatur Titaresius amnis lib. IIII. cap. VIII. de Peneo loquente, *Accipit (inquit) amnem Eurotan nec recipit, sed olei modo supernatantem (vt dictum est Homero) breui spatio portatum abdicat: pœnales aquas dirisque genitas argenteis suis misceri recusans.*

καὶ ὑπὸ τῷ Πολυ.) Lego καὶ ὑπὸ τῷ Πολυποίτῃ.

ἐξ ὄρους Τιταρίου) In hoc monte habitauit Mopsus is de quo sub finem libri. Orpheus, ——ἠδ' ἐπὶ τοῖσιν

C Καὶ Μόψον Τιταρῆθεν.

¶Pag. 304. λιπαρὸν ἔχει τὸ ὕδωρ) Causam cur Titaresius aquas suas cum Peneo non misceat, affert pinguedinem earum: alij leuitatem αὐτῶν, vt Plinius, Athenæus & Arrianus in periplo Euxini ponti de Phaside loquens: mihi probatur magis Strabonis sentētia.

Σχοτοῦσσαν ἐμνήσθημεν) Libro septimo extremo.

Κυνὸς κεφαλαὶ καλοῦνται) Causam nominis explicat Plutarchus in T. Q. Flaminio. Ἐμάχοντο περὶ τὰς καλουμένας Κυνὸς κεφαλάς· αἱ λόφων εἰσὶ πυκνῶν καὶ παραλλήλων ἄκραι λεπταὶ δι' ὁμοιότητα τοῦ σχήματος οὕτως ὀνομασθεῖσαι. Paullo

D autem antè dixerat Plutarchus hæc contigisse περὶ Σκότουσαν. Vide Polybij descriptionem.

περὶ ὁ Ρωμαῖοι) Polybius libro XVII. Liuij Epitome lib. XXXIII. Florus libro II. cap. VII.

Μάγνητας) Lego Μάγνητα. Magnesiæ inquit loca pleraque nominatim recenset Hom. sed ita vt nullum eius locum Magnesiæ esse doceat: nusquam enim Magnetas nominat, nisi illo loco vbi ait Magnetum ἄρχειν Πρόθοον: vbi tamen nullius Magnesiæ loci nominatim fit

E mentio sed περιφρασικῶς tantum, καὶ ὁ γειτνιῶν.

ὁ ἐν Διδύμοις) Lege Διδύμοις. Nam montes hi Didymi sunt appellati: auctor Strabo lib. XIIII. eundem Hesiodi locum proferens: meminit & Stephanus, quanquam obscurè.

πολυβότρυος ἀντ' Ἀμύρου) Legebam ἄγχ' Ἀμύροιο. Nam quid est ἀντ' Ἀμύρου? Verum Stephanus quoque sic legit, & fatetur obscurum esse hoc carmen.

περὶ Κύφον) Stephanus Cyphum duplicem facit: aliam Thessalicam, aliam Perrhæbicam.

F ¶Pag. 305. τοῖς Πιερώταις) Macedoniæ pars Pieria, vnde dicti sunt Pierotæ eius incolæ.

τὸ Ὀμόλιον ἢ τὸ Ὀμόλην) Reperio & Ὁμόλην hunc montem dici, & Ὁμόλον: non Homolion, nec Homolin. Sed de vrbe cognomine hæc sunt accipienda, quæ Ὁμόλιον vocabatur. Montis autem meminit Theocritus εἰδ. VII. vbi vide scholiasten.

ἐν τοῖς Μακεδονικοῖς) Hoc est libro VII. vt apparet ex Stephano: Sed illa pars libri septimi periit.

ἡ Ῥιζοῦς) Stephanus Ῥίζους, πόλις Θετταλίας.

G Σηπιὰς ἀκτή) Ptolemæus & Diod. nō ἀκτὴν, sed ἄκραν vocant. Herodotus libro VII. ἀκτήν. Grammatici χωρίον τῆς Μαγνησίας Θετταλικόν.

καὶ τετρακισχίλιοι) Meminit Euripides Andromache.

διὰ τὸ ἐν τούτῳ) Res nota ex Herodoto in Polymnia, & aliis historicis.

ὁ δ' εἰς Τετρακόσια) Hæc describit ex Herod. qui tamen aliter habet: τὰς μὲν ἐξήκοντα περὶ Ἰσὸν καλουμένας τὰς ἐν Πηλίῳ. Sed hæc varietas librariis videtur imputanda.

ἐν ᾗ ἡ Μελίβοια) Situs Melibœæ ex istis Orphei in Argon. intelligitur,

Εὐρύδαμας δ' ἐπὶ τοῖσι λιπὼν Βοιβηίδα λίμνην,

Ἀγχόθι Πηλιάδος καὶ Μελιβοίης.

τοῦ μαντείου) Mopsus tamen qui Argonautis συνέπλευσεν &

ου & ipse μάντις erat. Apollonius,

Ἠλυθε δ' αὖ Μόψος Τιταρήσιος, ὃν περὶ πάντων
Λητοΐδης ἐδίδαξε θεοπροπίας οἰωνῶν. Valerius Flaccus
Hic Vates, Phœbique fides non vana parentis Mopsus.

ἄλλος δ' ἐπὶ Μόψος) Suprà Μοψόπιος iste vocabatur.

ἐκαλεῖτο Πυῤῥαία) Vocata est & Pyrrha. Rhianus de variis Thessaliæ appellationibus.

Πυῤῥαν δή ποτε τήν γε παλαιότεροι καλέεσκον,
Πύῤῥης Δευκαλίωνος ἀπ' ἀρχαίης ἀλόχοιο.
Αἱμονίην δ' ἐξαῦτις ἀφ' Αἵμονος, ὅν ῥα Πελασγὸς
Γείνατο, φέρτατον υἱόν. ὁ δ' αὖ τέκε Θεσσαλὸν Αἵμων.
Τὸ δ' ἀπὸ Θεσσαλίην λαοὶ μετονόμαξαν.

A τινὲς δ' ἀπὸ Ἐφύρας) Locus corruptus est: Traditur alia causa appellationis Thessaliæ Nam vnde hoc illi regioni nomen fuerit impositum non vno modo traditum est ab antiquis scriptoribus. Diodorus quidem Siculus lib. IIII. ab Thessalo Medeæ ex Iasone filio manasse id nomen scribit: quo loco aliorum sententias super hoc, alibi se pluribus expositurum pollicetur: qui locus hodie non extat In libris autem manu exaratis totus locus ita legebatur. Ἄντιφος καὶ Φείδιππος ὧν Θεσσαλὸς . . . . . . ἐπελθόντας ἀπὸ Θεσσαλοῦ τοῦ ἑαυτῶν
B προγόνου, καὶ χώραν ὀνομάσαι· οὕτως δὲ καὶ Νεσσωνίς. Νεσσώνιος δέ.

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS

ET CASTIGATIONES IN LIBRVM X.

GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

Ἐπεὶ δ' ἡ Εὔβοια) Huius quoque libri connexio cum superiore manifesta est: Persequitur enim reliquias Græciæ: atque adeo quicquid superest de Europa describendum: Estque hic liber magnam partem νησιωτικός: Nam si pauca excipias, reliqua ad insularum descriptionem pertinent omnia. Incipit autem ab Eubœa.

Παρατείνεται μὲν τοίνυν) Plinius lib. IIII. cap. XII. *Eubœa & ipsa auulsa Bœotiæ tam modico interfluente Euripo, vt ponte iungatur, ad meridiem promontoriis duobus, Geræsto ad Atticam vergente, & ad Hellespontum Caphareo insigni, à Septentrione Cenæo, nusquam latitudinem vltra XL. M. pass. extendit, nusquam intra XX. M. contrahit: sed in longitudinem vniuersæ Bœotiæ ab Attica Thessaliam vsque prætenta in CL. M. pass. circuitu vero* CCCLXV. In longitudine magnus consensus inter Plinium & Strabonem. nam CL. M. pass. efficiunt omnino stadia CIↃCC. In latitudine aliqua diuersitas: Strabonis enim summa ne minorē quidem Plinianam efficit. quum XX. M. pass. sint stad. CLX. At XL. M. pass. stadia conficiunt CCCXX.

Γεραιστὸς δὲ καὶ Πεταλία) Geræstum, Eubœæ est promontorium satis cognitum: in Petalia hæsit aqua Xylandro: & sanè pauci eius meminere. Porrò autem dubium non est has esse quattuor paruas insulas quas Plinius in introitu Euripi collocat non procul à Sunio: Nam quod insulas facit cum Strabo promontorium, id verò nouum non est: Sic Scombaria in Hispania, Cænys in Italia, Minoa in Græcia, aliis insulæ dicuntur, aliis ἄκραι & promontoria tantum. Quod autem quatuor esse Plinius scribit, in tot nimirum partes hoc promontorium fuit diuisum.

Μάκρις ὠνομάσθη) Nominis rationem docet ille Socratis discipulus apud Aristophanem, qui πάνυ χαριέντως Strepsiadæ explicat,

——— ἡ δ' Εὔβοι' ὡς ὁρᾷς
ἡδὶ παρατέταται μακρὰ πόῤῥω πάνυ.

Dionysius poeta,

Εὐρεῖαν δ' ἤτοι μὲν Ἀβαντίδ' ἔτ' ἔκλεον Μάκριν.

συνάπτει δὲ τῇ ἠπ.) Non tangit continentem, sed eis iungitur γεφύρᾳ δίπλέθρῳ.

τὰ Εὐβοίας τὰ κοῖλα) De Eubœæ cœlis alias pluribus quæremus: Est enim obscura multis quæstio. Nunc hoc tantum dicam, falli eos vehementer, qui vrbem apud Ptolem. esse putant, quod ille vocat κοῖλα Εὐβοίας. vocat & Κοίλην Εὔβοιαν, vt Philostratus, apud quem gloriatur ille olim rector nauis. ἐγὼ μάτην ὑφ' ἧς ἦραι τὸ σκάφος ἐν Εὐβοίᾳ κοίλῃ

C βοίᾳ κοίλῃ ὅπου πολλὰ τῶν ἀχρείων ἀνατίπτουσι.

τὰ μεταξὺ Αὐλίδος) Probo lectionem Epitomes, τὰ μεταξὺ Καστρίας: Atque hæc lectio parum à Ptolemaica descriptione variat. Aulis autem in continenti sita est: neque huc quicquam facit: Chalcidem potius dixisset.

ὠνόμαστο δὲ Μάκρις) Variis nominibus appellata est Eubœa, quæ à Plinio diligenter recensentur, *Antea*, inquit, *vocitata est Chalcodontis, aut Macris, vt Dionysius & Ephorus tradunt, vt Aristides Macra, vt Callidemus Chalcis, ære ibi primum reperto: vt Menæchmus Abantias, vt poeta*
D *vulgo Asopis.*

ἀπὸ ἡρωίνης) Nonnus de iis loquens, quas Neptunus amauit, Παρθενίην δ' Εὔβοιαν ἐνυμφεύσατο θαλάσσῃ.

Ὄχη δ' ἐκαλεῖτο) Plinius Ocham vrbem antiquam Eubœæ refert. Montis Ochæ meminit & Steph. annotans etiam masculino genere dici ὁ Ὄχος. & notationem nominis ἀπὸ τοῦ ὀχεύειν offerens, vel ἀπὸ τοῦ ἔχειν τῶν προβάτων hoc est τροφάς. Eustathius ἀπὸ τοῦ ἐξέχειν.

Καὶ Ἑλλοπία δ') Stephanus Ἑλλοπία, χωρίον Εὐβοίας, καὶ
E αὕτη ἡ νῆσος.

ἐν τῷ Ὠρεῷ) Est quæ vocatur mox Ὠρεός. Vide Stephanum.

τοῦ Τελεθρίου ὄρει) Stephanus, Τελέθριον, ὄρος τῆς ἐν Εὐβοίᾳ Οἰχαλίας. Στράβων δεκάτῳ.

¶ PAG. 307. Δημοσθένης δ') Quem vide Philippica tertia. Philistidem tandem sustulerunt Athenienses, vt ex Stephano in Ὠρεός apparet.

ὑπ' Ἀθηναίων ἄποικ.) Thucydides Hestienses hos Atheniensium ἀποίκους vocat libro VII.

F τὸ Δῖον) Stephanus, Δῖον πόλις Εὐβοίας περὶ τὸ Κήναιον. Ptolem. sic promontorium vocat.

καὶ Ἀθῆναι αἱ Διάδες) Has condidit Dias Abantis filius. Ephorus III. Ἄβαντος γίγνονται παῖδες Ἄλκων καὶ Δίας, καὶ Ἀρέθουσα. ὧν ὁ μὲν Δίας κτίσας πόλιν οὕτως ἀπὸ τῆς πατρίδος ὠνόμασε. Vide Stephanum Ἀθῆναι, & Δῖα.

τὸ ἐπὶ Κηναίῳ περιθ.) Suspectus locus de quo nihil ausim pronuntiare.

Βούδορος ποταμός) Meminit huius fluuii Ptolemæus.

τοῦ κατὰ τὴν Σαλαμῖνα ὄρει) Stephanus, Βούδορον, ἀκρωτήριον
G πρὸς τῇ Σαλαμῖνι.

ὑπὸ τῷ ὄρει τῷ Ὄχῃ) Mirum est libros scriptos constanter retinere illam lectionem quam prior interpres sequitur, ἐν τῷ ὄχθῳ. Nam legendum esse Ὄχῃ & Stephanus & Eustathius euincunt.

πολίχνιον δὲ καὶ Στύρα) Oppidum est, ait Stephanus, ad Carystum situm. ἐθνικὸν Thucyd. Στυρεύς. Strab. Στυρεύς.

καὶ τὸ Μαρμάριον) Hæc quoque est πόλις Εὐβοίας. Steph. ἐν ᾧ τὸ

ἐν ᾧ τὸ λατόμιον) Meminit Plinius multis locis.

καὶ ὁ λίθος φύεται, Plutarchus sua ætate defecisse hunc lapidem scribit: sed extare tamen adhuc ex eo facta mantilia, retia, & mulierum κεκρύφαλοι: qui (inquit) non cremantur, sed post contractas ex vsu sordes ἐμβαλόντες εἰς φλόγα, λαμπρὰ καὶ διαφανῆ κομίζονται. νῦν δ' ἀφανίσται, καὶ μόλις ὀλίγαι ἶνες ἢ τρίχες ἀραιαὶ διατρέχουσιν ἐν τοῖς μετάλλοις. Plura de hoc lapide Apollonius in historiis Mirab.

Δρύοπες) A Dryopibus aliquando habitata fuit Carystus teste Thocydide.

ἐν τῷ Μαλιακῷ) Vet. codices vna voce auctiores, ἐν τῷ Μαλιακῷ πολέμῳ. Sed quis veterum Maliaci belli meminit? Putabam Λαμιακῷ legendum: de quo bello satis constat. Mouet tamen me, quod illud non Phædrus, sed Leosthenes & qui huic successit Antiphilus gessere. Cæterum vocem Λαμιακὸς sæpe in Μαλιακὸς degenerasse sciunt qui Pausaniam legerunt.

τόπος τῆς Αἰγυ..) Sic legit & Stephanus. Vini Carystij meminit Athe.

Αἶκλος καὶ Κόθος) De his vide Plutarchum in Quæstionibus Græcanicis.

¶Pag. 308. Ἡ δὲ Χαλκὶς τῆς ὑπὸ Ὀλυνθον) Videri possint Thucydidis hæc verba ad hunc locum pertinere: Καὶ Περδίκκας πείθει Χαλκιδέας τὰς ἐπὶ θαλάσσῃ πόλεις ἐκλιπόντας, καὶ καταβαλόντας, ἀνοικίσασθαι ἐς Ὄλυνθον. quæ tamen nihil huc faciunt: Chalcidenses enim ibi intelliguntur qui Chalcidicam Cherronesum habitabāt. vt & quum scribit Herodot. Οὕτω. Καὶ οὕτω Ὄλυνθον Χαλκιδέες ἔσχον.

ἡ τῶν Ἱπποβοτῶν) Hippobotarum administratio nihil aliud est, quàm ἀριστοκρατία siue ὀλιγαρχία Chalcidensium. Legebāt enim illi magistratum à censu, nec quenquam admittebant qui alendis equis par non esset. Ergo Hippobotæ sunt vt explicat Herodotus οἱ παχέες τῶν Χαλκιδέων.

ἀπὸ τιμημάτων) Sic Liuius, *A censu maximè & senatum & iudices legit*. & alibi, *Vt as à censu equitem, à censu peditem legitis*.

τὸ Λήλαντον) Sic dictum est à Lelanto flumine, quo nobilem esse Eubœam ait Plinius. Campi huius meminit in hymnis Hom.

θερμῶν τε ὑδάτων) Ellopiæ vocabantur auctore Plinio. De his vide quæ libro primo narrantur.

εἰς Αἰδηψὸν καὶ Σύλλας) Refert Plutarchus ex Strabonis historicis commentariis. Σύλλα δὲ, inquit, διατρίβοντι περὶ τὰς Ἀθήνας ἄλγημα ναρκῶδες μετὰ βάρους εἰς τοὺς πόδας ἐνέπεσεν, ὅ φησι Στράβων ποδάγρας ψελλισμὸν εἶναι. διαπλεύσας οὖν εἰς Αἰδηψὸν ἐχρῆτο τοῖς θερμοῖς ὕδασι.

ἡ Εὔβοια σειστός) Testantur veteres historiæ, quæ Eubœam tremuisse sæpius narrant. Thucydides verò lib. III. terræmotu absorptam aliquando fuisse ait Orobiarū partem: ita vt mare nunc sit vbi prius erat terra.

χαλκὸς δ' ὠνομάσθη) Vide Stephanum.

ἐπ' Ἐρετρίας) Eustath. ἐπ' Ἐρετριέως.

ἐν δὲ τῇ Ἐρετρικῇ) Libri scripti sic habebant, ἐν δὲ τῇ Ἐρετρικῇ πόλει ἦν Ταμύναι ἱερὸν Ἀπόλλωνος, quo modo legendum omnino est. Stephanus, Ταμύναι πόλις Ἐρετρικῆς. Στράβων δεκάτῳ. Miror autem quod ait de Admeto: quem constat Thessaliæ regem fuisse. Et Stephanus, non Apollinem, sed Iouem Tamynæum agnoscit.

Μελανηΐς δ') Stephanus in voce Ἐρέτρια.

ἡ Ἀμάρυνθος) Pausanias & Stephanus.

ἡ δὲ νῦν ἵππεια) Lege è veteribus libris, ἱππάσια. Sic apud Eustathium ex isto loco Strabonis, ὑπῆρχε δὲ ἱππάσιον ἐπίσης.

αὐτόθι) Libri αὐτόθεν.

τῆς Ἀμαρυνθίας Ἀρτέμιδος) Pausanias Ἀμαρυσίαν vocat: sed rectè Stephanus ait ἀναλογώτερον esse τὸ διὰ τοῦ θ. Sic enim legendum.

πομπὴν τινὰ ποιεῖσθαι) Magnificas hoc genus pompas vide apud Athenæum libro V.

ὄπισθεν κομόωντες καὶ τὰ ἑξ.) Notandus locus, qui si bene habet, apparet Elcos literā ρ frequenter esse vsos: quod Eustathius de Æolibus scribit: & de Lacedæmoniis Hesychius annotat.

ἔστι δὲ καὶ ἡ Οἰχαλία) Vide ad librum VIII.

περὶ τὸν Εὐρυτάνας) Stephanus, Εὐρυτᾶνες, ἔθνος Αἰτωλικόν. Meminit Lycophron de Vlysse loquens, μαντιν δὲ νεκρὸν Εὐρυτὰν στέψει λεώς. ad quem locum vide quæ ex Aristotele scholiastes annotat. Hodie apud Stephanum pessimè ἔθνος Ἰταλικὸν leges. Vide paullo post.

ὑπὸ τῶν Ἐρετρικῶν) Laertius in præfatione & in vita Menedemi.

¶Pag. 309. ἡ Ἀρειστίλλους ἐν τῷ Χαλκιδι διατρίβει) De his ad Laertium nostrum. Lego autem, ὡς γε κάλλιστα κατέλυσε τὸν βίον. At prior interpres legisse videtur, ὡς κάκιστα κατέλυσε τὸν βίον.

Καὶ γὰρ δὴ καὶ) Digressio elegans non ita tamen necessaria: Sed voluit Strabo φιλόμηρος antequam finem sermoni de Eubœa imponeret locum Homeri de Eubœensium armatura explicare. Verba poetæ sunt hæc.

> τῷ δ' ἅμ' Ἄβαντες ἕποντο θοοὶ ὄπιθεν κομόωντες,
> αἰχμηταὶ μεμαῶτες ὀρεκτῇσιν μελίῃσι
> θώρηκας ῥήξειν δηΐων ἀμφὶ στήθεσσι.

Quid igitur appellet Homerus ὀρεκτὰς μελίας, nusquam apud Grammaticos tam eleganter explicatum reperies, atque isto loco. Porrò hæc sententia aliquo mendo est obscurata. Prior autem interpres legit, γε ὄν.

καὶ γὰρ συστάδην χρῶνται καὶ κατοβελοῦντες) Magna varietas in libris veteribus. Nam in iis desideratur vox χρῶνται & legitur κοντοβολοῦντων: quam lectionem confirmat Eust. hunc locum describens. Lege igitur γὰρ δὴ καὶ ὁ κοντὸς ἀμφοτέρας τὰς χρείας ἀποδίδωσι καὶ γὰρ συστάδην καὶ κοντοβολούντων.

πρὸς μάχην τὴν σταδ.) Quam Ammianus *congressionem statariam* vocat. & alio loco *stabilem pugnam*.

ὀρεκτῇσι μελίῃσι) Sic Grammatici explicant, vt dicantur Eubœenses μὴ ἀφιέναι τὰς αἰχμάς· ἀλλ' ἔχειν ταῖς χερσὶ καὶ ὀρέγειν.

Καὶ μονομαχοῦντες) Insignis locus de gladiatorum prælusionibus, quas fieri hastis docet Cicero. *Atque eiusmodi illa prælusio esse debet, non vt Samnitium qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur.* Manauit ille mos, quod video viros doctos ignorare à Græcis, vt vel ex Æschylo apparet: qui in Agamemnone ἀγῶνας διακναισμάτων vocat προτέλεια siue præludia grauioris pugnæ. Xylander hunc locum ita conuertit, vt meritò de eius dixeris versione, οὐδὲν ὑγιές.

καὶ δὲ θοαὶ Ἀργείων) Libri veteres Εὐβοιέων. Vulgatam lectionem confirmat postrema pars oraculi, quod integrum sic habet,

> Γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον,
> Ἵπποι Θεσσαλικαὶ, Λακεδαιμόνιαί τε γυναῖκες,
> Ἄνδρες δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης·
> Ἀλλ' ἔτι καὶ τῶν εἰσὶν ἀμείνονες, οἳ τὸ μεσηγὺ
> Τίρυνθος ναίουσι καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου
> Ἀργεῖοι λινοθώρηκες, κέντρα πτολέμοιο.
> Ὑμεῖς δ' Αἰγιέες οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι,
> οὐδὲ δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Fere tamen Megarensibus datum fuisse hoc oraculum, veteres scriptores aiunt. Vide parœmiographos. Extat etiam apud Athenæum.

ἐκεῖ γὰρ Ἀρέθουσα) Testibus Plinio, Stephano.

καὶ Νηλεύς) Eustathius Νηλεύς. Similia narrat Plinius de Melane in Bœotia & Cephisso. lib. II. cap. CIII. De Crathi dictum est lib. VI.

τοιοῦτον συμβαίνειν) Veteres συμβαίνειν. Sic modo, ὅθεν οὐχ ἱστοροῦντες ἀλλαχοῦ συμβαῖνον.

ἦν δὲ καὶ ἐν Σικ.) Stephanus in voce Εὔβοια.

τοὺς Θετταλιώτας καὶ Ἰστιαιεῖς) Vetus lectio τοὺς Θετταλοὺς καὶ Ἰταλιώτας. forτasse pro Ornitas.

Αἰτωλοὶ καὶ τινες) Ætolis fere Athamanes attribuuntur, vt apud Plin. alii Illyriis, alii Thessalis ascribunt. Strabo libro septimo inter Ἠπειρώτας ἔθνη posuit.

μέσον ἔχοντες τὸν Ἀχελῶον) Plinius libro IIII. cap. I. *Amnis Achelous è Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Aetolia dirimens*.

Ἀχαΐαν Αἰτωλικὴν ἐκ.) Vide Stephanum Ἀχαΐα.

¶Pag. 310.

¶Pag. 310. καὶ Αἰνιανῶν) Vide Stephanum Αἰνίαι, & quę supra de Ænianibus notauimus.

ἐκαλεῖτο δὲ Θόας) Stephanus in Ἀχελῷος.

καὶ τὰ τῆς Δύμης) libro octauo de Dyme actum est, & Acheloo, quem Piruin etiam appellari videbatur indicare.

καὶ ὁ περὶ Λαμίαν) Libro superiore, Καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθά ἐστιν Ἀχελῷος ποταμὸς πλησίον Λαμίας.

εἴρηται δὲ καὶ ὅτι ἀρ.) Libro octauo sic scriptum est ὁ δὲ Κυπαρισσιακὸς κόλπος ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Εὐλίνου, ποταμὸς ὅν φασιν Ἀχελῷον.

ἐν μὲν τοῖς Ἀκαρνᾶσιν) Plinius, *Deinde Acarnanum* vrbes, Halyzea, Stratos, Argos Amphilochium cognominatum.

Ἀνακτόριόν τε) Thucydides ait esse ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου.

καὶ Στράτος) Liuius lib. XLIII. Ætolis tribuit, *Stratos* (ait) *validissima tum vrbs Ætoliæ erat. Sita est super Ambracium sinum, prope amnem Acheloum.*

Παλαιρεῖς τε) Rursus infra nominatur.

καὶ Ἀλυζία) Stephanus. Ἀλυζία πόλις Ἀκαρνανίας. Plin. Halyzea. Malè apud Ptolemæum ἀζυλεία, facta literarum metathesi,

Καλυδῶνά τε καὶ Πλευρῶνα) Homero & Geographis omnibus memoratæ. Calydon, Æolis quondam fuit appellata: testibus Hesychio & Thucydide.

πρόσχημα τῆς Ἑλλάδος) Pacuuius, *Calydonia altrix terra exuberantium virûm.*

καὶ Εὐπάλιον) Stephanus Εὐπαλίου vocat. Thucyd. lib. III. Εὐπόλιον.

τῶν δ' ἄλλων) Fortasse legendum, Τῶν δ' ἄλλων ἐν μέσῳ μὲν μάλιστ' Ἀράκυνθον. Aracynthū Plinius in Acarnania collocat. Apud Stephan. legitur hodie, Ἀράκυνθος, ὄρος Βοιωτίας, ineptè: cum constet legendum esse ὄρος Αἰτωλίας. Dionysius Afer,

> Τοὺς δ' ὑπὲρ ἐς νότον εἰσὶ μετ' οὔρεα Ἀρακύνθου
> Ἀνδρῶν Αἰτωλῶν, πέδον μέγα.

Ταφιασσόν) Sic rectè. Vide libro superiore.

καὶ Χαλκίδα) Meminit huius Dionysius Afer,

> Νάσσατ' ἀλλάων, ὅσαι τ' ἀπὸ Χαλκίδος ἵππων
> Δεινὰς ἀργυρέας Ἀχελώιος ἀμφὶς ἰάλλει.

Μακυνίαν τε) Lege Μακρυνίαν τε. Stephan. Μακρυνία πόλις Αἰτωλίας. Στράβων δεκάτῳ. Plin. Macinium mons est Ætoliæ.

Κούρητας δὲ) Meminit Stephanus. De Curetibus infra pluribus.

ἐκ Βωμῶν) Legendum é veteribus codicibus, Βωμιέων. Stephan. Βωμιαί, λόφοι Αἰτωλίας. Mox Τὸ ἐθνικὸν, Βώμιος καὶ κατὰ παραγωγὴν Βωμιεύς. Apud Thucydidem Βωμιῆς.

ἐν Ὀφιέων) Hos non vno loco Thucyd. vocat Ὀφιονεῖς. Legitur autem in vett. Αἰτωλικῷ ἔθνει.

καθάπερ καὶ οἱ Εὐρυτᾶνες) Nam hi quoque vt iam diximus Ætoli sunt. Thucydides libro tertio, Καὶ μετὰ τοὺς Εὐρυτᾶνας, ὅπερ μέγιστον μέρος ἐστὶ τῶν Αἰτωλῶν, ἀγνωστότατοι δὲ γλῶσσαν καὶ ὠμοφάγοι εἰσίν, ὡς λέγονται.

διὰ τῆς πεζοπορίας) Vetus lectio, διὰ τῆς πεζῆς ὁδοῦ.

¶Pag. 311. καλλιωπίσαντες) Sic appellat Thucydid. libro tertio.

Μακυνίαν) Etiam hic Μακρυνίαν scripsisse videtur Strabo: aut certè Μακυνίαν vt duobus in locis legitur.

πλεῖστην ἀδαήμονα) Lege è veterib. cod. ἀρχαιολογίαν. Hesychius, ἀρχαῖα, κενόσπουδα. Reprehendit in Hellanico, vitium, quo vtinam tam multi hodie non laborarent, quibus præclarum videtur quicquid in buccam venerit miseris chartis illinere: quod quid aliud obsecro est quam suæ ἀρχαιολογίας & κενοσπουδίας monumentum posteris tradere. Quòd vtinā viri docti, quibus id genus scribendi hactenus placuit se tādem respicere velint, & suæ existimationis rationem aliquam habere.

ἀπέχει τὸ Ἀνακτόριον) Totus tamen ille tractus Anactorius olim est appellatus: ideóque Thucydides, in agro

A gro Anactorio Apollinis templum collocat, lib. I. ἐπὶ δὲ ἐμβὰντες ἐν ἀκτίῳ τῆς Ἀνακτορίας γῆς, οὗ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστιν, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου.

Κορινθίων δὲ) Apud Thucyd. Leucas dicitur Corinthiorum ἀποικία.

διορύξαντες τὸν ἰσθμὸν ἐποίησαν νῆσον) Non potuit tamen ita persodi isthmus hic, vt possent naues ea parte nauigare semper enim, velvt prius insula Leucas erat circum nauiganda, vel naues per isthmum trahendæ. Thu

B cydid. libro tertio de Peloponnesiis in patriā redeuntibus, καὶ ὑπερενεγκόντες τὸν Λευκαδίων ἰσθμὸν τὰς ναῦς, ὅπως μὴ περιπλέοντες ὁρῷντο, ἀποκομίζονται.

τοῦ Λευκάτα) Vetus lectio τοῦ Λευκοῦ. Sed nihil mutandum.

ἔχει δὲ τὸ τοῦ Λευκάτα Ἀπόλλωνος ἱερὸν) Thucydides libro tertio Καὶ οἱ μὲν Λευκάδιοι τὰ τε ἔξω γῆς δυνάμεις, καὶ τῆς ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ ἐν ᾗ καὶ ἡ Λευκάς ἐστι, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. Vide Seruium.

καὶ τὸ ἅλμα τὸ τοὺς ἐρ.) Notum hodie eruditis τὸ ἅλμα

C τῶν ἐρώντων: Tu verò si plura scire cupis lege quæ scripsit summus vir Iosephus Scaliger in Lectionibus Ausonianis.

θηρῶσα Φάων') Sic habent libri veteres. Cui verò notum non est Phaonem à Sapphone fuisse amatum?

τὸν Δηϊονέως) Certum est legendum esse τὸν Δηϊονέως: vt ad Cephalum referatur: quem fuisse Deionis filiū potuerunt interpretes ex ipso Strabone hoc libro, si alios consulere longum illis videbatur, discere.

¶Pag. 312. τὸ ἐν ταύτῃ ὄρος) Grammatici sic tradunt:

D Neritum quandoq; montis est nomen, per τ apud Homer. scribitur: quando Epiri siue Acarnaniæ vrbs per κ. Lupercus etiam vrbis nomen per τ scribebat.

τὸ Νήριτον ὄρος λέγει) Lycophron quoque eius meminit, vbi dicitur ab eo Vlysses moriturus,

> κόρακος ἔσωθε Νηρίτων δρυμῶν πίνας.

ποιητικὸν δὲ τουτωνί) Ita videlicet, vt figuram illam poetæ vsitatissimam agnoscamus.

ἢ πρὸς ἠχωεῖν) Montem fere placet esse poetæ interpretibus.

E ¶Pag. 313. χθαμαλὴ μὲν γὰρ ἡ πετεινὴ καὶ χαμαλὴ) Indicat vocis χθαμαλὴ originem: Est enim dictum χθαμαλὸν quasi χαμαλὸν, ἀπὸ τοῦ χαμαί. Τὸ θ post χ in deriuatione παρέλκει vt in ἰσθμὸς ab ἰσ. ὄχθος, ab ἐχ. ἄχθος ab ἔχος, & aliis id genus. Interpretes ita hunc locum expressere, vt ex illorum interpretatione mentem Strabonis nequeas percipere. Ipsæ enim Græcę voces quas explicat, erant retinendæ: quod qui non faciunt interpretes (& in eo sæpe ab eis peccatur) ridiculo sæpe non minus quam periculoso errore se obligant.

F ἀμφιβόλους τοιαύτας) Libro VIII. ἐπ' ἀνίας τῆς νεὼς καταβάσεις ἔχει τι ἀμφίβολον. Contra mox, ἔμφασις est probabilis ratio.

ἐπὶ γὰρ χθαμαλὴν) Poetæ scholiastes explicat, κοίλη τῷ θέσει. Et Hesychius quoque χθαμαλὴν exponit κοίλην.

ἴσι μὲν γὰρ λέξας) Superiorem Homeri locum attulit Strabo, vt probaret ζόφον Homero esse septentrionem quod quia ferundum vulgatam illius loci expositionem falsum est, longè aliter eum esse exponendum docet, ac vulgò fieret. Vulgo enim ita accipiunt, vt significet Vlysses, μὴ εἰδέναι ὅπη κοσμικοῦ κλίματος εἴη.

G quod vt admittas, duobus modis potes Homerica verba accipere: vel vt duo tantum cardines notari censeantur, ζόφος & ἠώς. Occidens & Oriens: reliqua autem verba tum fuerint, horum duorum explicatio, vel ita vt quatuor cardines censeantur notari. Ζόφος autem sic fuerit septentrio, ἠὼς meridies. Sed hæc Straboni non probantur. Placet enim illi, notati hic ab Homero, nō τῶν κλιμάτων τὴν σύγχυσιν simpliciter: sed id quod ex Strabone sic expressit Eustathius: Venisse Vlyssem ad locum ἔνθα ἐνήλλακτο τὰ τοῖς πολλοῖς φαινόμενα ἐν οὐρανῷ. Verba ergo poetæ sic accipit Strabo, vt ζόφος quidem sit septentrio: ἠὼς tamen, non meridies, sed ἡ τοῦ ἡλίου πορεία.

κατὰ πάντα συναρᾶ καιρόν) Sanè non vereor ne de huius loci emendatione mihi non assentiantur viri docti: legendum autem aio, κατὰ πάντα συννεφῆ καιρόν. Ait non tantum notari climatum confusionem, quæ sæpe ob nubes contingit sed etiam τῶν πόλων ἐξάλλαξιν. Porrò συννεφῆ καιρὸν sic dixit vt Diodorus Siculus & Plutarchus συννεφεῖς ἡμέρας, Polybius συννεφεῖς νύκτας, & ἀέρα συννεφῆ quem locum vide libro IX. Inde factum est συννεφεῖν, quod est apud τοὺς LXX.

πρὸς μεσημβρίαν μ.) Eleganter & verè libri veteres, πρὸς μεσημβρίαν.

ἐγκαταλήψεις) Libri veteres ἐγκλίσεις. quæ optima lectio est.

τούτῳ δὲ κινεῖσθαι) Eleganter polo motum tribuit: quũ causa cur polus alias appareat, aliàs occulatur, in nobis sit potius, qui motu nostro, vel accedimus, vel recedimus.

τετράπολιν οὖσαν) De Cephallenia sic Thucydides: Κεῖται δὲ ἡ Κεφαλληνία κατὰ Ἀκαρνανίαν καὶ Λευκάδα, τετράπολις οὖσα, Παλῆς, Κράνιοι, Σαμαῖοι, Προναῖοι. Nam per ω scribendum, non per ο Πρόνασοι. Tzeizes locum Thucydidis afferens legisse videtur, Κράνιοι.

¶PAG. 314. πόλεις τρεῖς, Πρόννησος) Vide num restituenda vox vna sit, ac legendum, πόλεις τετρὰ ἐς Πάλη Πρ. Sanè Eustath. ex hoc loco scribit Same deleta, reliquas tres superesse.

Πρόννησος καὶ Κράνιοι) Appellatum ab aliis Κράναια & Πρόναια. Stephanus Κράνιον: quo modo etiam hic fortasse est legendum.

φυγὰς γενόμενος) C. Antonium Ciceronis collegam in consulatu, accusatum à M. Cælio fuisse, quod socius coniurationis Catilinæ fuisset, eundémque malè rem in Macedonia gessisse vel ex Cicerone apparet. Verum de eius exilio apud Cephallenios præterquam apud Strabonem nihil memini legere.

ἕως ἦρξε Κικέρωνι) Bene veteres libri, & eleganter, ἕως συνῆρξε Κικέρωνι.

τοὺς δ' αὐτοὺς καὶ Τηλεβόας) Idem tradit Plinius: Apollodorus libro secundo de Hippoth. Nestoris filia loquens, Ταύτην ἁρπάσας Ποσειδῶν, καὶ κομίσας ἐπὶ τὰς Ἐχινάδας νήσους, μίγνυται, καὶ γεννᾷ Τάφιον, ὃς ᾤκισε Τάφον, καὶ τοὺς λαοὺς Τηλεβόας ἐκάλεσεν, ὅτι τηλοῦ τῆς πατρίδος ἔβη. Stephanus in Τηλεβόαις aliter sentire videtur. De Amphitryonis expeditione aduersus Teleboas Plautus, & alij.

τῶν πόλεων αὐτῆς) Προννήσου, Σάμου, Παλέων, Κρανίων, vt apud Stephanum nominantur.

καλεῖται δὲ νῦν Ταφιοῦς) Apud Stephanum est Ταφιοῦσσα non semel scriptum.

φυλλεῖον ὄρος) Legendum φυλλήϊον, Homerus IA. α.

Πελυμήδης δ' Ὦτον Κυλλήνιον ἐξενάριξε
Φυλλείδεω ἕταρον μεγαθύμου ἀρχὸν Ἀβαντων.

Sic est & in Epitome,

ὥς ὁ Ἄνδρων χαλεῖ) Libri scripti, ὡς ὁ Ἄνδρων φησί.

καὶ οἱ μὲν ὑπὸ Ὀδ.) Sic restituimus voces quæ deerant: primum quidem ex coniectura: deinde autem ex autoritate veteris codicis.

παρ' ἕνα τοὺς ἀμίσεις) Rectè Strabo, παρ' ἕνα hoc est vno excepto. Nam sic esse vertendum debuit Xylander saltem ex magni illius Budæi Comm. discere.

Κεῖται δὲ ἡ Κεφαλληνία) Cephalleniæ situm, sic diligenter explicat Polybius, libro quinto. Ἡ Κεφαλληνία κεῖται μὲν κατὰ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, ὡς εἰς τὸ Σικελικὸν ἀνατείνουσα πέλαγος· ἐπίκειται δὲ τοῖς μὲν Πελοποννήσου τοῖς πρὸς ἄρκτον καὶ πρὸς ἑσπέραν μέρεσι κεκλιμένοις, καὶ μάλιστα τῇ τῶν Ἠλείων χώρᾳ· τῆς δ' Ἠπείρου καὶ τῆς Αἰτωλίας, ἔτι δὲ τῆς Ἀκαρνανίας τοῖς πρὸς μεσημβρίαν καὶ πρὸς τὰς δύσεις μέρεσιν ἐφαπλωμένοις. Plinius, *Cephallenia quondam Melæna dicta, XI. M. pass. abest, circuitu patet XLIIII.*

μικρὰ δὲ) Lego μακρὰ δὲ vt intelligatur hæc insula longior esse quàm latior, quod priorem interpretem animaduertisse video, licet hic excutierit Xylander.

ὄρος ἐν αὐτῇ Αἶνος) Huius loci restitutio debetur Xylandro. Locus Apollonij scholiastæ vnde petita est emendatio

A mendatio est in hæc eius verba libri secundi

—— πρὸς πλωτὰς καλέουσιν:

vide omnino locum στενωτάτη pro στερεωτάτη, agnoscit etiam prior interpres: non necessaria hic quidem cautione vsus. Ita etiam veteres libri habent: & ἐπικλύζεται, non ὑποκλύζεται.

λέγει ἐν αὐτῇ Ἀλαλκομεναί) Longè aliter Plutarchus in quæstionibus græcanicis, vbi Alalcomenas Ithacę vrbem facit.

B Καλεῖ δὲ ὁ ποιητὴς Σάμον) Ex isto loco facile est intelligere, Samum insularum trium fuisse nomen: Vna fuit de qua agendi hic est locus, ante Echinades, in alto inquit Plinius, qui Samen hanc vocat: alia fuit, quæ postea Samothracia dicta est, cuius & Homerus meminit: Tertia Ionica omnium clarissima, quam tamen poeta vt obseruat Strabo non nominat.

εἰ μὴ διέστειλε δὲ) hoc est, nisi Samum Ionicam cognitam habuisset, non laborasset poeta, in distinctione Samorum, quoties de Thracica Samo loquẽdum ei erat:

C quorsum enim laborasset, si ὁμωνυμίαν non vidisset. Retinemus negationem autoribus libris omnibus quam Xylander sustulit.

Σάμον ὑλήεσσαν Θρηϊκίην) Virgilius,

Threciámque Samum, quæ nunc Samothracia fertur.

¶PAG. 315. Ἤδη μὲν ἐν αὐτὴν) τὴν Ἰωνικήν.

οὐ γὰρ Ἑκάβη) Argumentum est eiusmodi, Quia inducitur Hecuba appellans Samũ quæ nunc Samothracia dicitur, ergo Samus tũc est appellata: Nõ enim perinde est vt cum poeta ipse loquitur. Sed potuit esse ἀναχρονισμός: qua de figura vide Seruium ad illud libri sexti,

D

——*portusque require Velinos.*

vbi vitiosissimam ait esse anticipationem quæ non ex persona poetæ fiat sed per alium: vnde intelligimus vim argumenti huius.

Ἰωνικὴν ἐκ ἀπῴκισε) Hunc locum non esse sanum satis apparet: puto autem scripsisse Strabonem, δῆλον ὅτι ἡ Ἰωνικὴ ἐκ ἀπῴκισε ποι. δῆλον δὲ καὶ ὅτι.

καὶ τὸ Τευμήσιον) Vide initium libri XIIII.

ἕως λέγεται) Τὸ ἕως puto esse inducendum.

E σαμίους χαλοῦσι τὰ ὕψη, Libri veteres σάμους. Rectè. Sic dixit libro VIII. σάμους ἐκάλουν τὰ ὕψη. In iisdem δρῦσαι non δρῆσαι.

ἀπὸ Σαίων) Vide libro duodecimo. Apud Steph. Σάϊς dicitur esse insula Σαΐων.

Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται) Libro XII. legitur hoc modo, Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται.

συνάπτει δ' αὐτῇ) Locus mendosus. Prior interpres sic videtur legisse, συνάπτει δ' αὐτῇ πλεῖον ἐστὶ δ' ο. Meminerís autem qui hanc Zacynthi descriptionem legis, eius Peloponnesi situs quem ei Geographus tribuit libro VIII. Plinius de Zacyntho sic, *Inter hanc & Achaiam cum oppido magnifica, & fertilitate præcipua Zacynthus aliquãdo appellata Hyrie, Cephallenia à meridiana parte XXII. M. abest: Mons Elatus ibi nobilis: Ipsa circuitu colligit XXXVI. M.*

F Vides quod noster πρὸς ἑσπέραν Plinius meridiem dicit. In numeris differunt mirum quantum.

ὑλώδης μὲν) poetis Græcis ὑλήεσσα: Latinis nemorosa.

ἐστὶν δὲ καὶ εἰς Ἐχινάδας) Vide ad librum vltimum.

ὧν τότε Δουλίχιον) Plinio Dulichium non est vna de Echinadibus. Stephanus Strabonem sequitur.

G καὶ αἱ ὀξεῖαι) Oxias refert Plinius inter eas insulas, quæ sunt inter Leucadiam & Achaiam.

πλείους εἰσὶ) Lege, πλείους δ' εἰσὶ. Plinius. *Ante Aetoliam Echinades, Aegialia, Cotonis, Thyatira, Geoaris, Dionysia, Cyrnus Chalcis, Pinara, Mystus.*

ἡ ἀπωτάτη) Lege ἡ ἀπωτάτω vt ἐγγυτάτω mox.

ἐκ ἧ χοῦς) aduecta ab Acheloo. vide ad librum primũ.

ἄλλοτ' ἀδελφῷ τῷ ...) Libri manu exarati habent κύτει non τύπῳ. Vocat autem κύτος reliquum corpus præter caput. In iisdem libris legitur βούπρωρος, non βούκρανος. quod etiam ante quam scirem, legendum ita esse animaduerteram. neque vero ardua nimis coniectura si quis sequentia Strabonis verba legat, non negligen-

gligenter. Sic igitur magni poetæ locus legatur,

——ἀλλ' αἰδμιω χῶτι βοῶσας.

Porro vocis βοῶσας elegantiam agnoscent qui in tragicorum lectione fuerint versati.

¶PAG. 316. τὸ τῆς Ἀμαλθείας) Vide apud parœmiographos.

καθά περ καὶ περὶ ἄλλων ποταμῶν) Amplum habes in istū locum commentarium apud Ælianum libro secundo, capite Περὶ ἀγαλμάτων ποταμῶν. Vbi tamen de Acheloo nullam fieri mentionem miror.

οἱ ταύρων κέρατα) Paullò aliter Thucydides de Nilo, ποιοῦσι διάλογοι πλείους εἰς Αἴγυπτον, ἔχοντες τὸ Μενέδαπι κέρας. Poetæ κέρατα vocant omnia flumina, quod sint velut Oceani cornua. Apollonius de Istro,

Εστι δὲ τις ποταμὸς, ὑπατον κέρας ὠκεανοῖο.

ἐξηγοῦντο δ᾽) Sic legendum, non ἐξηγοῦντο auctoribus libris: itaque postulante constructione.

πολλὴν τῆς ἀγχιαλοῦ πεδιάδος ἀφῃρεῖτο) Restituimus vocē ἀφῃρεῖτο è libris veteribus, quum hactenus desiderata esset.

πατὴρ δ᾽ ἦν Αὐγέας) Docet hoc Apollodorus multis locis.

πρότερον δ᾽ Τηλεβόαι) Plinius lib IIII. cap. XII. *Inter Leucadiam & Achaiam permulta: quarum Teleboides, eadem quæ Taphiæ, ab incolis ante Leucadiam appellantur Taphias, Oxiæ, Prinoessa.* Plinio consentit Stephanus insulam agnoscens, quæ Τάφιος vocetur. Strabo Τάφιουs appellat: quod alijs est oppidi Cephalleniæ nomen.

καὶ περὶ Τηλεβόας ἄνευ τοῦ φασί.) Lego φασί. donec me doceat aliquis vbinam ille poeta sit locus.

ἐξ ὧν τε Η.) Libri veteres ἐξ ὧν τοῦ. Lego, ἐξ ὧν τὸν Ηρακ.

εἶτα ἄκρα Κριθωτὴ) Apud Stephanum Κριθωτὴ ἄκρα Ἀκαρνανίας.

πόλις Αστακὸς) Nominatur Thucydidi, Ptolemæo & Stephano. De illa altera cui hanc dicit esse ὁμώνυμον. vide libro XII. in Bithyniacis.

καὶ ἡ Κριθωτὴ δ᾽ ὁμώνυμος τ.) Stephanus Crithote vrbs est Hellesponti, octo stadia distans à Cardia.

εἶτ᾽ Οἰνιάδαι) Vocatur hic locus & Οἰνειαί, & Οἰνιάδαι. Appellata est & Erysicha aut ste Stephanus, & postea Dragameste ætate scholiastæ Thucyd. Meminere Oeniadarum passim Polybius, Diodorus alii.

εἶτα λιμνα τοῦ Οιν.) Hunc locum efficiunt ostia Acheloi: quæ τὴν πόλιν ἀλλὰς ἀεὶ ἄζει ait Thucydides, ἄπορον ποιοῦσαν τὸ χειμῶνι ἐπιστρατεύειν γὰρ ἐκείνοις.

ἐκδιδόασιν εἰς τὴν θάλασσαν) Ergo est hæc quoque vt Melita, λιμνοθάλασσα, siue στομάλιμνη.

εἶτ᾽ ἡ Παλαιρος) Hæc omnia sopra: nisi quod Lyctanam ibi non nominauit.

τό τε Λητοῦς ἱερ.) Libri scripti Λητοΐου. quod malo.

εἰ μὴ ἄρτι ἐπῆρε) Quis non videt illa verba εἰ μὴ ἄρτι hoc loco esse indocenda?

¶PAG. 317. μεγάλοις καὶ δύσχερ) Legendum ἄνδρα, vt habent veteres.

οἱ ἐν Πάτραις Ρωμαῖοι) Vide quæ notauimus libro IIII. ad hæc verba: οἱ νῦν Ρωμαῖοι &c.

Ερυσιχαῖος τινες) Scribe Ερυσιχαῖος. quod ex sequentibus apparebit.

ὧν Αλκμὰν μέμνηται) Erysichæorum nemo opinor veterum meminerat, præter Alcmanem vnum. Quare Apollodorus qui eos in Acarnania collocabat, non alio quā Alcmane teste potuit vti. Verùm ille poetæ locus non vno modo ab antiquis grammaticis expositus est, vt ex Sophocle Apollonii interprete, & Stephano apparet. Primum autem quam de varia interpretatione agimus verba poetæ ponemus vt putamus esse legenda.

Οὐκ ἦς ἀνὴρ ἀγροῖκος, οὐδὲ σκαιὸς
οὐδὲ παρὰ σοφοῖσιν οὐδὲ Θεσσαλὸς γένος
οὐδ᾽ Ερυσιχαῖος, Καλυδώνιος οὐδὲ ποιμὴν
ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ᾽ ἀκρᾶν.

Qui locus sumptus est è lib. secundo τῶν παρθενίων ἀσμάτων. Fuerunt autem qui vocem γένος non cum Θεσσαλὸς coniungerent, sed cum Ερυσιχαῖος, aut potius qui repete-

A repeterent, & legerent Ερυσιχαῖος. sicque isti putabant dici eum qui Erysichen habitaret quam alii Erysicen vocabant. Alii vero legebant ἐρυσιχαῖος. & pastorem putabant intelligi: τὸν ἐρύοντα τὰς χεῖας, hoc est, ποιμαίνοντα, vt præter Stephanum refert Apollonij interpres ad hoc carmen libri quarti,

Αγρόται χαῖαι ποιμένες ἤ τ᾽ ἀσχεῖς.

πῶς μὲν Λυσιμαχία) Stephano Lysimachia vrbs Ætoliæ est. Meminit Polyb. lib. V. qui & Trichonium cum

B Lysimachia iungit, à qua dictam Trichooidem λίμνην refert: quæ fortasse eadem est quæ hic Lysimachia vocatur.

καὶ Αρσινόη πολ.) Hoc nomine plurimas refert Stephanus: octaua est Ætoliæ.

ἀπλανὲς Κωνώπα) Polybius libro IV. de Philippo, πορεύεται δὲ ἐκ μὲν Λευκάδος ἐπὶ τὰς ... τὴν Κωνώπαν, Λυσιμαχίαν, Τριχώνιον, Φοιτεον.

ἐπλεῖστον μόνοι χρόνον) Ideo gloriantur Ætoli apud Iustinum libro XXVIII. Græciæ se principes semper

C fuisse: & sicut dignitate ita & virtute cæteris præstitisse: solos denique esse, qui Macedonas imperio terrarum florentes semper contempserint. De iisdem iterum Iustinus lib. XXXIII. *Nec multò post victi, libertatem quam illibatam aduersus dominationem Atheniensium & Spartanorum, inter tot Græciæ ciuitates soli retinuerant, amiserunt.* Atque huc pertinet Ephori de Ætolis elogium bis à Strab. relatum, ὡς οὐδὲ πώποτε γεγένηνται ὑφ᾽ ἑτέροις. ἀλλὰ πάντα τὸν μνημονευόμενον χρόνον μεμένηκεν ἀπόρθητοι.

D Messenij apud Thucyd. cum Demostheni vellent persuadere vt aduersus Ætolos bellum susciperet, fatentur tamen ἔθνος esse μέγα καὶ μάχιμον: quod etiam mox Athenienses magno suo damno sunt experti.

κατ᾽ αὐτὸν) Videlicet τὸν Λαέρτην, non Ὅμηρον, vt Xylander.

τοῦτο καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ) τοῦτο Icarium videlicet. Fratres autem Penelopes hos refert Apollodorus, Thoantem, Damasippum, Imensimum, Aleten, Perileum.

φασὶ δ᾽ Τυνδάρεων καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ) Tyndareus & I-

E carius fratres fuêre, filij Perieria ex Gorgophone Persei filia: sic Apollodorus libro primo: Idem libro tertio ex Oebalo Perieris filio & Naide natos scribit Tyndareum Hippocoontem, Icarionem: quorum Hippocoon multis instructus liberis, fratres Lacedæmonē eiecit. Οἱ δ᾽, inquit, ἧκον πρὸς Θέστιον, καὶ συμμαχῶσιν αὐτῷ πρὸς τοὺς ὁμόρους πόλεμον ἔχοντι. γαμεῖ Τυνδάρεως Θεστίου θυγατέρα Λήδαν.

¶PAG. 318. τὸν πολέμου πρὸς τὰ Αχ.) Veteres libri habent, τῆς ἐπὶ τοῦ Αχ. Lego τῆς πρὸς τὸν Αχελῷον ποταμὸν ἐπὶ μέρει.

F Illa verba ἐπὶ μέρει indicant ea lege pugnasse istos pro Thestio, vt partem acquirerent terræ, ipsi optinerent. ἐπὶ namque pactia significandis est apta. vt in illo Europ. ὡς ἐπὶ τοῖσδ᾽ ἐγὼ τόδε ἀγγελῶ Αγαμέμνονι Androm. ἐπὶ δὲ τῇ χερνίβεσσι καὶ λιβάσι. & in illo eiusdem, in Hippolyto,

——χρὴ δ᾽ ἐπὶ ῥητοῖς ἄρα
Πατέρα φυτεύειν, ἢ θεοὺς πεπεισμένους ἐπὶ
ἄλλοισιν, ἢ τέσδε γε μὴ δέχεσθαι τοῦτο.

ἐκ Πολυκάστης τῆς Λυ.) Apollodorus verò sic, Ικαρίῳ μὲν οὖν καὶ Περιβοίας νύμφης παῖδες, &c.

G Εφορος δ᾽ ὁ φησί) Vide eundem Ephori locum relatum & lib. VII.

Αλκμαίωνα δ᾽) De profectione Alcmæonis ad Oeneum Calydonis regem Apollod. lib. III.

ἐπὶ τοῖς Ακαρνᾶσιν παρελθεῖν) Acarnania nomen habet ab Acarnane Alcmæonis filio. auctor Apollod. & Strabo mox. qui & aliam postea subiicit etymologiam, ἀφ᾽ ὧν καὶ ἀκμῆς.

τὸν μὲν γὰρ Αἰγιαλέα) Diomedem videlicet Adrasti generum.

τὸν δ᾽ ὁ τοῦ πατρὸς) Adrastum intellige ad quem ἐκ διαδοχῆς pertinuit regnum Argiuorum: quum Argis, & pater Talaus, & auus Bias regnarint. Xylander nesciō πῶς περιτράπη χθὼν ἀφόρως cum hæc transferebat.

σφίσιν ἃς λέγονται Ῥωμ.) Notabilis hanc historiam, quam vix est, vt alibi reperias. Similia fuere σφίσματα Iliensium, quos ἐλέγχει Geographus lib. XIII. Mamertinorum in Sicilia, & Æduorum in Gallia.

Θουκυδίδης δ᾽) Hæc quoque dicta sunt libro septimo. nec placet repetere quæ ad illum locum notauimus.

Καὶ ἱστορίαν) Sæpius diximus geographiam Strabonis præter τὴν περιήγησιν continere etiam τὴν ἱστορίαν. quam ille prout commodum videtur, vel præponit τῇ περιηγήσει vel subiicit. Quare hic quoque postquam Acarnanum & Ætolorum ditionem descripsit, ad τὸν ἱστορικὸν τόπον accedit. Porrò autem quia αἱ ἀρχαιολογίαι Ætolorum coniunctæ sunt cum mentione Curetum, arripiet hic Strabo occasionem tractandi pluribus, & de Curetibus, & omnino de toto illo hominum genere: quod ipse quoque significat.

¶ PAG. 319. εἴρηται δ᾽ ἐν τοῖς ἑξ.) Non vno quidem loco, sed quamplurimis: Hic autem respicit ad ea quæ dixit lib. VIII.

ἀπὸ ταύτης τὴν χώραν Κουρῆτις καλεῖσθαι) Inde Κουρῆτις dicta Ætolia. quanquam distinguere videtur Lycophron hoc versu,

Αἰτωλὶς ἢ Κουρῆτις, αἷς ἀλωμένοις.

Et ita Homerus Ἰλιάδι quod ex sequentibus liquebit.

ἀποικισθῆναι δ᾽ ἐξ Ἤλιδος Αἰτωλ.) Vide ad librum VIII. Nam ibi quoque vel eundem vel similem Ephori locum protulit. Mihi verò vt liberè dicam quod sentio parum probatur tam longa ista aduersus Ephorum disputatio, qui potuit vno verbo iugulari. Sed causam huius rei mox explicabimus.

τὴν ἐκ τῆς συγγενείας) Apparet συγγένεια etiam ex eo quod Pindarus hominem Eleum vocat Ætolum Ode. III. Olympionicarum

ὑπεναντιοῦται) Locus est lib. IX. vbi Ephori inconstantiam pluribus exagitauit.

¶ PAG. 320. τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τὸ τῶν Ἐπ. λέγων) Mendosus locus: Suspicor legendum, τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τὸ τῶν Ἐπ. sublata voce λέγων. vel ita potius, τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τὸ τῶν Ἐπειῶν λέων.

τοιαῦτα δ᾽ ὁ Ἔφορος) Docet nunc quorsum tam diligenter errorem Ephori arguerit: vt nimirum æquiorem habeat lectorem sicubi aliquid exciderit minus verū, aut dictū negligentius. Nam si Ephorum non ideo minoris facit vir maximus Polybius, quod in eo næui quidam appareant satis manifesti: Ergo & Straboni venia omnino danda est, nec de eius laude imminuendum, quamuis quidam in eo næui conspiciuntur. Polybium cum alloquitur, omnes simul lectores compellat, & sui officij admonet.

καὶ διαδιδόναι δίκας, τοὺς μὲν Ποσ.) Ista lectio mendosa est & fallax, quæ tamen me non fallet: neque tam simplex ero vt post Posidonium & Artemidorum scripsisse Polybium credam cum Xylandro, qui nimis fuit τεχνικώτερος. Ego contra scio Polybium à Posidonio & Artemidoro sæpius fuisse reprehensum. Vbi verò lectum est διδόναι δίκας vel διαδιδόναι pro reum facere? Tu lege, διδόντος. & ita coniunge, εἰ γὰρ ὁ Πολύβιος διδοὺς δίκας. Hæc eò pertinēt, vt se venia dignum esse doceat, sicubi lapsus fuerit. Nam si Ephori laudibus nihil decedit etsi eum Polybius multis locis errasse ostendit, nec ipsius Polybij, etsi eum in multis reprehendunt Posidonius & Artemidorus: Ergo nec Strabo minus laudandus, etsi alicubi labi eum contigerit. διδόναι δίκας, est iudicio sisti & rerum gestarum rationem in iudicio reddere: respondet verbo εἰσάγειν, quo modo est vsus Nam & εἰσάγειν dictio est forensis, quod Xylander ignorasse videtur, vt aliás pluribus exponemus. Hoc tantum addam, nisi legamus διδούς pro διαδιδούς, habebimus orationem non græcam, sed solœcam, & putidam, proinde non Strabonis.

καὶ ἡμῖν ἂν συγγνώμην ἔχειν ἐχρῆν ὁ ἐντυγχάνων δεῖ) Si tantis viris venia datur, & nobis debebit dare veniam lector. lector inquam, non Polybius vt putat Xylander.

Ἀρχέμαχος Εὐβοεύς) Scripserat Archemachus rerum Euboicarum multos libros: Nam Athenæus lib. VI. tertium eius operis laudat.

διὸ καὶ Κουρῆτας ἀπὸ τῆς) Cum antea Abantes vocarentur. Homerus,

τῷ δ᾽ ἅμ᾽ Ἄβαντες ἕποντο θοοὶ ὄπιθεν κομόωντες.

Ἔνιοι δ᾽ ἀπὸ Ἀκαρ.) Ab Acarnane filio Alcmæonis, vt modò dictum est.

ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Κουρίου) Vide paullò antè.

ὡς Σωκρῆς καὶ Ἀγραίους, καὶ Εὐρυτᾶνας) Persuasum habeo locum esse corruptum: Censeo autem legendum ὡς Ὀφιεῖς καὶ Ἀγραίους, καὶ Εὐρυτᾶνας. Confirmat hanc emendationem superior locus, vbi simillimè gentes Ætoliæ aliquot recensentur. Ὁ δ᾽ Εὔηνος ποταμὸς ἄρχεται μὲν ἐκ Βωμιέων, ἐκ ὀρεινῶν Αἰτωλικῶν ἐθνῶν, καθάπερ καὶ οἱ Εὐρυτᾶνες, καὶ Ἀγραῖοι, καὶ Κουρῆτες, καὶ ἄλλοι.

¶ PAG. 321. τὸν περὶ δέρος τοῦ Οἰνέως) Apollodorus libro primo, de Oeneo loquens, Γήμας δὲ Ἀλθαίαν τὴν Θεστίου θυγατέρα,

ὁ μὲν ποιητὴς Μ. lim, ὡς μὲν ὁ ποιητής.

τὰ δ᾽ ἀπωτέρω τῆς ὑποθ.) Quæ de Curetibus hactenus dicta sunt, vel ad geographicum, vel ad historicum τόπον pertinuisse certum est: Quæ sequuntur Theologica potius sunt, quàm geographica, aut historica: Ea igitur narraturus Strabo vir ad vnguem factus, & qui non solet temerè omnia miscere (quod hodie plerosque facere videas, vt scilicet doctiores videantur, cum nullum sit meo quidem iudicio certius imperitiæ & ἀπαιδευσίας argumentum) ea igitur narraturus Strabo innuit se veterum autoritate. Hos ait cum de Curetibus geographicam, vel historicam tractationem essent aggressi, propter argumenti similitudinem, ea quoque de Curetibus tractasse quæ ad propositum nihil facerent: inductos inquit, eo quod vtraq; scriptio esset Κουρητικὴ, & de Curetibus: neque animaduertebant ὁμώνυμον dici vtrumque argumentum Κουρητικὸν, non συνώνυμον. quod factum oportuit, vt recte dici vnum subiectum illa duo argumenta possent. Veterum igitur errorem vir magnus & λογικώτατος detegit: & tamen eorum vestigia non dubitat hic quoque premere: quasi errare cum tantis auctoribus esset tutius quàm rectam viam insistere, quum ab illis discedas. Porrò de Curetibus lege Diod. Siculum lib. V. vbi de Creta. & Dionysium Halicarn. Nusquam tamen tam multa de illis atque hic.

περὶ τῶν Σατύρων) quod est theologicum argumentum.

ἐμπεπλεγμένα) Vetus lectio, ἐμπεπλεγμένα. nec aliter prior interpres.

καὶ Ἰδαίους Δακτύλους) Pausanias Ἠλιακ. α. Διὸς δὲ τεχθέντος ἐπιτρέψαι Ῥέαν τοῦ παιδὸς τὴν φρουρὰν τοῖς Ἰδαίοις Δακτύλοις, καλουμένοις δὲ τοῖς αὐτοῖς τούτοις καὶ Κουρῆσι. Sed de his ac reliquis qui hic nominantur plura mox.

διαφορεῖς διασυλλ.) Vetus lectio, διασυλλογισαμένων. qua voce vsum hic quoque Strabonem puto, vt alibi multis locis.

τῆς ἐπισκέψεως) Vetus lectio, ἐπισκέψεως. quod reponendum esse, ferè me pudet monere.

θηλυστολοῦντας περὶ κόρας) Æschylus quoque ἀπὸ τῆς κουρᾶς Curetum nomen deducit,

Χλιδῶν τε πλόκαμος ὥστε παρθένοις ἁβροῖς,
ὅθεν Κουρῆτα λαὸν ἐκάλουν.

Huc pertineat ista Hesychij, qui inter Κουρῆτας, & Κόρητας vult distingui, Κουρῆτες, inquit, οἱ μὲν δαίμονες συλλαβέσθαι Ῥέᾳ, οἱ τὴν Πλευρῶνα κατοικοῦντες, διὰ τὸ κουρᾶσθαι ἀνδρωδῶς τὰς κόμας. Κόρητες δὲ ... τοῦ ὀνόματος, ... ἔθνος Κρητῶν.

καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες) Hom. Ιλ. ν.

Ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες.

τοὺς περὶ Λεωνίδαν κτενιζομένους) Locus Herodoti est in Polymnia: vbi narrat κατάσκοπον illum quem Xerxes miserat vt Græcorum consilia exploraret, offendisse Lacedæmoniorum τοὺς μὲν γυμναζομένους, τοὺς δὲ τὰς κόμας κτενιζομένους. quod quum ad Xerxem esset relatum, valde ille obstupuit, nec aliter hoc potuit interpretari, quàm

quam desperasse Lacedæmonios de salute, & iam ἀντιφαρμακα curam habere.

καὶ τὴν ἀσπιδήλιον ὄρχησιν) Callimachus hymno in Iouem, Οὖλα δὲ Κούρητές σε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο, Τεύχεα πεπλήγοντες. Hanc saltationē bellicrepam, vocabant κορυβαντικὴν vel κουρητικήν. Dionysius Halicarnasseus docet, quos Latini Salios à saliendo vocant, vocari à Græcis κουρῆτας: esse enim eosdem, Curetes & Salios.

Κουρῆτας λεχθῆναι) Quum tamen capillos non haberent, vt priores Curetes compositos. ideo ait ὁμωνύμως. Vide quæ notauimus libro IX. ad illa verba, δηλοῖ δὲ τοῦτο δύναται.

τοὺς νέους στρατιώτας) quasi κούρητες non alij essent quam οἱ κοῦροι: quod Dionysio Halicarnasseo placet, Κουρῆτες inquit, ὡφ' ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἡλικίας ἥτοι ὀνομασμένοι, παρὰ τοὺς κούρους.

κρυπτάμενοι κούρητας) κούρητες hic sunt οἱ κοῦροι & νέοι: vt scholiastes etiam explicat. Deesse autem aliquid isto loco ex Epitome rectè colligas.

¶ PAG. 315. καὶ Πυῤῥίχη Lego ὁ καὶ Πυῤῥίχην. Pyrrichus autem Spartanus, autor pyrriches, eam inuenit, vt esset ἄσκησις τῶν νέων ἐπὶ τὰ στρατιωτικά. Vide Athenæum libro XIIII.

εὖ μὲν γὰρ εἴρηται) Ex sententia Pythagoræ relata ab Æliano libro duodecimo, duo sunt quæ ab homine præstita Deo immortali eum assimilant, τὸ ἀληθεύειν & τὸ εὐεργετεῖν: quæ sanè ἀπόφανσις haud paullò melior est & elegantior tota ista disputatione Strabonis nostri: hoc est, hominis Stoicæ sectæ dediti, quæ quid ab Epicuri dogmate differat, est vbi non facilè dignoscas. Pertinet huc prouerbium, homo homini Deus.

μὴ γὰρ εἴ τις) Ingreditur in defensionem & commendationem Musicæ: quo de argumento plura legat qui volet apud Plutarchum περὶ Μουσικῆς & Athenæum libro XIIII.

ἔστι δὲ καὶ τὴν τῶν ᾠδῶν) Erat hic locus fœde corruptus linearum aliquot transpositione. Nos lectionem antiquam & veram in integrum restituimus, secuti manuscriptos.

δενδροφορίαι τε) cuiusmodi apud Athenienses fuère τὰ ὠσχοφόρια, vt est apud Plutarchum in Theseo, & Grammaticos.

περίπολοι δὲ τῶν Μουσῶν) Lectio vetus πρόσπολοι, quod alio loco confirmant Epitomæ.

καὶ Μιμαλλόνες) Nonnus Dionysiacῶn lib. XVII.

ἐν τοῖσι κυμαίζουσα ποδῶν διδυμάονι ῥυθμῷ
βακχὰς ἀκρήδεμνος ἐπιπροτάλιζε μιμαλλών.

Neto apud Persium,

Torua Mimallonees implerunt cornua bombis.

προσπόλων) Hic quoque libri veteres, προπόλων.

¶ PAG. 321. καὶ ἀΐστον) Qui Εὔιον legunt valde proculdubio hallucinantur: quanquam hoc in errore versari video etiam Gregorium Gyraldum, virum longè doctissimum, & sani iudicij. Legendum autem Ἀγδίστιν, quo modo fere scriptum est infra libro duodecimo, Hesychius, Ἄγδιστις, ἡ αὐτὴ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν. Cum hæc scripsissem accepi ab optimo & doctissimo viro Theodoro Cantero literas, quibus significabat mihi, ita hunc locum se emendare ex Arnobio in suis Variis lectionibus nondum editis.

καὶ Πολλίδην) Epitomes auctor, καὶ Πυλλίδην καὶ Κυνήτην. Est in iisdem Πεσσινοῦντι. Sed malim Πεσσινουντίδα. Vide libro XII.

καὶ Κυβέλην) Sic enim Rheam dictam tradunt à Cybelo monte, in quem à matre Dindymena ἐξετέθη. Vide poetarum interpretes.

¶ PAG. 324. τέτταρες Ολυμποι κεκλήσθαι) Primus Olympus & omnium celebratissimus est in Thessalia, à quo Ossa mens diluuij tempore vt placet poetis fuit abruptus. Alterum in Peloponnesso fuisse volunt, cum sua & ipsum Ossa, vt docuit Geographus libro octauo. Tertius est iste Idæ collis. Quartus est in Mysia. Fuere

A Fuére & alia loca, quæ sic appellarentur: sed montes hi tantum quatuor: quanquam non ignoro Cypri ἀκρώρειαν quandam Olympum appellari libro XIIII.

καὶ τοὺς τόπους αὐτοὺς) Si locus sanus est & integer, sensus est, locos quoque illos vbi Cybele & Dindymene colebantur, iisdem nominibus fuisse affectos, cum numine. At paullò antè à locis, has magnæ matris appellationes esse ortas dixit. Fortasse legendum κατὰ τοὺς τόπους αὐτῆς.

B Καὶ ὁ Σαβάζιος δὲ) Non referam quæ de Sabazio notarunt viri eruditi, quum ea vt puto, omnibus iam sint cognita. Sed quod ait Strabo esse Phrygiacam vocem, repugnat Aristophanis scholiastes, Σαβάζειν ait, τὸ Διόνυσον οἱ Θρᾷκες καλοῦσι, καὶ σαβοὺς, τοὺς ἱερεῖς αὐτοῦ.

Αἰσχύλος μὲν ἐν τοῖς) In ea fabula, cui nomen fecerat Edoni.

ὄργαν' ἔχοντα) Scripti libri, ἔχοντες, vel ἔχοντας.

ὁ δὲ χαλκοδέτοις κοτύλαις ὀτοβεῖ) Lege χαλκοδέτοις. Athenæus lib. XI. Καὶ τὰ κύμβαλα δ' Αἰσχύλος ἐν Ἠδωνοῖς κοτύλας εἴρηκε· ὁ δὲ χαλκοδέτοις κοτύλαις ὀτοβεῖ.

C ὀπηνίκα μετατίχθαι) Sic legendum auctoribus libris, non μετάγεται.

συνάπτοντες εἰς ἓν) Rectius libri veteres, συνάγοντες.

καὶ Πίμπλα) Libro nono simili in loco, dixit καὶ Πιμπλείας. Lycophron,

λειβήθριον δ' ὕδωρ τε Πιμπλείας σκοπῆς.

ῥάκτον) Libri veteres, ἀρράκτον.

νάβλα) Νάβλαν ait Clemens Alexandrinus inuenere Cappadoces, Troglodytæ sambucam: vtrumque Syri, teste Athenæo. Qui literis Hebraicis vel minimum sunt tincti agnoscunt facile vocem puram putam Hebraicam, נבל quod ipsis est instrumenti musici genus.

D καὶ σαμβύκη) Vox planè Syriaca, vt docuit summus vir Iosephus Scaliger: Itaque nugantur more suo Grāmatici, qui σαμβύκην quasi ἰαμβύκην dictam volunt. Est & πολιορκητικῆς μηχανῆς genus, descriptæ à Polybio libro octauo.

ὁ καὶ βάρβιτος) Malim καὶ ὁ βάρβιτος, vt legit prior interpres. Inuentum est Anacreontis, si credimus Neanthi

E Cyziceno. Melius autem Strabo vocem putat esse barbaram, quam grammatici Græcam: dici enim volunt βάρβιτον, quasi βαρύμιτον.

καὶ μαγάδις) Nemo veterum quod sciam dubitauit hanc vocem esse barbaram, & a Græco sermone alienam. Quid sit ex Athenæo disces.

¶ PAG. 325. ἔστω καὶ περὶ θεῶν) Ideo dicebat Lucas, D. Paulo animum esse commotum per Athenarum vicos incedenti, cum videret eam vrbem κατείδωλον οὖσαν: hoc

F est idolis refertam, vt alio loco docuimus.

Πλάτων μέμνηται) Πολιτ. libro primo extremo. Ταῦτα δή σοι (ἔφη) ὦ Σώκρατες εἱστιάσθω ἐν τοῖς Βενδιδείοις. Sed & Xenophon meminit, Ἑλληνικῶν libro secundo, οἱ δ' ἀπὸ τῶν ἄστεως, εἰς τὴν Ἱπποδάμειον ἀγορὰν ἐλθόντες, πρῶτον μὲν συνετάξαντο ὥστε ἐμπλῆσαι τὴν ὁδὸν ἣ φέρει πρός τε τὸ ἱερὸν τῆς Μουνυχίας Ἀρτέμιδος, καὶ τὸ Βενδίδειον. Demosthenis locus omnibus notus est.

ἐξ οὗ ἂν) Sic lego hoc carmen,

ἐξ οὗ ὀρεσσινόμοι Σιληνοὶ ἐξεγένοντο.

G ὁ δὲ τὴν φορωνίδα συγγράψας) Rectè Xylander γράψας. Sic scholiastes Apoll. ὁ δὲ τὴν φορωνίδα συνθείς. Placet autem quibusdam veterum, eius operis autorem esse Hellanicum. estque in ea sententia Dionysius Halicarn. alij Hecatæum.

καὶ Χαλκιδικοὺς) Sic appellat Meodorus Samius, vt alicubi legere memini.

ἐκείνους δὲ Κουρῆτας) Lego ἐκείνοις δὲ Κρῆτας. Nam de patria agitur.

οἱ δὲ Τελχῖνες) De Telchinibus vide libro XIIII.

ἱερὰ Πυδνης ὄντα κτίσιν) Suspicor esse legendum ἱεράπυδνης ὄντα κτίσιν.

καλλιχόρην πρότερον Μελίτην) Apollonij scholiastes annotat vocatam fuisse Leucosiam: postea Samum à Sao

quodam: postremò Samothraciam cum eam Thraces occupassent. Eustathius Dardaniam veteri nomine appellit.

[illegible]) ait Cabiros à monte Cabiro esse dictos: & ita scholiastes Apollonij [illegible]. Sed falli veteres in etymo huius vocis notum est eruditioribus: quum vera origo illius vocis è lingua Hebræa sit petenda. Cabir ergo, vox est originis Hebraicæ, quæ potentem significat. Inde appellati sunt Cabiri, quod est, Diui potes, vt Varro & Tertullianus interpretantur. Græcis dicebantur [illegible], ab Orpheo [illegible], cuius versum malè vulgò accipiunt, [illegible] ἐν Σαμοθράκῃ [illegible].

καὶ τὸ Κρητικὸν) Huius meminit Callimachus in hymno Iouis,

[illegible]

Vtriusque mentio apud Geographos, vt & vtriusque Dictes.

[illegible] Πύτνα [illegible]) Lege omnes geographos, lege etiam historicos, nullam reperies ad montem Idam Hierapytnam. Nec hoc sanè Strabo voluit. Certissimè est scripsisse eum aut hoc, aut simili modo. [illegible] Πύτνα, [illegible]. Recenset Geographus loca eiusdem nominis, in Phrygia & Creta. Hierapydna autem Cretæ vrbs est notissima, quam ait nomen accepisse à Pydna monte Cretæ, qui est [illegible] alteri Pydnæ collis Idæ.

ἐν τῇ Νεανδρίᾳ) Neandria est in agro Troiano: nemque Alexandria, ne quis hic Alexandriam Ægypti putet intelligendam.

[illegible]) In alia omnia eunt autores quos sequitur Apollonij scholiastes, [illegible] Ἄξιερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. [illegible] Quid de Camillo Varro, Festus, Macrobius, Seruius tradant, non est obscurum.

Ἡρίδανος [illegible]) Locus est in Italia, vbi dicuntur [illegible] Ἡσιόδου.

¶ PAG. 316. [illegible]) Et [illegible] vsurpauit: qualis autem insania sit eorum qui corybantiare creduntur, pluribus explicatur à præstantissimo viro, Iosepho Scaligero ad hæc Catulli,

—— *solet hac incogitabiliter.*

Non celabo lectorem, libros veteres pro [illegible] habuisse [illegible], quam lectionem malo.

[illegible] Ἴδην) Veram Idam intelligit. Diodorus Siculus libro v. Dactylos Idæos habitasse tradit, [illegible]. Idem libro xvii. in Phrygiaca Ida collocat. Hanc Strabo nunc intelligit.

[illegible]) Vult Dactylos esse appellatos qui [illegible] Idæ habitarent. Nam cum totam [illegible] appellent, sequitur vt [illegible] dicantur [illegible], quas qui occuparent Dactylos Idæos [illegible] appellarunt. Subtilitet ista quidem, quis negeti sed vt equidem puto, minus probabiliter.

Σοφοκλῆς δὲ) Apollonij quoque scholiastes, in tractatione de Idæis Dactylis, Sophoclem laudat ἐν κωφοῖς Σατύροις.

[illegible]) Hæc planius sic Diodor. [illegible].

καὶ Δαμναμενέα) Lego Δαμναμενέα. Auctor Phoronidis, apud Apollonij scholiast.

—— [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

A quo ex loco non solum pro [illegible] legendum esse [illegible] apparet: sed & pro Σαλαμῖνι, fortasse Κέλμιν.

[illegible]) Diodorus, [illegible]

[illegible]) Libri veteres sic, [illegible]

[illegible] vetus lectio [illegible]

¶ PAG. 317. [illegible]) Fortasse [illegible]

B In veteribus locus erat corruptus & perturbatus.

[illegible]) Plinius, *Ipsa Creta*, altero latere ad austrum, altero ad septentrionem versa, inter ortum, occasumque porrigitur.

[illegible]) Ptolemæus Cretam terminat, ab occasu [illegible] à septentrione, [illegible] à meridie, [illegible] ab oriente, [illegible]

[illegible]) Lego [illegible], auctores mihi emen-

C dationis Plinius, Ptolemæus, Stephanus, Strabo ipse alio loco.

τὸ Σαμώνιον [illegible]) Scripsi quidam Σαλμώνιον, & eam [illegible] Lucas confirmat Actorū cap. xxvii. Σαλμώνην vocans, & hodieque Salomonium vocari aiunt. Vulgatā tamen lectionem tueri possumus ex Mela, Plinio & Ptolemæo.

[illegible]) Fortasse [illegible]. Plinius enim qui minimum ab hac summa aberrat Cretam in longitudine implere cclxx. m. pass. quæ efficiunt stadia bis mille ducenta & quadraginta. An co-

D dices Pliniani potius mendosi esse sunt dicendi? Sanè sicut eius vulgata lectio faciet Martianus Capella, sic potest eam vocare in dubium Æthicus, quorum vterque non alium optimo quam Plinium sequebatur. Rem tamen si diligentius expendas, nec in Strabone quicquam, neque in Plinio mutabis.

[illegible]) Tollenda prorsus negatio, quæ rectè a libris manu exaratis aberat. Rectè autem colligit Strabo: Nam si Cretæ lōgitudo vltra ccIↃ ccIↃ ccc. sta-

E dia porrigitur, necessarium est omnino vt ambitus sit maior stad. IↃↃ. Plinius cum dicit Cretam circuitu implere m.p. dlxxxix. quæ sunt stadia ccIↃ ccIↃ ccIↃ, ccIↃ IↃ ccxii. medius est inter Sosicratem & Artemidorum. Sosicrati tamen propiot.

[illegible]) Sic rectè libri veteres, non [illegible]

[illegible]) Isthmum vocant angustiam illam Cretæ partem, quam vides in Ptolemaicis esse inter Amphimaliam & Phœnicem portum.

[illegible]) Ptolemæo [illegible]. Lego [illegible], vel cum Plinio [illegible]. Illa autem, [illegible], quid sibi velint acutiores diuinabunt. Stephano [illegible] Cretæ oppidum. Phœnicis portus meminit & D. Lucas in Actis.

F [illegible]) Plinius quoque Cretam circa mediam sui partem maximè patere scribit.

[illegible]) Apud Diuum [illegible] scribitur.

[illegible]) Montes Cretæ notiores Ptolemæo sunt, Leuca, Ida, Picta. Plinio, Cadiscus, Idæus, Dictæus, Corycus. Callimach. [illegible] vocat.

[illegible]) Sic libri veteres: Alij [illegible].

G Sed & [illegible] dicunt & [illegible].

[illegible]) Veteres libri, [illegible].

[illegible]) Plinius, *Ipsa abest promontorio suo, quod vocatur Criu metopon, vt prodit Agrippo, à Cyrenarum promontorio Phycunte CC & XV. M.pass.*

[illegible]) Quōnam ad Cyrenarum portum? Sanè si nihil deest, ita necesse est vt accipiamus. Sed certum est locum esse mutilum & ita restituendum, [illegible] Μαλέας [illegible]. Nam de eo interuallo hic agi, apparet ex eo quod de Cytheris subiicit: Nec in numeris multum Plinius variat, annotans Cretam abesse à Malea xxxx. m. pass. Interpretum vero securitatem, ne dicam supinitatem, quis non miretur?

πεύτων ποις πενταχιςχιλίοις) Veteres libri, εἰς πενταχιςχιλίοις. Alij πενταχιςχιλίων.

τοῖς μὲν ἐν Ἐτεοκρῆτας) Diodorus Siculus libro quinto, Οἱ μὲν γὰρ τὴν Κρήτην κατοικοῦντες, φασὶν ἀρχαιοτάτους παρ' αὐτοῖς γενέσθαι τοὺς ὀνομαζομένους Ἐτεοκρῆτας αὐτόχθονας.

Pag. 328. τὸν τοῦ Ἀνδρωνος λόγον ἀποδέχεται) Quærit Xylander, quisnam ἀποδέχεται? Lege ἀποδέχονται & omnē difficultatem sustuleris. Sic dictum, vt illud, ἢ καίτοι λύχνει καὶ πιθέασιν αὐτὸν ἀπὸ τὸν μόδιον. Sic autem habent omnes libri veteres: & ita statim, τριχάϊκας δὲ δέχονται.

τρίπολιν ἀποφαίνοντος) Quantum veteres varient, in numero oppidorum Doridis, libro superiore exposuimus. Reperio autem autores qui cum Androne sentiant quem reprehendi Strabo ait: Sic enim Thucydides libro primo, & Diodorus Siculus libro XI.

τριχάϊκας δὲ δέχονται) Varias interpretationes huius vocis reperies apud poetæ interpretes ac reliquos Grāmaticos. Sed illa voce ἱεραμίλεις, quid faciemus? Me quidem neque Eustathius locum afferens, nec libri veteres iuuant. In iis vel ita legitur, vt est editum, vel etiam deterius, φιλοσόφοις ἐναμισολοφοις.

θαλαττοκρατῆσαι τι) Aristoteles post quam dixit Cretā πρὸς ἀρχὴν Ἑλληνικὴν πεφυκέναι, κεῖσθαι καλῶς, addit, διὸ καὶ τὴν τῆς θαλάσσης ἀρχὴν κατέσχεν ὁ Μίνως, καὶ τὰς νήσους, τὰς μὲν ἐχειρώσατο, τὰς δ' ᾤκισε.

μέγιστον δὲ τὸ ἀξίωμα) Scribe μιτίςτω δὲ. auctoribus libris.

σαδίους διακοσίους) Insolens loquendi genus: prorsúsq; aliquid vel subaudiendum, vel addendum quod exciderit. Lego διέχουσα ἐχάτερος σταδ. διακ. vel breuius & fortasse verius, ἐν διακοσίοις σαδίοις vt sæpe loquitur.

ἣν ὁ ποιητὴς Λύττον ὀνόμασεν) Loc' poetæ est in catalogo vbi tamen Λύκτον legit Eustathius non vt Strabo Λύττον hodiéque nostri libri omnes Eustathiū sequūtur. Quare recte veteres Strab. cod. in quibus sic legitur hic locus, Τῆς δὲ Λύττου, ἣν ὁ ποιητὴς Λύκτον ὀνομάζει. Sic fere Aldus, Stephanus Lyttum vult esse dictam, quod esset in sublimi loco: Hesychius λύττοι, οἱ ὑψηλοὶ τόποι. Polybius lib. IIII. Λύττον vocat, & Lacedæmoniorum ἄποικον esse ait, omnium Cretæ vrbium ἀρχαιοτάτην.

πέντε καὶ εἴκοσι) Sic restituimus è veteribus libris vocem hactenus desideratam.

ὅπου τῆς Εἰληθυίας ἱερὸν) Homerus,

> στῆσε δ' ἐν Ἀμνισῷ, ὅθι τε σπέος Εἰλειθυίης
> ἐν λιμέσι χαλεποῖσι.

ἐκαλεῖτο δ' ἡ Κνωσσὸς Κέρατος) Legit Eustathius Κέρατος. Vide tamen num legendum sit potius Καίρατος. Autor est enim Scholiastes Callimachi Cretæ fluuium vocari Καίρατον & vrbem quoque fuisse ei ὁμώνυμον Cæratum.

καὶ αὐτὴ δ' ἐστὶν ση.) Deesse aliquid satis est manifestū.

ἐννέωρος βασίλευε) Summi poetæ carm n explicat summus philosophus Plato in Minoe, quem Platonis locū citat Strabo lib. XVI. Mirari autem soleo qui factū sit, vt Platonis interpretationem nemo sequi hactenus voluerit, ne ipsi quidem Platonis, quod mireris, interpretes. omnes in eo peccant, quod vocem ἐννέωρος explicant nouem annos, quod perinde est, vt si quis τριήμερος explicet tres dies: quod absurdum est: & sanè mirum. Nam vocem ἐννέωρος explicat Plato δι' ἐνάτου ἔτους, hoc est nono quoque anno, non autem per nouē annos, vt vulgo interpretantur. Atque hoc est quod alii tradunt Minoem nono quoque anno solitum leges emendare & ἐπανορθοῦν.

τὴν τε Κρήτην ἐκπολεμώσαντες) Bello Cretico, quod Q. Metellus proconsule gessit: indéque cognomen Cretici reportauit, de quo Epitome Liuij lib. XCIX.

¶Pag. 329. ἐν Μακέτιδος γυναικὸς) Non erat, cur locū haberet suspectum Xylander: qui optime habet: Nam Macetia Macedonia est: & mulier μάκετις est Macedonissa. Itaque in nonnullis libris legitur Μακεδονίσσης quæ est glossa.

Στηρίτης) Libri veteres Στηρίτης. melius.

ὁ τοῦ φιλεταίρου Δορύλαος) Hic est Dorylaus ille (vt arbitror) cuius mentio fit in Memnonis fragmentis.

ἐπὶ τοσοῦτον ἠρέσκετο) Vetus lectio ἠράσθη. Et ita legēdum: nam vulgata est corrupta. χαίρειν μιά, est capere & delectare, vt apud Ælianum & alios.

απαντας ὑπηκόους εἶχον αὐτοὶ) Testis Polybius libro quarto, Κνώσσιοι, ait, συμφρονήσαντες Γορτύνιοις πᾶσαν ἐποίησαν τὴν Κρήτην ὑφ' αὑτοὺς.

ὅσον ἐπὶ ὀγδοήκοντα σαδίους) Mendosa lectio: Nam cui verisimile videbitur eum qui muris cingere Gortynem tantum cepisse dicitur, ad LXXX. stadia opus perduxisse? cum præsertim subiiciat eandem vrbem quum maximè floreret κύκλον impleuisse stadiorum tantum L. Puto legendum ἐπὶ ὀκτὼ σαδίους. Cum hæc scripsissem animaduerti Eustathium sequi vulgatam lectionem. Quare docti iudicent. Equidem à sententia mea ægrè discedo. Sequentia verba video aliter legisse interpretes.

καὶ Ματάλου) Ptolem. Ματάλια.

ὁ Ληθαῖος ποταμὸς) Sic apud Ptolem. Apud Eustath. per υ.

ἐν Λευκοκόμαις τε καὶ) Hūc puto esse referenda quæ Plutarchus Ερωτικῷ refert, de Leucomantide & Euxynthero. Nam etsi multum in narrationibus est diuersitatis, tamen multa similia.

ὥς φησιν Ἄρατος) Arati carmen ita habet,

> Δίκτῳ ἐν εὐώδει, ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο.

qui versus quantum veteres Criticos torserit ex scholiaste intelliges.

¶Pag. 330. ὡς δ' εἶπεν οὐδὲ τὸν Καλλίμαχον) Locus est in hymno in Dianam.

> Μεσφ' ὅτε μιν περιηγέας ὑπ' ἐλιχθεὶς ἥλατο πόντον,
> Πρηνὸς ἐξ ὑπάτοιο, καὶ ἐνέθορεν εἰς ἁλιῆων
> Δίκτυα. τὰ σφ' ἐσάωσαν. ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες
> Νύμφαν μὲν, Δίκτυναν, ὄρος δ' ὅθεν ἥλατο νύμφη,
> Δικταῖον καλέουσιν. ἀνεστήσαντο δὲ βωμούς,
> Ἱερά τε ῥέζουσι.

Refertur eadem fabula à Diodoro Siculo & Pausania.

ἡ Βριτόμαρτις) Sic prius vocabatur hæc Gortynis puella, quæ postea Dictynna est appellata: Solinus verò ipsam Dianam à Cretensibus coli ait Βριτόμαρτιν gentiliter nominantibus: *quod* (inquit) *sermone nostro sonat virginem dulcem.* Rectè sanè Solinus: Nam vt notat Hesychius Cretensibus τὸ βριτὺ sonat γλυκύ. Et Cornutus Brisein quasi Britein dictam ait, quasi dicas suauem & charam Achilli. Atque hæc de priore parte nominis Britomartis: De posteriore autem sic censeo: Quemadmodum reliquis græcis virgo dicitur παρθένος, ἀπὸ τοῦ παραθέειν τῇ μητρί, sic videntur mihi Cretenses virginem ὅμαρτιν appellasse, παρὰ τὸ ὁμαρτεῖν τῇ μητρί. Matrem enim sequebantur perpetuò olim virgines. Horatius,

> *Tandem desine matrem*
> *Tempestiua sequi viro.*

Quare rectè Solinus, Britomartin, siue Britho martin interpretatur, *virginem dulcem.*

ἀφ' ἑκατὸν σαδίους) Imo abest Gortys (sic enim vetustiores dicunt, non Gortyna) à Cydonia CIↃ fere stadia: teste Thucydidis scholiaste ad lib. II.

Ἄπτερα δὲ) De Aptera lege Stephanum, & Lycophronis scholiasten: Plinio est Apteron. Ptolemæo Ἀπτερία. Vrbis Cisami meminere Plinius & Ptolemæus.

Πολυῤῥήνιοι) Ptolemæo Πολυῤῥηνία. Plinio Polyrrhenum. Stephanus, Πολυῤῥήν πόλις Κρήτης, ἀπὸ τοῦ πολλὰ ῥήνεα, τουτέστι πρόβατα, ἔχειν. Polyrrheniorum sæpe Polybius meminit.

φαισὸς δ' ἦν αὕτη) Plinius inter mediterraneas referr. Vide Stephanum.

ἐκ δὲ τῆς φαισοῦ πεπεῖσθαι) Laertio tamen dicitur esse Epimenides ἀπὸ Κνωσοῦ.

χεῤῥόνησος) Agnoscit & Ptolemæus.

Μιλητός τε καὶ Λύκαστος) Vtramque tamen recenset Plinius.

κατασκάψαντες τὴν πόλιν) Λυκτίων videlicet: Nam Ly-

ctum euertere Cnossij, Polybius libr. IIII. συνθέμενοι τὰς οἱ Κνώσιοι τὸ γένος κατακαταλαμβάνουσι τὴν Λύττον, ἔρημον οὖσαν τῶν βοηθησόντων. καὶ τὰ μὲν τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας εἰς Κνωσὸν ἀπέπεμψαν. τὴν δὲ πόλιν ἐμπρήσαντες, καὶ κατασκάψαντες, καὶ λωβησάμενοι κατὰ πάντα τρόπον, ἐπανῆλθον. A

τὸ μὲν ἑκατόμπολιν) Hanc poetæ ὑπέρθεσιν sequitur Virgilius, itémque Plinius: qui vrbibus Cretæ XL. enumeratis, aliorum circiter LX. opidorum memoriam extare scribit. Porrò hæc disputatio melioribus libris indiget. Summa est, belli Troiani tempore XC. tantum B fuisse vrbes Cretæ: Homeri autem ætate fuisse centum: neque probabilem eorum esse sententiam, qui contra sentiunt.

ἀλλ' ὅτι κατὰ τὰ Τρωϊκὰ) Turpissimum mendum sustulimus auctoribus libris, & κατὰ reposuimus pro μετὰ.

ὁ δὲ, καὶ συστρατεύσας) Nescio quî φρενῶν παρεπλάγχθη vir eruditus, quum hunc locum de Vlysse accipiendum putauit: Non enim lucere solem meridie clarius est, quàm est perspicuum ad Nestorem esse hæc referenda, qui illa Πάντας δ' Ἰδομενεὺς dixit. Ergo, ὁ δὲ, hoc est Ne- C stor. Si nihil aliud, vox saltem συναναστὰς debuit Xylandrum mouere. Vide ὀδυσσ. γ.

¶PAG. 331. ἐγένετο διὰ πλεονεξίαν) Polybius libro sexto Cretensium πλεονεξίαν grauiter notat. καθόλου δὲ, inquit, ὁ περὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν καὶ πλεονεξίαν τρόπος οὕτως ἐπιχωριάζει παρ' αὐτοῖς, ὥστε παρὰ μόνοις Κρηταιεῦσι τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων μηδὲν αἰσχρὸν νομίζεσθαι κέρδος.

τὴν κληθεῖσαν ἀπ' αὐτοῦ πυρρίχην) Pyrricham à Curete fuisse inuentam, & ab eodem sic fuisse nominatam, nemo veterum opinor dixit: Pyrricha enim à Pyrricho D nomen habet, vt Strabo ipse paulò antè docuit. Quare deesse hic aliquid suspicor, ac lego, ἐν καταδείξαι Κουρητικὸν πρῶτον, ὕστερον δὲ Πύρριχον, τὸν καὶ συντάξαντα τὴν κληθεῖσαν ἀπ' αὐτοῦ πυρρίχην.

λέγεσθαι δ' ὑπό τινων) Fuit hæc plerorumq; sententia, Cretensium Rempublicam, proximè accedere legum & institutorum similitudine ad rempublicam Lacedæmoniorum. In ea fuere sentētia οἱ λογιώτατοι (ait Polybius) τῶν ἀρχαίων συγγραφέων Ephorus, Xenophon, Callisthenes, Plato. Et Aristoteles postquam de Lacedæ- E moniorum republica egit, subdit, ἡ δὲ κρητικὴ πάρεγγυς μὲν ἐστὶ ταύτης. Polybius tamen eos omnes grauiter errare putat: eorúmque errores ostendit lib. VI. quanquam negare ne Polybius quidem posset, multa in vtraque Rep. fuisse ὅμοια, & eiusmodi, vt ab altera earū ad alteram manasse dici possent: qua de re nûc quid senserit Ephorus exponit Strabo. Cum autem professus sit auctor, se Ephori verba referre, non est dubium legendum esse, λέγεσθαι δ' ὑπό. subaudi φησὶν Ἔφορος. F Rectè etiam libri ὑπ' ἐκείνων, non ἐκείνης.

τῶν πολεμικῶν) Sensus esse videtur. Eas potissimum Cretę vrbes interiisse, aut afflictas fuisse, quæ erant πολεμικαί: vt Cnossus.

εἶθ' ὑπό τινα) Malim εἶναι δέ.

ἀποίκους γὰρ ὄντας) Placet istis initia τῆς Κρητικῆς πολιτείας ab iis Spartanis esse profecta, qui Cretæ opidum Lyctum habuerunt. Aristoteles longè probabilius, Spartanos illos καταλαβεῖν τὴν τάξιν τῶν νόμων ὑπάρχουσαν ἐν τοῖς τότε κατοικοῦσι. Ex illis autem didicisse Lycurgum, quum apud eos exul versaretur. G

τοῦ τὸ Ἄργος κτίσαντος) Imo eius pater Temenus. vide lib. VIII. Κτίσαντος apud Pausan. scribitur,

¶PAG. 332. ὁμολογεῖσθαι περὶ πάντων) Lego παρὰ πᾶσι. Miror autem dici id omnes fateri de quo varias fuisse constat veterū sentētias: vel lege Plutarchum in Lycurgo.

ἕκτον ἀπὸ Πατροκλέους γενέσθαι) Lycurgum inquit Plutarchus ita plerique γενεαλογοῦσι.

Aristodemus
|
Patrocles.
|
Sous.
|
Eurytion.
|
Prytanis.
|
Eunomus.
|
Lycurgus.

Sic fuerit quintus à Patrocle non sextus. Eutychidas tamen (inquit) ἱστορηκεν ἕκτον μὲν ἀπὸ Πατροκλέους, ἑνδέκατον δὲ ἀφ' Ἡρακλέους.

τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν) Aristoteles conferens inter se Cretensium & Lacedæmoniorum magistratus, Οἱ δὲ γέροντες, ait, τοῖς γέρουσιν, οὓς καλοῦσιν οἱ Κρῆτες βουλήν, ἴσοι.

τοὺς δ' ἐφόρους τὰ αὐτὰ) Aristoteles, Οἱ μὲν γὰρ ἔφοροι τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν τοῖς ἐν Κρήτῃ καλουμένοις κόσμοις.

περὶ δὲ Σπαρτιατῶν μὲν διαμ.) Idem & Philosophus testatur, Καὶ συσσίτια παρ' ἀμφοτέροις ἐστὶ, καὶ τό γε ἀρχαῖον ἐκάλουν οἱ Λάκωνες οὐ φιδίτια, ἀλλὰ ἀνδρεῖα, καθάπερ οἱ Κρῆτες, ᾗ καὶ δῆλον ὅτι ἐκεῖθεν ἐλήλυθεν.

φρέττοι πάντα κατάρχειν) Hactenus Alcman. Nam eius sunt hæc quoque verba. nec rectè Xylander. Deinde lego, λέγεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν Κρητῶν videlicet ait Ephorus. Sic videtur prior interpres in suis libris reperisse. Historiam pluribus refert Plut. Attigit Aristoteles πολιτ. lib. secundo. Emendationē nostrā confirmāt libri veteres.

ἐντυχόντα δ' ὥς φασί τισι, καὶ Ὁμήρῳ) Non ita Plutarchus, cui potius assentior. Is ait Lycurgum quum esset in Asia ἐντυχεῖν, non Homero sed τοῖς Ὁμήρου ποιήμασι. quæ à posteris Creophyli asseruabantur: Ea igitur descripsisse Lycurgum, & in Græciam secum attulisse: apud quos obscura iam fama quædam Homerici carminis erat.

Τῶν δὲ Κρητικῶν) Male hæc Xylander: neque enim voluit hic Strabo leges Lacedæmoniorum referre: sed ex Ephoro pergit res Cretensium explicare. sunt autem plerisque horum similia apud Plutarchū in Lycurgo.

Γαμεῖν μὲν ἅμα πάντες) Manuscripti, ἅπαντα πάντες: fortasse pro ἀπαξάπαντες.

γράμματά τε μανθάνειν) Heraclides, γράμματα δὲ μανθάνουσι καὶ ταῦτα ᾠδάς.

καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων ᾠδάς) Commentarium in istum locum habes apud Ælianum ποικίλης lib. secundo cap. XXXIX.

καὶ χειμῶνος καὶ θέρους) Fortasse, Εἰσὶ δὲ καὶ χ. nisi deest vox φέρειν. Heraclides sic, εἰ ἐν Κρήτῃ μετ' ἀλλήλων διατρίβουσι ἐν ἱματίῳ θέρους καὶ χειμῶνος.

¶PAG. 333. ἐκ τῆς δὲ ἀγέλας ἄρχειν ἐστὶν) Hic vocabatur ἀγελάτης vt refert Heraclides, apud quem simillima leges.

πυρὰ καὶ τοῖς ἄλλοις) Hæc verba omisit Xylāder interpretari: Sunt autem cum participio ὑπερεχόντων coniūgēda.

πέρας δὲ τῆς ἐπιδείξεως) Legendum ἐπιδόξεως.

συνδιημερεύσαντες δίμηνον) Heraclides ait dies LX. Locū quia est simillimus ascribā, ὅταν δὲ κρατήσωσιν, ἀπάγουσιν εἰς ὄρος, ἢ εἰς ἑαυτῶν χώρας, καὶ ἐκεῖ ἑστιῶντες ἡμέρας ἑξήκοντα, πλείους γὰρ οὐκ ἔξεστι.

δῶρα λαβὼν) Heraclides, δίδωσιν ὁ φιλήτωρ ταῦτα, καὶ ἄλλα δῶρα, καὶ βοῦν.

παραπημαρεῖν) Legendum videtur, παρεκπημαρεῖν. παρὰ autem pro πάρεστι, quod est admodum ποιητικόν. Sed & ἐπὶ pro ἔπεστι vsurpatur.

ἱεροσυλεῖν ἀν τυχεῖν) Deest vox αἰσχρὸν cum verbo νομίζεται, quod solet subaudiendum relinqui. τοῦτο autē mox rectè veteres non τούτου.

κλεινοὺς καλοῦσιν) Hesychius, Κλεινοὶ, οἱ ἐν τοῖς παιδικοῖς ἐπιτεταγμένοι ἀρεσκόμενοι παισίν. vocem φιλήτωρ vsurpat in eadē narratione Heraclides.

καθίστανται δ' εἰς τὸ) Aristoteles, ἐκ δὲ ἁπάντων αἱροῦνται τοὺς κόσμους, ἀλλ' ἐκ τινων γενῶν, καὶ τοὺς γέροντας ἐκ τῶν κεκοσμηκότων.

Θήρα μὲν) Fusè hæc libro primo. ibidemque de Anaphe & Therasia.

¶PAG. 334. τούτων δ' ἴσον ἀπέχει) Lege cum veteribus libris

libris πάντας δ' εἰς ὕστερον.

ἐν ᾧ κακῶς διέλεξε φασί τινες) Herodotus de Homero, τελευτήσαι δ' ἐν τῇ Ἴῳ, αὐτοῦ ἐπ' ἀκτῆς ἐτάφη, ὅπου τε τῶν συμπλεόντων καὶ τῶν πολιτέων ὅσοι ἐν διατριβῇ ἐγένοντο αὐτῷ. Vide Gell. lib. III. cap. XIIII.

Σικινος) Sic scribendum: Nam Stephanus quoque ita hic sine dubio legit, & Strabonis χάριν securus est: etsi alij semper eum ι non η medio. quod probat carmē Solonis.

εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος ἢ Σικινίτης.

Hanc autem, Oenoen quondam fuisse dictam præter Stephanum docent Plinius, & doctissimus Apollonij scholiastes.

καὶ Λάγουσα) Stephanus, Λάγουσα νῆσος περὶ Κρήτην. Meminere alij quoque Geographi. Athenæus quoque lib. pr. Λαγοῦσαι νῆσοι ἀπὸ τ' ἐν αὐταῖς λαγῶν.

καὶ Φολέγανδρος) Parua & vilis insula, vt ex Solonis carmine apparet. A rati locum mox proferet. Meminerunt Plinius, Stephanus, alij.

ἡ γῆ ἡ κιμωλία) De cimolia, quod est cretæ genus lege Plinium lib. XXXV. cap. XVI.

διὰ τὴν ἀτιμίαν) Floruit tamen Siphnos quoque vt si qua alia insula, antique atque argenti fodinis excelluit. Herodotus, Thalia, τὰ δὲ τῶν Σιφνίων πρήγματα ἤκμαζε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ νησιωτέων μάλιστα ἐπλούτεον, ἅτε ἐόντων αὐτοῖσι ἐν τῇ νήσῳ χρυσέων καὶ ἀργυρέων μετάλλων, οὕτω ὥστε ἀπὸ τῆς δεκάτης τῶν γινομένων αὐτόθεν χρημάτων, θησαυρὸς ἐν Δελφοῖς ἀνάκειται, ὅμοια τοῖς πλουσιωτάτοισι.

Ἀθηναῖοι δέ ποτε πιεσθέντες σφόδρα) Apud Eustathiū hunc locum describentem vox σφόδρα est omissa. Sic enim legitur, εἰς τούτους Ἀθηναῖοί ποτε πιεσθέντες, ἐψηφίσαντο τοὺς ἑξηκονταετεῖς ἀποθνήσκειν. Estque hoc elegantius. Vide quæ notauimus ad Matth. 2.16. Porrò de Meliorum calamitate, & Atheniensium crudelitate, Thucydides libro quinto.

Ἴνωπος) Libri veteres Οἰνωπός. Vide libro sexto.

ἀπὸ τῶν χρυσικῶν χρόνων) Libri exarati habent ἀπὸ τῶν ἡρωικῶν χρόνων. Sic dixit libro primo, κατὰ τοὺς ἥρωας. Diodorus similiter, ὅτι πόλις τῶν Θηβαίων διὰ τὴν τῶν προγόνων ἐπιφάνειαν ἐν τοῖς ἡρωικοῖς χρόνοις φρονήματος ἦν πλήρης. Cicero de natura Deorum libro tertio. *Quartus is quem heroicis temporibus Acantho peperisse dicitur.* Non fugit me tamen χρονικὰ dici τὰ παλαιά.

ἦν γὰρ τὸ πάρος δὲ) Libri veteres sic, φησὶ γὰρ ὁ Πίνδαρος Ἦν γὰρ &c. Sed solet Strabo ita verba sua iis quæ affert miscere. Legendum autem omnino vt edidimus, φορητὰ inquā non οὐ φορητά, quam negationem miror admodum ab interprete non esse sublatam: quum res ipsa & poetæ sententia vel inuitos nos eo adigant. Nos ergo sustulimus, præsertim qui meminissemus sic legi apud Homeri scholiasten in Odyss. κ. vbi ita scribitur, ἦν γὰρ τὸ πάρος δὲ φορητὰ κυμάτεσσι δᾶλος παντοδαπῶν ἀνέμων ῥιπαῖσιν, optimè sanè: & ita hic restituendum. Sequentia mendis non carent, quæ tollere sine ope librorum non possumus: à veteribus codicibus, illa verba καὶ ὁ Πίνδαρος aberant, & ἀρτιμερῶν pro ἀρτιμεροῦν quod parum refert. Legendum autem censeo χίων non χθών: est enim pro αἰγίχθων.

πάλαι ποτὲ καὶ ὁ ἀγὼν ἐτίθετο) Id Thucydides docet, & Homeri testimonio comprobat ἦν δέ ποτε καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος ἐς τὴν Δῆλον τῶν Ἰώνων τε καὶ περικτιόνων νησιωτῶν· ξύν τε γὰρ γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐθεώρουν, ὥσπερ νῦν ἐς τὰ Ἐφέσια Ἴωνες, καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτόθι γυμνικὸς καὶ μουσικός, χορούς τε ἀνῆγον αἱ πόλεις. Locus poetæ est in Apollinis προοιμίῳ.

τὴν δὲ Φολέγανδρον) Huius ita est obscurum nomen, vt alibi legisse quam apud Geographos nunc quidem nō meminerim. Olearum præter Geographos, qui eam & Gyaron inter Sporadas referunt, nominauit Virgilius.

¶ PAG. 335. ἐν τελευτῇ γὰρ χρόνῳ) Hoc solet Thucydides dicere, χρόνῳ καὶ ὕστερον. Similiter libro tertio καὶ ἅμα τῶν πρὸς Ἀθηναίους πολέμων καλῶς αὐτοῖς ἐδόκει ἡ πόλις καθίστασθαι. De Deli autem emporio vide etiam infra libro XIIII. Plinius, *Ipsáque longè clarissima*, Cycladum media, templo Apollinis & mercatu celebrata Delos.

A Ῥήνεια δ' ἔρημον νῦν.) Sic Thucydides Ῥήνεια. Dicitur enim variè. Ῥηνία, Ῥήνεια, Ῥήναια & Ῥῆνις. Stephan. Quā sit autem Rhene Delo vicina docet Polycratis factum qui eam Delio Apollini dicauit ἀλύσει δήσας πρὸς τὴν Δῆλον.

οὐ γὰρ ἔξεστιν ἐν αὐτῇ τῇ Δήλῳ θάπτειν) In insula Delo nec parere fas fuit, nec mortuum sepelire. Thucydides καὶ τὸ λοιπὸν προεῖπον μήτε ἐναποθνήσκειν ἐν τῇ νήσῳ μήτε ἐντίκτειν.

B Hinc illa Deli καθάρσεις, quam non semel Athenienses procurarunt. Vide Thucydidem lib. III. & initio V. & Diodor. lib. XII.

ὠνομάζετο δὲ καὶ Ὀρτυγία) Virgilius,

Linquimus Ortygiæ portus, pelagóque volamus

Plinius de Delo, *Hanc Aristoteles ita appellatam prodidit quoniam repente apparuerit enata. Aglosthenes Cynthiam, alij Ortygiam, Asteriam, Lagiam, Chlamydiam, Cynethum, Pyrpilen igne ibi primum reperto.*

Κέως δὲ) Hanc, ait Plinius, nostri quidam dixere Ceā.

C Ibidem multa de hac insula leges, nonnihil ab iis quæ Strabo narrat diuersa.

ἡ δὲ Κορησσία) Plinium si sequitur, legendum Κορησσός, vel Κορησσία. Ptolemæus Κορησσόν.

καὶ τὸν ἐκ τοῦ περιπάτου) Non est de nihilo quod hæc addit: Nā Aristonē peripateticum voluit distinguere ab altero Aristone qui magis fuit Stoicus. Duo namque fuere eodem tempore Aristones. Peripateticus hic, Ceo vt ait, ortus, & alter Stoicus, non Cius sed Chius. Clarè hæc docet Laertius noster. Quare errat

D errorem non ferendum Xylander, quum putat quoties occurrit Ἀρίστων Χῖος mutandum esse in Κεῖος: errat inquam, & hic, & contrario modo apud Plutarchum, περὶ φυγῆς, vbi quum in omnibus libris legeretur Ἀρίστων ἦν ἐκ Κέω, rectissimè (de peripateticis enim est sermo) nimis profectò νεανικῶς rectam γραφὴν sollicitat, & affirmat legendum esse Χίω. Adeo vir eruditus, ne in errore quidem, constare sibi potest.

παρὰ τούτοις δὲ δοκεῖ) Heraclides in πολιτείᳳ Κείων, Οὕτως δὲ ὑγιεινῆς τῆς νήσου, καὶ ἀγαθῶν τῶν ἀνθρώπων, μάλιστα δὲ τῶν

E γυναικῶν, οὐ περιμένουσι γηραιοὶ τελευτᾶν, ἀλλὰ πρὶν ἀσθενῆσαι, ἢ πηρωθῆναί τι, οἱ μὲν μήκωνι οἱ δὲ κωνείῳ ἑαυτοὺς ἐξάγουσι. Vide Ælianum III. XXXVII.

κωνειάζεσθαι) Facile fuerit ex Heraclide & Æliano locum emendare: quia enim illi sorbitione cicutæ solitos tolli Cios senes, auctores sunt, apparet legendum esse κωνειάζεσθαι. Stephanus verò qui locum hūc in suos Commentarios retulit, sic habet, προστάττει γὰρ τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη ἀγωνίζεσθαι, quē ego nequeo satis mirari: videtur enim legisse apud Strabonem κονίεσθαι vel κονίζε-

F σθαι quæ vox ἀγωνίζεσθαι significat, παρὰ τὸ κόνιν ἐγείρεσθαι: vnde Horatius vim vocis Græcæ exprimens more suo,

Sunt quos curriculo puluerem Olympicum

Collegisse iuuat.

τὸ τῆς Νεδουσίας) Vide libro VIII.

ἐν ταύτῃ μὲν ἐν λέγεται) Eustathius, ἄλλοι δὲ γράφουσι καὶ Παρθενὸς βωμὸς ὅτι μεγέθει, καὶ Ἔφεσος δοκεῖ γράφειν.

ἡ παρία λίθος) Meminit Plin. lib. XXXVI. cap. V. quem adi. Idem & lapis Lygdius dicitur.

μνημονεύεται δὲ ἀρχίλοχος) Producitur a Laertio in asmatio,

G Τὸν κλεινὸν φερεκύδην ὃν τίκτει ποτὲ Σῦρος. Corripitur Antholog. libro quinto

καὶ Σύριος σπλάγχνα σπαράσσων φερεκύδης.

τῶν μεγίστων τοὺς ὑπάτους) In quibusdam veteribus codicibus legebatur τοὺς ὑπερεστάτους: quam lectionem Stephanus quoque in suis codicibus habuit, Sic enim apud eum legitur. Ex eodem δημοκρατίᾳ legimus, non δημοπιστίᾳ.

καὶ τοὺς φαλακροὺς) Sic vocabant etiam τοὺς γλίσχρους, hoc est sordidos. Athenæus, ἤκουον δὲ οἱ Μυκόνιοι διὰ τὸ πένεσθαι, καὶ λυπρὰν νῆσον οἰκεῖν ἐπὶ γλισχρότητι καὶ πλεονεξίᾳ διαβάλλεσθαι. Τὸν γοῦν γλίσχρον Ἀρχίλοχος Περικλέα Μυκόνιον καλεῖ.

ἀπὸ τοῦ τὸ πλῆθος τοῦτο ἐπιχωριάζειν) Plinius, *Quippe Myconij carentes*

tarenter eo (pilo) gignuntur, sicut in Cauno lienosi.

ἐν ᾗ τὰ περὶ τὸν Δίκτυν μυθ.) Apollodorus libro secundo de Danae & Perseo ab Acrisio in mare coniectis προσπλεχθείσης δὲ τῆς λάρνακος Σερίφῳ, Δίκτυς ἄρας ἀνέτρεφε τοῦτον. βασιλεύων δὲ τῆς Σερίφου Πολυδέκτης, ἀδελφὸς ὁμομήτριος Δίκτυος, Δανάης ἐρασθεὶς &c.

¶Pag.336. ἀπολιθῶσαι πάντας) Apollodorus ait Perseum post γοργοτομίαν Seriphum reuersum, inuenisse Dictyn cum Danae qui ob violentiam Polydectæ ad aras confugerant. Itaque (ait) Perseus εἰσελθὼν εἰς τὰ βασίλεια, συγκαλέσαντος τοῦ Πολυδέκτου τοὺς φίλους ἀπεστραμμένος τὴν κεφαλὴν τῆς γοργόνος ἔδειξε· τῶν δὲ ἰδόντων, ὁποῖον ἕκαστος ἔτυχε σχῆμα ἔχων ἀπελιθώθη. Ouidij locus est libro quinto. Meminit & Pindarus Πυθ. ode vltima.

Τῆνος δὲ πόλιν μὲν οὐ μεγ. ἔχει) Plinius, *Tenos cum oppido XV. M. passuum porrecta, quam propter aquarum abundantiam Aristoteles Hydrussam appellatam ait, aliqui Ophiussam.* Mira sunt quæ de fonte Teni narrant veteres, vt Athenæus libro secundo.

ἔστι δὲ καὶ Ἀμοργός) Heraclides de Amorgo, Ἀμοργὸς οἶνον φέρει πολὺν, καὶ ἔλαιον καὶ ὀπώραν.

καὶ Λέβινθος) Nominatur à reliquis Geographis, & Ouidio, Metam lib. VIII.

Πάντες, πλὴν Προκλέους) Lege Πάντες πλὴν Προκλέους. καὶ Προκλέης Λέριος. Sic libri manu exarati, sic Eustathius, sic in Anthologia. Porrò hos versus Phocylidis leniter immutatos sic extulit Demodocus Lerius, homo facetus, cuius meminit etiam philosophus Nicomach. VII. cap. VIII.

> *καὶ τόδε Δημοδόκου· Χῖοι κακοὶ, οὐχ ὁ μὲν, ὃς δ' οὔ·*
> *πάντες πλὴν Προκλέους, καὶ Προκλέης Χῖος.*

ἡ Πάτμος) Patmum si nihil, aliud secessus certè D. Ioannis qui Apocalypsin scripsit nobilitauit.

καὶ Κορασσίαι) Latini Corasias vocant.

αὕτη δὲ Σάμου) Distat Icaria, siue Icarus, vt alij vocant, à Samo XXXV. M. pass. auctore Plinio.

καὶ ἀπ' αὐτῆς Ἰκάριον καλεῖται) Plinius, *Icarus quæ nomen mari dedit tantundem ipsa in longitudinem patens, cum opidis duobus, tertio amisso.* At poetarum interpretes aliam rationem afferunt cur illud mare Icarium vocetur. Ouidius libro octauo Metamorph. de Icaro loquens,

> *Oráque cærula patrium clamantia nomen*
> *Excipiuntur aqua, quæ nomen traxit ab illo.*

ἐν ᾧ καὶ Σάμος αὐτή) Vetus lectio ἐν ᾧ καὶ αὐτή. καὶ Σάμος, & ita vetus interpres legit.

ἔνδοξον δὲ καὶ) In Strabone ferè obseruabis vt vocum quas vicinis locis ipse bis posuerit, alteram scelerati librarij omiserint hoc sæpissime iam monuimus, sæpe etiam monebimus: Et locus hic non aliter fuit deprauatus quam dum omisit librarius vocem ἔνδοξος, quam

A bis vsurpauerat Strabo, aut hoc aut simili prorsus modo. Ἡ μὲν οὖν Σάμος ἔνδοξος· ἔνδοξον δὲ καὶ τὸ ἐν αὐτῇ ὄρος. Non dubito hanc Strabonis esse sententiam. Cercetium montem esse Sami ex Plinio apparet. De Ampelo, etiam libro XIIII.

ἡ μὲν Ἀστυπάλαια) Plinius, *Astypalæa liberæ ciuitatis circuitu LXXXVIII. M. pass. Abest à Cadisco Cretæ CXXV. M.*

ἡ δὲ Τῆλος) Vna est è Cycladibus Stephano. Plinius, *Telos vnguento nobilis, à Callimacho Agathussa appellata.*

B ἡ δὲ Χαλκία) Plinio Chalcia. Melæ Chalcis, itémque Stephano, qui eam sic describit Χαλκὶς νῆσος ἔχουσα πόλιν ὁμώνυμον πρὸς τῇ Λέσβῳ, ἧς οἱ πολῖται Χαλκιδεῖς. Plinius alio loco Chalcen cum oppido agnoscit.

καὶ πετρώδης πρὸς τὴν μυλίαν λίθον) Hinc saxum Nisyreticum, pro saxo molari. Epigrammatarius poeta,

> *Νισύριον δὲ βάρος πέτρης τρίβουσα κυκλῶν ἕλκω*
> *λεπτύνουσα Δηοῦς καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων.*

In veteribus autem libris non legitur vox ἀπορρῆξαι: quam nec Eustathius agnoscit: éstque loquendi genus

C in hoc auctore frequens: vt ad lib. IIII. notauimus. In iisdem libris ἐκλήθη rectè legebatur, non vt malè hactenus ἠγγύθη. Fabulam de Polybote Gigante refert etiam Stephanus. Apollodori autem è libro primo verba sunt, Πολυβώτης δὲ διὰ τῆς θαλάσσης διωχθεὶς ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἧκεν εἰς Κῶ, Ποσειδῶν δὲ τῆς νήσου μέρος διαρρήξας, ἐπέρριψεν αὐτῷ τὸ λεγόμενον Νίσυρον.

¶Pag.337. εἶπεν Ὅμηρος) Vetus lectio, εἶπεν ὁ ποιητής.

ἀφ' ἧς καὶ τὸ πέλαγος) Plinius, *Rhodiorum insulæ, Carpathus, quæ mari nomen dedit.*

D μία δὲ τὴν πόλιν ἐκαλεῖτο Νίσυρος) Plinius non Carpathi, sed Calydnes oppidum vult esse Nisyrum.

ἡ Κάσος δὲ ταύτης μέν) Plinius Carpathum à Caso distare ait VII. M. Casum à Samonio Cretæ, XXX. M. non sine aliqua differentia in vtraque summa.

οὐ γὰρ νήσους Καλ.) Hoc est, non enim debere vocem νήσους iungi cum voce Καλύδνας in poetæ versu: sed per traiectionem ita construendum οἳ δ' ἄρ' ἔχον νήσους, quas? Nisyrum, Crapathum, Casum, Con, & Calydnas: alioquin si verba accipias vt posuit poeta, solas Calydnas

E νήσους videtur appellare: Sed quid pluribus opus est? Ipse Strabo hæc clarissimè explicat: de quo sane negari nequit, pessimè hic meritum esse Xylandrum: Nos verba poetæ vt à Strabone sunt scripta edidimus: & quæ importunè erant à Xylandro inuecta, sustulimus. Caue autem putes deesse hic quicquam. Locus bene habet, nec asterisco vllo indiget.

μάλιστα δὲ τὸ Καλύμνιον) Plinius optimum mel esse ait in Attica regione & Sicula, mox Calydna insula. alij Καλύμνιον scribunt, & Ouidius,

> *—fœcundáque melle Calydna.*

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS
ET CASTIGATIONES IN LIBRVM XI.
GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

POST descriptionem Europæ, dicenda venit Asia: cuius περιήγησιν aggreditur hoc libro Geographus. Scinditur autem Asia à monte Tauro qui est ἐπ' εὐθείας πως nostro mari, in partes duas: Pars altera est Septentrionalis & Græcis ἡ ἐντὸς Ταύρου dicitur; Altera est meridionalis, & ἡ ἐκτὸς Ταύρου nuncupatur. Potes addere & tertiã quandam Asiæ partem, quam neutra harum complectitur: Eas regiones intelligo quæ ἐν μέσῳ τοῦ Ταύρου (qui mons est in varia iuga diuisus nec continuus) continentur. Sed harum regionum aliæ septentrionales, aliæ meridionales prout sunt aliæ aliis calidiores frigidioresue appellari possunt, soléntque: vt causa nulla sit, cur de illis seorsim agatur. Iam, quia traiicientibus ex Europa in Asiam, prior occurrit ea Asiæ pars, quam ἐντὸς Ταύρου appellari diximus, de ea prius meritò censuit Geographus sibi esse tractandum.

ὁ γὰρ Ταῦρος μέσην) Satis quidem de istis actum libro secundo: facere tamen nequeo quin Dionysij carmina adscribam, quæ huic geminam & planè eandem sententiam continent. Sic ille,

> Μέσσα γε μὴν πάσης Ἀσίης ὄρος ἀμφιβέβηκεν,
> Ἀρξάμενον γαίης Παμφυλίδος ἄχρι καὶ Ἰνδῶν.
> Ἄλλοτε μὲν λοξόν τε καὶ ἀγκύλον ἄλλοτε δ' αὖτε
> Ἰχνεσιν ὀρθότερον. Ταῦρον δέ ἑ κικλήσκουσιν
> Οὕνεκα ταυρεσφυές τε καὶ ὀξυκάρηνον ὁδεύει
> Οὔρεσιν ἐκταδίοισι πολυσχιδὲς ἔνθα καὶ ἔνθα.
> Ἐκ τοῦ ἀπειρέσιοι ποταμοὶ καταχυδὰ ῥέουσιν
> οἱ μὲν πρὸς βορέην, οἱ δ' ἐς νότον, οἱ δ' ἐπὶ μέσσην
> Εὔρου καὶ Ζεφύροιο.

Habes elegantissimis versibus expressum, quicquid de Tauro voluit nos scire Strabo isto loco. Porrò quàm rectè hæc consentiant cum Tauri Pliniana descriptione, facile apparet.

ἐπὶ τὴν ἰω πεταμένῳ) Eustathius habet πεπταμένος. Malim tamen πεταμένος. & ita Strabonem scripsisse è libri secundi initio certum est.

περιχαραῖς καὶ μείζοσι) Dionysius στρεφάλιγγας vocat quas hic περιχαράς.

> οὐ μὲν ἐπωνυμίαν μίαν ἔλλαχεν, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ
> οὔνομ' ἔχει στροφάλιγγι.

ἔχουσί τι ἀκριβὲς πρὸς τὸ) Legebatur ἔχοντα. & tanquam ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς hæc accepére interpretes, vt à præcedentibus verbis planè aliena: quum tamen vna sit sententia: quare etiam ἔχουσι legimus, nec putandum est cum Xylandro deesse aliquid: Locus integer est & καλῶς ἔχων, ac perspicuus, nunc quidem.

Αὐτῶν δὲ τούτων πρὸς τὰ ὄντα) Partitur Asiam quæ est intra Taurum in partes quatuor. Tu confer cum tabulis, vt eò facilius omnia intelligas. Singulas deinde partes describet suo quamque loco & ordine.

τρόπον τινὰ χερρονησιάζοντα) Si vera essent, quæ hic pro veris à Strabone (vt & alibi apertius) ponuntur, non τρόπον τινά, sed omnino χερρονησιάζουσα hæc pars & peninsulæ similis dici posset: Verùm id ne sit, multa impediunt. Nam neque Tanais ad Oceanum vt putat pertingit: neque Caspium mare vllo ostio in Oceanum se exonerat: quo de errore veterum, alio loco dicemus. Isthmum certè huius peninsulæ non incommodè descripserat, vt ex Ptolemaicis tabulis facile intelliges.

¶Pag. 339. ὅσον τρισχιλίων καὶ σταδίων) Ait interuallum quod est inter duo maria, Colchicum, & Caspium, esse stadiorum CIↃ CIↃ CIↃ. in quo conuenit ei cum Plinio optimè. *Aliqui* (inquit) *inter Pontum & Caspium mare* CCCLXXV. M. *pass. non amplius interesse tradiderunt.* libro VI. cap. XI.

ὅσον καὶ τὸ ἀπὸ Πηλ.) Atqui hic isthmus est stadiorum non amplius CIↃ. vt diximus ad lib. primum.

καὶ ταῦτα φίλος) Hac circunstantia grauiter exaggerare voluit Posidonii errorem.

φασὶ γοῦν ἐν Ῥόδῳ γενόμενον Πομπήϊον) Probat Pompeii amicitia vsum fuisse Posidonium. ait, etiam sua ætate colloquiorum Pompeij & Posidonij Rhodi habitorum memoriam extare. Cicero lib. III. Tusculanarum Quæst. *At non noster Posidonius, quem & sæpe ipse vidi, & id dicam quod solebat narrare Pompeius: se cum Rhodum venisset decedens ex Syria, audire voluisse Posidonium: sed cum audiuisset eum grauiter esse ægrum, quod vehementer eius artus laborarent, voluisse tamen nobilißimum philosophum visere: quem vt vidisset & salutauisset, honorificisque verbis prosecutus esset, molestéque se dixisset ferre, quod eum non posset audire, Tu verò, inquit,* &c. Hæc mirificè hunc locum illustrant: differunt tamen aliquid: Strabo enim de colloquio loquitur habito cum proficisceretur Pomp. ad bellum piraticum. Cicero, cum ex prouincia decederet.

ἐπὶ τὸν λῃστρικὸν πόλεμον) Liuij Epitome de hoc bello piratico à Pompeio gesto lib. XCIX.

ἀπιόντα δ' ἐρίσας ὅτι προσφάλει) Mos discedentium, ac formula vsitata. Latini dicunt *Nunquid me vis*, vt apud Comicos & Ciceronem.

A Προστίθησι δὲ τούτοις) Legendum προσίθει δὲ τούτοις. Adde his. Auget culpam Posidonij: qui ne tunc quidem studiosus fuerit veritatis indagandæ, quum de ea re esset historiam ex professo scripturus. Vetus vertit, Accedit his, non malè.

δεύτερον δ' ἂν εἴη μέρος) Hæc est secunda pars non Asiæ, sed Asiæ eius quæ dicitur intra Taurum. Quare errat auctor Epitomes, qui totius Asiæ diuisionem accuratam hîc institui putat.

B καὶ ἐκτὸς, ὅσα) Intelligit Ciliciam, Pamphyliam, & Lyciam, vt ex initio libri XV. apparet.

ὅσα εἰς τὴν χερρόνησον κ.τ.) De hac peninsula vide lib. XIIII. vbi verum isthmum eius esse docet τὸν ἀπὸ ταρσοῦ καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Κύδνου μέχρι Ἀμισοῦ.

τὴν δ' ἄλλην τὴν ἔξω) Partitur nunc Asiam quæ est extra Taurum in suas partes. Huius περιήγησιν habes libro XV. XVI. & initio XVII. Hæc autem παχυμερῶς dicuntur & obiter: neque ait Strabo hanc esse Asiæ quintam partem, vt falsò ait Epitomes auctor.

C τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐπὶ καὶ ἡ Σινδική) Similis locus libro septimo, σὺν τοῖς Ἀσιανοῖς χωρίοις τοῖς περὶ Σινδικήν. vt videantur τὰ κατὰ τὴν Σινδικήν, Asiæ nomen vt proprium sibi vindicasse.

Κερκέται τε) Sic emendauimus quum legeretur Κερτῖται. Nam Cercetæ infra sæpius nominantur, & Ptolemæo quoque ac Plinio.

τὰ τῶν φθειροφάγων στενά) Phthirophagos Strabo collocat περὶ τὸν Καύκασον: vt non dubitandum sit quin eorum regio esset δυσείσβολος, aditúque difficilis: hoc

D nunc indicat quum ait τὰ στενὰ τῶν φθειροφάγων. Sic enim appellantur huiusmodi loca angusta, quę Latini fauces vocant. Liuius, *in Chaoniam per Epirum ad occupandas quæ ad Antigoniam fauces sunt (Stena vocant græci) misit.* Plinius auctor est Phthirophagos esse qui postea Salæ sunt appellati. Iam si in tabulis Ptolem. inspicias quo loco sit Salarum vrbs, desines causam quærere cum Xylandro quare Strabo τὰ στενὰ τῶν φθειρ. dixerit.

φέρεται μὲν οὖν ἀπὸ τῶν ἀρκτ.) Plinius è Riphæis montibus fluere scribit: qua in sententia multi alii sunt. He-

E rodotus ἐκ λίμνης μεγάλης ὁρμᾶσθαι ait: cuius sententiam veram esse nostræ ætatis docti homines tradunt. Ptolemæus ἐν τῇ ἀγνώστῳ γῇ fontem Tanais statuit.

οὐ μὴν ὡς αὖ κατὰ διάμετρον) Quæ fuit τῶν χαριεστέρων vt ait libro secundo sententia. Vide locum.

¶Pag. 340. ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι) Hos sequitur Ammianus, *Tanais* (ait) *inter* Caucasias oriens rupes, per sinuosos labitur circumflexus, Asiámque disterminans ab Europa in stagnis Mæoticis delitescit. Sic & Dionysius Afer

F
> τοῦ δ' ἤτοι πηγαὶ μὲν ἐν οὔρεσι Καυκασίοισι
> τηλόθι μορμύρουσιν.

οἱ δ' ἀπὸ τῶν ἄ. ω. μ.) Ridiculam horum opinionem pluribus refutauit lib. secundo: & verò res per se clamat ipsa.

ἦν δὲ ἐμπόριον κοινὸν) Imo, ipsa quoque vrbs Emporium est appellata. Alexander Polyhistor Κατὰ δὲ τὰς εἰς τὴν λίμνην τὴν Μαιῶτιν ἐκβολὰς τοῦ Ταναΐδος πόλις Ἑλληνικὴ ἔκτισται Τάναϊς. ἥτις καὶ Ἐμπόριον ὀνομάζεται. Ptolemæus vrbem Tanain collocat μεταξὺ τῶν στομάτων.

G νῆσος Ἀλωπεκία) Ptolem. Νῆσος δὲ παράκειται ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ ἀλωπεκία, ἡ καὶ Τάναϊς νῆσος. Plinius Alopecen vocat

διέχει δὲ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτ.) Sic etiam lib. septimo. Plinius in eodem interuallo notando nonihil variat, *Ab ostio*, ait, *Mæotidis ad Tanais ostium directo cursu* CCCLXXV. M. *passuum esse constat.* quæ efficiunt stadia ter mille: quod mireris meritò propter vocem constat. Vide eundem lib. VI. cap. XI.

οὐ πολὺ δὲ πλείους εἰσί) Intellige hæc verba de Asiatico paludis latere: nam de Europæo falsissimum esset: vt ex lib. septimo constat.

ὁ μέγας καλούμενος Ῥομβίτης) Rhombitas fluuios etiam Ptol. duos agnoscit, maiorem & minorem.

A ὁ ἐλάσσων Ῥομβίτης, ἄκραν ἔχων) Scilicet Rhombites minor non est fluuius, sed promontorium, fallitque nos Ptolemæus, qui ποταμὸν appellat. Imo fefellit parum attentos interpretes falsa & corrupta γραφή. Tu si me audis totum locum sic leges: ἔπειτα ἐν ἄλλοις ἑκατὸν εἰκοσι ὁ ἐλάσσων Ῥομβίτης, καὶ ἄκραν ἔχων καὶ αὐτὸ ἁλιείας. ἐλάττους δ' ἔχων μὲν αἱ περὶ τὸν μείζονα τὰ ναυτία ἐμπίπτει· αἱ δ' ἐν τῷ &c. Nolim affirmare in hæc prorsus verba conceptum à Strabone fuisse huoc locum: sententiam quidem haud absimilem fuisse, hoc verò affirmare ausim.

B ἐπὶ ποταμὸν) Ptolemæus, Ῥομβίτου μικροῦ, ποταμοῦ ἐκβολαί. Αξαβίτης ταινία πέραμος.

καὶ τὸν Ἀντικείτην ποταμὸν) Sequitur apud Ptol. Ἀντικίτου ποταμοῦ ἐκβολαί. Sed Strabonis γραφὴν non censeo esse mutandam.

ἐπὶ τὴν κώμην Κιμμερικὴν) Ptolemæus Κιμμερικὸν ἄκρον vocat.

C σκοπαὶ τινες λεγόμεναι Κλαζομενίων) Hinc vult nos colligere fuisse quando illa loca Clazomenii obtinerent. Plinius de hac ora Mæotis, *Tenuere finitima primi Cares, dein Clazomenij & Mæones, postea Panticapenses.*

τὸ δὲ Κιμμερικὸν πόλις ἦν, Plinius sitam refert, in vltimo ostio, anteáque Cerberion fuissé vocatum. De Cimmeriorum regno vide lib. vii. vbi etiam de eorum regibus scripsimus cum cura.

μέχρι Ἰωνίας ἐπιδραμόντες, Vide ad librum primum.

ἐντεῦθεν δ' ἐστὶν ὁ στενότατος) Paullò aliter lib. vii. Nam ibi τὸ στενότατον dicebatur esse inter Achilleum & Parthenium.

D πλησίον δ' ἐστὶ τὸ Ἡρακλεῖον) Legendum censeo. ἔχει ἐν τῇ ἀρχαίᾳ τὸ κιμμερικὸν πόλιν, καὶ τὸ Παρθένιον. πλησίον δ' ἐστὶ τὸ Ἡρακλεῖον τὸ Παρθένιον. Sanè præter rei veritatem ipsa phrasis indicat commissum hic quoque fuisse, quod toties in hoc auctore deprehendimus: vt videlicet vox Παρθένιον bis à Strabone posita, semel ab impuro librario fuerit prætermissa.

ἐντεῦθεν δὲ) Inde, hoc est, ab Achilleo. Redit enim ad priorem διήγησιν. Satyrus autem hic, fuit opinor, vnus ex iis quos commemorauimus ad lib. vii.

E ¶ Pag. 341. περὶ τὴν Κοροκονδάμην) Sic apud Ptolem. vocatur.

ὑπόρρους τις τοῦ Ἀντικείτου) Ignoscat mihi Strabo: Falsum puto quod ait. Nam Ptolemæus docet nos esse alia flumina inter Anticiten & Corocondamen: vt si vera sint hæc, necesse sit hanc Anticitæ ὑπόρροιαν subterlabi non paucos fluuios: quod etsi fortasse nouum non esset: tamen vix credo: præsertim cum de ea re Strabo nihil dicat. Vide hic Pomponium Melam.

F τοῦτον τὸν ποταμὸν Ὕπανιν φασίν.) Huc pertinet quod ex Alexandro Polyhistore refert Stephanus: Hypanim fluuium esse inter Pontum & lacum Mæotin, qui διχῆ σχιζόμενος, parte sui in Mæotin ingrediatur, parte altera in Pontum. Hæc autẽ omnia à Ptolemæo sunt omissa.

ἥ τε Φαναγόρεια) Ptolemæo Φαναγόρεια. In Epitome Φαναγόρεια. Latinis Phanagoria. & Stephano Φαναγόρειον.

καὶ Κῆποι) Alij numero plurali Cepos vocant. Plinius, *Opida in aditu* Bosphori primò Hermonassa, dein Cepi Milesiorum. Diodorus lib. xx. κατηχυθεῖς δὲ καὶ φυγὼν εἰς τοὺς καλουμένους κήπους, ἀνῃρέθη.

G καὶ Ἑρμώνασσα) Huius omnes Geographi faciunt mentionem.

καὶ τὸ Ἀπάτουρον) Plinius pene desertum Apaturon appellat: ideo Ptol. non meminit: De eo multa Stephanus, qui hunc locum citat.

ἔστι δὲ καὶ Γοργιππία) Stephanus, Γοργίππεια, πόλις Ἰνδικῆς. Lege Σινδικῆς.

τὰ Φαναγόρια) Stephanus legit cum diphongo. τὰ Φαναγόρεια.

ἱστορήκασι δὲ) Refert ista Stephanus in voce Ἀπάτουρον.

αὐτοί τε οἱ Σινδοί) Stephanus, Σινδοὶ ἔθνος ἐν Μαιώτιδι λίμνῃ. ἔστι δὲ καὶ τὸ Σινδικὸν ἔθνος φασὶν τῶν Μαιωτῶν ἀποστασία.

καὶ Δανδάριοι) Stephanus, Δανδάριοι ἔθνος περὶ τὸν Καύκασον, ὡς Ἐρατοσθένης ἱστορεῖ. Plinius Dandaros nominat.

καὶ Τορεάται) Plinius Toretas appellat: & Stephanus, Τορῆται ἔθνος Ποντικόν. Toreatas tamen Mela.

καὶ Ἀρίχοι) Scribe, Ἀρρέχοι per ρ non ι. Stephanus Ἀρρέχοι, ἔθνος Μαιωτῶν Στράβων ἑνδεκάτῃ. Confirmat & Plinius, Arechos nuncupans. sic & in Mela legendū, quāquam apud Ptolem. esse Ἀρέχοι nou me fugit.

Σιτακηνοί) An hi sunt Σιτακηνοί quos Stephanus Persis adscribit quorum infra sæpius fiet mentio? Non puto: Mæotæ enim sunt qui recensentur.

Δόσκοι) De his quæro adhuc: Non enim sunt, opinor, Dosisci Plinii.

οἱ Ἀσπουργιανοί) Lege vt libro xii. Ἀσπουργιανοί. Stephanus, Ἀσπουργιανοί, ἔθνος τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην. Deinde istum locum describit.

Φαρνάκης) De hoc multa Dio, Appianus alij.

καὶ Κάσανδρος) Lego Ἀσάνδρος, de quo libro vii.

ἐκάλουν δ' αὐτὰ οἱ Ἕλληνες καμάρας) Afferibam barum descriptionem elegantissimam ex Cornelio Tacito, Histor. lib. iii. *Quin & barbari contemptim vagabantur, fabricatis repente nauibus quas cameras vocant, artis lateribus, lata aluo, sine vinculo æris aut ferri connexa: & tumido mari prout fluctus attollitur, summa nauium tabulis augent, donec in modum tecti claudātur: Sic inter undas voluuntur, pari vtrinque prora, & mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellere indiscretum & innoxium est.* Ex hac accurata descriptione ratio nomini apparet: Nam quia erant illæ naues ita fabricatæ, vt claudi possēt io modū tecti, ideo camaræ sunt appellatæ. καμάρα enim (quæ vox originē è lingua Hebræa habet) fornix est, siue tectum in modum fornicis. Sic plaustri genus quia similiter tegebatur καμάραν appellant Herodotus & Dio lib. xxxvi. de quo accipienda videntur quæ scribit Strabo lib vii. de Cimbris loquēns, ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι τύπτειν τὰς βύρσας τὰς περιτεταμένας τοῖς γέρροις τῶν ἁρμαμαξῶν. Nam de camaris puto eum loqui: Porro autem, camaræ hæ Camaritis (vel Camarinis vt quidam appellant) nomen dedere, quorum meminit Marcellinus. Dionysius poeta

Καὶ Καμαριτάων φῦλον μέγα.

φασὶ δ' ἀπὸ τῆς Ἰάσονος στρατιᾶς) Dionysius Afer longè aliter narrat: Nam de classe Agamemnonis fuisse istos canit.

——καὶ ἀλλήλοντες Ἀχαιοί.
τοί ποτ' ἀπὸ Ξάνθοιο καὶ Ἴδαιος Σιμόεντος
ψυχαὶ ἀεὶ ξάνθοιο νότοιό τε καὶ βορέαο
ἐσσυμένως μετὰ δῆριν Ἀρητιάδα βασιλῆος.

Cum Dionysio, consentit Appianus in Mithridatico. Eustathius hoc loco legit σπαρτίας. Ammianus de Achæorum origine sic sentit, *Paulum ab his secernuntur Achæi, qui bello anteriore quodam apud Troiam consummato, (non cum super Helena certaretur, vt autores prodidere nōnulli,) in Pontum reflantibus ventis errore delati* &c.

¶ Pag. 342. Λάκωνας δὲ τὴν Ἡνιοχίαν) Dionysius,

Τοῖς δ' ἔπι ναιετάουσιν ὁμούριοι Ἡνίοχοί τε
Ἠδὲ καὶ Ζύγιοι τε Λακωνίδες ἐκγονοι αἶαι.

Ad quem locum vide Eustathium.

ὧν ἦρχον Ῥέκας καὶ Ἀμφίστρατος) Non ita Plinius nominat *Sunt qui condĭtam* Dioscurialem *ab Amphito &* Telchio Castoris ac Pollucis aurigis pŭtent, à quibus ortam Heniochorum gentem feram constat. Aliter Pōponius & Iustinus aliter lib. xlii.

συλλαμβάνοντες δὲ) συλλαμβάνειν. est adiuuare.

ἃ δ' ἂν λάβωσι) Legebatur, ἃ δ' ἄν. Sed legendum esse è certum est. Loquendi genus est elegans.

μετὰ τοὺς ἀνάπλους) Prior interpres κατὰ legisse videtur male ixmen μετά.

ὑπὸ τῶν καλουμένων σκηπτούχων) Ita videntur fuisse appellati Camaritarum illorum magistratus: & eorum prouinciæ σκηπτουχίαι vt paullò post: Sed & Colchorum σκηπτούχους in historiis leges.

ὅτε ὁ Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ) Reperio Mithridatē bis has regiones accessisse: semel post victoriam aduersus

Murenam patrem, Bosporanósque reges tunc deuicit, eísque filium suum Macharem regem constituit. Secundò autem has regiones adiit à Pompeio magno deuictus, & regno patrio spoliatus. De vtraque profectione vide Appianum, qui docet Heniochos cessisse Mithridati. Ἡνιόχους ait δέχεσθαι αὐτὸν παραδῶναι.

καὶ προσελάβετο τούτων) Ait Achæos Mithridatem admisisse. Appianus manifestò repugnat. Sic ille Ἀχαιοὺς ἐτρέψατο διώκων. Præterea quod ait Mithridatem non vltra Achæos transisse, nescio quàm verum sit: vide Appianum.

βάτα κώμη καὶ λιμὴν) Vtrunque in Ptolemaicis tabulis reperies. Videntur autem mihi Βατὰ eadem fere ratione dicta à Græcis, qua Vada Sabbatia Latini appellarunt.

ἡ Καρδιῶτις ἐκ [illegible]) Libro septimo.

ὁ μὲν Ἀρτεμίδωρος) Non multum diuersa est Dionysij periegesis. Ptolemæus Cercetas prius recenset, deinde Achæos.

τὸ Πιτυοῦντα τὸν μέγαν) An dicit τὸν μέγαν, vt indicet vrbis præstantiam? Plinius, *In intimo eo tractu* Pityûs oppidum opulentissimum ab Heniochis direptum est. Mox aliquid deest: quod autem ait à Pityunte Dioscuriadem esse stad. CCCLX. confirmat Arrianus qui CCCL. agnoscit.

καὶ Θοιτὰς) Lego καὶ Σοανὰς: sic enim infra legitur. Et vt hanc lectionem potius sequar, facit Stephanus qui sic legit in Strabone. In quibusdam veteribus libris erat χέρνας, quam lectionem confirmat Græcum argumentum huius libri.

καὶ ἡ συνεχὴς παραλία) Sunt autem inter Dioscuriadem & Trapezuntem, stadia teste Arriano CIↃ CIↃ CCLX.

ἔστι δ' ὄρος τοῦτο) Strabonis sententia est, Caucasum montem alium omnino esse à Tauro, quod à descriptione Tauri Pliniana planè alienum est. Plinius enim satis apertè Caucasum Tauri partem facit omnium celsissimam: Mela autem quem hic Caucasum Strabo vocat, Ceraunium appellare videtur, eiúsque partem Caucasum facere. Verba eius ascribam. *Hinc* (loquitur de Colchide) *orti montes, longo se iugo & donec Riphæis coniungantur exporrigunt, qui altera parte in Euxinum & Mæotidas, & Tanain, altera in Caspium pelagus obuersi, Ceraunij dicuntur. Iidem alicubi Taurici, Moschici, Amazonici, Caspij, vt alijs atque appositi gentibus, ita alijs aliisque dicti nominibus.*

¶PAG. 341. ἀπὸ τῆς Κασπίων) Suspicor deesse vocem vnã. Lego, ἴσως ἀπὸ τῶν Κασπίων πυλῶν. Tãgit hoc Plinius subobscurè, quo loco eos reprehendit, qui Caucasias portas Caspias dicerent, magno, inquit errore. Vide eundem VI. XIII.

Ἀγκῶνες δέ τινες) Videtur hos significasse Ptolemæus his verbis, καὶ ἔτι ἡ ἀπὸ τῆς Ἰβηρίας αὐτῆς ἐπιστροφὴ, Καυκάσιος καὶ αὐτὴ λεγομένη.

ἔτι δὲ τὸ Σκυδίσιον) Hic mons inter Moschicos montes & Paryadrem iacet, vtrunque montem contingens. Reperio autem triplicem eius γραφὴν hoc ipso in autore. Nam qui hîc Σκυδίσης dicitur, paullò post Κυδίσης dicetur: idémque libro XII. Σκυδίσης.

Ἡ δ' ἐν Διοσκουριάς) Vide periplum Arriani.

καὶ τὸ ἑωθινώτατον) Paullò aliter Arrianus, qui hanc oram lustrauit. Ille enim Absari ostia constituit terminum longitudinis Ponti, vnde iam πρὸς ἄρκτον sit ὁ πλοῦς.

οἱ δὲ, τριακόσια) οἱ δὲ Timosthenes. Plinius de Dioscuriade loquens, *quondam adeo clara, vt Timosthenes in eam CCC. nationes, quæ dissimilibus linguis vterentur descendere prodiderit: Et postea à nostris CXXX. interpretibus negotia ibi gesta.* Quid mirum autem tot linguas dissimiles Dioscuriadem conuenire, quando in vna Albania XXVI. fuisse legimus?

ἐξ Ἀρμενίας) Dionysius de Phaside,

Ἀρξάμενος προρέει ἀπ' οὔρεος Ἀρμενίοιο.

Scholiastes Apollonij ad lib. II. ὁ δὲ Φᾶσις φέρεται μὲν ἀπὸ τῶν

A ἀπὸ τῶν Ἀρμενίας ὀρῶν, ὥς φησιν Εὐγνωσίνης · ἐκδίδωσι δὲ εἰς τὴν κατὰ Κόλχους θάλασσαν. Apollonius autem ex Amarantis montibus fluere canit, Plinius è Moschicis. Vterque mons est in Armenia.

πάντη Γλαῦκος) Plinius *Ex eo per Caspium in Cyrum subuectas quinque non amplius dierum terreno itinere ad Phasin in Pontum indicas deuehi merces.*

καὶ ταῖς τῶν ποτ.) Malim, διὰ τάς.

πικρίζειν) Sic & Sardoum mel fuisse πικρὸν legitur.

B καί τινες βουλόμενοι) Herodotum intelligit. Is, quo loco profitetur se autorem huius opinionis, eámque multis rationibus stabilire enititur, præter alia argumenta hoc quoque affert, quod linum soli Colchi & Ægyptij ἐργάζονται κατὰ ταὐτά.

φησὶν Εὐριπίδης) Locus est in Troadibus. Pro illis χρυσοῦ ἕνεκα [illegible], dixit Euripid. [illegible].

¶PAG. 343. ὁ τῆς μητρὸς αὐτῶν θεῖος) Legimus μητρὸς non πατρὸς vt Xylander deceptus lectione Aldini codicis πατρός. Sed libri veteres disertè habent μητρός.

C ἡ γυνὴ Πυθοδωρίς) De hac plura libro duodecimo.

καὶ Φερρανίας) Legendum esse φαρνακίας nimis certum est è libro duodecimo. Pherrariam nusquam reperies: quod debuit interpretes mouere.

ἐν ᾧ τὸ ἱερὸν) Leucotheæ videlicet.

ῥιόχαρος ποταμὸς) Xylandro assentior legenti μετ. Sed de fluuij nomine parum mihi constat. Nam si ὁ Χάρης legas, & de Charisto accipias, vereor ne Straboni fiat iniuria: erit enim error magnus: quum Charistus non fluat περὶ Διοσκουριάδα, quod præter Ptolem. docent Arrianus & Plinius, à quibus tamen Χαρίεις dicitur non

D Charistus. Si legas ὁ Κόραξ non multum à veritate aberraueris. Ego tamen malo ἐπέχειν.

καὶ οἱ Φθειροφάγοι) Vide Arrianum.

καὶ οἱ Σάνες) Ptol. & Plin. Suani.

τῷ κύκλῳ) Legebatur τῷ κύκλῳ quod Xylandro imposuit. Prior legit vt nos.

παρὰ τούτοις δὲ λέγεται) Vide Plin. lib. XXXIII. cap. III. apud quem leges, *in Suanorum gente*, non Sannorum. Nam quin Soanas intelligat, dubium non est: hos au-

E tem diximus vocari à Ptol. & Plin. Suanos. Sanni alij sunt: vide infra.

καὶ μαλλωταῖς δοραῖς) Appianus habet locum ita huic parem ac similem, vt videatur Strabonem sequutus quum hæc scriberet: Multi, ait, fluuij è Caucaso fluentes auri ramenta deferunt: quæ velleribus βαθυμάλλοις in aquam coniectis, vt intra villos inhæreant, captant accolæ: vnde manauit de vellere aureo Æetæ fabula. Appiani verba sunt hæc: χρυσοφορεῖ δ' ἐκ τοῦ Καυκάσου πολλαὶ πηγαὶ ψῆγμα ἀφανὲς καὶ προσιόντες κώδια βαθύτερα ἐς τὸ

F ῥεῦμα βαθύμαλλα, τὸ ψῆγμα ἐπιχεόμενον αὐτοῖς ἐκλέγουσι · καὶ τοιοῦτον ἦν ἴσως τὸ χρυσόμαλλον Αἰήτου δέρος. Porrò vocem δοραῖς Eustathius non agnoscit: quod videtur elegantius, sicut in Euangelio, ἐν μηλωταῖς περιπατεῖν: quanquam aliud μηλωταὶ aliud μαλλωταί.

ἀφ' οὗ δὴ) Plura vide apud Eustathium in Dionys. & Suidam.

ὁμωνύμως τοῖς ἑσπερίοις) Vide ad lib. pr.

θαυμαστῶς καὶ τοιέ) Lego θαυμαστοῖς, ἃ καὶ τοιέ.

πρὸς τὴν Ἀρμενίαν) Tangit Iberia Armeniam late-

G re meridiano, Colchidem autem occiduo.

ἐν μεσοπεδίῳ) De hac planitie loquitur Plinius libro VI. cap. X. *Planitiem omnem à Cyro vsque, Albanorum gens tenet: mox Iberum, discreta ab illis amne Alazone in Cyrum è Caucasiis montibus defluente.*

ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας) Plinius aliter, *Cyrus* inquit, *oritur in Heniochis montibus, quos alij Coraxicos vocauere.* Hunc fluuium Plut. & Dio Cyrnum semper vocat, non Cyrum. Appianus Cyrrum.

ἡ Ἁρμοζικὴ) Non memini alibi legisse me hunc fluuium. Ἁρμόζι Stephano est ποταμὸς καὶ πόλις: quod nescio an hûc pertineat. At scripti habent Ἀρμάχικα.

ὅ τε Ἀλαζώνιος) Plinio Alazon.

ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Κόλις) Cyrus autem est appella-

tus à Cyro rege quando Scythas infesto exercitu petés eum traiecit. Ammianus Marcellinus libro XXIII. *Amnes has regiones præterfluunt multi, quorum maximi sunt Choaspes & Gyades & Amardus, & Charyndas, & Cambyses, & Cyrus, cui magno & spatioso Cyrus ille superior rex amabilis, abolito vetere, id vocabulum dedit, quum ereptum ire regna Scythica destinaret, quod & fortis esset vt ipse ferebatur, & vias sibi vt ille impetu ingenti molitus in Caspium dilabitur mare.* Hæc Ammianus: à quo videtur dissentire Strabo noster lib. XV. vt ibi notauimus.

οἱ γεωργικώτατοι καὶ πρὸς εἰρήνην ἐν δυνάμει) Libri veteres habent *γεωργικώτεροι*, & vna voce præterea sunt auctiores. *καὶ πρὸς εἰρήνην πολιτικοί, ἐν δυνάμει εἰκοῦντ.*

¶PAG. 345. *γεωργεῖ δ' ἐνιαυτὸν καὶ εἴκοσι*) Illa *καὶ εἴκοσι* non agnoscit Eustathius locum citans.

τὴν Αρμοζηνήν, Ptolemæus *Αρμάκτικαν* vocat.

καὶ κατὰ τοῦτον Κανίδιος) Hic est Canidius Bassus: de cuius rebus gestis in Iberia & Albania, vide Dionem libro XLIX.

Τέτταρα δὲ καὶ φῦλα) Sic est legendum: Ait *καὶ*: quasi diceret, sicuti sunt quatuor *αἱ δυναστεῖαι*, ita quatuor sunt *φῦλα ἀνθρώπων*. Hoc qui non animaduertebant, locum corrupêre.

πολεμικοὶ ἧττον) Et tamen Dionysio dicuntur *ἀρήιοι*. Plutarchus Iberes ait Albanis esse *πολεμικωτέρους*.

πρὸς ἕω μὲν ἀπὸ ἄρκτων) Ptol. sic, Albania *περιορίζεται* à septentrionibus, *τῇ Σαρματίᾳ*, ab occidente, *τῇ Ἰβηρίᾳ*, à meridie parte *τῆς μεγάλης Αρμενίας*, vsque ad mare Hyrcanium, *κατὰ τὰς ἐκβολὰς Κύρου ποταμοῦ*. ab oriente, parte Caspij maris, quæ est inter duorum fluminum ostia, Cyri & Soanorum.

Καμβυσηνή) Sic videtur appellata regio per quam fluit Cambyses fluuius: cuius meminere Plinius, Dio, Marcellinus, alij. Apud Stephanum scribimus, *Καμβυσηνή, χώρα Σερβηνή, ἀπὸ Καμβύσου ἢ Ξέρξου*. Verum quod addit Stephanus *Περσικὴ χώρα*, dubito quàm sit verum: nisi Persicam regionem intelligas, quæ Persarum regi paruit.

εἰς στόματα δώδεκα φασὶ μερίζεσθαι) Appianus de Cyro, *ὃς δώδεκα στόμασι πλωτοῖς ἐς τὴν Κασπίαν θάλασσαν ἐρεύγεται, πολλῶν ἐς αὐτὸν ἐμβαλόντων ποταμῶν, καὶ μεγίστου πάντων Αράξου*. Vide Plutarchi Pompeium.

καταγελῶσι διηγκαλῶντα) Interpretes elegás hoc loquendi genus non intellexere: *γελᾷν* siue *ἀνεγελᾷν* mare dicitur, quando ita diffunditur, vt solent, qui vehementius rident: vnde etiam *κῦμα* apud Platonem pro vehementiore risu positum esse norunt eruditi. Æschylus Prometheo *δεσμώτῃ*. ——*ποντίων τε κυμάτων ἀνήριθμον γέλασμα*.

Ad quem locum vide scholiasten. *στόματα* igitur *διηγκαλῶντα*, sunt, quæ latissimè diffunduntur.

ἔτι μεῖον ἢ τοῦτο) Puto deesse post hæc verba, *συμβαίνει τοῦτο*.

πλωτὸν δ' ἐστὶν ὁ Αράξης) Hæc quorundam fuit sententia: alij hunc quoque volunt Cyrum ingredi, vide Plutarch. in Pompeio.

¶PAG. 346. *ἀλλὰ τ' ἄγρια*) Eruditus vir quum rectè agnouisset hîc Homeri verba, rursus in eo grauissimè peccauit, locúmque adeo totum corrupit, dum ipsum poetæ carmen ascripsit, ad quod respexerat tantum Strabo: non autem ipsum vsurpauerat integrum: quod & bonis scriptoribus familiare est: & confirmant veteres codices. Nos igitur locum in integrum restituimus.

ἄσπαρτα) Videtur aliquid deesse. Sensus est perspicuus.

καὶ ταῦτα εὐθηνοῦντα.) Pertinet hoc quoque ad laudem boni agri. Sic libro XV. dicit terram *ὑπὸ τοῦ τε χρόνου ἠρεμοῦ χερσευθεῖσαν*, tamen *ἐκφέρειν καρπὸν ἀγαθόν*. ita enim ille locus legi debet.

ἀλλ' ἀντεξύειν ἀρότρῳ Pro *ἐλαύνειν* dixit *ἀντεξύειν*. Sic Thucydid. libro quinto *ἀντεπεξελθεῖν*, hoc est, *ἐλαύνειν*. Cicero aliquando Græcos imitatur, vt,

A *Decem ipsos dies Athenis fui*. hoc est, integros.

διαμένειν καὶ διχιλίους) Legendum *μυρίους*, ex Plutarcho. *κατιλαβεῖν* inquit de Pompeio cum Albanis bellum gerente, *πρὸς Αβαντι ποταμῷ παρατεταγμένους, ἑξακισμυρίους πεζοὺς, καὶ διχιλίους ἱππεῖς ἐπὶ μυρίοις*. Appianus in hac parte negligentior fuit. Verumtamen etiam ex eo probari potest locum ita esse emendandum. Non dubito autem ego, quin & Strabo & Plutarchus eundem secuti essent autorem, Theophanem Mitylenæum, qui

B Pompeio in hac expeditione comes postea res gestas ab eo conscripserat.

ὡπλισμένοι δ' ὅμοια. Plutarchus ait Albanos qui cum Pompeio fuint congressi, fuisse *φαύλως ὡπλισμένους, καὶ δέρμασι θηρίων τοὺς πολλούς*.

καὶ οἱ κύνες αὐτῶν) Albanorum canes opinor intelligebat Oppianus cum Iberos commendabat, nisi & horum canes excelluere.

¶PAG. 347. *διὰ τοὺς μυωδεῖς*) Aldi codex *μυωδεῖς*. Libri veteres habent *μυωδεῖς*.

C *καὶ τὸ ἐφ' χρόνιον μόνον*) Lego cum priore interprete & libris scriptis *ὃ τὸ ἐφ' χρόνιον μόνον*. Alioquin vox *μόνον* tollenda fuerit.

τά τε Ιασόνεια, ἡρῷα videlicet vt alibi loquitur. Iustinus libro XLII. *Itaque Iasoni* totus ferme oriens, vt conditori diuinos honores, templáque constituit.

ἐξ Αρμενίου πόλεως) Vide sub finem libri. De Armenio dictum est lib. IX. vbi tamen Ormenium vocabatur, & Orminium.

Γῆλας οἰκεῖν καὶ Λήγας) Plutarchus quoque docet Gelas
D & Legas Amazonibus esse vicinos. Sic enim scribit de Amazonibus loquens, *οἰκοῦσι δὲ τοῦ Καυκάσου τὰ καθήκοντα πρὸς τὴν Υρκανίαν θάλασσαν, οὐχ ὁμοροῦσαι τοῖς Αλβανοῖς, ἀλλὰ Γῆλαι καὶ Λῆγες οἰκοῦσι διὰ μέσου*. Pertinere huc puto quod Steph. annotat. *Γῆλαι* ait, gens est, cuius meminit Quadratus De reb. Parth. primo. Plinius notat Gelas esse, quos Græci Cadusios vocant.

τὸ Μερμάδαλιν) Mos dicitur *ὁ Μερμόδας*.

Γαργαρέων) Vide Stephanum *Γαργαρεῖς*.

μεταξὺ μίαν χαλαζῶν) Malim *χαλάζιον*.

E *δύο δὲ μῆνας*) Plutarchus loquens de Amazonibus, & Gelis, Legisque quos diximus, *Τούτοις ἔτους ἑκάστου δύο μῆνας αἱ ταυτὶ συνιοῦσαι ἐπὶ τῷ Θερμώδοντι ποταμῷ ὁμιλοῦσιν, εἶτα καθ' αὑτὰς ἀπελθοῦσαι διατελοῦσιν.*

¶PAG. 348. *καὶ ναῦ*) Nam omnes autores qui Pompeij res gestas scripsere, de eiuscum Amazonibus pugna mentionem faciunt. Plutarchus, Appianus alij.

συζῆν αἱ χωρὶς ἀνδρῶν) Hoc tamen vulgo creditum: & iis probatum qui Amazonas *ἐτυμολογοῦσι*, quasi dicas *ἅμα ζώσας* quod simul viuant sine viris. Alij aliam affe-
F runt rationem: sic enim volunt dictas, quod vnam mammam exustam haberent, quasi *ἄνευ μαζοῦ*. Seruius & alij.

μέχρι τῶν Αθηνῶν) Nam mediis Athenis pugnatum est olim cum Amazonibus, vt multa diu testata sunt monumenta apud Athenienses. Vide Plutarchum in Theseo Pausaniam in Atticis, & omnium maximè Diodorum Siculum libro quatto.

περὶ Θαληστρίας) Lego *Θαλήστριος*. Nam ita Diodorus aliique omnes.

G *πεπυσμένως χάριν*) Diodorus refert interrogatam Thalestriam ab Alexandro, *τίνα χρείαν ἔχουσα πάρεστι*, respondisse, *παιδοποιΐας εἵνεκεν ἥκειν*.

οἱ μάλιστα τῆς ἀληθείας φροντ.) Cuiusmodi fuêre Aristobulus & Ptolemæus: quos negat Arrianus de Amazonibus quicquam scripsisse quum res Alexandri diligenter conscriberent: sed neque alius quisquam inquit Arrianus, *ἱκανὸς ὑπὲρ τῶν τηλικούτων τεκμηριῶσαι* tale quicquam tradidit.

ἀλλ' ἐπὶ τὸ Κολακεύειν) Ridiculi sanè homines, qui ista scripserunt, ac dignissimi, quorum silentium quamuis magno pretio redimeret Alexander. Dum enim mentiri non dubitant, vt etiam præter rei veritatem Alexandrum laudent, suis mendaciis id efficiunt, vt Alexan-

dri expeditionem multò minus noua ac mira videri meritò posset, quam re esset ipsa. Adeo tutius semper est ἀληθεύειν quàm ψεύδεσθαι. Cæterum de aduentu Alexandri ad montem Caucasum, vide Arrianum.

τὄνομα τῷ ὄρει μετενηνοχότες) Lego οἱ τοὔνομα τῷ ὄρει μετενηνοχότες.

¶PAG.349. εἶτα δὲ καὶ τρωγλοδύται) Troglodytas etiam alij inter Scythas & gentes septentrionales constituunt. Quod autem autor scholiorum in Æschylum, poetam conatur excusare Arabiam in Caucaso collocantem & hunc locum profert, vbi Strabo Troglodytas prope Mæotin statuit, errat: dum perperam Troglodytas istos cum aliis notioribus qui sunt ad sinistrum maris rubri sinum, confundit.

καὶ χαμαιοῖται) An sunt χαμαῖδες Ptolemæi? Nescio etiã an Polyphagi quos ait, ij sint, quos Ptolemæus vocat Hippophagos. Nam ἵππος in compositione, τὸ πολὺ significat. Siraces quorum toties isto libro fit mentio, sunt quos Ptolemæus Σιρακηνοὺς vocat. Aorsos multi è veteribus nominant.

καλεῖται δ' αὕτη ἡ θάλ.) Imo eius tantum pars, Pomponius Mela, *In tres sinus diffunditur*, contra os ipsum in Hyrcanum, ad sinistram in Scythicum, ad dextram in eum quem propriè & totius nomine Caspium appellant.

ἔστι δ' ὁ κόλπος ἀνέχ.) Sequitur Strabo vulgatam suorum temporum de hoc mari opinionem: Putabãt enim plerique omnes mare Caspium nihil aliud esse, quàm sinum Oceani Cronij siue septentrionalis, vt sinus Persicus ex Oceano meridiano ἀνέχει. Hæc est Dionysij Afri sententia: qui sinũ oceani secundum ita describit:

Δεύτερος αὖτ' ὀλίγος μὲν, ἀτὰρ περιφέρτατος ἄλλων
Ὅς τ' ἐπὶ Καστιάδα θύμενος χρονίης ἄλλε κα Βορέας
Κασπίη ἀσπὶ βένθεσσιν ὅ ἐπεξέιστι θάλασσα
Ἥν τε καὶ Ὑρκανίην ἕτεροι ἐπεφημίξαντο.

Hæc Pomponij Melæ, hæc Plinij sententia: At non eorum qui nostra ætate de eo mari accuratius scripserunt, qui affirmant esse id per se, nec vllo modo, aut cum Oceano, aut cum alio mari misceri. Falluntur verò è recentioribus plerique dum totam antiquitatem huius erroris insimulant. Nam quid illi noui docent, quod non iam pridem ab Herodoto sit traditum? Sic ille, Ἡ δὲ Κασπίη θάλασσα ἐστι ἐπ' ἑωυτῆς, οὐ συμμίσγουσα τῇ ἑτέρῃ θαλάσσῃ. Diodorus quoque Sicul. ait τὴν Ὑρκανίαν esse καθ' αὐτήν. Et maximus philosophorũ Aristoteles, non mare sed lacum ideo appellat: mare tamen ab accolis appellari tradit.

ἀνέχων ἐκ τε Ωκ.) ἀνέχει hic dicit, quod εἰσέχει alibi, libro duodecimo, τοῦ δ' Ἀσιανοῦ κόλπος ἄλλος συνεχὴς ἐστιν, εἰσέχων μάλιστα πρὸς ἀνέχοντα ἥλιον. Sic Pausanias Achaicis, Κατὰ τὴν Μυσίας χώραν θαλάσσης κόλπος ἐσέχει.

κατ' ἀρχὰς μὲν ἱκανῶς στενός) Mela *Mare Caspium vt angusto, ita longo etiam freto, primum terras quasi fluuius irrumpit*.

μικρῷ πλείων ἂν εἴη) Stadiorum videlicet sex mille. Vide lib. 11.

φησὶ δ' Ἐρατοσθένης) Plinius eundem locum Eratosthenis retulit, his verbis. *Eratosthenes ponit & mensuram; ab exortu ad meridiem per Cadusia & Albaniæ oram quinquies M. CCCC. stad. Inde per Anariacos, Amardos (sic legendum, non Amarbos) Hyrcanos, ad ostium Zoni fluminis, quatuor M. DCCC. stad. Ab eo ad ostium Iaxartis M.CCCC. Quæ summa efficit quindecies centena LXXV. M. pass.*

παρὰ τὴν Ἀναριάκων) Apud Plinium malè Arasiaticos: Nam Strabonis lectionem confirmat Stephanus.

καὶ Μάρδων) Lego hic Ἀμάρδων vt alibi. Sic Stephan. & Plinius. Mardos tamen etiam apud Stephan. & Diodorum aliósque leges.

τοῦ Ὤξου ποταμοῦ) Cum constet sic rectè legi, constat etiam apud Plinium malè Zoni legi pro Oxi.

δισχιλίων τετρακοσίων) Si Plinium sequimur legendum potius χιλίων τετρακοσίων. Vtra autem lectio sit verior potes si vacat ex Pliniana summa intelligere.

Ἅπαντας μὲν δὴ τοὺς προσβόρρους) Vide lib. 1. vbi non semel

A mel id notauit.

καὶ τὸ πρὸς Μασσαγέτας τὸν Κύρου πόλεμον ἱστοροῦντες) Legetem potius, καὶ τὸν πρὸς Μασσαγέτας Κύρου πόλ. ἱστορ.

οὐδὲ ἠκρίβωσαν πρὸς ἀλήθειαν) Lege cum scriptis, οὐδεὶς ἠκρίβωσαν οὐδέν.

καὶ φιλομυθίαν) Fabulis delectati sunt veteres nõ poetæ tãtum, & historici, sed & philosophi, vt ex antiquissimorum reliquiis apparet.

¶PG.350. οὐδὲ τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου δὲ συγγραψάσι) quos o-
B mnes fuisse ψευδολόγους non semel dixit Strabo.

τὸ γὰρ πόρρω δυσέλεγκτον) Facilius verba dant qui res longinquas narrãt, vt qui Indica scribebant, aut res Alexandri in Oriente gestas. Ratio autem est, quia τὸ πόρρω δυσέλεγκτον, hoc est, difficile est mendacium eorum palam facere qui narrant τὰ πόρρω: plerique autem ita natura sunt comparati, vt libentissime mentiantur quando sciunt, non esse πρὸ ποδὸς τὸν ἔλεγχον vt eleganti ssimè ait Ptolemæus: quod non minus eleganter quam verè simile idem esse ait, vt si quis εἰ μὴ κατὰ φωρὸς ἑαυτὸ μὴ δικαιοπραγεῖν κατὰ τὴν ἀκρίβειαν τῇ φιλοσοφίᾳ τρόπον.
C
Τοὺς δ' ἐν ἀριστερᾷ) hoc est partem Caspij maris orienti obuersam: quæ pars erit ad sinistram ingredientibus id mare fictitio illo ostio de quo modo dictum.

Δάας οἱ νῦν προσαγορευόμενοι) Plinius inter Scytharum gentes Daas refert simul cum Sacis & Massagetis Ptolemæus accolas Oxi fluminis facit Derbiccas, infra quos sunt Massagetę, quos sequuntur Parni & Daæ. Herodotus autẽ inter Persarum gentes νομάδας refert Daos.

τοὺς ἐπονομαζομένους Πάρνους) Vult Parnos Daharum
D esse partem: secus reliqui Geographi. At Strabo paullò post Daharum plura facit genera: alios enim cognominari Aparnos alios Xanthios, alios Pissuros. Legendum autem hic quoque vt ibi Ἀπάρνοι. Nam Aldi codex habet σπάρνοι: manifesto pro Ἀπάρνοι: sed & Πάρνοι hi ỳd potest, vt infra dicemus.

ἡ τε ἔρημος μεταξὺ) Sic planè Ptolemæus, in descriptione Margianæ, Κατέχουσι δὲ αὐτῆς τὰ μὲν πρὸς τῷ ὠξῷ ποταμῷ Δερβίκκαι· τὰ δ' ὑπὸ τούτους Μασσαγέται μεθ' οὓς Πάρνοι, καὶ Δάαι ὑφ' οὓς ἡ ἔρημος αὐτῆς, καὶ ἀνατολικώτεροι αὐ-
E τῆς Τάπυροι.

Γῆλαι καὶ Δοκουσῖνοι) Docusinos nusquam reperies. Peritus lector videbit num sit legendum transpositis mutatísque paucis literis Καδούσιοι. Persuadet id mihi hic locus Strabonis qui paullò post sequitur. Κεῖνται δὲ περὶ τὴν θάλατταν μετὰ τοὺς Ὑρκανοὺς Ἀμαρδοί τε καὶ Ἀναριάκαι, καὶ Καδούσιοι, καὶ Ἀλβανοὶ καὶ Κάσπιοι, καὶ Οὐΐτιοι. Sed est alius locus longè aptior. Nam ita scribit mox, Περιοικοῦσι δ' αὐτὸ καὶ τὰ περὶ ταῦτα μέρη, πρότερον μὲν οἱ Γῆλαι καὶ Καδούσιοι, καὶ Ἀμαρδοὶ καθάπερ εἴρηται: quum dicit καθάπερ εἴρηται, do-
F cet nos sic esse legendum vt nos emendauimus. Nam hunc locum respicit.

καὶ Κύρτιοι) Lego καὶ Οὐΐτιοι vt in modò relato Strabonis loco: Οὐϊτία autem quæ mox sequitur, regionis illorum nomen est. Herodotus videtur Οὔτιας appellare.

Παρρασίων τινά) Parrhasij gens Arcadiæ.

οὓς καλεῖσθαι νῦν Παρρασίους) Nihil variant hic libri. Mirum tamen est quàm diuersam lectionem huius loci habuerint libri Stephani: quem vide in voce Ἀνία. Miraberis hominis oscitantiam. Plin. Parrhasinos vocat.
G
καὶ πόλιν Ναβαίκην) Rectè Xylander emendat Ἀναριάκην ex Stephano quem vide.

διαιρουμένους μαντεῖον τὸ κοιμωμένων) Legendum, μαντεῖον ἐγκοιμωμένων. Nunquam enim reperies κοιμωμένων μαντεῖα, nec dormientium: sed ἐγκοιμωμένων, & incubantium: quorum apud Plautum Virgilium, & alios Græcos Latinósque scriptores passim est mentio. Nec moueaeris quod in Stephano quoque legitur κοιμωμένων.

ὧν ἐστι Ταλαβρόκη) Mirum est harum vrbium nullam à Ptolemæo nominari, nisi valde hodie sunt deprauati nostri codices. Polyb. Tãbraca & Tagas nominat.

ἡ μὲν γὰρ ἄμπελος) Planè eadem dixit lib. 11. Vide Diodor. lib. XVII.

¶PAG.351. Τῆς δ' Ὑρκανίας ἐστὶ καὶ ἡ Νησαία) Ptolemæi

autore Ariæ τὰ ἀρκτικὰ μέρη obtinēt Νισαῖοι. Idem & Νισαίαν refert inter vrbes Margianes.

Διαιρεῖται δὲ καὶ ποταμοῖς ὁ Ὑρκάνια) Lego διαῤῥεῖται, cum priore interprete.

ἐπεὶ δὲ τὸν Ὦχον εἰς τὸν Ὦξον ἐμβάλλειν φασὶ) Ochum in Oxum ingredi censet Ptolemæus: quem vide in descriptione Bactrianæ. & Plin.

καὶ πολλὰ τῶν Ἰνδικῶν φορτίων κατάγειν εἰς τὴν Ὑρκανίαν) Plinius libro sexto capit. XVII. *Adiicit idem, Varro, Pompeij ductu exploratum, in Bactros VII. diebus ex India peruenii ad Icarum flumen, quod in Oxum influat: & ex eo per Caspium in Cyrum subuectus quinque non amplius dierum terreno itinere, ad Phasin in Pontum Indicas posse deuehi merces.*

καὶ ὑπόγλυκύ ἐστι τὸ ὕδωρ) Plinius. *Haustum ipsius maris dulcem esse & Alexander Magnus prodidit, & M. Varro, tale perlatum Pompeio, iuxta res gerenti Mithridatico bello, magnitudine haud dubiè influentium amnium victo sale.*

καὶ τοῦτο δ' ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ὑρκανίαν θρυλλουμένων παραδόξων) Lego ἓν τῶν Polybius lib. x. etsi non omnino idē ait cum Strabone tamen simillimum παράδοξον refert: quo loco quærit quomodo Oxum fluuium transire soleant Apasiacę: ait enim fieri vt Oxus tanta rapiditate & violentia ex petris quibusdam præruptis feratur, ὥστε τὰς πέτρας ἐν τοῖς κάτω μέρεσι πλεῖον ἢ στάδιον ἀφάλλεσθαι τὴν καταφορὰν αὐτοῦ. Itaque facile Apasiacas iuxta petras illas vnde dat se fluuius præcipitem, ὑπὸ τὴν καταφορὰν τοῦ ποταμοῦ πεζῇ ἐκεῖ μετὰ τῶν ἵππων εἰς τὴν Ὑρκανίαν. Prorsus ista Polybij etsi paullulū diuersa sunt, hūc tamē pertinēt.

¶PAG. 352. τό τε ὄρος τοῦ Παροπαμίσου) Variè scribitur huius montis nomen vt ex Ptolemæo & Eustathio intelliges.

καὶ τὰ Νώσαα, καὶ τὰ Ἰμάοντα) Legendum, καὶ τὰ Ἡμωδά, καὶ τὸ Ἴμαον. Strabo XV. de Tauri iugis istis, ἃ τὸ οἱ ἐπιχώριοι κατὰ μέρος Παροπαμισὸν τε καὶ Ἡμωδὸν καὶ Ἴμαον καὶ ἄλλα ὀνομάζουσι.

ἰδίᾳ δ' ὡς ἑκάστους) Concisum & elegans loquendi genus, ὡς ἑκάστους pro ὡς ἑκάστοις συνέβη. Lib. XVI. Τὰ πολλὰ δ' ὡς ἔτυχε, εἰσὶν ὑπὸ φύλων οἰκούμενα μικτῶν. Est autem familiare Thucydidi genus loquendi. vt libro primo, καὶ μετὰ τοῦτο ἀπεπλάνησαν ἐξ Ἑλλησπόντου, ὡς ἕκαστοι κατὰ πόλεις.

οἱ μὲν προσαγορεύονται Ἄπαρνοι) Quia supra legebatur Πάρνοι putant quidam hic quoque ita legendum esse, nec vident acuti viri Parnos & Aparnos dici vt Mardi dicuntur & Amardi: quod non mirabuntur qui Græcam interpretationem bibliorum diligenter aliquando cum Hebræis contulerint.

ἀπὸ 3νεαν τεῖχος) hoc est ἀπὸ τειχέων.

τὰ Σάκα) Malim τὰ Σάκαια, sicuti mox προσαγορεύουσι Σάκαια.

¶PAG. 353. ὀλίγου δ' ἀπώλοντο ἅπαντες) ὀλίγου, hoc est, ὀλίγου δεῖν. vt rectè Xyl. quod moneo, quia magnus ille Beccesselenus id non potuit videre. At vident pueri.

βακχεία τῆς μεθ' ἡμέρας) Lego βακχεία τις. Sic tollitur omnis difficultas. Beccesseleni vt alibi sic in emendatione huius loci confidentia impudentiæ plena.

καὶ δεῖ πυνθάνεσθαι παρ' ἐκείνων) nempe ab Herodo. id disces & Iustino.

τὸν Ἀράξην ποταμὸν) Herodotus Ἀράξην vocat: eum vide.

παντοδαπῶς σχίζεσθαι) Manuscripti πολλαχῇ melius. Totus locus est ex Herodoto. Is ait ostia Araxi esse XL. verùm ea ostia omnia vno dempto effundere se εἰς ἕλεα καὶ τενάγεα: vnum illud ῥέειν διὰ καθαροῦ ἐς τὴν Κασπίην θάλασσαν.

Θεῶν δὲ ἥλιον μόνον ἡγοῦνται· τούτῳ δ' ἱπποθυτοῦσι) Lego Θεῶν vt est apud Herodotum Θεῶν δὲ μόνον ἥλιον σέβονται, τῷ θύουσι ἵππους. Quæcunque autem gentes Solem colunt: eæ illi equum consecrant. Iustinus de Persis *Solem vnum esse Deum Persæ credunt, & equos eidem deo sacratos ferunt.*

γαμεῖ δ' ἕκαστος μίαν, χρῶνται) Herodotus, γυναῖκα μὲν γαμέει ἕκαστος, ταύτῃσι δὲ ἐπίκοινα χρέωνται. Et quæ sequuntur omnia ex eodem fonte: quanquam Strabo ordinem Herodoti mirè immutat.

A ὁ δὲ μιγνύμενος τῇ ἀλλοτρίᾳ) Herodotus, τῆς γὰρ ἐπιθυμήσῃ γυναικὸς Μασσαγέτης ἀνὴρ τὸν φαρετρεῶνα ἀποκρεμάσας πρὸ τῆς ἁμάξης, μίσγεται ἀδεῶς. Idem Herodotus Melpomene de Nassamonibus eadem narrat.

θάνατος δὲ νομίζεται) Hæc quoque ad verbum ex Herodoto: cuius tamen verba quia prolixiora sunt parcam ascribere.

ἀγαθοὶ δὲ ἱππόται καὶ πεζοί) Herodotus, ἱππόται δὲ εἰσι καὶ ἄνιπποι. Vide reliqua.

B χαλκὸς δὲ καὶ χρυσὸς ἀφθονος) Herodorus dixerat ἄπλετος quod noster mutauit in ἄφθονος. Sic ille, χαλκὸς δὲ καὶ χρυσὸς ἄπλετος.

οἱ μὲν ἐν ταῖς νήσοις) quas ait Herodotus esse pares magnitudine Lesbo: earū autē incolas σιτεῦσθαι ῥίζας.

τοὺς τῶν δὲ δοραῖς φωκῶν) Massagetas ait Herodotus vestem habere ὁμοίην τῇ Σκυθικῇ. Lego autem, τῇ Σκυθικῇ.

οἱ δ' ἐν τοῖς ἕλεσι ἰχθυοφαγοῦσιν) Herodotus de iis qui paludstria illa loca obtinent in quæ effunditur Iaxartes, ἐν τοῖσι ἀνθρώπους κατοικῆσθαι λέγουσι, ἰχθῦς ὠμοὺς σιτεομένους, ἐσθῆτι δὲ νομίζοντας χρᾶσθαι φωκέων δέρμασι.

C ¶PAG. 354. καὶ οἱ Ἀπάσιοι) Scribo καὶ οἱ Αὐγάσιοι. Stephanus, αὐγάσιοι ἔθνος Μασσαγετῶν Στράβων.

καὶ οἱ Χωρασμοναῖοι) Lego Χωράσμιοι, vt alibi: & Chorasmiorum passim meminere veteres: quanquam non vno modo scribitur illa dictio. Nam apud Arrianum dicuntur Chorasmeni, apud Stephanum Choramnæi.

εἰς τοὺς Ἀπασιάκας) Scripti Ἀπασιάκας & Ἀπασιάκας. Lego Ἀπασιάκας, cum Stephano qui hunc locum citat.

D καὶ νεώτερον δ' Ἀρσάκης) Hic est Arsaces, autor & conditor regni Parthici, à quo Arsacidæ dicti sunt qui postea iisdem imperarunt: Callinicus autem, est Antiochus ὁ ἐπικληθεὶς Καλλίνικος ὁ αὐτὸς καὶ Σέλευκος: vt scriptum est in Chronico Georgij Monachi: quem autorem nōdum publici iuris factum, nos quoque habemus manu exaratum.

Μέρος δ' ἐστὶ τῆς Παρθυαίας) Manifesto Παρθυηνὴν vocat τὴν Παρθίαν Ptolemæo verò Parthyene pars est Parthię. Polybium videtur sequi Strabo.

E ἥτε Καμισηνὴ, καὶ ἡ Χωρηνὴ) Ptolemæus non Camisenā, sed Comiusinam vocat: nec Chotenam, sed Choroanam. Sic infra lib. XV. Χωαρηνὴ rectius scribitur.

Ἑκατόμπυλον τὸ τῶν Παρθυαίων βασίλειον) Hecatompylum vocat Parthorum regiam: docet autem Polyb. fuisse Hecatompylum in medio totius Parthię sitam: nomēnque inuenisse ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος: quod in eam inciderent omnes viæ αἱ φέρουσαι εἰς πάντας τοὺς ἐξῆς τόπους. Alij regiam Parthorum ἐαρινὴν faciunt Rhagas, χειμερινὴν Babylonem. Athenæus lib. XII.

F Τοὺς δὲ Ταπύρους οἰκεῖν φασὶ μεταξὺ) Vocem μεταξὺ restituimus ex libris. Ptolemæus hos Taporos appellat, Stephanus Tapyrrhos.

καθάπερ καὶ Κάσπιοι ἐρμηνεύω) Res nota vel ex Tertulliano, vt Plutarchum & alios omittam.

¶PAG. 355. καὶ ὑπὸ πρότερον τοὺς περὶ Εὐκρατίδαν) De hoc Eucratide vide lib. XV. & apud Iustinum.

ἀπὸ τούτων δ' ἦν φασιν ἕλκειν τὸ γένος τὸν Ἀρσάκην) Ait φασὶν quia de eius origine non conuenit inter autores. Iustinus, *Erat eo tempore Arsaces vir sicut incertæ originis, ita virtutis expertæ.* Georgius Monachus cuius ante

G memini ait Arsacem & fratrem Teridatem ἕλκειν τὸ γένος ἀπὸ τοῦ Περσῶν Ἀρταξέρξου.

φθάνοντα τὴν αὔξησιν τῶν περὶ Διόδοτον. Iustinus de Arsace, *Non magno deinde post tempore, Hyrcanorum quoque regnum occupauit: atque ita duarum ciuitatum imperio præditus, grandem exercitum parat, metu Seleuci & Theodoti Bactrianorum regis.* Iustinus Theodotum vocat quem Strabo Diodotum.

τοὺς βασιλεῖς κατεῖχεν) Lego κατεῖχον.

Ἡ δ' Ἀρία καὶ ἡ Μαργιανὴ) Post descriptam Hyrcaniam, & Parthiam, describit paucis regiunculas duas, quæ à fluminibus Ario & Margo, Aria & Margiana appellantur. Sed vt hic locus est affectus, vix agnoscas quæ nos dicimus in verbis Strabonis: minus etiam in interpretatione

ratione Xylandri, qui mirifico errore prouincias istas duas in totidem castella transmutauit. Nos non dubitamus corruptissimum locum sic esse suæ integritati restituendum. Ἡ δ' Ἀρεία καὶ ἡ Μαργιανή. Idque necessario sic esse faciendum nemo dubitabit, qui in consilium modò Ptolemæum adhibere voluerit: Notandũ verò etiam atque etiam Ariam hanc longè differre ab Ariana, quam describit Geographus post Indiam lib. xv.

τὰ δὲ πεδία ποταμοῖς διαρρεῖται) Nempe Ariam rigat fluuius Arius, Ptolemæus, διαρρεῖ δὲ τὴν χώραν (Ἀρείαν) ἀξιόλογος ποταμὸς καλούμενος Ἀρείας. Margianam secat fluuius Margus. Ptolemæus in Margianæ descriptione, διαρρεῖ δὲ τὴν χώραν ποταμὸς ἀξιόλογος ὁ Μάργος.

καὶ τὰ ὑπεράνω ὄρη) De hoc loco diutius mihi est cogitandum.

μέρος ἐστι τῆς Ἀριανῆς) Pars Ariæ ait Xylander: nequiuit enim distinguere inter Ariam & Arianam.

πόλεις δὲ Ἀρτακάνα) Ptolemæo vrbs quædam Ariæ dicitur Ἀρτακόανα, minus fortasse rectè: itémque alia Ἀλεξάνδρεια ἐν Ἀρείοις.

καὶ Ἀχαΐα) Fortasse Ἀχαΐς. Plinius, *Oppidum Heraclea, ab Alexandro conditum: quod deinde subuersum ac restitutum, Antiochus Achaida appellauit.*

ἀλλ' οὗτοι δὲ πρὸς ἐν αὐτῇ) Vide lib. 11.

Τοσοῦτον δ' ἴσχυσαν οἱ ἀποστάντες Ἕλληνες αὐτήν) Græcos intellige eos qui in superioribus Asiæ satrapiis collocati ab Alexandro, post eius interitum, iugum imperij Macedonici respuerunt duce Philone Æniane. Historiam hanc habes apud Diodorum Siculum libro xviii.

ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος Ἀδραμυττηνός) Legebatur Ἀπολλώνιος. Sed si quid sani iudicij est in nobis nõ dubitabimus legendum esse Ἀπολλόδωρος, vt habent libri veteres omnes. nondum tamen perpurgatus est hic locus. Nam Apollodorus quem laudat Artemita fuit non Adramyttenus: & ita Strabo lib. 11. eum appellat & paullò post periphrasticè τὸν ἐκ τῆς Ἀρτεμιτῶν. Lege igitur Ἀρταμιτηνός, vt fere libri veteres habent: non tantum enim dicitur Ἀρτεμίτης vt libro secundo supra, sed etiam isto modo. Stephanus id docet: quanquam totus ille Stephani locus ab imperitis librariis ita crudeliter tractatus est, vt nec pes nec caput appareat.

καὶ μάλιστα Μένανδρος) De Menandri huius rebus gestis scripserat Trogus sub finem libri xli. vt ex his verbis prologi eius libri constat. *Indicæ quoque res additæ, gestæ per Apollodorum & Menandrum reges eorum.*

¶PAG. 356. καὶ μέχρι τοῦ Ἰσάμου προῆλθε) Suspecta vox Ἰσάμου. An legendum Ἰμάου vt dicatur progressus vsque ad montem Imaum quæ pars est Tauri ἀνατολικωτάτη. Isamum enim flumen Indiæ nullum legi.

μέχρι Σηρῶν καὶ Φαύνων) Fauni hi apud Geographos nusquam comparent: opinor ne apud historicos quidem. Puto legendum Φοινίκων. Sic passim Syri & Phœnices coniuncti leguntur.

τά τε Βάκτρα λέγουσι καὶ Ζαριάσπαν καλοῦσι) Plinius, *Bactra oppidum, quod appellant Zariaspa.* Notauit & paullò antè.

καὶ Δάραψα) Videtur esse Drepsa metropolis Sogdianorum apud Ptolemæum, & Marcellinum.

τόπων δ' ἦν καὶ ἡ Εὐκρατιδία) etiam Ptolemæus Eucratidiam commemorat. De Eucratide alibi, & Iustinus.

καὶ τὴν Τουριούαν) Quis huius meminit? An potius legendum Ἀσπιόνου de qua multis locis Strabo?

ὡς ἐνταφιαστὰς καλοῦσι) Scribo ἐνταφιαστάς. Ratio nominis est perspicua. ἐνταφιάζειν est corpus ad sepulturam cõponere: perinde ergo est, vt si libitinarios istos canes quis dicat. Glossar. ἐνταφιαστής, pollinctor.

Παρακάνδα δὲ τῆς Σογδιανῆς) Manuscripti Μαράκανδα. Lege, Μαράκανδα: sic enim scribitur apud Arrianum libro quarto.

καὶ τὰ Κύρα ἔσχατον ὂν τοῦ Κύρου πόλισμα) Cyropolin vocant Arrianus & Curtius. Ptolem. Κυρέσχατα, cuius appellationis docet Strabo rationem.

τὴν Σισιμίθρου) Lege τὴν Σισ. Sisimithræ satrapæ petram Curtius

A describit lib. viii.

καὶ τὸ τῶν Βραγχιδῶν ἄστυ ἀνελεῖν) Vide Curtium lib. vii. De Branchidis infra lib. xiiii.

καὶ Πολυτίμητον Ἀριστόβουλον) Corruptissimus locus & qui Xylandrum miserè decepit. Legendum autem, ὡς εἰ Πολυτίμητον Ἀριστόβουλος. Aristobulus hominis est qui de rebus Alexandri scripserat nomen, non fluminis. Polytimetus contra fluuij proprium nomen est, omnibus memorati geographis & historicis qui res

B Alexandri attigere. Arrianus libro quarto ὁ δὲ Πολυτίμητος πολὺ ἐπὶ μείζων ἢ κατὰ τὸν Πηνειὸν ποταμόν ἐστι.

¶PAG. 357. τῶν Μακεδόνων θεμένων) Deest verbum, τοὔνομα: quod ait Macedones fluuio huic nomen dedisse, dissentit Curtius, qui sic vocari ab incolis scribit.

παρασάγγας ὡς ὀγδοήκοντα) Dictum est supra stadia esse inter horũ duorum fluminũ ostia bis mille, & quadraginta: quod cum scribebat Strabo in singulos parasangas stadia tantum triginta imputabat. Nam ita, parasangæ lxxx. efficiunt stad. ciↃ ciↃ cccc.

C τὸ δὲ παρασάγγην τὸν Περσικόν) Locum hunc sic reperio expressum in scheda perantiqua, vbi erat fragmentum libri quem scripserat olim Iulianus Architecto: cuius verba etiam Harmenopulus retulit, sed hæc ille non habet, ὁ δὲ παρασάγγης Περσικὸν μέτρον ἐστὶ παρ' ἅπασι δὲ τὸ αὐτὸ ἀλλὰ παρὰ μὲν τοῖς πλείοσι μ σταδίων ἐστί· παρ' ἄλλοις δὲ ξ σταδίων καὶ ἐπὶ πολὺ πλείων ἐν ἄλλοις καθά φησι Στράβων περὶ φερων μάρτυρα τοῦ λόγου τὸν πολυμαθέστατον Ποσειδώνιον. scriptum erat Ποσειδώνιον quod fortasse pro Πατροκλῆ irrepsit, cum Posidonij nulla hic fit mentio.

D ἐπὶ ἐξαρχῆς παραδεδομένον) Vsus Græcè loquentium postulat vt legamus, παραδεδομένον ὅτι.

λέγεται δὲ ὅτι) Scripti libri, λέγων ὅτι mutata interpunctione, vt de eodem Patrocle intelligatur.

¶PAG. 358. ἐστὶ Ταμάρον) Legi potest, ἐστὶ τὸν Ἰμάον. Nam linea hæc intelligi debet ducta ab ostio Caspij maris ad Imaum, quæ est pars vltima Tauri ad orientem.

τοὺς δ' ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη) De Caspiis paullò antè id narrabat. Ælianus libro quarto cap. primo, Berbicibus videtur hoc tribuere: sed dubio procul corrigendus

E Ælianus ex isto Strabonis loco, legendúmque Δερβίκκαι τοὺς ὑπὲρ ἑβδομήκοντα βεβιωκότας ἀποκτείνουσι.

Σιγινοι δὲ) Veteres habent Σίγγινοι δὲ: quæ lectio mihi non placet. Confirmat enim vulgatam Herodotus qui Sigynas hos videtur appellare: persuadet id mihi quod ait Strabo de Siginnis, eorum equos esse δασεῖς, & paruos ac qui sessorem ferre nequeant. Nam id planè Herodotus de Sigynis, τοὺς δ' ἵππους αὐτῶν εἶναι λασίους ἅπαν τὸ σῶμα, ἐπὶ πέντε δακτύλους τὸ βάθος τῶν τριχῶν· μικροὺς δὲ καὶ σιμοὺς καὶ ἀδυνάτους ἄνδρας φέρειν· ζευγνυμένους δὲ ὑπ' ἅρματα, εἶναι

F ὀξυτάτους. Sigynas tamen suos ait Herodotus trans Istrum habitare, in Europa vt videtur: cum hi sint in Asia, ab Istro quàm remotissimi.

¶PAG. 359. ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὴν Λισκηνήν) Fortasse legendum τὴν Βαλισσηνήν. Nam apud Ptolemæum sic vocatur regio ad Euphratem sita. Liscenam autem frustra adhuc quæsiui. In manuscriptis est Λισιώνη, quod accedit ad Ὀρβαλισηνήν, quæ est Armeniæ minoris portio, de qua tamen sentire Strabonem non puto.

τὴν Ἀσκιτινήν) Etiam hanc vocem puto corruptam;

G Lego autem, Ἀκιλισηνήν, non tantum ex Ptolemæo, sed etiam ex aliis Strabonis ipsius locis.

ὁ δὲ Τίγρις ἐκ τοῦ νοτίου μέρους τοῦ αὐτοῦ ὄρους) Restituimus veterem lectionem: quam tamen ne vetus quidem interpres agnoscit: sed illa verba ἐκ τοῦ νοτίου μέρους respondẽt illis superioribus de Euphrate ἐν τῷ βορείῳ μέρει. Sic etiam mox dicuntur αἱ πηγαὶ τοῦ Τίγριος esse κατὰ τὸ νότιον τὸ ὄρος τῆς πλευρᾶς.

¶PAG. 360. καὶ τὴν Μαπανῆς) Malim καὶ τοῖς Μαπανοῖς.

καὶ αὐτοὶ περιπλακῶσαι τῇ φιλίᾳ τῇ πρὸς Καίσαρα) Restituimus lectionem Aldinam, quam Xylander nullo recto consilio est aspernatus: melius enim sic legitur quã vt ille edidit sublatis aliquot vocibus.

ὥς φησιν Ἀδέλφιος ὁ τοῦ Ἀντωνίου φίλος) De Adelphio ni-

hil habeo compertum: reperio Δίλλιον amicum Antonij, eiúsque in multis expeditionibus comitem.

καὶ οἱ ἐν τῇ Περσίδι Κάρμιοι) Rectè Xylander etiam hîc Κύρτιοι legit vt paullò antè. Cyrtios historiæ multis locis commemorant.

καὶ Ἀμάρδοι (καὶ γὰρ οὕτω λέγονται οἱ Ἀμαρδοι) καὶ) Legendum est, καὶ Μάρδοι· (καὶ γὰρ οὕτω &c. Notare voluit Strabo, eos quos paullò antè Amardos vocauerat etiam Mardos appellari quod verum est: & ita multis locis vocantur ab Herodoto & aliis. Sic diximus alibi Parnos vocari etiam Aparnos. At Xylander hæc non animaduertens, in solo spiritu differentiam positam esse putat quam hîc notat Strabo, nimis profectò frigidè.

¶PAG.361. ἀφαιρεθέντα τὴν τοσαύτην ἐξουσίαν Ἀσυάγου) Probo veterum lectionem, ἐπὶ Ἀστυάγου. Contigit enim Medici imperij euersio temporibus Astyagæ, qui fuit vltimus Medorum rex: vide historicos.

καὶ τῆς Ζάγρου, καθ' ἣν Μασσαβατικὴ κεῖται) Corruptissimum locum sic emendabis ex manuscriptorum autoritate, καὶ τῆς Ζάγρου καθ' ὃν Μασσαβατικὴ κεῖται. Massabaticæ etiam libro x v i. meminit, vbi docet Elymææ prouincias esse duas, Gabianam & Massabaticam. Meminit & Dionysius Afer,

> Αὐτὰρ ὑπὲρ Βαβυλῶνος ἐπὶ προβορείαο
> Κισσοι, Μεσσαβάται τε, Χαλωνῖταί τε νέμονται.

Ptolemæus in descriptione Persidis de Parætacena loquens quæ est pars Persidis, ἧς εἰσὶν ὑπὸ μεσημβρίας Μεσσαβάται.

καὶ ἡ περὶ Ραγαῖς καὶ αὐτὴ Ῥάγεια) Malim αὐτὰ Ῥάγα. Stephanus, Ῥάγα πόλις ἐν Μηδίᾳ.

ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀδραμυττηνὸς) Ecce iterum Adramyttenus vocatur hic qui erat Artemita vt supra docuimus. Lego vt ibi, Ἀρτεμιτηνὸς, vel Ἀρτεμιτανός. Iuuat libri veteres qui habent partim Ἀρτεμυσιηνὸς partim ὁ Ἀρταμύσιος.

μέχρι πρὸς τὸν Ματιανὸν) Manuscripti Μαρτιανὸν, & ita multis locis. Sanè & apud Polyb. libro quinto sic scribitur.

¶PAG.362. πολὺ λειπόμενον τοῦ Κυρηναϊκοῦ) Si spectes τὴν φράσιν videbitur legendum ὁ πολὺ λειπόμενος. Nihil tamen censeo temerè mutandum: nam sic quoque est in Epitome: nec variant libri veteres, quod quidem sciam. vide Dioscoridem & Plinium.

καὶ τὰ τῆς νικηθέντων) Lege τὰ τῶν νικηθ. sine καὶ.

ἐλάττους δὲ τῶν ἰσάδων ἐξῆς) Lege cum veteribus τὸ πέντε: quā lectionē etiam Eustathius in Dionys. confirmat.

περὶ δὲ τῶν Μηδικῶν) Manusc. νομικῶν, perperā: Medica vocat Medorum instituta, vel historiā imperij Medici.

ἐπειδὴ ταῦτα τοῖς Περσικοῖς γεγόνασι) Lege, ταυτὰ τοῖς Π. Sensus est, quoniam eadem fuêre Medorum olim, quæ postea Persarum instituta, ideo q uum de Persicis agemus, coniungemus & Medica. vt sit sensus quem Xylander elicit, alia lectione opus est.

¶PAG.363. τῆς Ταύρου τε καὶ τῆς Εὐφράτου Μεσοποταμίας) Locus corruptus. In veteribus ita legitur, τῆς Ταύρου τε καὶ τῆς τοῦ Εὐφράτου Μεσοποταμίας, quæ lectio & ipsa est corrupta. Lego autem, καὶ τοῦ Εὐφράτου καὶ τῆς Μεσοπ.

ἔστι δὲ καὶ ἡ Φαυηνὴ τῆς Ἀρμενίας ἐπαρχία) vt Phanos siue Phaunos paullò antè, nusquam reperire nos diximus, sic nec Phanenem hanc alibi meminimus legere. Sophenen autem Armeniæ ἐπαρχίαν omnes commemorant: quare dubitari non ineptè potest, sitne hîc ita legendum.

καὶ συνοδίας ὅλας τῶν ὀρῶν) Melius libri veteres κατὰ τὰ ὄρη. Similis est locus lib. I I I I. vbi de Alpibus.

¶PAG.364. καὶ τὰ ζῶα δ' ἐν αὐτῇ φυλάττει) Lege doctissimi viri Hieron. Mercurialis Var. Lectionum lib. I I I. cap. x I I I I.

ἀντιτύλλει κατὰ τὴν Χαλωνῖτιν) Stephanus annotat partem Mediæ esse quę Χαλωνῖτις appelletur: ex quo putaui aliquando scribendū hîc Χαλωνῖτις. Sed nihil est mutandū Nam Chalonitis prouincia est Assyriæ quæ hîc optimè quadrat vide Plinium & infra ad libri x v I. principiū.

¶PAG.365. ἐφ' ἃ Μίνωνα ἐπεμψεν Ἀλέξανδρος) Manuscripti habent, Μένωνα. Vox ἀρχῆθεν mox, mihi est suspecta, nec scio an scit legendum ἀρχῆθεν potius.

καὶ δὴ τις ὁ πάνδηκος χαλκόμυος) Lego καὶ δή τις ὀπάνδικος χαλκόμυος vel ὁ πανδ. De armenio vide Plin. & Vitruuium. Lego, enim ἀρμένιον non ἀρμένιον.

¶PAG.366. περισκελίσαι τε καὶ ἀποκεφαλίσαι) Veteres libri habent, περισκυθίσαι τε καὶ ἀπο. quod non probo. Videtur enim hac quoque voce per quam facetè alludere ad nominis ἐτυμότητα. Sunt enim teste Hesychio, σκύθαρα, τὰ περὶ ταῖς κνημῖσιν ἐνδύματα.

¶PAG.367. τὰ δὲ τῆς Ἀναΐτιδος) Eustathius in Dionysium legisse videtur Ταναΐτιδος, magno errore.

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS ET CASTIGATIONES IN LIBRVM XII. GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

KAI ἡ Καππαδοκία) Asiam cis Taurum partitus est Geographus libro superiore in quatuor partes: harum duas priores ac magnam tertiæ partem eodem libro explicuit: nunc quæ supersunt eiusdem μερίδος sunt exponenda: quid autem supersit ex illo loco facile intelligemus. ibi dicta est hæc tertia pars constare ex Media, Armenia, Cappadocia, & τοῖς μεταξύ: Mediam & Armeniam libri proximi finis est complexus. Cappadocia igitur restat cum τοῖς μεταξύ. Ex his apparet nihil periisse initio huius libri: nisi fortasse paucula quædam verba aut huius initio, aut prioris fine: quorum iactura factum vt hoc principium videatur minus concinnum & reliquis simile. Græcam tamen ὑπόθεσιν cum legimus, suspicari possumus desiderari hodie descriptionem eorum quæ Strabo appellauit τὰ μεταξύ: quū alioquin videantur ea cum Cappadocia describi.

οἱ ἀφορίζομενοι πρὸς νότον μὲν) Confer cum Ptolemaica περιγραφῇ, quæ eadem ferè est.

οἱ παλαιοὶ τοῖς Καταόσι τιθέασιν) Cataoniam Cappadociæ esse partem ita videtur Stephanus notare, quasi Strabo primus id pronunciasset. Plinius idem docet. Ptolemæus verò vt aliquot alias Cappadociæ partes ita hanc, Armeniæ minori tribuit.

οἱ περὶ Ἀρχέλαον) qui ab Antonio rex est Cappadociæ constitutus, vide infra, & Dionem. De Antipatro Derbete sub finem libri.

¶PAG.368. οὔτε ἐν ταῖς τῶν ἄλλων ἰδίων) Mendosa lectio. Nam ἰδίων legendum est, non ἰδίων. Sensus est, nullum restare ἀλλοεθνίας vestigium in illis decem præfecturis ex quibus Cappadociam totam dixit esse conflatam: nullum

nullum inquam vestigium, neque in dialectis, neque in aliis moribus & institutis. Sic multis locis διάλεκτοι & ἴδη coniunguntur: quanquam constanti errore, perperam fere semper ἴδνο scripserunt male feriati librarij pro ἴδη, vt hoc loco, & libro VIII. & XIIII. Lege ergo, ὅτι ἐκ τῶν ἄλλων ἰδῶν.

Ἀριαράθης ὁ πρῶτος προσαγορευθεὶς Καππαδόκων βασιλεύς) Obscurus locus: non enim vocabatur Ariarathes primus rex Cappadociæ, vt ex Diodoro apparet: sed è posteris eius quum vnus fuisset ita appellatus, postea sic reliqui quoque omnes fere sunt nuncupati. An igitur ita accipiendum quasi scriptum esset, ὁ πρῶτος προσαγ. Ἀριαράθης? An vero intelligit potius eum qui Macedonum imperio exemit Cappadociam, & vt rex eã tenuit non vt Macedonum præfectus? Nam hic Ariarathes vocabatur: sic omnino puto. Vide Diodorum libro XL.

ἔγνω Καῖσαρ) Tiberius vt videtur: vide Dionem.

καὶ Ἰσαυρῖτις) Non potest Isauria intelligi, de qua nullum est verbum in descriptione Cappadociæ. Libri veteres habent Σαυρῖτις. Epitomes autor Γαρσαυρῖτιν vocat: & hanc lectionem probo: est enim quam Ptolemæus Γαρσαυρίαν appellat, Plinius Garsauritin vt Strabo. Lege ergo Γαρσαυρῖτις: quanquam alio loco infra legitur Γαρσαυρα.

Λαουιανσηνὴ) Infra Λαουινσηνὴ vocatur, corrupta vt fit barbara voce. Ptolemæus Λαουιανσηνὴν vocat & in Armenia minore collocat.

Σαργαυσηνὴ, Σαργαρδηνὴ) Posteriorem vocem ex Epitome & libris scriptis restituimus. Ptolem. Σαργαραυσηνὴν tantum refert: neque dubium reponendam esse hic quoq; hanc vocem, loco alterius illarum quas adscripsimus: nam ita rectè infra scribitur: puto autem loco prioris, quæ in manuscriptis scribitur, Σαργαυσηνὴ. Apud Plinium legitur Sargautasane, sed is extra Cappadociam statuit.

Χαμανηνὴ) Scribe Καμμανηνὴ vt post aliquot paginas scribitur: similiter Plinio Cammanene. Ptolemæo Χαμανὴ. Morimenen ex Epitome restituimus, & Plinio.

Τόμισα) Apud Stephan. Τόμισα, χωρίον μεταξὺ Καππαδοκίας καὶ Ταύρου.

¶ PAG. 369. Τὰ δ' ἱερὰ ταῦτα ἀπὸ Ὀρέστου) Vide Dionis fragmentum libri XXXV. & Arriani Peripl.

διαμέσης τῆς πόλεως ταύτης ὁ Σάρος ῥεῖ ποταμός) In Ptolemæi tabulis aliter reperies: vide locum.

ὅτι Πύραμος ἀφανδίτης) Ita etiam libro primo legitur. apud Eustathium scribitur ἀφρυδίτης. In Epitome αρχειδίτης.

ἀνταίξας πρὸς ἀνθρώπους ὕψει) Alij codex, ὕπτω corruptè. Xylander fecit ὕπτιον. bene sanè, cúmque sumus secuti: potest tamen fortasse minori mutatione facta, legi ὕπτιον, vt cum sequentibus iungatur.

ἐξελέγχεσθαι δ' ὅμως) Legit Xylander ὀνείας, sed præstat fortasse tollere negationem quæ præcessit, hoc modo ὑπ. δὲ καὶ λεπτομερῆ τ.

¶ PAG. 370. καὶ τὰ Νῶρα) Describitur accuratè à Diodoro Siculo lib. XVIII.

Τὰ δὲ Τύανα) De Tyanis vide Philostratum, in vita Tyanensis Apollonij. Arrianus in Periplo Euxini maris Tyana quasi Thoana esse appellata ait à Thoante rege Tauricæ Cherronesi.

καλοῦσι δ' Εὐσέβειαν) Postea autem Cæsarea, notantibus Plinio & Ptolemæo.

κεῖται γὰρ ὑπὸ τῷ Ἀργαίῳ ὄρει) Plinius, *Et sub monte Argæo Mazacam, quæ nunc Cæsarea nominatur.*

λόφους ὑποδεξαμένας ἔχει καὶ ἱερωμένους) Libri veteres pro ἱερωμένους habent ὑψηλούς: quæ lectio omnino est præferenda. Videtur enim ea voce declarare altitudinem collium istorum: quæ tanta sit, vt vix sagitta iaculata peruenire eò possit.

¶ PAG. 371. πάλαι τι τριακοσίων) Vetus Interpres legit τριάκοντα.

τὸ ἀπὸ πόντου πρὸς τῷ πεζῷ, ὅσον χιλίων καὶ ἑξακοσίων σταδίων) Falsum hoc. Nam libro secundo docuit nos Bagadaoniam partem Cappadociæ inter Argæum & Taurum distare à Ponto stadia CIↃ CIↃ CIↃ. Putabam legendum, ὅσον τρισχιλίων καὶ ὀκτ. σταδ. Verùm autor Epitomes retinet vulgatam lectionem: quam si probamus, non erunt illa verba ἀπὸ Πόντου, de ipso Ponto & mari Euxino intelligenda, sed de regione Ponto, quam separant à reliqua Cappadocia montes Tauro paralleli. Sic non erit discedendum à vulgata lectione.

¶ PAG. 372. Ἡ δὲ Βαγαδανία) Legendum Βαγαδαονία, vt ad lib. II. docuimus. Xylander qui pro Cataonia putat irrepsisse hanc vocem, nunquam id scripsisset, si Strabonem adhibuisset in consilium: mirum non esse ab eo animaduersum, Bagadaoniam & hic & libro secundo, vt soli cælique mali vituperari, quum paullò ante contraria laude Cataoniam affecerit.

ἀχρίβοτος δ' ἐστὶ) Quis ita loquitur? Lego ἀναχρίβοτος. Sic infra de Lycaonia καὶ τὰ τῶν Λυκαόνων ὀροπέδια, ψυχρὰ καὶ ψιλὰ καὶ ὀναγρόβοτα.

καὶ καλεῖται ἡ περὶ Γαρσαυίραν) Lego Γαρσαυρίαν. Garsauritin præfecturam intelligit, quam Ptolemæus similiter Γαρσαυρίαν vocat.

φρούρια ὑπάρχει Δασμένδα) Manuscripti Δαρμίδα & Δασμένδα quam lectionem veriorem puto: magis enim accedit ad reliqua Cappadociæ vrbium nomina, in α ferè desinentia: pleraque etiam in δα, cuiusmodi sunt, Thebenda, Muscanda, Laranda, Pida.

καὶ τῷ Βιθυνίας προσθέντες) Suspicor aliquid deesse.

τῆς Ἡρακλείδου τοῦ Πλατωνικοῦ) Vide Diogenem Laert.

μεταξὺ τῆς μεσογαίου) Malim μεταξὺ δὲ. Legitur autem in manuscriptis, μεταξὺ τῆς τε Παφλαγόνων τῆς μεσογαίου.

¶ PAG. 373. Ὕστερον δ' ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμόνες) Nouissimè Iustinianus Nouellam edidit qua Cappadociæ gubernationẽ & administrationem totam innouat.

οἱ μὲν οὖν Βιθυνοὶ) Vide quæ hac de re fusè dicta sunt lib. VII.

Μιλησίων κτίσμα) Heraclea tamen Μεγαρέων ἄποικος vocatur ab Arriano. Xenophõ Ἀναβάσ. lib. VI. τοῦτον δὲ παραπλέοντες ἀφίκοντο εἰς Ἡράκλειαν, πόλιν Ἑλληνίδα, Μεγαρέων ἄποικον, οὖσαν δ' ἐν τῇ Μαριανδυνῶν χώρᾳ. Scholiastes Apollonij ait Μεγαρέων καὶ Βοιωτῶν. vide Iustinum

Κρησὶ μὲν ἰδιῶται ὁ Μνώα καλουμένη σύνοδος) Vt Lacedæmonij suos Eilotas, & Thessali suos Penestas habuere, fuere apud Cretenses qui reliquis famularentur, quos Aphamiotas vocabant, quorum meminit Strabo libro XV. Vide Aristotelem, Πολιτικῶν lib. II. cap. VII. & VIII.

εἴρηται δὲ που) Libro octauo.

μέχρι Ἀδριανοῦ, ὡς καὶ ἡμεῖς Καππάδοκας φαμέν.) Facit Leucosyros partem Cappadocum. Plinius aliter, *discriminat* inquit, *eos Cappadocum amnis, à quo nomen traxere, antea Leucosyri dicti.* Ptolemæo conuenit cum Strabo. qui tamen infra nihil à Plinio videtur dissentire.

¶ PAG. 374. Ἡ μὲν ἐν Ἡρακλεία πόλις ἐστὶν ἀλίμενος) Veteres quidam ἀλίμενος: quod non placet, nec ferri potest, sine mutatione aliqua in sequentibus. Arrianus, Ἐν Ἡρακλείᾳ ὅρμος ναυσίν.

ἐκείνης γὰρ ὅτι Χερρόνησος ἄποικος) Cherrunesus vrbs est in Cherroneso Taurica, de qua lib. VII.

καὶ ὁ Κάλητος) Legendum Κάλητος omnino: nõ tantum quia sic est in veteribus libris, sed quia sic nominatur libro VII. & ab aliis omnibus.

εἶτα ἐτυραννήθη χρόνους τινάς) Iustinus lib. XVI. extremo, *multísque annis per gradus successionum, Heraclienses sub regno tyrannorum fuere.* In Memnonis Excerptis legimus Heracleotas partim à tyrannis, partim à Lysimacho priuatos libertate fuisse annos LXXXIIII. Diodorus Siculus eorum tyrannos diligenter recenset. Sed de rebus Heracleotarum lege illa Memnonis Excerpta.

ὅ, τε Ψίλλις καὶ ὁ Κάλητος καὶ Σαγγάριος) Meminere Ptolem. Arrianus, alij.

καὶ ἡ Θυνιάς νῆσος) Meminere huius insulæ Plinius, Pto-

lemæus, Arrianus, & Apollonius lib. secundo, vbi multa de ea annotat eius doctiss. interpres. Apollonia autem vocabatur cognomine Thynias.

τὸ δὲ Τιεῖον ἤδη πολ.) Scribe Τίειον, autore Stephano. Tium enim vocant reliqui mascul. genere. at Strabo, inquit Stephan. ἐν δωδεκάτῃ καὶ οὐδετέρως καὶ τρισυλλάβως τὸ Τίειόν φησι.

πλὴν ὅτι Φιλέταιρος) Vide Lucianum in longæuis.

ῥέων ἀπὸ μεσημβρίας) Verba sunt Herodoti Κλειοῖ: de Cræso loquitur, τύραννος δὲ ἐθνέων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ, ὃς ῥέων ἀπὸ μεσημβρίας μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων, ἐξίει πρὸς βορῆν ἄνεμον ἐς τὸν Εὔξεινον καλεόμενον Πόντον. vide Arrian.

Σύρους λέγοντα τοὺς Καππαδόκας) Herodotus Κλειοῖ οἱ δὲ Καππαδόκαι ὑπ' Ἑλλήνων Σύριοι ὀνομάζονται. Idem Terpsichore, Φρυγῶν δὲ ἔχονται Καππαδόκαι, τοὺς ἡμεῖς Συρίους καλέομεν. Apollonius libro III. Ἀσσυρίην, vocat Cappadociam, vbi vide eruditiss. eius Scholiasten.

¶Pag. 375. Σύρων καὶ τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου λεγ.) Vide lib. I. & initio XVI.

δίπτεον φατόν) Legendum δίπτυχον, vel certè δίπτυχον vt Olympionic. Od. VIII. Sed omnino placet prior emendatio.

Ἄμαστρις, ὁμώνυμος τῆς συνῳκικυίας πόλις) Historia fuse relata est à Memnone cuius vide Excerpta. Amastris notissima est vrbs.

τετάρτης δὲ τῆς Τιείας) Scribo hic quoque Τίειον.

καὶ μάλιστα περὶ τὸ Κύτωρον) Virgilius,

Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum.

Res vulgo nota Cytori omnes mentionẽ faciũt Geog.

Ὁ δ' Αἰγιαλὸς) Sic Arrianus post Cytorum Ægialos statim commemorat, aitque stadia, interesse LX.

ἠϊὼν μακρὰ, πλειόνων ἢ ἑκατὸν σταδίων) Doctissimus Apollonij interpres Græcus sic tradit vocari tractum littoris, quod est inter Carambin & Sinopen, quod ait esse stadiorum CCIↃↃ.

χώρισεν δέ τινες Κρῶμναν Κωβιαλόν τε) Apud Apollonium scribitur Κρωβίαλον libro tertio.

———αἰπεινάς τε παρεξενέοντ' Ἐρυθίνους,
Κρωβίαλόν Κρῶμνάν τε.

ad quẽ versum locum Strabonis proferens eius interpres Κρωβίαλον similiter legit, nec aliter scribit Stephanus. At Eustathius legit vt nos.

διδάλαπον ποιοῦντος τὸν Εὔξεινον πόντον) Dionysius A[...] in eadem re,

Ἐν τῷ δ' αὖ καὶ πόντον ἴδοις δισσάλλαστον ἰόντα.

Μετὰ δὲ Κάραμβιν) Eadem περίοδος apud Ptolem. & Arrianum, nisi quod Anticinolin non nominant. Scribo autem per n Cinolin vt Aldus, & reliqui fere omnes Geogr.

ἢ Σινώπη σταδίοις πεντήκοντα τῆς Ἀρμένης διέχουσα) Imo tantum XL. autore Arriano.

ἔστι δὲ καὶ φυτικῇ περιοίκῃ) Lego καὶ φύσει καὶ προνοίᾳ, quam emendationem similis loci confirmant, vt paullò post de Amasia, κατεσκεύασται δὲ θαυμαστῶς προνοίᾳ τε καὶ φύσει.

¶Pag. 376. περὶ ὧν εἰρήκαμεν) Libr VII. vbi de Byzãtio.

ὕστερον δὲ ὑπὸ Λευκόλλου καὶ τοῦ ἐγκαθημένου) Ait expugnatam fuisse Sinopen à Lucullo simul & ab insidente tyranno: rectè Strabo. Nam Sinopensibus eodem tempore duobus hostibus fuit resistendum, tyranno qui intus erat, & Lucullo qui vrbem obsidebat. Vide Memnonis excerpta. Xylander sæuitiam istius tyranni sine causa mollit & in negligentiam conuertit, dum vertit *desidente*. Arqui ἐγκαθῆσθαι nõ desidere significat, sed incubare & insidere: quę voces propriè tyrãnis cõueniunt.

ὑπὸ τοῦ βασιλέως) à Mithridate.

φρούραρχος Βακχίδης) Cleocharem alij vocant.

τῆς δὲ τοῦ Βιλλάρου σφαίρας) De hoc nihil reperio.

καὶ τὸν Αὐτόλυκον) Vide Plutarc. in Lucul. & Appianum.

Διέχει δὲ) Cõferat studiosus lector cui hæc curæ, ista, cum interuallis ab Arriano sigillatim expositis: reperiet nec conuenire omnino inter eos: nec multum discrepare in rei summa.

καὶ ζατα-

A ¶ Βάθωνα τὸν περ.) Apud Athenæum scribitur Βάτων.

καὶ γαστροκόμιον) Legendum vt est in veteribus libris ἀγαστρόκνημον.

ἡ Γαδιλωνῖτις δὲ) Gadiloniten alibi non reperio. Fortasse Gadilonem vocat quam Ptolemæi codices Galorum, quæ similiter ad Halyn est sita, licet in altera ripa.

προβάτων ὑποδιφθέρων καὶ μαλακῶν ἐρίων) Diximus de hoc locò libro III. quum exponeremus alium huic parem & geminum: ibi docuimus quid appelletur lanam

B ὑποδιφθέραν. Nam Xylander quidem à mente autoris longè aberrat: quam nec γνήσιος illε Beccesellenus vidit, qui censuit legendum ἀβροδιφθέρων.

¶Pag. 377. διέχουσα τῆς Σινώπης περὶ ἑπτακοσίους σταδίους) Paullò plures colliges ex interuallis quæ ab Arriano sunt annotata: & Plinius quoque plures agnoscit quũ dicit abesse Amisum à Sinope centũ triginta mill. pass.

πρῶτοι Μιλήσιοι κτίσαι Καππαδόκων ἄρχοντας) cum sequatur τρίτον δὲ apparet deesse hic aliquid: deinde vbi quæso lectum est Milesios Cappadocibus impe-

C rasse? Omnino probo lectionem quam secutus est vetus interpres: πρῶτοις Μιλησίους κτίσαι· εἶτα Καππαδόκων ἄρχοντα· τρίτον &c. deesse autem videtur nomen illius Cappadociæ regis.

Θερμώδων καὶ ὁ Ἶρις) Thermodon & Iris tam sunt omnibus noti, quam Amazones quarum campo rigãt. idem est de Themiscyra.

τὰ Γαζίουρα) Videtur à Dione appellari Γαζίουρας.

καὶ πάζον αἰεὶ) Lego cum Epitome καὶ χλιάζον αἰεί.

κρήνη δὲ ἐστὶν ἡ ἀνυδρία παντελής) Lege ἀνυδρία ferri

D non potest.

τοσαύτην ὁμόρων ἐκδίδωσιν ἡ παραλία) Veteres habent παρόριος & παράλιος: mihi vehementer probatur παράλιος. Nam multis locis commendat eo nomine maritimam istam oram, vbi Sinope, & Amisus. Veruntamen & παρόριος legi potest.

Τὴν Σιδήν) Iusseram hunc locum ita edi, ἔχον χωρίον ἐρυμνὰ ἔστι τὰ παράλια, πλὴν Σίδην, ἀφ' ἧς ὠνομάσθη ἡ Σιδηνή, καὶ Χάβακα, καὶ Φαύδα μέχρι μ. nihil enim deest: quod visum est Xylandro, cuius editionẽ secutæ sunt nostræ

E operæ Xylandrum decepit δὲ particula, quæ fecit vt putaret esse initium alius sententiæ: natus error ex prauissima plerorumque consuetudine pronunciandi τ post ν quasi esset δ. quæ multos bonorũ scriptorũ locos corrupit. Miror autem nec Sides nec Sidenes vllam ab Arriano fieri mentionem. Apud Ptolem. in descriptione Cappadociæ lege, παράλιον τῆς Σιδηνῆς, non autem τὴν Σιδήνην.

ἡ Φαρνακία ἐστὶν) Arrianus Pharnaciam & Cerasuntem vnã facit vrbem. Ptolemæus duas: paullò tamen

F aliter quàm Strabo.

ὡς ἐννισχιλίων εἰς Φᾶσιν χιλίων που καὶ τετρακοσίων) Sic fere Arrianus docet: parum enim abest quin hãc summam conficiant annotata ab eo sigillatim interualla: vt valde mirer quid Xylandrum mouerit vt legendum hoc loco putauerit διχιλίων.

περὶ ὀκτακισχιλίους σταδίους εἰσίν) Ita colliguntur ex Strabonis descriptione,

A Fano Sinopen vsque stad.	3500.
A Sinope Amisum, stad.	900.
Inde Trapezuntem stad.	2200.
Trapezunte ad Phasin, stad.	1400.
Summa	8000.

¶Pag. 378. Ἡράκλειος ἄκρα πρῶτον ἐστὶ) Imo Ἀγκὼν prius occurrit, deinde Iris ostia, tum Themiscyra: postremò Ἡρακλέους ἄκρα. Sic Ptol. vide Arrianum.

εἶτα ἄλλη ἄκρα Ἰασόνιον) Ptolem. Ἰασόνιον ἄκρον in Polemoniaci ponti descriptione: meminit & Arrianus.

καὶ ὁ Γενίτης) Scribo Γενήτης. Stephanus. Γενήτης λιμὴν καὶ ποταμός. Sophocles Apollonij hoc carmen interpretans,

Ζηνὸς Εὐξείνου Γενηταίην ὑπὸ ἄκρην.

annotat Genetæum promontorium à fluuio Genete esse dictum. Plinius Genetas gentem refert.

εἶτα

εἶτα Κύτωρος τὸ τεῖχος) In veteribus libris est Κύτωρος malè, non enim Cytorum, sed Cotyora intelligit, qua de vrbe multa leges apud Xenophontem Ἀναβάσ. libro v. Cur autem Strabo oppidum appellet, cum Xenophonti sit πόλις docet Arrianus Ταύτης ait de Cotyoris loquens, ὡς πόλεως Ξενοφῶν μέμνηται ἔστι, καὶ λέγει Σινωπέων ἄποικον εἶναι· νῦν δὲ κώμη ἐστὶ, καὶ οὐδὲ αὐτὴ μεγάλη. Cotyorenses Pharnaciam translatos ait Strabo. A

εἶτα Ἰχθυόπολις) Ptolemæus meminit.

ὁ Τραπεζούντιος ὁ Κόλχος) Colchidem vicinam facit Trapezunti. Xenophon Trapezuntem in Colchorum ditione sitam. Ἀναβάσ. libro quarto καὶ ἦλθον ἐπὶ θάλατταν εἰς Τραπεζοῦντα πόλιν Ἑλληνίδα, οἰκουμένην ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ Σινωπέων ἀποικίαν, ἐν τῇ Κόλχων χώρᾳ. Ptolem. ad Pontum Cappadocicum collocat. B

καὶ Ζυγόπολις τις λεγομένη) Restitue ex veteribus λεγομένη ἢ πόλις. Stephanus putat Zygopolin esse Zygorum de quibus libro superiore dictum est vrbem.

Τιβαρηνοί τε καὶ Χαλδαῖοι) Præter Geographos lege Xenophontem, Ἀναβάσ. libro quarto & quinto, & Diod. Siculum libro XIIII. itémque Apolloniũ libro secundo, cum eruditissimo scholiaste ibi multa quoque de Macronibus, quos tamen Sannos fuisse appellatos Strabo vnus me docet: quanquam etiam Plinius, Sannorum meminit. C

τοῦ μαινομένου μέλιτος) Meminit mellis furiantis Dioscorides. Diodorus Siculus in Colchorum terra nasci ait. Plinius Sannorum. Sic ille, *Aliud genus in eodem ponto gente Sannorum mellis, quod ab insania quam gignit, mænomenon vocant. Id existimatur contrahi flore rhododendri, quo scatent sylvæ.* D

καὶ Βυζήρες) Plinio Buzeri: meminit etiam Stephanus.

γεωργεῖ δ' οὐ πολλά) Scribe, γεωργεῖται δὲ ἀλιεῖας mox, pro ἄλιαι.

φείπερ Ἀλυβων λεγομένων ἀντὶ Χαλύβων) Sic reperias in Biblis, vbi τὸ ה Hebræum in Χ Græcum versum est & vbi pro aspiratione tantum habitum. De hoc autem poetæ loco vide interpretes, non enim mihi vacat in istis fabulis diutius commorari.

¶PAG. 380. Τὰ γὰρ περὶ τῆς Σκήψεως ἐν τῷ ...) Postrema vox mihi est suspecta. An legi potest ...? E

ἐν τῷ Τρωικῷ διακόσμῳ διαλεγόμενος) Scribendum διαλεγόμενον.

Ἀι δ' ἂν Ἀμαζόνες οὐ συστρατεύουσιν) Atqui illas aiunt συμμαχῆσαι. Vide Q. Smyrnæi Paralipomena.

¶PAG. 381. καὶ Ζαγαλεαν) Manifestò legendum cum veteribus libris Ζαγαλεαν.

καὶ Τίβιον) Lego καὶ Τίβιος ex ipso Strabone, libro octauo.

¶PAG. 382. ἐλέγχει ψεῦδος ὄν) Sic habent libri veteres vulgò, ψευδὲς ὄν. quomodo sæpe Græci loquuntur. F

ἀλλ' οὐδ' ἐν τούτῳ τῷ μέρει ἀναμάρτητον ἀπεδείχθη) Sic restituimus secuti veteres libros, & ipsum Aldinũ. Sensus est, demonstratum alio loco fuisse, etiam hac in parte peccare Apollodorum, quando videlicet vult ostendere Homerum aliquid dixisse quod sit falsum.

διὰ τὸ Θεοφάνης συνορίας παρατιθέμενον) ait διόπερ, hoc est, quia erat ἐν τοῖς ὅροις, siue in confinio minoris maiorísque Armeniæ. Ergo legendum συνορίας per omega non per o. Si quis tamen vulgatam lectionem retinendam contendat, non valdè repugnabo. In veteribus locus est corruptus & legitur συνιδρας: mihi de hoc loco nondum planè liquet: maximè propter vocem ὑπηκούειν. G

πόλιν ἔκτισεν ἐν αὐτῇ τῇ μικρᾷ Ἀρμενίᾳ Νικόπολιν) Dio ait Cappadocibus attribui Nicopolitas. Plinio conuenit cum Strabone, lib. VI. cap. IX. *Oppida celebrantur in minore, Cæsarea, Aza, Nicopolis* Sic & Ptolem.

Πυθοδωρὶς γυνὴ σώφρων) Huius Strabo non semel meminit, de Polemone eius marito vide Dionem.

θυγάτηρ Πυθοδώρου) De Pythodoro lege infra libro XIIII.

¶PAG. 383. πλείω πλοῦτον τῆς ἐν τοῖς Ἀσιατ.) Lego πλείω πλοῦτον τ' αὐτοῖς ἦν.

Κοτυϊ τῷ Σαπαίῳ) Cotys nomẽ quum audis, intellige aliquem Thraciæ regem. Nam id fere perpetuum est, apud Thucydidem, Diodor. Dionem, Liuium, Tacitum ac reliquos historicos. Porrò Cotys hic est ille Rhæmetaleis filius, quem narrat Tacitus libro secundo Annalium dolo catenis primum oneratum, deinde interfectum à Rhescuporide patruo, qui postea accusatus ab hac Polemonis & Pythodoridis filia, damnatus est. Non enim aliam Tacitus illo loco intelligit, quam hanc nostram. Habes autem hoc loco apud Straboné paucissimis verbis comprehensam historiam, quam copiosè Tacitus refert.

δυναστεύει δ' ὁ πρεσβύτατος αὐτῶν) Tacitus paullò aliter narrare videtur, *Thracia* inquit, *in Rhæmetalcem filium Rhacusporidis, quem paternis consiliis aduersatum constabat, inque liberos Cotys diuiditur: iisque nondum adultis Trebellenus Rufus prætura functus datur, qui regnum interim tractaret, exemplo quo maiores M. Lepidum Ptolemæi liberis tutorem, in Aegyptum miserant.*

ὁ δὲ νεώτερος καθίσταται τῆς μεγάλης Ἀρμενίας βασιλεύς) Hic Zeno vocabatur. Tacitus libro secundo Annalium, de Armeniis. *Regem illa tempestate non habebãt amoto Vonone, sed fauor nationis inclinabat in Zenonem Polemonis regis Pontici filium, quod is prima ab infantia instituta & cultum Armeniorum æmulatus, venatu, epulis, & quæ alia barbari celebrant, proceres plebémque iuxta deuinxerat.*

συμβάλλουσι δ' ἀμφότεροι) Plinius, *Iris flumen, deferens Lycum.*

ὁ μὲν πρῶτος ὑποβάλλων Εὐπατορίαν ἀφ' αὑτοῦ προσηγόρευσε) Eupatoriam condidit Mithridates Eupator, eáque regia est vius. Appianos, Λεύκολλος δ' Ἀμισόν τε καὶ Εὐπατορίαν, ἣν πρὸ τῆς Ἀμισοῦ παρῳκοδόμησεν ὁ Μιθριδάτης, Εὐπατορίαν τε ἀπ' ἑαυτοῦ, καὶ βασίλεια ἡγεῖτο, περιεκάθητο ἑτέρῳ ...

Μαγνόπολιν προσεῖπε) Plinius paullò aliter, *Amiso iunctum fuit oppidum Eupatoria: à Mithridate conditum. Victo eo, Pompeiopolis vtrumque appellatum est.* nisi tamen & Plinius & Appianus de alia Eupatoria loquantur, quæ non ad confluentem Iris & Lyci posita esset sed Amiso iuncta, quod verum est Nam Plinius aliu loco Magnopolin istam commemorat.

καὶ ὁ ὑδραλέτης) Sic vocat aquariam molam, id ẽst quæ vi aquæ mouetur: quales ferè sunt quibus hodie vtimur. Apparet autem ex hoc loco hydraletarum olim non frequentem fuisse vsum: fere enim iumentorum opera in eam rem vtebantur, aut seruorum nequam, qui in pistrinum dedi dicebantur. Anemaletis autem quorum hodie frequens vsus, non vidẽtur vsi veteres.

καὶ τὴν Ζηλῖτιν) Scribe Ζηλῖτιν vt infra.

καὶ Σεβαστείας μετωνόμασε) Plinius in isto tractu & Sebastiam & Sebastopolin refert. Ptolemæus quoque in Cappadociæ descriptione Sebastopolin & Σεβάστειαν agnoscit.

εἰρήκαμεν δ' ἐν τῇ προτέρᾳ) Libro decimo, in Creticis.

¶PAG. 384. ἐν πλείοσιν οὐδ' ἐνταῦθα τῶν ἐξακισχ.) ait οὐδ' ἐνταῦθα: quia supra dixit in Capadocicis Comanis fuisse istorum Veneri deuotorum sex millia & amplius, mulierum simul & virorum.

Ἦν δ' οὗτος μὲν Ἀρχέλαος υἱὸς τοῦ) τοῦ videlicet Archelai qui satrapes Mithridatis quom esset, bellum gessit cũ Sylla: postea autem eius & populi Rom. amicitiam coluit.

ἐπήγγελτο δὲ Πτολεμαίῳ) Auletes. Historia ex Strabone & Cicerone nota. Vide infra libro XVII. & historicos.

Δυιτόριξ υἱὸς Ἀδιατόριγος) Manuscripti habent, ὁ Δυίτορος quod non placet. Adiatorix autem iste filius fuit Domnecleij Galatarum tetrarchæ. de Adiatorigis autem perfidia & sæuitia qua in Romanos vsus est Heracleæ, dictum est paullò antè à Geographo.

¶PAG. 385. ἔχει πόλιν Ζῆλα) Meminere Plinius, Ptolemæus, Stephanus alij.

καὶ ταύτην καὶ τὴν Μεγαλόπολιν) Megalopolin appellat

quam paullò antè Magnopolin. Plinius similiter Magnopolin & Zelam coniungit.

τήν τε Χαλκυάδων καὶ Καλυπηνῶν) Calupenam nusquam legere memini. Plinius Colopenæ facit mentionem: sed id nihil huc pertinet.

τὰ Κάρανα, ἀφ' οὗ ἡ χώρα Καρανῖτις) Ptolemæus in isto tractu Καράνιν recenset: quod nescio an huc pertineat.

¶ PAG. 386. ἡ Γαζηλωτὸς συγκλείει) Videtur esse quam Gazalinam Ptolemæus appellat, inter μεσογείους quidē τοῦ Πολεμωνιακοῦ πόντου: sed non procul à mari.

πολὺ πασῶν πλείστη καὶ ἀρίστη) Legendum cum libris prioris interpretis, πλείστη τε καὶ πολὺ πασῶν ἀρίστη.

δι' ἧς ὁ Ἶρις φέρεται ποταμός) Ex descriptione Amaseæ Straboniana colligimus Irim fluuium Amasiam præterfluere, non influere: dixitque iam ante Strabo Irim ferri παρ' αὐτὸ τῆς Ἀμασείας τεῖχος. At qui hodie Amaseam viderunt testes fide digni, Irim mediam vrbem secare narrant: vt necesse sit post Strabonis tempora amplificata pomeria eius vrbis, aut mutatā eius fuisse formam. Eustathius itaque grauiter errat quum vult nobis autoritate Strabonis persuadere Irin δι' Ἀμασείας ῥεῖν.

προνοίᾳ τε καὶ φύσει πόλεως) Laborat hic locus ab interpunctione: quem non dubito sic esse restituendum, ἐπισκευάσασαι δὲ θαυμαστῶς προνοίᾳ τε καὶ φύσει, πόλεως ἅμα τε καὶ φρουρίου παρέχεσθαι χρείαν δύναμιν. quod ait, προνοίᾳ pertinet ad χρείαν πόλεως: φύσει, ad χρείαν φρουρίου.

πέτρα γάρ ἐστιν ὑψηλὴ) Quis pictor tam eleganter vllam vnquam rem depinxit, quam facit Strabo hoc loco Amasiam vrbem, vel propter vnicum hunc alumnū merito memorabilē? mihi quidem videtur Strabo his verbis non tantum eam describere & depingere: sed oculis nostris spectandam reapse exhibere. Notandum verò, quod ait Strabo ad radices illius collis secundum Irin esse Amasiam sitam, hodie rem aliter esse, vt ex accurata viri clarissimi, Augerij Busbequij αὐτόπτου καὶ μάρτυρος αὐτόπτου descriptione, intelligimus.

τὸ δ' ἀνατείχων ἑκατέρωθεν) Lego ἀνατείχουσα, vel ἀνατείχει videlicet τὸ ὄρος, quod repeti potest loco vocis πέτρα. At ἀνατείχων, quò referes?

αὐλὼν δ' ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ διήκων) Eandem conuallem intelligebat paullò antè in descriptione Phanoreæ: ἔστι δ' αὐλὼν καὶ μῆκος ἔχων ἀξιόλογον καὶ πλάτος· διαιρεῖ δ' αὐτὴν ἐκ μὲν τῆς Ἀρμενίας ὁ Λύκος, ἐκ δὲ τῶν περὶ Ἀμάσειαν στενῶν ὁ Ἶρις· συμβάλλουσι δ' ἀμφότεροι κατὰ μέσον που τὸν αὐλῶνα.

εἰσὶ δ' ἐν τῇ Ξιμηνῇ ἅλες ὀρυκτοὶ ἀλῶν) Melius veteres, ἅλες ὀρυκτοί. Salis fossilis passim apud Strabonem mentio.

ἀφ' ὧν εἰκάζουσιν εἰρῆσθαι Ἅλυν τὸν ποταμόν) Sic alio loco, ὠνόμασται δ' ἀπὸ τῶν ἁλῶν ἃς παραρρεῖ. Annotāt Grammaticorum filij, hunc fluuium cum aspiratione pronunciari ab iis qui nomen deducunt ἀπὸ τῶν ὀρυκτῶν ἁλῶν, vt Strabo: sine aspiratione ab iis qui nomen ἀπὸ τῆς ἄλης actum putant.

διὰ τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον) Eo enim bello restitit aliquandiu Amasia Romanis: postea eis sese dedidit. Memnon, ὕστερον μὲν ἐνέβαλε καὶ ἡ Σινώπη· ἔπειτα δὲ ἡ Ἀμάσεια ἀντεῖχεν· ἀλλὰ μετ' οὐ πολὺ καὶ αὐτὴ προσεχώρησε Ῥωμαίοις, quo tamen in loco eruditis viris considerandū relinquā num sit scribendum ἡ Ἀμισός. Suadent id mihi quidem, Strabo, Plutarchus, Appianus, qui ἁλώσεων harum trium vrbium eius tractus, Heracleæ, Sinopes, & Amisi commemorant ita vt Memno.

¶ PAG. 387. ἐνταῦθα Μιθριδάτης Εὐπάτωρ) Vide Appianum initio τῶν Μιθριδατικῶν, quo ex loco intelligimus cladem hanc accepisse Nicomedem prope montem Scorobam, qui mons fuit terminus inter Bithynos & Ponticam regionem.

καὶ πᾶσαν Βιθυνίαν εἷλεν ἐξ ἐφόδου) Appianus de Mithridate, ὁ δὲ ὁρμῇ τε μιᾷ τὴν ἀρχὴν ὅλην τοῦ Νικομήδους ὑπολαβὼν ᾤχετο καὶ καθίστατο τὰς πόλεις.

Κανταῦθα δ' ἀπεδείχθη πόλις ἡ Πομπηιούπολις) Ait κἀνταῦθα: quia multis aliis locis fuere conditæ vrbes à Pompeio, suóque nomine insignitæ, vt in Cilicia, & quæ hodiéque floret Nauarreni regni caput Pompelo. Huius Pompeiopolis meminit diligentissimus Ptolemæus.

ἀφ' ἧς ἡ χώρα ἡ ἑξῆς ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ καλεῖται Πιμωλισηνή) Quemnam fluuium intelligat obscurum est præsertim cum Pimolisenen nemo quod sciam veterum ita nominet præter Steph. & Strab. qui & Phazemonitidē, & Damanetin, & Ximenen, & Diacopenē, & Calucupenen, itémque Daximonitin, & Gadilonitin aliáque non pauca hoc lib. solus fortasse Geographorum commemorat. nec mirum: fuit enim harum regionum callentissimus, in quibus patriam habuit. Cæterum quod ad Pimolisenen attinet, notanda sunt verba quę paullò antè posuit in descriptione eius conuallis vbi est Amasia. εἶθ' ἡ Διακοπηνὴ καὶ ἡ Πιμωλισηνὴ χώρα εὐδαίμων πᾶσα μέχρι τοῦ Ἅλυος: vnde apparet non sine causa dubitare nos quem fluuium hîc intelligat cum ait ἑκατέρωθεν τοῦ ποταμοῦ.

Τιμωνῖτιν) Scribe Τιμωνῖτιν vt apud Ptol.

ὑπὸ δή τις καὶ Κινιστηνή) Malim Κιναστηνή: cum dicat deduci ἀπὸ τῶν Κινιάτων.

ἐν ᾗ τὰ Κίνιατα φρούριον) Videntur esse Κινία Ptolemæi.

καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ) De Mithridatis prosapia vide Appianum initio τῶν Μιθριδατικῶν. De Mithridate Ctista lege Luciani Longæuos.

Δηιόταρος Κάστορος υἱὸς ὁ προσαγορευθεὶς Φιλάδελφος) An hic est Deiotarus tetrarcha Galatiæ, de quo infra, & apud Ciceronem? Κάστορος autem lego non Καστόρεως.

τὸ Μορζέου βασίλειον ἔχων τὰ Γάγγρα) Xylander vocem Μορζέου putat esse loci nomen, & legit καὶ τὰ Γάγγρα: contra prior interpretes quem potius sequendum existimo, præsertim assentientibus veteribus libris. vertit vetus, *& Gangra Morzei regiam habuit*. Dicunt autem veteres τὰ Γάγγρα, & ἡ Γάγγρα, vt Stephanus annotat. Volunt quidam dictam sic fuisse illam vrbem à capra quadam quæ Gangra vocaretur, alij lingua Henetorum & Paphlagonum γάγγραν tradūt quamuis capram appellari: vnde puto γάγγραιναν morbum proxima quoque subito depascentem esse dictum: & D. Paulus videtur allusisse ad vocis ἐπιθυμίαν II. ad Timoth. cap. II. commate XVII. Καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει. Gangram si nihil aliud synodus Gangrensis hodiéque nobilicat.

περὶ τὴν Ἀσκανίαν λίμνην φησὶ τὴν κατὰ Κίον) Postrema vox corrupta mihi est aliquādo visa. Athen. enim initio libri octaui docet ex Theoph. pisces fossiles reperiri olī solitos, in Tio: quare legendum hîc videbatur Τίον, vel Τίειον: Sed nihil omnino mutandum. Nam adiecta Ascanij lacus mentio, vulgatam lectionem confirmat. Cio enim fuit vicinus non Tio. Vide Plin. libro V. cap. XXXII.

Τὴν δὲ Βιθυνίαν ἀπὸ μὲν τῶν ἀνατολῶν ὁρίζουσι Παφλαγόνες) Aliter paullò hæc explicat Ptolemæus quem vide initio libri quinti.

Χαλκηδὼν ἵδρυται) De Calchedone vide supra libro VII. vbi de Byzantio.

καὶ κώμη Χρυσόπολις) Plinius, *Vltra Chalcedona Chrysopolis fuit*.

καὶ τὸ Ἱερὸν τὸ Χαλκηδόνιον) Fuit id fanum Dianæ. Ptolemæus, Βιθυνία τὸ πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου ἄκρον ἐφ' οὗ Ἱερὸν Ἀρτέμιδος, Χαλκηδών. vbi vides non interponi Chrysopolin vt fit à Strabone.

¶ PAG. 388. ἐν δὲ ἡ Νικομήδεια ἔκτισται ἐπώνυμος Νικομ.) Nicomediam condidit Nicomedes primus eius nominis autor de eo Memnon, ὁ δὲ Νικομήδης εἰς κατοικίαν δὲ διαμονίας ἀρχῆς πόλιν ἑαυτοῦ ὁμώνυμον ἀνεγείρει ἀντιπέρα Ἀστακοῦ. Ante hunc Nicomedem, reperio hæc Bithyniæ regum nomina. Dędalses cuius mox meminit, cui filius fuit Botiras. Botiræ Bas. huic Zipoetes, pater Nicomedis de quo diximus.

πολλοί

πολλοὶ δ' ὁμωνύμους ἀπεφαίνοντο κἀδιὰ Πτολεμαῖοι) non tantum in Bithyniæ & Ægypti regibus id obseruabis, sed in aliis multis. Sic enim vicinæ Paphlagoniæ reges Pylæmenes vocabantur ab antiquo illo Pylæmene cuius Homerus in Bœotia meminit. Cappadociæ plerique vocati sunt Ariarathes. Thraciæ plurimis Cotys nomen fuit. Parthorum Arsacæ. Persarum inquit Diodorum omnes post Artaxerxem Artaxerxes, & apud Indos, reges Palimbothrorum, omnes Palimbothri dicti sunt.

καὶ Ἀστακὸς Μεγαρέων κτίσμα καὶ Ἀθηναίων) Astacus condita fuit initio Olympiadis XVIII. Memnon. Τὴν Ἀστακὸν δὲ Μεγαρέων ᾤκησαν ἄποικοι ὀλυμπιάδος ἱσταμένης ιζ, ἀστακὸν ἐκάλεσαν κατὰ χρησμὸν ἀπό τινος τῶν λεγομένων σπαρτῶν καὶ γηγενῶν τῶν ἀπογόνων τῶν ἐν Θήβαις, Ἀστακοῦ τὴν κλῆσιν, ἀνδρός τε γενναίου καὶ μεγαλόφρονος.

καὶ μετὰ ταῦτα Δοιδαλσοῦ) Narrat Memnon, Astacum dum eam tenerent Athenienses ac Megarẽses multis calamitatibus fuisse obnoxiam, multis bellis afflictam & ἀνατετυχηκυῖαν, tandem regnante Dydalso liberatam ab omnibus istis periculis & calamitatibus fuisse.

κατασκάψαι δ' ὑπὸ Λυσιμάχου) qui fuit vnus successor Alexandri.

ἐν ᾗ Προῦσα ἐστι ὁ Κίος πρότερον ὀνομαζομένη) Memnonis Excerpta, Προυσίας ὁ Βιθυνῶν βασιλεὺς δραστήριος ὢν καὶ πολλὰ πράξας, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Κίερον πόλιν Ἡρακλεωτῶν οὖσαν ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο πολέμῳ αὐτὴν Κίον Προυσιάδα καλέσας. Quam Cium vocãt reliqui credo omnes, Memnon Κίερον semper vocat. Plinius duas vrbes Prusas refert alteram prope Cium ab Olympo monte, alteram sub Hippio monte. Facit & Ptolemæus duas, quem vide.

κατασκάψαι δ' ἣν Κίον ὁ Φίλιππος) Vide lacera Polybij fragmenta libri XV.

καὶ τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ) Hic locus diutius mihi est considerandus, ut eum intelligam. Libri veteres pro ἀνάστασις habent ἀνάστασιν.

Ὑπέρκειται δὲ τῆς Προυσιάδος ὄρος, ὃ καλοῦσιν Ἀργανθώνιον) Meminit Apollonius libro primo,

> Ὕψιος ἄρ τοί γ' ἀφίκοντο Κιανίδος ἤθεα γαίης
> Ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος προχοαῖς τε Κίοιο.

vide ibidem de Hyla, & apud Theocritum, reliquosque Argonauticorum scriptores.

Ἡρακλέους ἑταῖρον) Manuss. Ἡρακλέους ἑταῖρον συμπλεύσαντα ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς αὐτῷ καὶ σύμπλουν ἀπολειφθέντα, in aliis sic, ἑταῖρον καὶ σύμπλουν ἀπολειφθέντα.

κτίσαι τὴν πόλιν ἐπώνυμον αὐτοῦ) Apollonius Cium appellatam canit à Cio flumine: conditam autem à Polyphemo idem poeta & lib. I. & lib. IIII. itémque eius scholiastes ex veteribus scriptoribus docent. Lib. autẽ primo sic scribit ex Aristotelis Rep. Cianorum. *Cium urbs est Mysiæ sic dicta à Cio duce τῆς Μιλησίων ἀποικίας.*

καὶ νῦν δ' ἔτι καὶ ἑορτή τις ἄγεται) Apollonius idem notat libro secundo.

> —— καὶ ὅρκια ποιήσαντο,
> μή ποτε μαστεύοντας ἀπολλῆξαι κομιδῆς
> Τοῦνεκεν εἰσέτι νῦν περ Ὕλαν ἐρέουσι Κιανοί
> Κοῦροι Θειοδάμαντος ἐυκτιμένης τε μέλοντες
> Τρηχῖνος.

Προῦσα δ' ἐπὶ τῷ Ὀλύμπῳ) Iam diximus duas fuisse Prusas easque admodum vicinas.

Ἀπέοντα δὲ τὰ ἔθνη ταῦτα Θετταλικά τις εἰκάζει) Idque esse fuse disputatum lib. VII.

¶PAG. 389. εἰ τῶν Φρυγῶν εἰπὼν τινας ἡγεμόνας Ἀσκανίου καὶ ἐξ Ἀσκανίης ἥκοντα) In veteribus libris locus ita est scriptus, εἰ τῶν Φρυγῶν εἰπὼν τινας ἡγεμόνας (fortasse legendum τινὰ ἡγεμόνα) Ἀσκανίου καὶ Μυσῶν τινα λέγει ἡγεμόνα καὶ ἐξ Ἀσκανίας ἥκοντα. At vetus interpres sic vertit, *Nec mirandum est cum quendam Phrygum ducem Ascanium dixerit, ex Ascania profectũ, si dicat etiam Ascanium quendam ductorem Mysorum ex Ascania venientem?* quę planissima lectio est. Sic igitur ille Græca verba legit, οὐ θαυμαστὸν δ' εἰ τῶν Φρυγῶν εἰπών τινα ἡγεμόνα Ἀσκάνιον, ἐξ Ἀσκανίας ἥκοντα, καὶ Μυσῶν τινα λέγει ἡγεμόνα Ἀσκάνιον καὶ ἐξ Ἀσκανίας ἥκοντα. Error ex iteratione earundem vocum ortus.

A τὸ γὰρ ἐπὶ τοῦ Ἰδαίου παρέργως) Legendum cum veteribus τὸ γὰρ ἀπὸ τῆς Ἰ. π.

οὐ μᾶλλον σφοδρότερον δὲ τὸ νῦν οὕτως λέγοντας) Quisnam εἶπε? Vidi qui hanc vocem tollendam putarent. Xylander locum ita transtulit quasi legeretur σφοδρότερον δὲ εἰρημένα. Nimis certum est ita esse legendum, τὸ νῦν οὐ λέγοντας. Sententiam hanc sæpius apud Strabonem iteratam reperies.

B τό, τε Βιθύνιον ἐστι) Stephanus Βιθύνιον, πόλις Βιθυνίας, meminit & Plinius. Ptolemæus sic Κλαυδιούπολις ἡ καὶ Βιθύνιον.

ὑπερκειμένη τῆς Τιείου) Supra docuimus Τίειον scribendum esse quoties legitur in hoc autore Τιαν, quare hic quoque Τιειον lego.

τὴν περὶ Σάλωνα χώραν) Stephanus, Σαλώνεια πόλις Βιθυνίας, καὶ τόπος Σάλων Σάλωνος.

ὅπου ἐστὶν ὁ Σαλωνίτης τυρός) Plinius Bithynum vocat. lib. XI. cap. XLII. de diuersitate caseorum. *Trans maria*
C *verò Bithynus fere in gloria est.*

καὶ Νίκαια ἡ μητρόπολις τῆς Βιθυνίας ἐπὶ τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ) Plinius *Deinde Nicæa in ultimo Ascanio sinu, quæ prius Olbia.* Vide Ptolem. De hac Nicæa loquitur lex VI. Cod. De diuersis prædiis.

ἣν αὐτὸς ἀπὸ τῆς γυναικὸς ὠνόμασε Νίκαιαν) At Memnon vnde Nicæa sic dicta sit, lõgè aliter explicat: eũ vide.

ἑξαγωνοσχημάτου πρὸς ὀρθὰς γωνίας) Scribendum vt suspicatur Xylander, ἑξαγωνοσχηματισμένου. Verbo ῥυμοτομεῖν sæpe vtitur Strabo. Fallitur tamen grauiter Xylander,
D quum putat dici de gymnasio, quod de ipsius vrbis περιβόλῳ dicitur: vide elegantissimum Augerij Busbequij libellum.

Σκύλαξ ὁ Καρυανδεύς) Restituimus veram lectionem. Nam vulgatæ editiones habent Καρυανδρεύς: idque Xylander est secutus, quum posset ex plurimis locis Strabonis intelligere, à patria Caryandis esse sic appellatum. Est autem scriptor antiquissimus, quem ipso Aristoteles aliquando laudat, & alij quàm plurimi.

¶PAG. 390. Ξενοκράτης τε ὁ φιλόσοφος) Fuit enim
E Chalcedonius.

ὡς Ὀλυμπηνοὺς καλοῦσί τινες) Manuss. Ὀλυμπηνούς minus rectè. Stephanus Ὀλυμπος ὄρος Μυσίας Ἀρριανὸς Βιθυνιακῶν πρώτῳ οἱ οἰκοῦντες Ὀλυμπηνοί.

τούτων δ' ἐστὶ ἔθνη τρία) Ascribam Plinij locum qui aliter sentire videtur, *Quæ partem eam insedere Gallorum Tolistobogi & Voturi & Ambitui vocantur: quæ Mæoniæ & Paphlagoniæ regionem, Trocmi. Prætenditur Cappadocia à septentrione & Solis ortu, cuius vberrimam partem occupauere Tectosages, ac Teutobodiaci. Et gentes quidem hæ. Populi verò ac te-*
F *trarchiæ omnes numero CXCV.* Vide Liuium & Iustinum.

τὴν νῦν Βιθυνίαν) Quum toties Bithyniam à Galatia separet, sitque id luppis notum & tonsoribus, apparet legendum est τὴν νῦν Γαλατίαν vt est in veteribus libris.

τὴν ὑπὸ τῷ Ἀμύντᾳ γενομένην ἐπαρχίαν) Lege cũ veti. lib. τὴν ὑπὸ τῷ Ἀμύντᾳ γενομένην, ταύτην εἰς μίαν συναγαγόντες ἐπαρχίαν. De hoc Amynta vide Dionem lib. XLIX.

Τάουιον ἐμπόριον τῶν ταύτῃ) Manuscripti habent τάουιον mendosè. Plinius, *Oppida, Tectosagum Ancyra, Trocmorum Tauium, Tolistobogiorum Pessinus.* Ptolemæus de Trocmis
G Galatis, ἐν οἷς πόλεις Ταούιον.

ὅπου τὸν σύλλογον ἐποιήσαντο Πομπήιός τε καὶ Λεύκολλος) Plutarchus in Lucullo, de eo & Pompeio, καὶ συνῆλθον ἐν κώμῃ τινὶ τῆς Γαλατίας, καὶ προσεῖπον ἀλλήλους φιλοφρόνως, & in Pompeio, καὶ συνῆλθον περὶ τὴν Γαλατίαν, neutro loco vrbis nomine expresso vbi conuenere.

τούτων δ' ἦν φρούριον Ἄγκυρα) Imo μητρόπολις. Ptolemæus de Tectosagibus quos ille vocat Tectosacas, ἐν οἷς πόλεις Ἄγκυρα μητρόπολις.

ὁμώνυμος τῇ πρὸς Λυδίαν περὶ Βλαῦδον πολίχνῃ) huius Ancyrę infra meminit. In libris scriptis totus locus ita legitur, τούτων δ' ἦν φρούριον Ἄγκυρα ὁμώνυμος τῇ πρὸς Λυδίαν περὶ Βλαῦδον πολίχνῃ Φρυγιακῇ. Et liber quoquo Aldi Βλαῦ-

Βλαῦδιν habet pro Βλαῦδον: quod magis tamen probo. Stephanus, Βλαῦδος, πόλις Φρυγίας ἀπὸ Βλαύδου τοῦ τὸν τόπον κτίσαντος ὡς Μενεκράτης.

Πισσινοῦς δ' ἐμπόριον) Sic scribitur etiam apud Ptolem, & plerosque alios Græcos ac Latinos. Sunt tamen qui scribant Πισινοῦς. Non adferam quæ de eius vocis etymologia nugantur grammatici παρὰ τὸ πεσεῖν.

¶PAG.391. ἀφίδρυμα ἐνθένδε τῆς θεᾶς μετεπέμψαντο χρῆ τοῖς τῆς Σιβύλλης χρησμοῖς) Liuius libro XXIX. *Ciuitatem eo tempore recens religio inuaserat, inuento carmine in libris Sybillinis, propter crebrius eo anno de cælo lapidatum inspectis. Quandocunque hostis alienigena terræ Italiæ bellum intulisset, eum pelli Italia vincique posse, si mater Idæa Pessinunte Romam aduecta esset.* Sed vide Herodianum, qui rem ab ouo repetit, totámque narrat.

καὶ δὴ τὸ Γόρδιον) Gordium fuit antiqui Midæ regia ait Plut. in Alexandro.

καὶ Γερβεοῦς τὸ τοῦ Κάστορος βασίλειον) Conferatur hic locus cum illo proximo vbi & Deiotari & Castoris cuiusdam facta est mentio: non enim sunt hæc sana satis. Ibi leges & τὸ Μορζέους βασίλειον quod videtur esse, asinne isti Γερβεοῦς.

ἀπέσφαξε Δηιοτάρος) Lege Plutarchum de immani crudelitate istius belluæ aduersus liberos.

καὶ τὰ περὶ Ὀρκαορυκούς, καὶ Πιγνισσόν, καὶ τὰ τῆς Αὐγαρέων ἐρημίας) Pignissum nisi fallor appellat eam vrbem de qua Stephan. Πιτνισσὸς πόλις Λυκαονίας. Ptolem. Πιτνισσὸν appellat. & legendum fortasse est in Strab. Πιτνισσόν, per τ.

καὶ ὀναγρόβοτα) Similiter Iustinianus in Constitutionibus suis Lycaoniam vocat ἱππόβοτον. De onagris Lycaoniæ Plin. lib. VIII. cap. XLIIII. *Onagri in Phrygia & Lycaonia præcipui,*

χωρία δ' ἐν Σοάτροις) Nescio sintne hæc Souatra quæ Ptolem. Siouata inter Lycaoniæ vrbes nominat: an potius quæ idem Sauatra appellat, licet in Isauria collocet. Nam Ptolem. tria oppida Isauriæ tribuit: duo tantum Strabo.

ὅπου καὶ πωλεῖται τὸ ὕδωρ) vt in Africæ quadam regione, ait lex XIIII. §. 3. D. De alimentis vel cib.

ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ Ἰκόνιον ἐστί) Iconium nobilitauit Pauli ἐπιδημία: vide Actorum caput XIII.

Ἰσαυρικὰ κώμας δύο ἔχουσα ὁμωνύμους) Ptolemæus Isaurices vrbes refert Sauatra, Ausira, Isaura. Isaura autem & Ausira literarum transpositione tantum differunt. Plinius sic, *Ciliciæ Pamphyliam omnes iunxere, neglecta gente Isaurica oppida eius intus Clibanus Isaura Labasta.*

τὴν μὲν Παλαιὰν καλουμένην Δέρκην) In puerili lapsu Xylander hæsit: qui nō potuit distinguere vtrū propriū esset nomen, Παλαιὰ an Δέρκη. Euercem ille indigitat: nos Palæam Strabonem secuti, qui sic alibi τὴν Παλαιὰν Ἰσαυρίαν commemorat,

καὶ τὸν Ἰσαυρικὸν προσαγορευθέντα Πούβλιον Σερβίλιον) Is est vt puto quem ait Dio lib. XXXV. mortuum esse ὑπέργηρων paullò post Iulij Cæsaris necem: quanquam Dio Sulpicium Isauricum appellat

τῆς δ' Ἰσαυρικῆς ἐστὶν ἐν πλευραῖς ἡ Δέρβη) Derbe vrbs est Lycaoniæ. Lucas in Actis cap. XIIII. κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις τῆς Λυκαονίας, Λύστραν, καὶ Δέρβην καὶ τὴν περίχωρον. Stephano est φρούριον Ἰσαυρίας. Ptolemæo inter vrbes στρατηγίας Ἀντιοχιανῆς Cappadociæ prima Derbe recensetur.

τὸ τοῦ Ἀντιπάτρου τυραννεῖον τοῦ Δερβήτου) Hunc supra λῃστὴν appellauit, hîc tyrannum: vt mirer valdè optimum virum M. Tullium de hoc ita scribere ad Q. Philippum Proconsulem, *Cum Antipatro Derbete* inquit, *mihi non solum hospitium, verum etiam summa familiaritas intercedit.*

τοῦ δ' ἦν καὶ τὰ Λάρανδα) Ptolemæus Laranda Derbæ statim subiicit. Stephanus πόλιν Λυκαονίας vocat. Diodorus Siculus libro XVIII. πόλιν Πισιδικήν, vt & Isaura.

¶PAG.392. τὸ δὲ Σανδάλιον) Stephanus, Σανδάλιον Πισιδίας χωρίον.

τὴν μὲν

A τὴν μὲν ἐν Κρήμναις ἄποικος Ῥωμαίων ἔχουσι) Ptolemæus inter Pisidiæ vrbes refert Cremnam coloniam: vno verbo id notans quod Strabo.

καλοῦσι δ' αὐτὴν καὶ Σαγαλασσόν) Stephanus, Σαγάλασσος πόλις Πισιδίας. λέγεται καὶ Σελγησσός.

εἰς δὲ τοὺς Ὁμοναδέας παρελθὼν) Videntur Homonadenses minus fuisse veteribus cogniti, aut potius neglecti fuisse à priscis geographis, Sic enim Plinius, *Simili modo omnibus qui eadem composuere ignorata est illi contermina*

B *gens Homonadum, quorum intus oppidum Homona. Cætera castella XIIII. inter asperas conualles latent.*

ἐκεῖνος δὲ Κυρήνιος ἐξεπόρθησε λιμῷ) Meminit huius rei Cornel. Tacitus Annaliū lib. III. de Sulpicio Quirinio loquens, *Nihil ad veterem & patritiam Sulpiciorum familiam Quirinius pertinuit, ortus apud municipium Lanuuium: sed impiger militiæ & acribus ministeriis consulatum sub Diuo Augusto, mox expugnatis per Ciliciam Homonadensium castellis insignia triumphi adeptus, datusque rector C. Cæsari Armeniam obtinenti, Tiberium quoque Rhodo agentem coluerat.* Strabo χωρία

C vocat quæ Plinius & Tacitus Castella.

τῶν Πισιδικῶν πόλεις εἰσὶ Σέλγη) Commemorat Ptolemæus. & Stephan. Σέλγη πόλις Πισιδίας ἄποικος Λακεδαιμονίων.

Πιτνηλισσόν) Hæc est illa vrbs quæ Ciceronis arma sensit, ab eo validè expugnata: quod multæ eius epistolæ docent. Vocat autem Cicero Pindenissum. & ita placuit eruditissimo Bosio rescribēdum esse apud Strabonem. quod non possum summo viro concedere. Videō enim Græcos omnes sic fere appellare vt Strabo.

D Ptolemæus quidem. πεδνηλισσόν Stephanus autem Πεδνηλισσόν. Polybius, quem per omnia sequitur noster Πεδνηλισσεῖς huius loci incolas vocat. Quare in Strabone quoque sic omnino legendum, scribendumque per δ Πεδνηλισσός.

Ἀδαδάτην) Ptolemæus Adada vocat.

Ἀμβλάδα) Scribe Ἄμβλαδα & verte Amblada non Ambladem. Ἄμβλαδα rectè mox & apud Stephanum.

Σέλγη δὲ) Selgæ multa mentio apud geographos & historicos.

E δένδρον οὐ μέγα ὀρθηλόν) Lego δένδρον οὐ μέγα, ὄρθιον δὲ καὶ ὑψηλόν: nam vox ὀρθηλὸν mihi adhuc est incognita. De Styrace & eius gummi vide Dioscoridem & Plin.

¶PAG.393 παραπλησίας τῷ κόμμι) Malim τῷ κόμμι. Nam κόμμι dicunt non κομμίω.

τὸ μὲν ὅτι πολὺ συνεχῶς) Lege cum veteribus libris, ὅτι πολὺ συνεχῶς.

τὴν Σελγαίαν) Scribe Σελγικήν. Σελγεῖς enim dicuntur non Σελγαῖοι.

διὰ τὴν ἐρυμνότητα) Lego διὰ δὲ τὴν ἐρυμνότητα.

F ὑπὸ Ὀλυμπῷ) Scribe, Ὀλυμπίᾳ vt supra Ὀλυμπιανοὺς rectè scribitur.

¶PAG.394. περὶ τὴν τῆς ἀλητείας κατάκτασιν) Legendum κατάκτησιν omnino vt libri veteres habent.

τοὺς ἐπίεργους ἀποικισάντων) Scribe ἀποικησάντων. Passim hæc confunduntur, magno errore.

Τάχα δὲ καὶ ὅτι τὴν Κιλικίαν τὸ αὐτὸ συνέβη) Vide infra libro XIIII.

οἱ καὶ τὴν Μίλητον ἔκτισαν) Et tamen Milesij erant Atheniensium ἄποικοι, ita enim eos appellat Herodotus.

G ἐκ τῆς Κρήτης λαβόντες Σαρπηδόνα κτίσαν) Libri veteres habent, ἐκ τῆς Κρήτης Μιλήτου λαβόντες Σ κτ. Legendum ἐκ τῆς Κρητικῆς Μιλήτου. Docet hoc similis locus libro XIIII. vbi ex Ephoro docet Strabo Miletum κτίσμα εἶναι Κρητικὸν ὅτι ὑπὲρ τῆς θαλάττης τετειχισμένην, ὅπου νῦν ἡ παλαιὰ Μίλητός ἐστι, Σαρπηδόνος ἐκ Μιλήτου τῆς Κρητικῆς ἀγαγόντος οἰκήτορας.

Σαρπηδόνα Μίνω καὶ Ῥαδαμάνθυος ἀδελφὸν ὄντα) Diodorus Siculus libro quinto huius Sarpedonis meminit, & hanc historiam tangit. Τὸν δὲ τρίτον ἀδελφὸν Σαρπηδόνα φασὶ μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ἀσίαν διαβάντα κατακτήσασθαι τοὺς περὶ Λυκίαν τόπους. Vide Herodotum lib. primo.

καὶ τοὺς Τερμίλας κατοικίσαι) Scribe κατοικίσαι.

καὶ ὀνομάσαι Τερμίλας τοὺς νῦν Μιλύας) Omnino Μιλύας legen-

A legendum est vt rectè Xylander ait. Herodotus Κλειοῖ. Τὴν γὰρ νῦν Λύκιοι νέμονται, αὕτη τὸ παλαιὸν ἦν Μιλυάς· οἱ δὲ Μιλύαι τότε Σόλυμοι ἐκαλεῦντο. Τέως μὲν δὴ αὐτῶν Σαρπηδὼν ἦρχε· οἱ δὲ τό περ τι ἠνείκαντο οὔνομα, καὶ νῦν ἔτι καλέονται ὑπὸ τῶν περιοίκων οἱ Τερμίλαι. Eustath. tamen legisse videtur Λιτύαι ita enim hunc locum apud eum leges: mendosè omnino.

ἐπανελθόντα δὲ τοῦ Πανδίονος Λύκωνα) Legendum Λύκον. Ita enim hic vocatur ab Herodoto cuius verbis loquitur, & ita infra rectè scribitur libro XIIII. μετὰ δὲ ταῦτα B Λυκίους ἀπὸ Λύκου τοῦ Πανδίονος.

Πείσανδρόν τε) Quod Pisander à Strabone vocatur variis locis quem poeta vocat Isandrū, nô dubito esse eius μνημονικὸν ἁμάρτημα, nisi alios codices sit secutus.

τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας ὡς ἄλλοις τοῖς ἰσχύουσιν) Mendosum locum sic emendabis mutatione facta minima, τοῖς ἰσχύουσιν. Sensus est, hunc agrum de quo loquitur, ob fertilitatē à multis fuisse petitum, & potentiori sæpe cessisse pro præmio. Sic Dio vocat τὴν Ῥώμην ἆθλον τοῖς κρατήσασι προκειμένην; C & Liuius in alia re libro VI. *quoniam* ait, *in certamine* relictus præmium semper potentioris futurus sit.

καὶ μετὰ τὰ Τρωϊκά, ὅπου αἱ Ἀμαζόνες) Multum deberent Priamus & Bellerophontes huic lectioni si vera esset. Nam sic Troiano bello fuerint superstites: quod nisi probamus, ne hāc quidem lectionem probare possumus. Existimo autem locum esse mutilum, & sic restituendum καὶ μετὰ τὰ Τρωϊκά, καὶ πρὸ αὐτῶν, vel καὶ πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ὅπου καὶ αἱ Ἀμαζόνες κατεθάρρησαν αὐτοῖς. Apparet, D inquit, has regiones ob soli bonitatem præmium fuisse potentioribus quibusque propositum: idque non tantum post bellum Troianum, sed & antè adeo quidem vt Amazones etiam eas occupare voluerint: quādo Bellerophontes & mox Priamus ad ripam Sangarij vt canit poeta, cum iis conflixerunt. Hæc est istius loci mens.

Καὶ πόλεις τε πάλαι ὁμολογοῦνται ἐπώνυμοι αὐτῶν) vt Ephesus, Smyrna, Cuma, Myrina, Paphus: quod alibi Strabo ait.

E ταῦτ' ἔπαθον διὰ τὴν ἀρετήν) Mimirum, vt τοῖς ἰσχύουσιν ἆθλον essent propositæ: semper enim περιμάχητον est & periculo obnoxium, quod est optimum.

¶PAG. 395. τὸ τοῦ γεωγράφου ἔργον) Non hoc præcipuè curat geographus: neque hoc illius ἔργον: sed potius πάρεργον. Manuscripti habent μέρος pro ἔργον: quod non placet.

καὶ προσηγόρευσε Ἰουλιόπολιν) Ptolemæus Iuliogordum vocat Ἰουλιόγορδον & collocat, non ad Olympum Mysium, sed ad Sipylum, prope Magnesiam. Plinius nihil à F Strabone variat lib. V. cap. XXXIII. *Vrbs fuit immensa Attusa nomine, nunc sunt XV. ciuitates: inter quas Gordiu come, quæ Iuliopolis vocatur:* quo ex loco Plinij intelligis quomodo verba Strabonis fuerint vertenda.

τὸ τῶν ὑείων κρεῶν βρώσεως καθαρεύειν) Carnem suillam Veneri esse inuisam & odiosam, ex alio loco Strabonis constat libro nono, vbi de Castinæa Venere loquitur.

ὅπου γε, καὶ ἡ ὅλη πόλις, ὡς δ' εἰσάγεται) Distinguendū est post vocem πόλις, quod Xylander non videtur animaduertisse.

G ¶PAG. 396. πρὸς δὲ τῇ τρίτῃ Ἀπολλωνία ἐπὶ Ῥυνδακῷ λεγομένη) Est enim Rhyndaco fluuio apposita. Vide Ptol. De fluuio Rhyndaco lege, infra, & Scholia Appoll.

Ἔστι δὲ νῆσος ἐν τῇ Προποντίδι ἡ Κύζικος) Vocat insulam Cyzicum, quum reliqui sic appellent vrbem in peninsula sitam. Erat enim teste Mela in peninsulæ ceruice sita. Apollonius libro primo, νῆσον appellat vt Strabo.

Ἔστι δέ τις αἰπεῖα Προποντίδος ἔνδοθι νῆσος,
Τυτθὸν ἀπὸ Φρυγίης πολυληΐου ἠπείροιο
Εἰς ἅλα κεκλιμένη.

Plinius Strabonem explicat, *Vltra insula, quam continenti iunxit Alexander, in qua oppidum Milesiorum Cyzicum, antea vocitatum Arconnesos & Dolionis, & Dyndimis, cuius à vertice mons Dindymus.* Aristides verò sophista elegantissimus in pa-

A in panegyrico ἐν Κυζίκῳ περὶ τοῦ ναοῦ de Cyzico sic scribit, Πρόκειται inquit, τῆς Ἀσίας ἀρχομένη μὲν ἐκ νήσου, καθισταμένη δὲ εἰς ἤπειρον. Paullò post ἀλλὰ μὴν αὐτήν γε πόλιν καὶ ὡς νῆσον περιοπτέος ἄν, καὶ ὡς χερρόνησον, καὶ ἔτι ἐπίκειται χερρονήσου πρὸς ἤπειρον. Ibidem eleganter ait Cyzicum esse veluti vmbilicum inter Gadira & Phasin.

καλεῖται δ' Ἀρκτόνησος) Lego, Ἄρκτων ὄρος, autor Apollonius.

Ἄρκτων μιν καλέουσιν ὄρος περιναιετάοντες

B Scholiastes, ταύτην τὴν χερρόνησον περιέχειν Ἄρκτων ὄρος καλούμενον λεγόμενον ἐπειδή φασι τὰς τροφοὺς τοῦ Διὸς ἐκεῖ διατριβούσας εἰς ἄρκτους μεταβληθῆναι· ἢ ὁ τόπος θηριώδης, ἀπὸ τῆς θηρίων τῆς ἄρκτου ἕνεκα· ἢ διὰ τὸ ὑψηλὸν τοῦ ὄρους, ἀπὸ τοῦ δεικνύειν τὰς ἄρκτους προσπελάζειν τοῖς πατρῴοις.

ὑπέρκειται δ' αὐτοῦ Δίνδυμον μονοφυές) cum addit μονοφυὲς, obiter refellit sententiam eorum qui Dindymum montem sic putabāt appellatum quod in duo cacumina esset scissus: quod ait Apollonij scholiastes, ad librum primum, his verbis, Δίνδυμον ὄρος Κυζίκου ἱερὸν τῆς Ῥέας, C διὰ τὸ διδύμους μαστοὺς ἀνήκειν ἐν αὐτῷ, ὥς φησι Φιλόστεφανος, οὕτω προσαγορευθῆναι.

ἱδρυμένον τῶν Ἀργοναυτῶν) Fusè exponitur ab Apollonio hæc historia seu fabula libro primo.

βῶν δ' ἀρχιτέκτονας τοὺς δημοσ.) Ideo Propertius de Cyzico,

Dindymus & sacræ fabricata inuenca Cybeles.

vt explicat magnus eius poetæ interpres Scaliger, quem vide.

τὸ ἀντικείμενον ὄρος ὃ καλοῦσιν Ἀδράστειαν) Appianus Din D dymum vocat, ὁ δ' ἐκ πεδίου ἐπὶ τὸ Δίνδυμον ὄρος ὑπερκείμενον ἀνῄει, καὶ χῶμα ἀπ' αὐτοῦ ἐς τὴν πόλιν ἦγεν, πύργοις τε ἐφίστη καὶ ὑπονόμοις τὸ τεῖχος ἀνεκρήμνου. Vide Apollonij scholiasten ad hoc eius carmen,

ἄστυ τε καὶ πεδίον Νηπήιον Ἀδρηστείης.

ἐπέπεσε δὲ καὶ λιμός) Aldi codex habet λιμὸς, neque aliter quod sciam libri veteres mihi tamen valdè probatur lectio quam secuti sunt interpretes λοιμός. Veruntamen Memnon quoque vulgatā γραφὴν per ι confirmat, cuius hæc sunt, ἐπὶ τούτῳ τῷ ἀτυχήματι καὶ λιμὸς ἐπι- E πίπτει αὐτῶν τῷ στρατῷ, καὶ πολλοὺς ἀπώλλυεν· πλὴν οὕτω πολλοῖς παθήμασι κάμνοντι, Κυζικηνοὶ τῆς πολιορκίας τέλος οὐκ ἀφίστατο, μετ' ὀλίγον δὲ πολλὰ καὶ παθὼν καὶ πράξας, ὅμως ἀπέλιπε τὴν πόλιν ἀπρακτῶν. Arrianus docet præcessisse famem, id est λιμὸν, quæ attraxerit pestem, id est λοιμόν.

καὶ ἔστιν ἐλευθέρα μέχρι νῦν) Ergo hæc scripta sunt ante annum V. C. DCCLXXIIX. eo enim anno Cyzicenos libertatem amisisse Tacitus docet, cuius sunt hæc, *Obiecta publicè Cyzicenis incuria cerimoniarum Diui Augusti, additis violentiæ criminibus, aduersum ciues Romanos, & amisere liber-* F *tatem, quam bello Mithridatis meruerant circumsessi, nec minus sua constantia, quam præsidio Luculli pulso rege.*

Ῥυνδακὸς ἐστὶ ποταμὸς, τὰς ἀρχὰς ἔχ.) Plinius, *Amnes Horisius & Rhyndacus ante Lycus vocatus. Oritur in stagno Artynia iuxta Miletopolin, recipit Macestum & plerosque alios, Asiam Bithyniámque disterminans.* Apollonij scholiastes annotat Magistum sua ætate eum fluuium appellari.

κατὰ Βεσβικὸν νῆσον) Stephanus ait Besbicum vocari paruam quandam insulam prope Cyzicum, sic dictam à gigante quodam. Plinius, *Est & Antiochia, & contra fau-* G *ces Rhyndaci Besbicos XVIII. M. circuitus.*

ὄρος ἐστὶν εὔδενδρον Ἀρτάκη, καὶ νησίον ὁμώνυμον) Vtriusque meminit Timosthenes cuius sunt hæc apud Stephanum, Ἀρτάκη τοῦτο μὲν ὄρος ἐστὶ τῆς Κυζικηνῆς, τοῦτο δὲ νησίον ἐστὶν ἀπὸ γῆς ἀπέχον σταδίων.

Ἀζανοί τε εἰσί) Vide de his Azanis apud Stephanum, qui etiam hunc locum profert. Ptolem. horum vrbs dicitur Ἀζανίς.

καὶ Νακόλεια) Vide Stephanum Νακολία. Ptolem. quoque meminit.

καὶ Κοτυάειον) Meminit Plinius & Ptolemæus.

καὶ Δορυλάειον πόλεις) Ptolemæo Δορύλλειον. Apud Stephanum hunc locum describentem scribitur, Δορύλαιον πόλις. Idem alibi annotat Δορύλαιον Φρυγίας esse πόλιν.

καὶ Κάδοι) Meminit Ptol. itémque Steph. Propertius.

Spargite me lymphis, carmenque recentibus aris
Tibia Mygdoniis libet eburna Cadis.

¶ PAG. 397. καὶ τὰ περὶ Ἀμόριον) Stephanus, Ἀμόριον πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας. Nominat & Ptolem.

καὶ Εὐμένειαν) Scribe καὶ Εὐμένειαν. Stephan. Εὐμένεια πόλις Φρυγίας: meminere Plinius & alij.

ἥ τε Ἀπάμεια ἡ Κιβωτὸς λεγομένη) Sic appellatur etiam à Plinio, & Ptolemæo.

καὶ Λαοδίκεια) Lyco flumini imposita: idem Ptolemæo vocatur Λαοδίκεια ἐπὶ Λύκῳ.

Ἀφροδισιὰς) Nominatur Ptolem. Vide Stephanum.

Κολοσσαὶ) Colossæ vrbs Phrygiæ antiqua, & quæ aliquando vel maximè floruit, vt ex Herodoto apparet, qui appellat πόλιν μεγάλην Φρυγίας. Meminere plerique Geographi: & vt omnes scriptores prætermisissent, satis Colossenses nobilitauit D. Paulus epistola illa quam ad eos scripsit.

Θεμισσώνιον) Sic Ptolem. & Stephanus. Plin. Themisones nominat inter populos Cibyratici conuentus.

Σαναὸς) Ptolem. Σανὶς vt puto.

Μητρόπολις Ἀπολλωνιὰς) Scribendum Μητρόπολις, Ἀπολλωνιάς. Non enim ferendus est interpretum error, qui vnam tantum vrbem his duabus vocibus putant significari: diuersæ enim sunt Metropolis & Apollonia, quam Strabo Apolloniadem multis locis appellat: neque hîc verbis est opus, quum id quod dico tam perspicuè doceant & Ptolemæus & Stephanus vt res sit clarissima. Vterque Pisidiæ ascribit.

Τάβαι) Forrasse Τάβαι. vt apud Liuium Stephanus, Τάβαι, πόλις Λυδίας, περὶ ἧς ὁ χρησμὸς ἐστι πρὸς Ἡνίδας,

Ἀψ Τάβων ἰέναι δεῖ ἵν' ἀνδρῶν ὄψεσθ' ἀλκήν. [illegible]

Εὐκαρπία) Meminere Ptolem. & Stephan. qui appellationis rationem facetam affert: Sic enim esse appellatam ex Metrophane docet, ob vitis præstantiam, quæ vuam tantam producit, vt plaustro imposita, id medium frangat. Plinius Eucarpenos hos vocat.

Αὐγαὶ) est apud Ptolem.

Φιλομήλιον) Meminit etiam Cicero sæpius in Epistolis: itémque Synnadorum quæ mox recensentur.

λοιπὸς δ' ὁ ἄλλων Ἀσίαν Εὐμένει παρέδωκαν τὴν ἐντὸς τοῦ Ταύρου) Hoc quomodo sic intelligendum docet Liuius libro XXXVII. *Datum responsum est, decem legatos more maiorum senatum missurum ad res Asiæ disceptandas, componendasque: summam tamen hanc fore vt cis Taurum montem quæ intra regni Antiochi fines fuissent, Eumeni attribuerentur, præter Lyciam Cariámque vsque ad Mæandrum amnem, ea ciuitatis Rhodiorum essent, cæteræ ciuitates Asiæ quæ Attali stipendiariæ fuissent, eadem Eumeni vectigal penderent: quæ vectigales Antiochi fuissent ea liberæ atque immunes essent.*

ὡς καίπερ πολλῆς οὔσης τῆς ἐπὶ θάλατταν ἀγωγῆς) πολλῆς, hoc est difficilis & laboriosæ. Interpretes hanc vocem non intelligentes totum locum perperam sunt interpretati, cuius est hæc mens. Tantam esse lapidis Docimæi præstantiam, vt quamuis difficilis sit ductus & vectura talium onerum ad mare, nihilominus tamen multæ ex eo columnæ & tabulæ immensæ magnitudinis Romam deferātur: fuerunt autem hæc onera è lapidicinis vnde eruebantur, ad mare vsque vehenda: vt ibi nauibus imponerentur.

ἵδρυται δ' ἡ Ἀπάμεια ἐπὶ ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Μαρσύου ποταμοῦ) Non possum meliorem in hunc locum commentarium dare, quā ex Tito Liuio, qui hunc tractum graphice admodum depinxit libro XXXVIII. Eius verba sunt, de Mæandro loquentis. *Huius amnis fontes Celænis oriuntur. Celænæ vrbs, caput quondam Phrygiæ fuit: migratum inde haud procul veteribus Celænis: nouæque vrbi Apameæ nomen inditum ab Apamea sorore Seleuci regis. Et Marsyas amnis haud procul à Mæandri fontibus oriēs, in Mæandrum cadit, famáque ita tenet, Celænis Marsyam cum Apolline tibiarum cantu certasse. Mæander ex arce summa Celænarum ortus, media vrbe decurrens, per Caras primū, deinde Ionas in sinum maris editur, qui inter Prienen & Miletum est.* Ex hoc Liuij loco videtur mihi legendum mox,

A ταῖς ἀρχαῖς ἱδρύσθαι ὑπὸ τῆς πόλ. vt sit sensus, oriri Marsyā supra Apameam, nimirum in antiquis Celænis, vnde migratum ait Liuius. Nam ibi fuêre fontes Marsyæ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει inquit Xenophon, cuius verba ascribam, Ἀναβάσ. libro primo. de Celænis loquitur, Διὰ μέσου δὲ τοῦ παραδείσου ῥεῖ ὁ Μαίανδρος ποταμός· αἱ δὲ πηγαὶ αὐτοῦ εἰσὶν ἐκ τῶν βασιλείων· ῥεῖ δὲ καὶ διὰ τῆς Κελαινῶν πόλεως· ἔστι δὲ καὶ μεγάλου βασιλέως βασίλεια ἐν Κελαιναῖς ἐρυμνὰ ἐπὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ Μαρσύου ποταμοῦ, ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει· ῥεῖ δὲ καὶ οὗτος διὰ τῆς πόλεως, καὶ
B ἐμβάλλει εἰς τὸν Μαίανδρον. Non esse autem fontes Marsyæ Apameæ etiam Plinius docet quem vide libro V. cap. XXIX. & lib. XXXI. cap. II. Quinctus Curtius non parum dissentire videtur, sic scribēs libri tertij initio, de Alexandro, *Vrbem Celænas exercitum admouit: media illa tempestate mœnia interfluebat Marsya amnis fabulosis Græcorum carminibus inclitus: fons eius ex summo montis cacumine excurrens, in subiectam petram magno strepitu aquarum cadit: inde diffusus circumiectos rigat campos, liquidus & suas duntaxat vndas trahens. Itaque color eius placido mari similis, lo-*
C *cum poetarum mendacio fecit quippe traditum est, nymphas amore amnis retentas, illa rupe considere. Cæterum quam diu intra muros fluit, nomen suum retinet. At cum extra munimenta se euoluit, maiore vi ac mole agentem vndas Lycum appellant.* Lycum vocat quem reliqui Mæandrum: aut duos potius fluuios in vnum confundit, conflatque ex iis Lycum istum. Ac quoniam cepimus de hoc annotare quæ legisse meminimus & ad Strabonis interpretationē facere videntur, pergemus porrò & perelegantem locum Maximi Tyrij optimi scriptoris proferemus, qui
D hæc loca se oculis lustrasse ait, & his verbis describit, Φρύγες οἱ περὶ Κελαινὰς νεμόμενοι τιμῶσι ποταμοὺς δύο, Μαρσύαν καὶ Μαίανδρον· εἶδον τοὺς ποταμούς· ἀμφοῖν αὐτοῖν πηγὴ μία, ἡ προελθοῦσα ἐπὶ τὸ ὄρος ἀφανίζεται κατὰ τὴν πόλιν· αὖθις ἐκδίδωσι ἐκ τοῦ ἄστεος διαιροῦσα τοῖς ποταμοῖς καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ ὀνόματα· ὁ μὲν ἐπὶ Λυδίαν ῥεῖ, ὁ Μαίανδρος· ὁ δὲ αὐτοῦ περὶ τὰ πεδία ἀναλίσκεται. Θύουσι Φρύγες τοῖς ποταμοῖς, οἱ μὲν ἀμφοτέροις, οἱ δὲ, τῷ Μαιάνδρῳ, οἱ δὲ τῷ Μαρσύᾳ, ἐμβάλλουσι τὰ μηρία εἰς τὰς πηγὰς, ὀνομάζοντες τοὔνομα τοῦ ποταμοῦ ὅτῳ θύουσιν· ἀπενεχθέντα δὲ ἐπὶ τὸ ὄρος καὶ δύνοντα τῷ ὕδατι αὖθις
E ἐπὶ τὸν Μαρσύαν ἀναδύεται τὰ τοῦ Μαιάνδρου· καὶ αὖ ἐπὶ τὸν Μαίανδρον τὰ τοῦ Μαρσύου· εἰσὶ ἀμφοῖν ἐν διαιρούμενα τὰ δῶρα.

ὥστε ἐξ ἐκείνου τὰς σκολιότητας ἅπαντας μαιάνδρους καλεῖσθαι) Notus locus Latini poetæ.

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

ad quem locum vide interpretes.

¶ PAG. 398. καὶ ἡ ὑπὲρ αὐτῆς Πελτηνὸν) de quo multis locis, Strabo & alij.

ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν κοραξὴν χρόαν) Notum est quid sit color co-
F racinus, cuius & Iurisconsulti meminere. Strabonis vero loquutio insolēs est. Alius dixisset κοράκινον vel κόρακος χρόαν. An composita voce dixit Strabo κοραξόχροον? non enim alius compositis vocibus magis delectatur quam Strabo.

ὥσπερ καὶ συγκεῖσθαι δοκεῖ τὰ Λαοδικέων) Scribe, ὥστε καὶ συγκεῖσθαι.

τὸ πλεῖστον δ' ὁ Κάπρος ὑπὸ γῆς ῥυεὶς) αὐτὸς, nimirum Lycus, non Caper vt putauit Xylander. Herodotus Polymnia, ἀπίκετο ἐς Κολοσσὰς πόλιν μεγάλην Φρυγίης, ἐν τῇ Λύκος ποταμὸς ἐς χάσμα γῆς ἐσβάλλων ἀφανίζεται, ἔπειτα διὰ σταδίων ὡς μάλιστα κη πέντε
G ἀναφαινόμενος ἐκδιδοῖ καὶ οὗτος ἐς τὸν Μαίανδρον.

συναφανισθῆναι πάσαις) Lege πόρναις vt habent manuscripti: significat, cum omnibus scortis ipsum lenonem fuisse obrutum.

εἰς τὰ Χαρώνεια) Quid veteres Χαρώνεια appellarent, itémque Plutonia docuimus ad lib. V.

καὶ τὰ ἐν Χαρόκωμαις τῆς Νυσαΐδος) Legendum ἐν Ἀχαράκοις. Sic enim libro XIIII. Κώμη τῆς Νυσαΐων οὐκ ἄπωθεν τῆς πόλεως Ἀχάρακα, ἐν ᾗ τὸ Πλουτώνιον: nisi quis contra putet Χάρακα esse ibi legendum.

καὶ ψαθυρὰ) Scripti ψαφαρὰ rectè.

τεταραγμένα σταδίων τεσσαράκοντα) Mirè discrepat vetus interpres, qui non τεταραγμένα, sed διακοσίων τετταράκοντα legisse videtur.

καὶ γὰρ νῦν τὴν Μαγνησίαν) Intelligit magnum illum terræmotum quo XII. vrbes Asiæ sunt conlapsæ: cuius Plinius Tacitus & alij meminere. Strabo autem sæpissimè.

¶PAG. 399. ἐπανόρθωσε δ' ὁ ἡγεμὼν χρήματα ἐπιδούς) ἡγεμὼν, hoc est, imperator Tiberius, vt ait lib. XIII. & Cornelius Tacitus libro secundo Annalium *Asperrima in Sardianos lues plurimum in eosdem misericordiæ traxit. Nam centies sestertium pollicitus Cæsar. & quantum ærario, aut fisco pendebant, in quinquennium remisit. Magnetes à Sipylo, proxi-*

A *mi damno ac remedio habiti.*

οὐ μακρὰν ἀπὸ τοῦ) libro primo.

ἐπὶ δ' Ἀδραστείας ἕδος.) Legendum censeo,

ἐπὶ δ' Ἀδραστείας ἕδος,

ἔστι τι μυχώδεσιν καὶ βρυχήμασι

Βρίμασι μυκώμενον ὀρχηθμοῖς πέδιν.

Adrastiæ campus & vrbs fuere prope Cyzicum, non procul ab Ida. βρίμασι aut aliud ἰσοδυναμοῦν pro ἔρπυσι vt sit aliquis sensus, reponendum esse liquet.

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS

ET CASTIGATIONES IN LIBRVM XIII. GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

MEXPI τῶν δεῦρο ἀφωρίσθω τὰ περὶ τῆς Φρυγίας) Quã sub libri vndecimi finẽ erat aggressus, & libro sequenti persecutus quartæ portionis Asiæ cis Taurum descriptionem, eandem hoc quoque libro, & toto sequenti persequitur. Deduxerat nos Strabo libro sequenti ad Æsepum vsque fluuium, & Cyzicum: hoc autem libro inde ducit nos ad Cumam & Æolidem. Seruat autem etiam hic morem illum suum, vt obiectas oræ maritimæ quam describit insulas, simul referat. Itaque Lesbum & reliquas ei coniunctas insulas describit. Postremò ad mediterranea se conuertit. Erimus autem eo breuiores in explicatione horũ duorum librorum, quòd quũ eorum maxima pars versetur in iis exponendis quæ sunt apud Homerum, quæ præ vetustate nimia iamtum memoriã ferè hominum fugiebant, commodius hæc tractabimus in Notis nostris ad summum vatem: quas dabimus operam vt effectas in lucem breui emittamus: non enim omnes maximum poetam intelligunt.

καὶ Ἀτεσμύτιον) Manuscripti Ἀδραμύττιον per δ. Sed vtroque modo solitum scribi hoc nomen, docet Stephanus.

οἱ δ' ὕστερον τοὺς ὅρους αὐτοὺς λέγουσι) Locum hunc sic prior interpres vertit *At posteriores illorum finesdicunt, & variis nominibus partitiones multas conficiunt.* Nimirum legit, Οἱ δ' ὕστερον τοὺς ὅρους αὐτῆς λέγουσι καὶ ὀνόμασι διηλλαγμένοις (vel τοῖς ὀνόμασι διηλλαγμένοις χρώμενοι) διαιρέσεις τέμνουσι πλείους: & sanè τέμνουσι veteres cod. agnoscunt. Mihi videtur locus sic potius legendus. Οἱ δ' ὕστερον ὅρους οὐ τοὺς αὐτοὺς λέγουσι, sine vlla in reliquis mutatione. Sensus est, difficilem esse τὴν διαίρεσιν horum tractuum propter auctorum dissentiones: οὐ τοὺς omiserunt imperiti homines aurè αὐτοὺς. Porrò, ὅρους οὐ τοὺς αὐτοὺς λέγειν, & χρῆσθαι τοῖς ὀνόμασι διηλλαγμένοις & νέμειν πλείους διαιρέσεις idẽ prorsus significant.

αἱ τῶν Ἑλλήνων διάλεκτοι) Æolum, Ionum, Dorum, de quibus vide libro octauo & apud Herodotum ac Pausaniam.

¶PAG. 401. οἱ δ' ὕστερον οἱ μὲν) id est, *Posteriorum tamen alij* δὲ hic significat ὅμως, & est loquendi genus Homeri.

Γάργαρον ἀκρωτήριον) Lego ἀκρωτήριον, vel ἀκρωτήριον.

Γάργαρον ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι τῆς Ἴδης) Grammarici volunt Gargara appellari celsissimum montis Idæ iugum: esse enim dictum γάργαρον quasi κάραρον siue caput capitis. Sed de Gargato vide Macrobium, Seruium & Stephanum.

A ἐν ᾗ τὰ νῦν Γάργαρα πόλις Αἰολική) Scripti ἐφ' ἧς non ἐν ᾗ, Plinius, *Iuxta mons Gargara, eodemque nomine oppidum.*

¶PAG. 402. εἶτ' ἔξω τῆς Προποντίδος τὰ μέχρι Λεκτοῦ) Scripti libri, εἶτ' ἔξω τὰ μέχρι τῆς Προποντίδος, τὰ μέχρι Λ. quam lectionem ferri non posse manifestum est. Nam ἡ μέχρι Λεκτοῦ παραλία ἀπὸ Αἰσήπου non est ἡ Προποντίδος: sed extra eam, vt disertè initio huius libri scriptum est.

ἔπειτα τῆς παραλίας τῆς Ἀσίας μέχρι Λεκτοῦ) Legendum cum veteribus codicibus ἔπειτα ἡ παραλία τῆς Ἀσίας: sub-

B audi, ἐστί, vel, sequitur.

καὶ μεγάλην Τροίην) Troia enim nomen est regionis, vide Seruium, Eustathium.

ἐκ δ' ἑξῆς δ' αὖ ἐξ Ἀβύδου ἀρχόμενον) Sed καὶ δ' ὑπέρβατον vt mox subiicit.

Δευτέρα ἐν αὐτῇ δυναστεία Τρωϊκὴ μετὰ τὴν ὑπὸ Μύσων.) Hæc verba mihi videntur suo loco esse mota: melius enim nisi fallor legerentur ante illa Τέως δ'. & omnino importunè hîc videntur inserta.

Ἀφνιεῖς δ' ὑπὸ τῆς Ἀφνίτιδος νομίζουσι λίμνης) Stephanus

C aliter, *Aphneum* inquit, *est vrbs Phrygiæ propinqua Cyzico & Mileto.* Sed suspecta vox mihi in hoc loco Stephani Μιλήτῳ. Subiicit *Lacus qui est ad Cyzicum Aphnitis vocatur, prius Artynias dictus.*

καὶ γὰρ ἐνταῦθα καλεῖται ἡ Δασκυλῖτις) Notauit hoc etiam libro primo. Vide Homeri interpretes. Ptolem. Dascyleiam commemorat non procul ab Ascanio lacu. Aphnei, nec Plin. nec Ptolem. meminere.

Ἡ μὲν δὴ Ζέλεια) Vide Stephanum. Meminit & Arrianus initio rerum Alex.

D εἴκοσι ἴσχον διαβάσεις τῇ αὐτῇ ὁδῷ) Sic legendum, non τῇ αὐτοῦ. Similis fluuius iis quos enumerat hîc Strabo, occurrit euntibus Geneua Seisellum, oppidũ Geneuæ distans ad decem vel duodecim millia pass. qua in via decies & quater transeundus est ille fluuius. At in Transyluania fluuius est Crisius, bis & trigesies traiiciẽdus τῇ αὐτῇ ὁδῷ, vt loquitur Strabo: quod à viro fide digno accepi.

ὁ ἐκ Φολόης εἰς τὴν Ἠλείαν Σέλλήεις) Searthonem fluuium ex Pholoe in Eleam delabentem non memini alibi le-

E gere. Itaque quæramus amplius de veritate huius lectionis.

τοῦ δ' Αἰσήπου καὶ τοῦ Πριάπου) Ptolem. inter Æsepum & Lampsacum sunt ostia Granici.

τὰ Ἀρπάγια τόπος) Stephanus, Ἁρπάγια καὶ Ἅρπαγος, τόπος περὶ Κύζικον ὅθεν ἡρπάσθη φασὶ Γανυμήδης.

εἶτ' ἐξ Ὀρνειῶν τῶν περὶ Κόρινθον) De Orneis & Priapo Orneata vide lib. VIII.

ὁ γοῦν Ξέρξης Θεμιστοκλεῖ εἰς οἶνον ἔδωκε τὴν Λάμψακον)

Notum est Themistoclem à Xerxe accepisse εἰς ἄρτον Magnesiam εἰς ὄψον Myuntem εἰς οἶνον Lampsacum, Vide lib. XIIII. & Plutarch.

Ὀρθάνην καὶ Κονίσαλον) De Orthane vide scholia Lycophronis, vbi Ὀρθάγης videtur appellari. Hesychius, Ὀρθάνης τῷ κατὰ τὸν Πρίαπον ὁ αὐτὸς θεὸς, καὶ αὐτὸς ἐστι τεταμένον ἔχων τὸ αἰδοῖον. De Conissalo vide Suidam in Κονίσαλος. Athen. lib. X. vtriusque meminit.

καὶ Μυγδόνιον πεδίον) Non puto dubitaturum esse quenquam deesse hîc vocem vnam, legendúmque καὶ Μυγδονίαν καὶ Μυγδόνιον πεδίον: & ita vetus interpres legit: nisi quod Μυγδονίας πεδίον vocat non Μυγδόνιον, & ita video esse in veteribus codicibus. Strabo libro superiore Μυγδόνιον πεδίον vocauit de Rhymo fluuio loquens.

καὶ οἰκοδομεῖται ἐν τῷ Πιτυοῦντι) huius arç supra meminit lib. X dixitque eius latera esse κούφα. Meminere & alij.

¶PAG. 405. Ἐνταῦθα μυθεύουσι τοὺς Ὀφιογενεῖς συγγένειάν τινα ἔχειν πρὸς τοὺς ὄφεις) Varro, Vt habent Pario qui vocantur Ὀφιογενεῖς, & in Africa Psyllos: quorum ὀφιογενεῖς cum arbitrantur suppositum esse aliquem in stirpe, ei admonêt, vt pungat colubram, cum pupugerit, si de genere sit viuere, si non sit, mori.

φασὶ δ' αὐτῶν τοὺς ἄρρενας τοῖς ἐχιδνοδήκτοις ἀκεῖσθαι, συνεχῶς ἐφαπτομένους) A Cratete Pergameno habet hoc Strabo, vt puto: docet Plinij locus, libro sexto cap. secundo, Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat serpentum ictus contactu leuare solitos & manu imposita venena extrahere corpori. Vide eiusdem Plinij lib. XXVIII. cap. III. vbi Ophiogenes in insula Cypro collocat.

παρὰ τὸν Ψύλλων τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ) De quibus libro vltimo.

καὶ Παρίων) qui Parum insulam Archilochi patriam habitabant. lib. X.

κατὰ Λίνον χωρίον ἐπὶ θαλάττῃ) Stephanus, Λίνον χωρίον τῆς Ἑλλησποντίας.

ἐστι δὲ ὧν ἐστιν Ἀριστέας) Omnino Aristeas Proconnesius hic est, de quo ad lib. I. & ita legendum.

ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Πιτυοῦσα) Plinius, & Lampsacum antea Pityusa dictum.

ἐν δὲ τῷ Στίρῳ τῆς Χερρ) Suspecta vox Στίρῳ, tamen etiam manuscripti habent στιρῷ.

ἄλλαι δ' εἰσὶν) Harum meminit Thucydides lib. I. & Κολωνὰς τὰς Τρωϊάδας vocat.

ἐν δὲ τῷ Περαίῳ ἐστὶν ἡ Λυκοκολώνη) Manuscripti Ηλικολώνη. Vetus interpres Licocolona, vel Lycocolona.

τόπος λέγεται ὁ Γεργίθιος) Vide Stephanum Γέργις. Gergithi meminit & Plin. itémque Liuius.

πλουσιωτάτους καὶ ὕστερον λεγομένας αἱ Γέργιθες) Herodotus Terpsichore extrema, εἷλε δὲ Γέργιθας τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν ἀρχαίων Τευκρῶν. Idem Polymnia, ἐπορεύετο ἐνθεῦτεν ἐν ἀριστερῇ μὲν ἀπέργων Ῥοίτειον πόλιν καὶ Ὀφρύνειον, καὶ Δάρδανον, ἥπερ δὴ Ἀβύδῳ ὅμουρός ἐστιν· ἐν δεξιῇ δὲ Γέργιθας Τευκρούς. Scribo autem Γέργιθες per ι non ε vt Stephan. & Herodot. & ita Suidas in Τύρσις. De hac, multa Athen. lib. VI.

ὁ Γεργίθιος ἐπὶ Κεφάλων) Cephalonem aliquoties Stephanus citat.

ὁ Γλωσσογράφος κληθεὶς) vt opinor κατ' ἐξοχὴν, propter excellentiam libri quem inscripserat Glossæ: nam alioqui Glossographi omnes appellabantur qui Glossas scripserant. Neoptolemum Parianum sæpe veteres Grammatici laudant, in primis Athenæus.

¶PAG. 408. Χάρων τε ὁ συγγραφεὺς) Athenæus huius historias & alia scripta passim laudat: laudatur & ab aliis.

καὶ Ἀδείμαντος) Puto esse cuius meminit Athen. libro VI. De Anaximene Rhetore & Metrodoro Epicureo vide Suidam & Laertium.

καὶ αὐτὸς δ' Ἐπίκουρος) Laertius in vita.

τῷ μεταξὺ τῆς λίμνης καὶ τοῦ Εὐρίπου λιμένος est vt rectè docti viri censent, Stagnum Agrippæ. Tacitus lib. XV. Ann. & stagni, & nemoris huius meminit. Euripi, multi.

καὶ ὅτι πάλαι μὲν τὸ ὁμώνυμον τὸ χωρίον Stephanus annotat Percoten esse vrbem Troadis quæ olim appellaretur Percope, vt videri possit ex eo hic locus esse emendandus: verum Eustathius legit vt nos. Percoten etiam Plinius nominat.

Ἄβυδος δὲ Μιλησίων ἐστὶ κτίσμα) Testatur & Thucydides libro octauo.

ἐστενῶσθαι δ' ἐστὶ τὸ ἑπταστάδιον) Plinius, Et Hellespontus septem vt diximus stadiis Europam ab Asia diuidens, quatuor illic inter se contrarias vrbes habet, in Europa Callipolin & Seston, in

B Asia Lampsacum & Abydon. De Xerxe & ponte quo continentes iunxit, plena sunt veterum monumenta.

ἵστησι τοὺς ἀπείρους διαιροῦντας τὸν πόρον) Manuscripti ἱστορεῖ τοὺς ἀπείρους διαιροῦντας τὸν πόρον ταῖς σχεδίαις: quam lectionem probo.

¶PAG. 407. ἀπὸ τοῦ τῆς Ἡροῦς πύργου) Nota fabula de Herus & Leandri amoribus.

ἐν τοῖς περὶ τῆς Θρᾴκης τόποις) Lego λόγοις non τόποις. Locus quem citat, hodie desideratur lib. VII.

τὰ Ἄστυρα) Vide Stephanum qui Astyra & Mysiæ &

C Troadis commemorat. Plinius Astyren appellat.

Δαρδάνιοι) τοῦτ' ὁ ποιητὴς ὀνομάζει) Dardanos enim vocat & Dardanios. Sic dicuntur Syri & Syrij, itémque Pamphyli & Pamphylij quod Priscianus & Eustathius annotant.

κατὰ τὸν ἀγαθὸν τι καὶ τὴν ἀνδρείαν) Probo veterem lectionem, καὶ τὸ ἀρχαῖον: veruntamen ne id quidem planè locum hunc suspicione mendi apud me liberat. In iisdem mox legitur, τὸ ἀρχαῖον τι καὶ μονοχίτων.

¶PAG. 408. νεωτέρους δ' ἐν τοῖς συνοικίοις κατὰ χωρίον) Le-

D gendum censeo συνοικίοις: idque manifestò rectum.

Ἀλέξανδρον δ' ἀναβάντα) Plutarchus & Arrianus scribunt venisse eum Ilium ante pugnam ad Granicum: bis igitur Ilium ascenderit.

ὅτ' ἐκπολιορκηθεῖσαν αὐτὴν πάλιν ὁ μετὰ Φιμβρίου Γαΐου λαβόντες ἐκ πολιορκίας) Liuij Epitome libro LXXXIII. C. autem Fimbria in Asia fusis aliquot copiis Mithridatis, vrbem Pergamum cepit, obsessumque regem non absuit multum quin caperet: vrbem Ilion quæ se potestati Syllæ reseruabat, expugnauit ac deleuit. Appian. Fimbriæ crudelitatē pluribus narrat:

E qui quū Iliensibus persuasisset vt se quoque tanquā Romanum & συγγενῆ admitterēt, vbi vrbem est ingressus, τοὺς ἐν ποσὶ πάντας ἔκτεινε, καὶ πάντα ἐνεπίμπρη, καὶ τοὺς πρεσβεύσαντας ἐς τὸν Σύλλαν ἐλυμαίνετο ποικίλως, οὔτε τῶν ἱερῶν φειδόμενος, οὔτε τῶν ἐς τὸν νεὼν τῆς Ἀθηνᾶς καταφυγόντων, οὓς αὐτῷ νεῷ κατέπρησε· κατέσκαπτε δὲ καὶ τὰ τείχη, καὶ τῆς ἐπιούσης ἐρευνώμενος, μή τι συνέστηκε τῆς πόλεως ἔτι. Addit Appian. hanc calamitatem contigisse Iliensibus anno vt quidam existimant CIↃLmo post captum ab Agamemnone Ilium.

F ¶PAG. 409. κατασφαγέντος δὲ καὶ ἀντάραντος τὸν ὕπατον) Epitome Liuij lib. LXXXII. Valerius Flaccus consul collega Cinnæ missus vt Syllæ succederet, propter auaritiam inuisus exercitui suo a C. Fimbria legato ipsius vltimæ audaciæ homine occisus est: & imperium ad Fimbriam translatum.

ἐν Βιθυνίᾳ) Manuscripti, κατὰ Βιθυνίαν. Appianus docet Nicomediæ fuisse Valerium Flaccum à Fimbria occisum.

μάντεως προσθέμενος καὶ ἐνδεκαταῖος αἱρεῖ) Semper mihi fuere illa verba suspecta μάντεως προσθέμενος: constat enim Fimbriam cepisse Ilium non alicuius arioli opera, sed suis

G viribus & artibus. Vetus interpres sic vertit, admoto ad vrbem exercitu vndecimo die eam cepit, vt legisse videatur, ἐπάγων τι pro μάντεως: & notū est quam sæpe β & μ in veteribus libris confundantur. At in manu exaratis codicibus sic legitur, μάχην . . . . προσθέμενος καὶ ἐνδ Eustathius locum proferens verba de quibus agimus omittit, & ἐνδεκάτῃ legit pro ἐνδεκαταῖος. Si quis vulgatam lectionem mordicus defendendam putet, & retinendum μάντεως, referendum hoc fortasse fuerit ad historiam quam Seruius refert. Æneid. lib. secundo, vbi de Palladio loquitur, Quanquam inquit, alij dicant simulacrum hoc à Troianis fuisse absconditum intra exstinctum parietem postquam cognouerunt Troiam esse perituram: quod postea bello Mithridatico dicitur Fimbria quidā Romanus erutâ-

eum indicasse: quod Romam constat aduectum. Verum hoc mihi non probatur.

τοὺς Ἰλιεῖς παραμυθήσατο πολλοῖς ἐπανορθώσασι) Scripti mire variant, παραμυθήσατο καὶ πολλαῖς πόλεις ἐπανορθώσατο. Prior interpres vulgatam retinet.

ἡ ἐκ τοῦ νάρθηκος λεγομένη) Vide Plutarchum in Alexandro.

τοῦ Ἀλεξάνδρου μετὰ τῶν περὶ Καλλισθένην καὶ Ἀνάξαρχον ἐπελθόντος) Errat Xylander quum putat editionem Alexandri posteriorem fuisse editione Callisthenis & Anaxarchi, & ita particulam μετὰ hic interpretatur: atqui Strabo non dicit μετὰ τοὺς, sed μετὰ τῶν. Quis vero nescit Callisthenem & Anaxarchum philosophos Alexandrum in Asiatica expeditione esse comitatos? Quare hoc potius ait Strabo, Alexandrum poemata Homeri cū Callisthene & Anaxarcho legisse singula annotātē quæ sibi & illis digna notatu videbantur. Prior interpres à tam crasso errore sibi rectè cauit.

ἐφιλοφρονεῖτο γὰρ πρὸς τοὺς Ἰλιεῖς ὁ Ἀλέξανδρος) Verba illa, ὁ Ἀλέξανδρος, & quæ sequuntur notulis inclusa, adiecta sunt à nobis ex veteribus libris: quibus vitam omnino hic locus debet. Est autem obseruandum hyperbaton magnum quod sententiam valdè obscurat: pendet enim oratio ab illis, Καθ' ἡμᾶς μέντοι Καῖσαρ. Hæc est sententia: Cæsarem Iliensibus fauisse, primum æmulatione Alexandri. Alexander autē (inquit) duobus nominibus eorum fuit studiosus, & propter cognationem, & quia erat φιλόμηρος· φιλόμηρον enim fuisse testatur Homeri editio quæ vocatur ἐκ τοῦ νάρθηκος. quam Alexander opera Callisthenis Anaxarchi vius curauit. Ergo & propter τὸ τοῦ ποιητοῦ ζῆλον, & propter cognationē Æacidarum, qui Molottis imperarunt, ἐφιλοφρονεῖτο πρὸς τοὺς Ἰλιεῖς ὁ Ἀλέξανδρος. Cæsar vero, & quia erat φιλαλέξανδρος & quia longè certiora cognationis cum Iliensibus argumenta habebat, alacritate maxima beneficiis Ilienses sibi esse cumulādos in animū induxit. Ex hac interpretatione apparet & tollendum esse γὰρ post ἐφιλοφρονεῖτο, & præterea σημεῖον illam quæ pessimè posita est ante eandem vocem.

γνωριμώτατα ἔχων τεκμήρια) Malim γνωριμώτερα. Sequitur enim γνωριμώτερον δὲ vbi hæc repetit.

πρῶτον μὲν ὅτι Ῥωμαῖοι) Vnicum ι malè insertum postremæ voci locum miserè corrupit. Lege vt est in manuscripis, ὅτι Ῥωμαῖος: in aliis est Ῥωμαῖοι confuso ι cum ς.

χώραν τε αὐτοῖς προσένειμε καὶ τὴν ἐλευθερίαν) Non primus Iulius Cæsar Iliensibus aut agrum dedit, aut libertatem. Iam enim multò antè à Romanis id erant Ilienses consecuti, quando pax facta est inter Antiochum & Romanos, vt Liuius libro XXXVIII. narrat: vbi ait addita Iliensibus fuisse Rhetæum & Gergithum: à quo tempore cessāsse nō videntur Romani in decorāda ea vrbe, vt ex Cornelio Tacito, Suetonio, Plinio & aliis apparet: donec plenissimam immunitatem consecuti sint quam ait Callistratus Iurisconsultus, in lege XVII. *Iuliensibus, inquit & propter inclytam nobilitatem ciuitatis, & propter coniunctionem originis Romanæ, iam antiquitus, & senatusconsultis & constitutionibus principum plenissima immunitas tributa est, vt etiam tutelæ excusationem habeant.*

καὶ μέχρι νῦν συμμένουσιν ἐν τούτοις) Legebatur συμβαίνουσιν: neque id mendum docti viri animaduerterant: quod nos quum iampridem sustulissemus multis è locis, postea reperimus hic manuscriptos rectè habere.

καὶ ἡ πόλις ἡ Δάρδανος) Plinius Dardanium vocat. Meminit Herodotus Polymnia.

τὸ Κυνὸς σῆμα ἐστὶν) Notissimus locus, nulli ferè geographorum prætermissus. Fuit autem Cynossema promontorium in quo sepulta Hecuba, canis Græcis appellata ob conuitia quibus eos incessebat captiua. Meminere Thucydides, Diodorus & scholia Euripidis Hecuba.

Ἡ δὲ Δάρδανος) Meminit Herodotus Polymnia. Plinio est Dardanium. Ptolem. Dardanum.

ἐνταῦθα δὲ συνῆλθον) Plutarchus, Συνῆλθον ἐν τῇ Τρῳάδι ἐν Δαρδάνῳ. Appianus in campo ait conuenisse.

πλησίον δ' ἐστὶ τὸ ἐχόμενον) Meminit Herod. Polym.

καὶ τῆς Ῥοιτειᾶς συνεχὴς ἠιὼν ἀλιτενής) Sic legendum est: quid autem vox ἀλιτενὴς significet, alio loco diximus.

Αἰάντειον ἱερὸν καὶ μνῆμα καὶ ἀνδριὰς Αἴαντος) Plinius, *In Sigæo fuit & Aeantium à Rhodiis conditum in altero cornu: Aiace ibi sepulto XXX. stad. interuallo à Sigæo, & ipso in statione classis suæ.*

ὃν ἄρας Ἀντώνιος κομισθέντα εἰς Αἴγυπτον) Eustathius in rhapsodiam ν. Iliadis Homer. ita hunc locum profert, vt appareat incidisse eum in deprauatissimos codices. Legit Eustathius, ὃν Ἄρατος ὑπ' Ἀντωνίου κομισθέντα εἰς Αἴγυπτον ἀπέδωκε τοῖς Ἰλιεῦσι πάλιν. Sed quis est Aratus iste? Nam de eo altum in tota historia Romana silentium: nimis certum est, insigne hoc esse Eustathij peccatum, siue ille ingeniosus esse voluit, & locum emendare, siue potius quod multis locis obseruabimus, codicibus vsus est minus emendatis. Atque hoc iam ante me Paulus Leopardus vir eruditissimus obseruauit, & in suos Emendationum libros retulit.

καθάπερ καὶ ἄλλοις) Exemplo sint Samij: è quorum Iunonis templo quum eripuisset Antonius tria Myronis opera colossica, & Cleopatræ dedisset: Augustus duo Samiis restituit, tertium Romam transtulit. Strabo id testatur lib. sequenti, vbi de colossis illis loquens sic scribit, ἃ ἦρε μὲν Ἀντώνιος, ἀνέθηκε δὲ πάλιν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ. Pertinet huc quod legitur in eo lapide qui Ancyræ est, & continet breuiarium rerum ab Augusto gestarum. IN. TEMPLIS. OMNIVM. CIVITATVM. P.... ET. ASIÆ. VICTOR. ORNAMENTA. REPOSVI. QVÆ. SPOLIATIS TEMPLIS .... PRIVATIM POSSEDERAT.

Μετὰ δὲ τὸ Ῥοίτειον ἐστὶ τὸ Σίγειον πόλις) Sigei vrbis pauci veterum meminere. Sic enim omnes appellant promontorium, quod Strabo mox Σιγειάδα ἄκραν. Seruius, *Duo sunt Troiæ promontoria Reotium, & Sigæum, quod dictum est propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hospitiô simulauit abscessum, & idem contra Troiam per silentium venit, quod dicitur σιγή.* Vrbis Herodo. meminit & Strabo infra.

¶PAG. 410. καὶ ὁ Ἀχαιῶν λιμὴν) Plinius postquam de Sigeo dixit, *Dein portus Achæorum in quem influit Xanthus Simoenti iunctus stagnumque prius faciens Palæscamander.*

καὶ ἡ Στομαλίμνη καλουμένη) *& palus nomine Stoma* vertit Xylander. vetus etiam peius *& lacus qui Os dicitur* Tu verte, *& quæ Stomalimne appellatur.* Stagnum intelligit cuius meminit Plinius in loco quem modo protuli: στομαλίμνην autē quid Græci appellarent dictum à nobis ad librum quartum: vocem enim hactenus incognitam primi eruimus & exposuimus: peccant vero interpretes quoties in eam incidunt, decepti à vulgatis codicibus, in quibus disiunctim Στόμα λίμνη pessimè legitur: nam idem error mox quoque occurrit, & iterum lib. sequenti, vbi insignis Xylandri supinitas, qui vertit *Os portus*, quasi legendum esset στόμα λιμένος.

διέχουσι τῶν ἑξήκοντα σταδίων) Pro ἑξήκοντα, legitur ἑπτὰ apud Eustathium. Vetus interpr. legit ἑπτακαιεξήκοντα.

Κεβρηνία) Meminit & Plinius. Vide Lycophronis scholia de Cebrene.

εἰς τὴν τότε μὲν Ἀντιγονίαν, νῦν δὲ Ἀλεξάνδρειαν) Plinius, *Dein Cebrenia ipsáque Troas Antigonia dicta, nomine Alexandria colonia Rom.*

¶PAG. 411. συμφυεῖς αὐτῷ) Melius vetus interpres συμφυεῖς legit.

καὶ ὑποπλέων τὸ Τ χ.) Prior interpres ὑποπλεῖ, & ita legendum, nisi deest aliquid.

ὅ, τε, περὶ Θύμβρην δίλαχεν) Certum est δίλαχεν conflatum esse ex δ' ἔλαχεν quod apud poetā legitur: & ita hic scribendum est ipsa enim poetę verba profert.

τῆς δὲ νῦν πόλεως παμπολύ τι ἀπωκει) & libri veteres retinent hanc lectionem, & prior interpres, qui vertit *noua autem vrbi non conuenit*: mihi tamen nouum videtur loquēdi hoc genus. Quare legere malo ἀφέστηκε

φησι cum Eustathio in Ιλιάδ. ζ.

τῶν μὲν τῆς ἀνοίας) τῶν μὲν videlicet τῶν Ἑλλήνων: qui valdè fuerint amentes necesse est, si tandiu sine muro fuerunt, quo defenderentur ab hoste ita propinquo.

τῶν δὲ τὸ αἴτιον τῆς ἀψυχίας) τῶν δὲ videlicet τῶν Τρώων, quorum fuit vecordia insignis si tam propinquum hostem, nulla munitione tutum tandiu tolerarunt, nec prius lacessere & aggredi ausi sunt, quam sua castra mœnibus cinxisset.

πλησιάζοντας τῆς πόλεως) Lego cum Eustath. πλησιάζοντας τοιαύτης πόλεως.

¶PAG. 412. νεωστὶ γὰρ γεγονέναι φησὶ τὸ τ.) Restituimus φησὶ pro φασὶ ex veteribus libris: nam Homerum intelligit qui fabulam de muro Achiuorum confinxit.

νυνὶ τὸ μεταξὺ τό δ᾽) Lego ὥς εἰ διάστημα σταδίων ἓξ, νῦν τὸ μεταξὺ, τότε καὶ τὸ πλεῖον ἀπεῖχε: fuerit igitur hic campus olim sex stad. cui accesserint aggestione limi alia sex stad.

τῆς Ἀλεξανδρίνης Ἑστιαίας) Hestiæam siue Istiæam (nam vtroque modo vocant veteres sicut & ἱστία dicitur ea ἑστία) citant & antiqua in Homerum scholia, vt ad principium Ιλιάδ. γ.

Πιττακὸς δ᾽ ὁ Μιτυληναῖος) Copiosè narrant hanc historiam, Laertius in vita Pittaci, & Polyænus, & Herodotus libro quinto. meminere autèm multi.

ὅτι καὶ Ἀλκαῖος φησὶ ὁ ποιητής) Similis locus apud Herodotū qui de bello isto loquēs quod fuit inter Mitylenæos & Athenienses, sic ait, πολεμεόντων δὲ σφέων, καὶ ἄλλα παντοῖα ἐγένετο ἐν τῇσι μάχῃσι, ἐν δὲ δὴ Ἀλκαῖος ὁ ποιητής, συμβολῆς γενομένης, καὶ νικώντων Ἀθηναίων, αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει, τὰ δέ οἱ ὅπλα ἴσχουσι Ἀθηναῖοι, καὶ σφεα ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον τὸ ἐν Σιγείῳ.

¶PG. 413. τοῖς ἐν οἴκῳ) Melanippo præsertim amico suo, vt subiicit Herodotus.

Ἀλκαῖος σῶος ἄρει) Lego Ἀλκαῖος σῶος ἄρει.

ἐκ αὐτὸν τὸν ἀλκτήριον) ἀλκτήριον quid sit nescio. ἀλκτήριον quidem non malè hic conueniret. An ἀλέκτορα vocat galeam quę λόφον habebat, vt gallinę suā crista habēt?

ἐς Γλαυκώπιον ἱερὸν ἐκρίμασαν) Lego ἀν. ἐκρ. Glaucopum vocat Mineruæ templum in Sigeo illi exstructum, vt etiam ex Herodoto apparet.

ἀμφίβληστρον ἀναλαβὼν συνδραμὼν συνέπλεξεν) videlicet ὁ Πιττακὸς: quod vt facilius intelligatur mallem includi notis parentheseos quæcūq; sunt inter πέλεκυν λαβὼν, & ὕστερον δ᾽. Porrò, ab hoc Pittaci strategemate, manauit illud pugnæ genus quo gladiatores inter se pugnant, vt Polyænus disertè annotat, & Festus, in Retiario. *Hoc autem ait genus pugnæ institutum videtur à Pittaco vno ex septem sapientibus: qui aduersus Phrynonem dimicaturus propter controuersias finium, quæ erant inter Atticos & Mitylenæos, rete occulto lato impediuit Phrynonem.*

Θουκυδίδης δέ φησιν ἀφαιρεθῆναι τὴν Τροίαν) Thucydidis verba docebunt quomodo hic locus sit accipiendus, παρέλαβον δὲ inquit lib. III. καὶ τὰ ἐν τῇ ἠπείρῳ πολίσματα οἱ Ἀθηναῖοι ὅσων Μιτυληναῖοι ἐκράτουν, καὶ ὑπήκουον ὕστερον Ἀθηναίων. Strabo Τροίαν dixit, pro eo quod Thucydides τὰ ἐν τῇ ἠπείρῳ πολίσματα ὅσων Μιτυληναῖοι ἐκράτουν.

αἱ γὰρ Λοκρίδες παρθένοι, μικρὸν ὕστερον ἀρξάμεναι πέμπεσθαι κατ᾽ ἔτος.) Reperio huius consuetudinis mentionem apud Polybium initio libri duodecimi. Cassandræ illatum ab Aiace Oileo stuprum, notum est ex Virgilio Ouidio & Lycophrone, eorumq; interpretibus.

τοῦ αὐτοῦ ἱδρῦσθαι τῇ καινότητι) τὸ μὴ εἶναι τὸ παλαιὸν Ἴλιον, τὸ νῦν εἶναι, & quod Ilium quod nunc est, non est antiquum Ilium.

Εἴληπται γὰρ ἐπὶ τῶν ὥς τινες δέχονται) Melius est in superiori poetæ loco -- θῆκεν Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν, vsitatam vocula ἐπὶ significationem retinere quàm accipere pro παρά, quod faciebant qui tunc Iliensibus fauebant quorum Palladium erat rectum non sedens, vt priscorum Iliensium. non est autem dubium quin vera sit Strabonis sententia: nam cum sedebant simulachra, superimponebantur genibus, quæ aliàs fuissent iuxta collocanda. Sic apud Diodorum libro secundo, vbi de

A Rheç simulachro loquitur, quod erat ἐπὶ δίφρου χρυσοῦ, quum addit, ἐπὶ δὲ τῶν γονάτων αὐτῆς εἱστήκεισαν λέοντες δύο, καὶ πλησίον ὄφεις ἀργυροῖ ὑπερμεγέθεις, nemo sanus ἐπὶ interpretabitur παρά.

καὶ νῦν τὴν πολλὰ ἀλλ᾽ ἀρ δὲ ἀστράπτεις γονάτων ὡς θυσίαν) Qui gloriæ Iliensium fauebant, & volebāt persuadere hominibus Palladium quod tum visebatur illud esse antiquissimum quod in antiquo Ilio fuisse constat, vt responderēt obiectioni factæ paullò antè ex Homeri car

B mine, ex quo colligitur sedisse antiquum illud simulachrum, dicebant non legendum esse θῆκεν Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν, sed ἐπὶ γουνάσιν facta accētus tantū mutatione: deduci enim volebant illam vocē à γουνῶ, non γόνυ: γουνῶ autem idem est ac ἱκετεύω, quare ἐπὶ γουνάσιν interpretabantur, ἐπὶ ἱκετείᾳ quasi quis dicat, ad supplicandam, & demerendam: dicebant autem isti vocis γουνάσιν, esse prosodiam, qualis est vocis θυσίαν: nimirum vt θυσιῶ dicitur, ita volebant dici & γουνῶ.

C εἰδ᾽ ἱκετεύοντες τι φρέναι) Locus est mutilus.

Ῥώμῃ, Palladium quod Romæ fuit, creditum est id esse, quod Ilij erat: sedens itaque fuerit necesse est. Quam multi autem fuerint qui Iliacum Palladium sibi vindicarent, (non secus atque hodie Sanctorum reliquias) vide supra libro sexto.

¶PAG. 414. ὥς ἐστι καὶ Λυκοῦργος ὁ ῥήτωρ) Locus Lycurgi est in oratione κατὰ Λεωκράτους. Sic autem ait docens vrbis euersionem eius esse mortem, hoc est, πόλεως εἶναι θάνατον ἀνάστατον γενέσθαι idque Troiæ & Messenæ exemplo

D confirmans, τὴν Τροίαν τίς οὐκ ἀκήκοεν ὅτι μεγίστη γενομένη τῶν τότε πόλεων, καὶ πάσης ἐπάρξασα τῆς Ἀσίας, ὡς ἅπαξ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κατεσκάφη, τὸν αἰῶνα ἀοίκητός ἐστι;

ἐξελὼν τὴν Σιδήνην) Apud Eustathium legitur Σαρδήνην. Nihil mutandum censeo: vulgatam enim lectionē confirmat hic locus supra, ἐπὶ δὲ πρὸ Γρανικῷ πόλις ἦν Σιδήνη χώραν ἔχουσα πολλὴν ὁμώνυμον κατεσκαμμένη δὲ νῦν.

καὶ τὴν ἄλλην ὡς ἔχεσι τὴν πλησιόχωρον) Lege ita hunc locū, οἱ τὸ Σίγειον καὶ τὸ Ῥοίτειον ἔχοντες διενείμαντο, καὶ τὴν ἄλλην ὡς

E ἔχουσι τὴν πλησιόχωρον ἀπέδοσαν δ᾽ ἀνελόντες. Prior interpres illa verba καὶ τὴν ἄλλην ὡς ἐχ. τὴν πλ. omisit: Xylander infeliciter est interpretatus: non enim obseruabat ὡς ἕκαστοι accipiendum esse pro ὡς ἐχώσεις συνέβη, vt ad librum vndecimum annotauimus. Hoc animaduerso sensus est planissimus.

Ῥῆσος θ᾽ Ἑπτάπορός τε Κάρησός τε Ῥόδιός τε) Plinius, *Ceteri Homero celebrati Rhesus, Heptaporus, Caresus, Rhodius, vestigia non habent.*

¶PAG. 415. περὶ ὧν εἴρηται μὲν) Libro duodecimo, vbi de

F Chaldæis & Chalybibus.

ὡς αὐτὸς ἱστορεῖ) de Demetrio Scepsio loquitur.

καὶ τοῦτο πάλιν πράγματα τὰ Ἀργύρια) Locus est corruptus. Manuscripti habent, καὶ τοῦτο πάλιν τακτέον πλάσμα τὰ Ἀργύρια.

ἐν Τενέδιον πεδίῳ τὸ Ἀχαιῶν) Scribe Ἀχαιΐον, vt iā duobus locis ante legimus.

ἐν πλείους τῶν τετταράκοντα σταδίων διέχουσα τῆς ἠπείρου) Plinius ait abesse Tenedum à Sigeo XII. M. & D. pass. quæ stadia sunt aliquanto plura.

αἱ καλοῦσι Καλύδναι) Vide ad finem lib. x.

G τὴν Τένεδον Καλύδναν τινες εἶπον ἄλλοι δὲ Λεύκοφρυν) Plin. *Extra Hellespontum aduersa Sigeo littori adiacet Tenedus Leucophrys dicta & Phœnice & Lyrnessos.*

Μυθεύουσι δ᾽ ἐν αὐτῇ τὰ περὶ τὸν Τέννην) Diodorus Siculus libro quinto, Τέννης ἦν υἱὸς μὲν Κύκνου τοῦ βασιλεύσαντος Κολώνης τῆς ἐν τῇ Τρωάδι, αἱρεθεὶς δὲ ἡγεμὼν διὰ τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν ἐρήμην ἐκ τῆς ἀντιπέραν ποιησάμενος, κατελάβετο νῆσον ἔρημον τὴν ὀνομαζομένην Λεύκοφρυν. Vide Lycophronis interpretes, & Seruium.

¶PAG. 416. τὸ τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος πίζειν) Nam σμίνθα siue σμίνθος murem significat. Vide infra & Homeri interpretes.

ὡς παραδέδωκε Καλλῖνος) Indicat doctissimus Strabo, quis fuerit primus autor eius fabulæ quam narrat, aitque

aitque fuisse Callinum elegiacum poetam, quem postea autorem multi sint scriptores secuti. Xylander hunc quoque locum mirificè peruertit: vtitur autem Strabo multis locis Callini huius autoritate: itémque alij.

ἐκ δήμου Τρώων ὃς νῦν Ξυπετέων λέγεται) Satis constat Xypeteonem esse δῆμον Atticæ: quare suspecta mihi sunt vehementer illa verba ἐκ δήμου Τρώων. An legendum est ἐκ δήμου τινος ὃς νῦν Ξυπ. cum dicit ὃς νῦν satis arguit locum esse mendosum.

καὶ τὸ Τραγασαῖον ἁλοπήγιον) Lego Τραγασαῖον, vt apud Stephanum, Plinium & Athenæum, qui de his salinis mira narrat. Qui Troadem incolunt (ait ille) poterant olim quoties libitum esset Tragasæo sale vti: postquam verò Lysimachus salinis illis tributum imposuit, defecit illico sal. quod cum miratus esset Lysimachus & locum immunem esse concessisset, rursus ibi sal reperiri cepit.

¶PAG. 417. Σατνιόεντα δ' ὕστερον εἶπον· οἱ δὲ Σαφνιόεντα) Sic habet Aldi codex, quem sumus secuti. Nam οἱ δὲ legit etiam Eustathius, qui pro οἱ δὲ dixit τινὲς: veruntamen si ita legendum est, videtur pro Σατνιόεντα paullò aliter esse legendum, vt significetur facta mutatio in ea voce duplici modo. Xylander legit εἶπον τινὲς Σαφνιόεντα: quod non damno.

ἐν τοῖς προκειμένοις τόποις) προκειμένοις videlicet Lelegum ditioni.

εἶτ' ἐν τῇ παραλίᾳ τὰ Γάργαρα) Ptolemæi ἐξήγησις hæc est, *Troadis, Alexandria Troas, Lectum promontorium, Assum, Phrygiæ minoris Gargarum*. Hodie apud Ptolemæum in omnibus editionibus Græcis, Latinisque legitur Ἰάσσαρον pro Γάργαρον: quam turpem mendam nondum fuisse animaduersam valdè miror.

ὅπου τὰς θεὰς κριθῆναι φασὶν ὑπὸ τοῦ Πάριδος) Diodorus Siculus libro XVII. de Ida monte loquens, μέγιστον δὲ ὑπάρχον τῶν κατὰ τὴν Ἑλλήσποντον ἔχει κατὰ τὸ μέσον ἄντρον, θεοπρεπές, ἐν ᾧ φασὶ κριθῆναι τὰς θεὰς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου. Fabula ex poetis & Luciano notissima.

καὶ ἔστιν ἐν τῇ περαίᾳ ἡ Μελαία καὶ ὁ λοιπὸς αἰγιαλὸς μέχρι Κανῶν κόλπος) περαίαν hic Xylander interpretatur oppositam continentem: Et sanè id sæpe vox illa significat: at non hoc loco: sed vlteriorem potius oram trans Caicum: neque hoc veterem interpretem latuit. Non dubito autem quin pro ἡ Μελαία sic legendum, ἡ Ἐλαία: quod ex his verbis quæ paullò post sequuntur intelligimus, vbi postquam ostia Caici similiter vt hic commemorauit, subiicit, ἐν δὲ τῇ περαίᾳ τῇ Κανικῇ ἐκδέχεται τὸ τεῖχος ... Ἐλαία πόλις Αἰολική. Mox εἶτ' ἐν ἐγγὺς ... ἡ Κανή. Fuit quum suspicarer Μαλέαν successisse loco Μαλίας quod fuit promontorium Lesbi τετράπτερον, Canis oppositum vt docet paullò post Strabo: verum id non placet, & omnino de hoc ita censeo vt supra exposui.

εἶτ' ἀπὸ τῆς ἐκβολῆς ... τὸν τόπον) Vides vt confundat τὸ αἰγιαλὸς cum ἐκβολῆς. Est vero prudentissimum consilium quod subiicit, in vocibus barbaris non esse rimandas etymologias græcanicas: quo si vsi essent Græci plerique, minus se nobis propinassent ridendos. Nunc contra, vox nulla est tam barbara, & à linguæ Græcæ sono aliena, quā non facile Græcorum grammaticorum senatus, iure ciuitatis donet. Taceo nunc eorum dementiam qui è lingua Teutonica aut Cimbrica ceu oceano reliquas omnes deriuant.

¶PAG. 418. εἶτ' εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν συνεπόλισε) Supra docuit perpetuas fuisse inter Scepsios & Cebrenios inimicitias: itaque cum Antigonus vtrosque in eādem vrbem eius frequentandæ causa, migrare coegisset, egerunt cum Lysimacho Scepsij vt sibi liceret auitas sedes repetere.

σὺν Ἐλύμῳ Τρωί) Scribe Ἐλύμῳ. Virgilius,

Hoc Elymus facit, hoc æuimaturus Acestes
Hoc puer Ascanius.

& ita alij appellant.

κατά τι λόγιον τὸ κελεῦον μένειν ὅπου ἂν τραπέζας καταφάγωσι) Notum illud summi vatis.

Sed non ante datam cingetis mœnibus vrbem,
Quam vos dira fames, nostræque iniuria cædis,
Ambesas subigat malis absumere mensas.

Vide Dionysium Halicarnassensem libro 1.

ἄρτοις μεγάλοις πλατέσιν ἀντὶ τραπεζῶν κατὰ ἀπειρίαν) Virgilius,

Instituuntque dapes & adorea liba per herbas
Subiiciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat)
Et cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumptis hic forte aliis, vt vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi
Et violare manu malisque audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris.

Σωκρατικοὶ γεγόνασιν Ἔραστος καὶ Κορίσκος) Laertius inter Platonis discipulos refert Ἔραστον καὶ Κορίσκον Σκηψίους.

καὶ ὁ τοῦ Κορίσκου υἱὸς Νηλεύς) Neleum fuisse auditorem Aristotelis & Theophrasti condiscipulum, ex Laertio intelligimus.

¶PAG. 419. διαδέδεκται δὲ τὴν βιβλιοθήκην τοῦ Θεοφράστου) Norunt omnes eruditi & quod Athenæus ait libro primo Neleum hunc Aristotelis libros διατηρῆσαι, & quæ de eodem Neleo, itémque de Appellicone & de Tyrannione à Plutarcho narrantur in vita Syllæ: Athenæus iterum libro quinto quam fuerit hic Apellicon φιλόβιβλος pluribus docet.

ἐφ' ἧς ἐκαλοῦντο κρίσεις ἀναβολὴν τῆς δίκης ἐπὶ τὸν βασιλέα) Nemo non facile videt locum esse corruptum. Puto autem legendum, ἀφ' ἧς ἐκαλοῦντο ἀναβολὴν τῆς δίκης ἐπὶ τὸν βασιλέα. Est enim ἀναβολὴ τῆς δίκης, sic dictum vt ἀναβάλλειν τὴν δίκην quod significat, prouocare, & vt loquuntur Iurisconsulti appellare ab inferiore iudice ad superiorem.

καὶ Πιονίαι) Plinius Pionitas commemorat.

τὸ χαλκευόμενον γίνεται χρῶμα, ὅ τινες ὀρείχαλκον καλοῦσι) Quis hanc battologiam in optimo scriptore ferat? τὸ χαλκευόμενον ὃ τινες χαλκοῦσι. Equidē non dubito vel post χαλκευόμενον aliquod deesse verbū, vel tollēda certè esse hæc τὸ χαλκευόμενον. Stephanus sic locum expressit, εἶτα κραθεὶς χαλκῷ ὀρείχαλκος γίνεται.

¶PAG. 420. εἶτ' ἡ Ἄσσος) Assus postea Apollonia est appellata teste Plinio. Assum etiam Ptolemæus & reliqui Geographi vocant.

τὸ τοῦ Στρατονίκου τοῦ κιθαριστοῦ) Apud Stephanum in uersis literis Νικόστρατος hic vocatur, malè. Stratonici faceti citharistæ non rara mentio apud veteres. Strabo iterum meminit libro sequenti. est autem parodia elegans Homerici carminis Ἰλιάδ. ε.

ἐντεῦθεν δὲ καὶ Ἀριστοτέλης διέτριψε) Vide Laertium in vita, qui tamen Assi non meminit.

καὶ θυγατέρα ἀδελφιδῆν συνῴκισε) Veteres, τὴν θυγατέρα τοῦ ἀδελφοῦ. Laertius sic, οἱ δὲ, κινδυνεύσαντι αὐτῷ δοῦναι τὴν θυγατέρα ἢ ἀδελφιδῆν. Aristocles etiam aliter, vituperatum namque Aristotelem refert, ὅτι τὴν Ἑρμίου γυναῖκα φύσει μὲν ἀδελφὴν, θετὴν δὲ θυγατέρα Πυθιάδα.

Μέντωρ δὲ ὁ Ῥόδιος) Imo Mentor. de quo sic Diodorus Siculus lib. XVI. στρατεύσαντα δ' ἐπὶ πρῶτον Ἑρμίαν τὸν Ἀταρνέων τύραννον ἀφεστηκότα τοῦ βασιλέως, καὶ πολλὰ ὀχυρώματα καὶ πόλεις κυριεύοντα· ἐπαγγειλάμενος δὲ αὐτῷ πείσειν τὸν βασιλέα, καὶ τῶν ἐγκλημάτων ἀπολῦσαι, συνῆλθεν εἰς λόγους καὶ παραλογισάμενος αὐτὸν συνέλαβε. Dicitur autem ibi, Mentor hic amicus fuisse Artabazi & Memnonis. Sed de Memnone Rhodio plura idem Diod. lib. sequenti.

καὶ Βαργυλίαν) Bargylia vertendum, non Bargylios. Bargylia enim, vrbis nomen Stephano, Polybio, alijs.

Συνάγγελα δὲ καὶ Μυνδὸν διεφύλαξε) Scribendum Συάγγελα. Est enim vox Carica, quæ significat si Latinè vertas monumentum regis. Stephanus Συάγγελα πόλις Καρίας, ἔνθα ὁ τάφος ἦν τοῦ Καρὸς ἢ ... καὶ τοὔνομα κληθῆναι, ὃ οἱ Κᾶρες σοῦαν τὸν τάφον, γέλαν δὲ τὸν βασιλέα.

Τοῖς δὲ Πηδασεῦσι ταύτης φησὶ Ἡρόδοτος) Herodoti verba Κλειοῖ sunt hæc, ἦσαν δὲ Πηδασέες οἰκέοντες ὑπὲρ Ἁλικαρνασσοῦ μεσόγαιαν· τοῖσι ὅκως τι μέλλοι ἀνεπιτήδειον ἔσεσθαι, αὐ-

τὸ δὲ τι καὶ τοῦτο ἀκεικενον, ἡ ἱερείη τῆς Ἀθηναίης πώγωνα μέγαν ἴσχει· τρὶς σφι τοῦτο ἐγένετο. Idem Herodotus Vrania, rem eandem narrat: quo loco scribendum est τοῦτο δέ σφι τρὶς ἤδη ἐγένετο. non δίς, vt habent codices omnes. Tangit hi storiam philosophus Historiæ animalium libro tertio, Γυναῖκι δὲ ait, τοῖς ἄλλοις τοῦ γενείου οὐ φύει τρίχας, πλὴν ὀλίγαις ἐνίαις γίγνονται ὅταν τὰ καταμήνια στῇ. καὶ αἱ ἐν Καρίᾳ ταῖς ἱερείαις, ὃ δοκεῖ συμβαίνειν σημεῖον τῶν μελλόντων.

Λελέγων τάφοι, καὶ ἐρύματα, καὶ ἴχνη κατοικιῶν) Similiter di xit libro septimo, ostendi πολλαχοῦ τῆς Καρίας τάφους Λελέγων, καὶ ἐρύματα, Λελέγια καλούμενα.

διῄρηντο δ᾽ εἰς δύο δυναστείας οἱ Κίλικες) Fortasse etiam in tres, ait Strabo paullò post.

¶PAG. 421. Τότε καὶ τὴν Χρύσαν τὸ ἱερὸν τοῦ Σμινθίου Ἀπόλλωνος ἐμφαίνει) Scribendum omnino cum veteribus libris, Τότε δὲ καὶ τὴν Χρύσαν τὴν ἔχουσαν τὸ ἱερὸν τοῦ Σμινθ. Ἀπ. ἐμφ.

καὶ ἡ Κιλλαϊ πλησίον ἐστι) Interpretes legit καὶ ἡ Χρύση καὶ ἡ Κίλλα πλησίον τῆς Θήβης: quam lectionem non probo, & totum locum ita lego, Ἐν δὲ τῇ Ἀδραμυττηνῇ καὶ ἡ Χρύσα, καὶ ἡ Κίλλα πλησίον νῦν τῆς Θήβης ἐστὶ νῦν Κιλλαῖος τόπος λεγόμενος, quâ lectionem partem ex veteribus libris habemus, partim ex Eustathio, qui non semel hunc locum profert.

ἐξ ἧς φερόμενος ὁ Κίλλος ποταμός) Ex eodem Eustathio lego Κίλλος ποταμός.

ἑξήκοντα που σταδίων ὁδὸν ἡμερήσιον πλοῦν) Manuscripti habent ἑξακοσίων που σταδίων. quam lectionem confirmat quod ait esse ἡμερήσιον πλοῦν. Nam si legas ἑξήκοντα, non rectè dixerit Strabo id interuallum esse, nauigationem diei vnius. Nam ita cum loquuntur veteres interuallũ longè maius intelligunt: fere mille stadiorum aut circiter, vt ad librum primum diximus.

¶PAG. 422. ἀφ᾽ οὗ ἤτοι ἡ Κιλικία ὠνομάσθη) Lego ἢ ἀνάπαλιν vt apud Eustathium. Sensus est, aut ab hoc Cillo Ciliciam nomen inuenisse, aut contra, nimirum à Cilicia Cillum hunc esse appellatum. Idem Eustathius etiam hic τοῦ Κιλλαίου Ἀπόλλωνος scribendum esse docet: & hoc amplius falli nos si putemus hanc sententiam esse mutilam. Porrò Ciliciam aiunt alij sic fuisse appel latam à Cilice Agenoris filio Phœnicis & Cadmi fratre vide Apollodorum.

ἐπὶ τῶν σμινθίων) Malim vt apud alios σμίνθων.

Σμινθοῦντος δὲ τὸ ἀπὸ μικρῶν ἐπικλήσεις τοιαύτας ποιεῖ) Multa his apud Græcos similia, de quibus lege Clementem in Protreptico. Notus est & Accaronitarum deus Beelzebul, id est μυίαγρος siue muscarum deus.

παρ᾽ Αἰολεῦσι δὲ τοῖς ἐν Ἀσίᾳ μὴν ... καλεῖται Πορνοπίων) Quid est ... non est dubium hanc vocem esse corruptam. Libri veteres habent, μῦς τις, quod & ipsum corruptum esse liquet. Suspicor legendum μείς τις καλεῖται Π. vt sit sensus, quemadmodum apud Athenienses fuit Scirophorion mensis, à Seirade Mineruæ sic dictus, ita apud Æoles Asiaticos fuisse mensem vnum Pornopione dictum à Pornopio Apolline. μεὶς autem est μὴν apud Æoles. In veteribus quibusdã legitur Παρνοπίων, & πάρνοπας & Παρνοπίωνα. Sed quũ videatur significare differre Bœotos aliquid in hac voce ab aliis, sitque certum Athenienses πάρνοπας dicere solitos, puto sic scribendum, καὶ Πορνοπίωνα τοὺς πάρνοπας καλοῦντες Β. καὶ Θ. οὐ Παρνοπίωνα Ἀπ. Sic & veteres quidam.

γεγόνασι Ξενοκλῆς) Xenoclis Adramytteni Cicero meminit, in Bruto.

λίμνη καλεῖται Σάπρα Σαπραθρώδης) Ita legitur in quibusdam veteribus. Legendum verò vt est in aliis, καλεῖται Σάπρα Capraθρώδης.

ὥστε ἐξ ... τὴν ... εἰς τὸ στόμα) Hęc lectio mihi valdè mirifica videtur. Nam valdè scire velim quæ fuerint signa vnde colligere potuerit acutulus iste pastor, torrentem quem videbat Palæ emergentem eundem esse quem ad Andira viderat in antrum se mergentem? deinde quid obsecro torrens iste carissum boni afferre potuit pastori, vt ab eo quærendus

A fuerit quum incidisset in cauernam? atqui ait Strabo, ἀναζητηθεὶς, vt quæsitus fuisse intelligendum videatur. Profectò absurdiora hæc sunt, quam vt inducere in animum queam magni iudicij virum Strabonem tale quid vnquam scripsisse. Legendum vero puto non χειμάρρους, sed χίμαρος, quæ vox capram seu hircum significat, hyeme natum. Sic erit optima sententia

ἐξ οὗ τὸ ... ὑδρεύονται τοῖς Ἀδραμυττηνοῖς) Non im probo hanc lectionem: sed nec ea displicet, quæ est
B in manuscriptis ἐξ οὗ τὸ ὑδραγωγεῖον ... τοῖς Ἀδραμυττηνοῖς.

¶PAG. 423. τὰς τόπος ἐν θαλάττῃ Ἀταρνεύς) Lege ἐπὶ θ. non ἐν. sic veteres. Videtur autem locum hunc Intelligere Herodotus Κλειοῖ, quum dicit Chios Pactyem pretio dedidisse ἐπὶ τῷ Ἀταρνεῖ. Vide locum.

καλεῖται καὶ ἐν Τυρρηνίᾳ τοιαύτη τις) Interpretabar ita hunc locum, τινὰ νῆσον, videlicet τὸ ἐπαμφοτερίζειν ἐν τοῖς ὕδασι, & de aliqua earum insularum dictum esse ... putabam, quas Plinius commemorat libro se-
C cundo cap. XCV. Plinij verba sunt, *Quædam insulæ semper fluctuant, sicut in agro Cæcubo & eodem Reatino, Mutinensi, Statoniensi.* At summo viro Hermolao Barbaro, cuius iudiciũ non meo tantum sed multorum aliorum (etiam eorum qui soli docti videri volunt, & Hermolaum appellant barbarum,) longè antepono, placet hunc locum de Neside esse interpretandum, parua quadam insula in Campano littore, quæ (inquit ille,) tenet adhuc nomen, inter Pausilypum & Puteolos. Papinius eius ita meminit,

D *Siluaque quæ fixam pelago Nesida coronat.*

& alibi, ——*inde magnum*

Aera respirat pelago circumflua Nesis.

Hæc est summi viri sententia. Mouet me tamen, quod non dicit Strabo ἐν Νησῖδι id contingere: sed ipsam νησῖδα τοῦτο πάσχειν. Docti viri iudicent.

κατὰ τὸ πρὸ ... τὸ ... ἐπώνυμον) Sic habent & codices omnes, & autor Epitomes.

καὶ Αἶγα τινὲς ὀνομάζουσι) Eustathius legit Αἰγίδα. Iliad. libro secundo de Mineruæ ægide loquens: nõ sequor:
E cur enim addidisset Strabo ὁμωνύμως τῷ ζῴῳ? Apud Stephanum legimus, Αἶγα τῆς Λεσβίδος ἄκρα ὡς Στράβων, ἡ νῦν Κανὰ καὶ Καναὶ λέγεται. Ἀρτεμίδωρος δὲ αἶγά φησι τὴν ... ἀναλόγως τὸ τοπικὸν Αἰγαῖος καὶ τὸ πέλαγος: ex hoc loco Stephani intelligimus Strabonem his verbis Artemidorum reprehendere: si quidem is fuit qui αἶγα dixerat. In Stephani verbis turpe mendum sustulimus, cũ legeretur Αἰγαῖης Λεσβίδος pro Αἶγα τῆς Λεσβίδος. Planissimè hæc extulit Epitomæ autor, Ὅτι ὁ Κανός, καὶ πληθυντικῶς Καναὶ λέγεται, περὶ ἣν ἄκραν αἶγα. τὸ δὲ γα μακρὸν δεῖ ..., τὴν αἶγαν λέγοντες.
F
... δὲ καὶ καθ᾽ αὐτὸ τὸ Αἰγ.) Ex iis quæ refert Eusta thius puto legendum, ... δὲ καὶ αὐτὴ (videlicet τὸ ἄκρον, vel αὐτή, quia præcedit ἄκρα) ἐπὶ τὸ Αἰγ.

¶PAG. 424. Ἐπὶ δὲ τῇ ...) Legendũ esse ἐπεὶ ita manifestum puto etsi id non animaduerrit Xylander, vt fere me id monere pudeat. Τὰ ἑξῆς. Ἐπεὶ δὲ ... &c. ... περὶ τούτων εἰπεῖν.

ἀρχὴ τῆς Λεσβίας ἐστὶ κατὰ Σίγειον) Ptolemæo initium ... Lesbi Σίγγειον ἄκρον: duplici γγ. sed Stephanus
G vnicum agnoscit.

... ἑξήκοντα σταδίων) Mitè dissentit Plinius qui statuit Interuallum XXXVII. M. pass. Idem circuitum ait esse, vt Isidorus, CLXVIII. M. p. vt veteres CXCV. M.

ὑπὸ Μηθυμναίους εἰς Μαλίαν) Apud Ptol. Μαλέα scriptũ est. perperã: scribendũ enim Μαλία. Thucyd. lib. III. Μαλίαν vocat, prorsus vt Laconicum. Quod ait Strabo esse Maliam ... Lesbi, non ita Ptolemæus.

Μιτυλήνη δὲ καλεῖται) Mitylenæ situm ex his Diodori Siculi verbis lib. XIII. intelligemus, *Mitylena* inquit, *antiqua quidem vrbs, parua fuit insula: at quæ posterioribus temporibus illi est adiecta, in opposita Lesbo sita est. Inter veterem autem & nouam, euripus interiacet angustus qui vrbem reddit ὀχυράν.*

καὶ ...

A καὶ αἱ Ἀργινοῦσαι, αἱ τρεῖς) Arginusarum præter geographos, meminere historici, maximè in descriptione pugnæ nauahs, quæ pugnata est anno belli Peloponnesiaci xxi. ac Thucydides quidem non insulas vocat, sed continenti annectit. ἐστρατοπεδεύοντο ἐν τῇ Κυνὸς σήματι... ἐν Ἀργινούσαις τῆς ἠπείρου, ἐν τῷ ἀντιπέρας τῆς Μιτυλήνης. Diodorus lib. xiii. de iisdem sic scribit, αἱ δὲ νῆσοι... πολισμάτιον αἰολικὸν ἔχουσαι, κείμεναι μεταξὺ Μιτυλήνης καὶ Κύμης, ἀπέχουσι τῆς ἠπείρου βραχὺ παντελῶς, καὶ τῆς ἄκρας τῆς Κανίδος: quo in loco suspecta mihi est postrema vox videtur scripsisse Κανῶν, vt Strabo, πλησίον αἱ Καναί.

B ... ἀρχαία δ' ᾤκουν ταύτην) Hæc fuit antiqua Mitylena. vide descriptionem quam ex Diodoro paullò antè attulimus.

¶PAG. 425. Διοφάνης ὁ ῥήτωρ) Hic Romæ versatus est, & Gracchorum amicitia vsus: quod tandem fuit ipsi quoque perniciosum. Vide Plutarchum in Gracchis.

C καθ' ἡμᾶς δὲ Ποτάμων) Et Potamo Romæ vixit, Tiberio imperatori ita charus, vt ei patriam repetenti commeatum hoc exemplo dederit, quod Græci dicunt ἐφόδιον, nos, donner passeport. Ποτάμωνα Λεσβώνακτος ... ἀδικεῖν τολμήσῃ, σκεψάσθω εἰ δυνατὸς ἔσται πολεμεῖν. Mirror autem Lesbonactis eius patris Strabonem non meminisse. qui fuit philosophus sua ætate clarus, nec pauca scripsit, autore Suida.

καὶ ὁ συγγραφεὺς Θεοφάνης) Hic Theophanes res à Pompeio gestas literis mandauerat, quum fuisset ei comes in plerisque eius expeditionibus. eius autoritate passim vtuntur qui post eum de rebus Pompeii aliquid scripserunt, Plutarchus præsertim & Strabo.

D τὴν πατρίδα ἐκόσμησε) non ornauit tantum, sed libertatem ei à Pompeio impetrauit. Velleius Paterculus libro secondo, de Rhodiis loquens, *Horum fidem Mitylenæi perfidia illuminauit, qui M. Aquilium aliosque Mithridati vinctos tradiderunt: quibus libertas in vnius Theophanis gratiam postea à Pompeio restituta est.*

καὶ υἱὸν ἐν τοῖς πρώτοις ἐξητάζεται τῶν Τιβερίου φίλων) Nô videtur tamê διὰ τέλους, nec inter amicos Tiberii diu fuisse habitus M. Pôp. Theoph. filius postquã hæc à Strab. sût

E scripta. Refert enim Corn. Tacit. in actis anni A. V. C. ɪↄccLxxxvi. nocuisse vehementer Macrinæ & patri eius ac fratri Theophanis huius memoriam. Taciti verba sunt. *Etiam in Pôpeiam Macrinam exsilium statuitur, cuius maritum Argolicum socerum Laconem è primoribus Achæorum Cæsar afflixerat. Pater quoque illustris eques Romanus, ac frater prætorius cum damnatio instaret se ipsi interfecere: datum erat crimini quod Theophanem Mitylenæum proauum eorum, Gn. Magnus inter intimos habuisset quodque defuncto Theophani cælestes honores Græca adulatio tribuerat.* Fortasse

F M. Pompeius paullò post quam hæc sunt à Strabone scripta diem suum obiit, antequam ea contingerent quæ narrat Tacitus.

ψηφισάμενοι Μιτυληναίους ἡβηδὸν ἀποσφάξαι) Sont ipsa verba decreti. Vide Thucydidem in actis anni quinti, belli Peloponnesiaci Tangit philosophus hanc historiam Πολιτ. libro v. cap. iiii. Quod autem decretum fuerat de Mitylenæis, postea erga Scionæos perpetratum est, autore Thucydide.

ἐν τοῖς ἀδομένοις μέλεσιν εἰς αὐτὸν ... λέγεται) hoc est, vt testatur ij versus quæ ipsi tribuuntur. Xyland. malè,

G *qui in eum scripti circumferuntur.* De Terpandro lege Plutarchum περὶ μουσικῆς & in Apophtheg. Lacon. Lucianum & Suidam.

καλοῦνται δ' Ἑκατόννησοι συνθέτως) Hecatonnesos putat esse dictas, quasi Ἑκάτου νήσους Hecati insulas, id est Apollinis. Diodorus aliter videtur sentire qua sic scribit libro xiii. ... τότε δὲ ἐν ταῖς νήσοις ταῖς ... Ἑκατὸν καλουμέναις: nisi scripserat Diodorus, τῆς Ἑκάτου καλουμένης. Sed non ita est. Nam ita Herodotus quoque ... inquit, ... Ἑκατὸν νήσους καλεομένας ...

καὶ ἡ Πορδοσελήνη) Hesychius, Πορδοσελήνη μεταξὺ μητυλήνης καὶ Ἀσίας νῆσος.

A τὰς δὲ δυσφημίας τῶν ὀνομάτων φυγόντες τινὲς) quas non fugiunt Stoici, quorum est decretum, ὁ σοφὸς εὐθυρρημονήσει. Potiò obscænitas in verbo πορδοσελήνη ea est, quæ in voce Latina intercapedo, cui respondet diuisio, vt doctissimè obseruauit Iosephus Scaliger.

Ποροσελήνην αὐτὴν λέγειν φασί) Poroseleoen appellant Plinius & Ptolem. quanquam hic non insulam, sed vrbem in continente facere videtur.

B ¶PAG. 426 περδικισμὸν τὸ χωρίον λακωνίζειν) Lego τὸ λακωνίζειν. Nam λακ. separari debet à prioribus verbis: est enim glossa Strab. vocis πέρδικον. Est autem locus Aristophanis ex ea fabula quæ Εἰρήνη appellatur.

Οὐ γὰρ ἐστ' ἔτ' οὐδὲ πώποτ' αὐτοῖς ... ,
Οὐδὲ ... ἐπειδὴ περδικὸν τὸ χωρίον.

Scholia in eum locum, περδικὸν δὲ ... Ἀρχέλαος καὶ Σιμωνίδης. Puto etiam legendum in Strab. περδικὸν vt in Aristoph. Hesych. περδικὸν, διχῆ ...

εἰκοτολογεῖν δ' ἐστὶ) Εἰκοτολογεῖν est, conjecturas suas su-

C per aliqua re exponere. Hesych. εἰκοτολογοῦσι, ἐπιχειροῦσι ...

πολλαὶ εἰσὶν αἱ Λάρισαι) Enumerauit Larissas plurimas Strabo lib. ix.

¶PAG. 427. τῆς ἐν τῇ Φθίᾳ τῆς ὑπὲρ Θερμοπυλῶν Λοκρικοῦ ὄρους) Omnino legendum Λοκρικοῦ ὄρους. Sic supra de Cuma, τὴν Φρικωνίδα κληθεῖσαν ἀπὸ τοῦ Λοκρικοῦ ὄρους, & ita mox.

ἐπὶ Τιβερίου ἡμῶν ἡγεμόνος) Sub Tiberio, quando xii. vrbes Asiæ sunt obrutæ, qua de re sæpius antè diximus.

D εἰς Γρύνειον) Libri veteres quidam habent Γρύνιον. non rectè vt docet Stephanus.

... τὴν ... ἄκρας Ἁρματοῦντα) Veteres quidam habent Ἁρματ. & ita prior interpres. Nihil tamen muto & fortasse huc facit quod Harmatopulitas commemorat Plin. in isto tractu.

¶PAG. 428. Γρύνειον) Meminit Diodor. lib. xvii.

ἀποδόντος τοῦ δήμου τὰ τέλη) ἀποδίδοσθαι τὰ τέλη non est exigere, sed conducere. Ipsa quippe Respubl. non exigebat, sed publicanis exigenda locabat.

E ¶PAG. 429 βασιλεὺς ... ἐπὶ τὴν ...) Fusè hæc narrant Iustinus initio libri xvii. & Pausanias in Atticis.

καὶ τραφεὶς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων) Vide Liuium libro xxxvii.

καὶ βιβλιοθήκας) Nemini nota non est Pergamena bibliotheca, quæ non ab vno rege accumulata fuit, sed omnibus ferè regibus Pergamenis, vt ex Plinio & aliis apparet.

κατεπολέμησε πολλὰ) Appianus Mithridatici initio eadem refert quæ hic Strabo.

F καὶ ἔλιπεν ... τὰ νόσῳ τὸν βίον, κατέλ.) Iustinus libro xxxvi. de hoc Attalo loquens, *Matri deinde sepulchrum facere instituit, cui operi intentus,* morbum ex Solis feruore contraxit, & septima die decessit: huius testamento heres populus Rom. tunc institutus. Vide Liuij Epitomen Lviii. Florum, Orosium, alios.

Μιθριδάτης τε καὶ Μηνοδότου υἱὸς, καὶ Ἀδοβογίων) Non est in toto Strabone locus isto corruptior, & ad emêdandû difficilior: in hac præsertim veterû scriptorû penuria: nemo enim veterum eorum qui hodie supersunt

G docere potest veram huius loci emendationem: itaque conjecturis agimus & εἰκοτολογοῦμεν. Inter Pergamenos illustres viros primum recenset Strabo Mithridatem Pergamenum eum qui postea quod esset de Cæsare bene meritus, rex Bospori constitutus est. de hoc Mithridate accipienda sunt omnia Strabonis verba ad hæc sequentia vsque, ἐστί τε ... Docet autem accuratè eius genus: verùm ea potissimum in parte corrupti sunt libri editi, scripti, omnes. Legendum autem censeo totum locum ad hunc modum. Ἄνδρες δ' ἐγένοντο ἐλλόγιμοι καθ' ἡμᾶς Περγαμηνοὶ Μιθριδάτης τε ὁ Μηνοδότου υἱὸς καὶ τῆς Ἀδοβογίωνος (ὃς ἦν ... τῶν Γαλατῶν ...) ὃν καὶ ... Μιθριδάτου ... ἔφη ...

ὡς, τὴν ἐπιτηδείαν ὑπερεπαινουμένων ἐκ τοῦ βασιλικοῦ αὐτὸν γεγονέναι: cuius lectionis hæc est sententia. Pergamenum fuisse Mithridaté cui pater Menodotus, mater Adobogionis (qui genus trahebat à Galatiæ tetrarchis) filia: quã fama est (inquit) concubinam fuisse Mithridatis: & huic suo filio Mithridati Pergameno id nomen dedisse hortatu amicorum, qui libenter hominibus persuasissent, hunc non Menodoti sed Mithridatis esse filium. In manuscriptis hic locus nihilo melius scriptus extat quam in editis, nisi quod pro *ὑπερεπαινουμένων τὴν ἐπιτηδείαν*, optimè habent *τὴν ἐπιτηδείαν ὑπερεπαινουμένων*. Habemus autẽ persuasum viros omnes doctos, qui nostram emendationem cum deprauatissima lectione volgata conferre non grauabuntur, conatũ hunc nostrum esse approbaturos. parum enim vt putamus, à veritate aberramus. quod sequentia confirmant.

ἐκ τοῦ βασιλικοῦ αὐτὸν γεγονέναι) Ait amicos & propinquos matris Mithridatis fuisse ei autores vt simularet hunc suscepisse se à Mithridate rege, non à Menodoto marito, qui fortasse moriens vxorem prægnantem reliquit: videtur autem hoc consilium euentu fuisse comprobatum, ac vulgo creditum, Mithridatem Pergamenum Mithridatis Eupatoris esse filium. Sanè sunt autores qui sic videntur existimare: fuisse quidem à Mithridate educatum ex his Hirtij apparet, *Mithridatem Pergamenum à quo rem feliciter, celeritérque gestam in Aegypto supra scripsimus, regio genere ortum, disciplinis etiam regiis educatum: Nam & Mithridates rex Asiæ totius propter nobilitatem Pergamo paruulum secum asportauerat in castra, multosque tenuerat annos* &c.

¶PAG. 430. *ἔτι δὲ καὶ τετράρχης ἀπεδείχθη τοῦ μητρῴου γένους*) Lego *ἀπὸ τοῦ μητρῴου γένους*. liquet enim ex superiorib. sententiam esse hanc, delatã huic fuisse tetrarchiam quæ ad eius maternum genus pertinebat: erat quippe huius mater filia vnius è tetrarchis, vt modo dictum. Hirtius sic hac de re scribit, *Mithridatem Pergamenum regem Bosphori constituit, quod sub imperio Pharnacis fuerat, prouinciasque populi Rom. à Barbaris atque inimicis regibus, interposito amicissimo rege muniuit. Eidẽ Tetrarchiam legibus Gallogræcorum, iure gentis & cognationis adiudicauit occupatam & possessam paucis ante annis à Deiotaro.*

κατελύθη δ' ὑπὸ Ἀσανδρου τὸ καὶ Φαρνάκην ἀνελόντος) Scribendum esse *Ἀσάνδρου* pro *Ἀσανδρου* nemo paullò qui sit historiæ peritior, aut ignorabit, aut dubitabit. Cui enim notum non est Pharnacem Mithridatis Eupatoris filium patris sui regnum cupientem recuperare à Cæsare victum, ab Asandro fuisse occisum? Dio lib. XLII. de Pharnace loquens, *καὶ ἐκεῖνον ἀναφυγόντα ὁ δὲ τὸ θάλαττον καὶ ἐπὶ τὸν Βόσπορον μετὰ ... ὑπὸ ... ὁ Ἄσανδρος ἐξέβαλε καὶ ἀπέκτεινε.*

τῆς Κυζικηνῆς Ἀπολλωνίδος) Vide sub finem libri duodecimi.

ἄκραν ἐρυμνὴν ἔχουσα) Herodotus de Sardiana arce, *ᾗ δὲ Μήλης κατὰ τὸ ἄλλο τεῖχος περιήνεικε τὸν λέοντα ... τῆς ἀκροπόλιος, κατὰ τοῦτο ... ἐστι δὲ πρὸς τοῦ Τμώλου τετραμμένον τῆς πόλιος.*

φέρεται δ' ἐκ τοῦ Τμώλου ὁ Πακτωλὸς καὶ Μαίανδρος) Fortassean, *Λυδὸς καὶ Μαίων*.

Ἀπὸ Δορυλαίου καὶ Μυσίας ὁ Ἕρμος, ... ἀρχὰς ἔχει ... ἄνω δὲ) Plin. hũc fluuiũ describit accurate, *Oritur iuxta Dorylæi Phrygiæ ciuitatem, multosque colligit fluuios inter quos Phrygem qui nomine genti dato à Caria eam determinat Hyllum & Cryon, & ipsos Phrygiæ, Mysiæ, Lydiæ amnibus repletos.*

καὶ τὸ τοῦ Ἕρμου) Plinius, *A Smyrna Hermus campos facit & nomini suo adoptat.*

ἡ Γυγαία μὲν ... ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λ.) Plinius Gygeum stagnum appellat. Vide Herodotum Κλειοῖ.

φασὶ δ' ἐκ τοῦ ... πηδήκους) Falsa lectio. Veteres libri habent, *...*, pro *πηδήκους*, vnde apparet veram esse lectionem quam ex Eustathio annotauit Xylander *τοὺς καλάθους*. Miror tamen quomodo *καλάθους* in *πηδήκους* mutarint librarij imperiti.

¶PAG. 431. *Ἄλλοι δ' ἐν Κιλικίᾳ*) Æschyli scooliastes notat

A tat Typhonem, natum quidem in Cilicia sed in Sicilia supplicium affectum.

οἱ δ' ἐν Πιθηκούσσαις οἱ καὶ ...) Ita poetis placet, Pithecusarum in insulas homines sceleratissimos, postquam bellum ipsi Ioui tentarunt inferre, ab eo in simias fuisse transmotatos. Ouidius Metamorph. libro XIIII.

Inarimen Prochytámque legit, steriléque locatas
Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas.
B *Quippe deum genitor fraudem & periuria quondam*
Cercopum exosus gentisque admissa dolosæ,
In deforme viros animal mutauit, vt idem
Dissimiles homini possent, similésque videri.

τινὲς πιθήκους φασὶ παρὰ τοῖς Τυρρηνοῖς ἀρίμους καλεῖσθαι) Hesychius, *Ἄριμοι, πίθηκοι.*

τόν ποτε Κιλίκιον ...) Locus Pindari est Pythionicarum ... Vide eiusdem poetæ Olympionicas ... δ.

Πίνδαρος δ' συνοικειοῖ τοῖς ἐν Κιλικίᾳ τὰ ἐν Πιθηκούσσαις) Æschylus quoque vt Pindarus fabulam Typhonis referens
C Ciliciam cum Sicilia miscet. Ait enim Oceanus de Typhone,

Τὸν γηγενῆ τε Κιλικίων οἰκήτορα
ἄντρων ἰδὼν ᾤκτειρα.

& paullò post,

καὶ νῦν ἀχρεῖον καὶ παράορον δέμας
κεῖται στενωποῦ πλησίον θαλασσίου,
ἰπούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο.

ὅτι τοὺς Ἀραμαίους ...) Malim *Ἀρ...* ex aliis Strabonis locis.

D *τὸ γὰρ ἐξ Ἀλυάττου ... ὑψηλὸν χῶμα*) Herodotus Κλειοῖ *ἔστι αὐτόθι Ἀλυάττεω τοῦ Κροίσου πατρὸς σῆμα, τοῦ ἡ κρηπὶς μέν ἐστι λίθων μεγάλων, τὸ δὲ ἄλλο σῆμα, χῶμα γῆς. ἐξεργάσαντο δέ μιν οἱ ἀγοραῖοι ἄνθρωποι, καὶ οἱ χειρώνακτες καὶ αἱ ἐνεργαζόμεναι παιδίσκαι.*

λέγει δ' ὁ ... καὶ πορνεύειν ...) Herodotus *Τοῦ γὰρ δὴ Λυδῶν δήμου αἱ θυγατέρες πορνεύονται πᾶσαι, συλλέγουσαι σφίσι φερνάς· ἐς ὃ ἂν συνοικήσωσι τοῦτο ποιεῦσαι.* Simile est quod Strabo de Armeniis refert libro vndecimo extremo.

E *Ὕπαιπα δὲ πόλις ἐστί*) Vrbs fuit parua. Ouidius Metam. lib. VI.

—— paruis habitabat Hypæpis.

Sic & alibi.

ἐπώλησε τὰς λεγεῶνας) Has Legitiones videntur propriè Commoda appellasse Suidas, *Κόμμοδα, δῶρα ἐπὶ τῇ στρατιᾷ παρεχόμενα.* De hoc autem Tiberij facto diximus supra ex Tacito & aliis.

ὅπου περὶ τὴν αὐτὴν κ.) XII. fuisse aiunt historici.

F ¶PAG. 432. *ἀλλὰ γὰρ διαλείπουσιν οἱ τοῖχοι ... διεστῶσι*) Lib. XII. de Philadelphiæ mœnibus *ἀλλὰ καθ' ἡμέραν σείονται ... καὶ διίστανται*, & quæ sequuntur.

εἴτε Μυσίαν χρὴ ... εἴτε Μῃονίαν) Eadem dubitatio, supra lib. XII. Diodorus & alij Catacecaumenen nec Mysiam nec Mæoniam, sed Phrygiam appellant.

εἰκότως Πυριγενῆ τὸν Διόνυσον λέγεσθαι φασί) Bacchum ex incendio Semeles matris esse natum sciunt & pueri: ideo dictus est *πυριγενής*. Diodorus Siculus Bibliothecęs lib. IIII. referens varia Bacchi cognomina, *...*
G *...* Iulianus imperator in epigrammate alludens ad hoc Bacchi cognomen, de zytho sic ait,

τῷ σε χρὴ καλέειν Δημήτριον, οὐ Διόνυσον,
πυρογενῆ μᾶλλον καὶ βρόμον, οὐ Βρόμιον.

ἐκ τῆς τοιαύτης χώρας ... πυριγενῆ) quasi *πυριγενὴς* Bacchus diceretur, non ab incẽdio matris, sed ex eo quod sunt loca ignita vini sint feracia. Potes etiam dicere, sic Bacchum appellari, quia vt Eratosthenes ait apud Athenæum, *...*

ἐν αἷς τὰς ἀγοραίους ποιοῦνται) Scripti quidam habent *τὰς ἀγοράς*, non rectè. Præses in prouincia, quando ius dicit, forum agere, vel conuentus Latinè dicitur. Græcè *ἀγοραίους ποιεῖν*. Conuentus enim Græci vertunt *ἀγοραίους*

γεχνίας. Sic accipiendum apud D. Lucam, Actorum cap. XIX. commate XXXVIII. Εἰ μὲν ὖν Δημήτριος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται πρὸς τινα λόγον ἔχουσιν, ἀγοραῖοι ἄγονται, καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν, ἐγκαλείτωσαν ἀλλήλοις.

τῆς τε μεσογαίας τε καὶ τοῦ Τμώλου) Legendum est, τῆς τε Μεσωγίδος. Messogidem enim montem intelligit, cuius sæpe infra meminit: docet autem Stephanus ex Strabone ita appellari Lydiæ montem: Eustathius vnico σ. & ὁ Μεσογίδα vocat ex eodem Strabone, variante iam olim lectione horum locorum. Idem Eustath. Καλβανὸ πεδίο meminit.

¶PAG. 435. ὑπερβάλλουσι δὲ τὴν μεσογίδα) Scribo Μεσσωγίδα vt apud Stephanum: Montem enim eum intelligit de quo modo diximus: etsi locus non est satis sanus.

πρὸς μὲν τῇ μεσογαίᾳ) Manuscripti habēt μεσογίδι. Itaq; quin montem hic quoque intelligat non est dubitandum. An autem scribendum sit Μεσογίδι, vt habent libri veteres, & cōfirmat Eustath. an potius Μεσσωγίδι vt docet Stephanus, lectoris esto iudicium: equidē Stephanum sequor, scriptorem lōge Eustathio antiquiorem, nedum iis codicibus Strabonis qui hodie extant.

ὥς' ὀχετοὺς ἐπάγοντες φραγμοὺς ἀπεργάζονται μονολίθοις) Vitruuius lib. VIII. cap. III. *Hierapoli Phrygiæ efferuet aquæ calidæ multitudo, ex qua circum hortos & vineas fossis ductis immittitur. Hæc autem efficitur post annum crusta lapidea, & ita quot annis dextra ac sinistra margines ex terra faciendo inducunt eam, & efficiunt his crustis in agris septa.* Meminere & Iurisconsulti Hieropolitanæ aquæ. Sic enim Vlpianus scribit lege prima. §. XIII. D De aqua cottidiana & æstiua. *His accedit quod in quibusdam locis & cum calidæ sunt, irrigandis tamen agris necessariæ sunt, vt Hierapoli: Constat enim apud Hierapolitanos in Asia agrum aqua calida rigari.*

τὸ δὲ Πλουτώνιον ὑπ' ὀφρύι μικρᾷ) Placet Dionis Nicæi descriptionem ascribere. Is enim similiter vt Strabo, & locum visit, & periculum fecit. Sic ille in vita Traiani scribit de quodam Assyriæ antro letalem spiritū exhalante, εἶδον ἐγὼ τοιοῦτον ἕτερον ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας, καὶ ἐπειράθην αὐτοῦ δι' ὀρνίθων, αὐτός τε ὑπερκύψας καὶ αὐτὸς ὑπεριδὼν τὸ πνεῦμα· κατακέκλεισται γὰρ ἐν δεξαμενῇ τινὶ καὶ θέατρον ὑπὲρ αὐτοῦ ᾠκοδόμηται· φθείρει τε πάντα τὰ ἔμψυχα, πλὴν τῶν ἀνθρώπων τῶν τὰ αἰδοῖα ἀποτετμημένων. Ait Dio Plutoniū istud fuisse cisternæ simile, ac theatrum desuper exstructum habuisse: quod quidem theatrum videtur post Strabonis tempora fuisse ædificatum: non enim eius meminit: nisi quis putet Dionem theatrum id appellare quod Strabo περίφραγμα τετράγωνον. Meminit & Ammianus lib. XXIII.

οἱ δ' ἀπόκοποι γάλλοι παρίασιν ἀπαθεῖς) Plinius hoc Plutonii soli Matri magnæ sacerdoti innoxium esse scribit. Ammianus longè generaliori voce vsus, spadonibus ait, vt & Dio.

εἴτε πάντων τῶν οὕτω πεπηρωμένων τοῦτο) Emendauimus hunc locum nisi vehementer fallimur, admodum feliciter. Sic autem legimus, εἴτε πάντων τῶν οὕτω πεπηρωμένων τοῦτο: dubitare se indicat, quod dixit modo lethalem hunc aliis spiritum gallis ἀπόκοποις esse innoxium, sitne id commune omnibus ea parte mutilatis & πεπηρωμένοις, an iis tantum qui Magnæ matris sunt sacerdotes. Hoc Plinius sensisse videtur: illud Dio & Ammianus, vt ex iis quæ paullò antè notauimus meritò quis suspicetur.

καὶ περὶ ὄντων ποταμῶν) Hoc maximè admiratione dignum, nam reliqui similes fluuij epoti præcordia vertunt in silicem, vt is quem ait esse Vib. Sequester, apud Cicones.

¶PAG. 434. τῶν κατεχόντων τὴν Καβαλίδα) Stephanus in Καβαλὶς locum profert, & vnico λ hanc voce scribit.

εἰς ἕτερον τόπον λαρχίσατον) Non fuit mihi difficile locum emendare, quum legeretur antè λαρχίσατον, quod & Xyl. probauit. qui enim meminissem esse hanc vocem Straboni admodum familiarem, facile vidi sic legendum esse hic quoque: postea autem ita & in manuscriptis esse didici.

Βουβῶνα, Βαλβούρων Οἰνοάνδρα) Lego Βούβων, Βάλβουρα, Οἰνόανδα, vel potius Οἰνοάνδων. Plinius, *Comprehendit in mediterraneis Cabaliam, cu us tres vrbes, Oenoanda, Balbura, Bubon.* Sed ita esse legendum manifestissimè arguit Stephanus. Βούβωνα quidem dicit mox Strabo. vide & Ptol.

ὅτι Μοαγέτου δ' ἐτυράννησε τῆς πόλεως) Cum dicat Moagetem hunc à Murena fuisse depulsum, qui bello Mithridatico rem ibi gessit, apparet plures fuisse Cibyræ tyrannos qui Moagetę appellarentur. Nam Liuius vnum nominat lib. XXXVIII. his verbis. *Haud procul à Cibyra aberant: nec legatio vlla à Moagete tyranno ciuitatis eius, homine ad omnia infido atque importuno veniebat.*

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS ET CASTIGATIONES IN LIBRVM XIIII. GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

Λοιπὸν δ' ἐστὶν εἰπεῖν) Quæ hoc libro dicenda supersint satis ex iis liquet, quę ad librum XI. & XIII. notauimus.

τὴν ὑπέρβασιν) hoc est, ὁδόν. Infra in eadem re: ἐκ τὸν ἰσθμὸν ἱστάμην ἀπὸ Ἰωνίας ὁδὸν μέχρι Αἰολίου. sed vox ὑπέρβασις, vt & ὑπέρθεσις magis sunt vsitatæ apud Geographos.

σταδίων που χιλίων τετρακοσίων τριάκοντα) Addidimus vocem χιλίων ex veteribus libris & priore interprete. Vulgata lectio inepta est & falsa. Falsa est etiam quam ex manuscriptis restituimus, sed veræ tamen propior. non enim putandum est totius Ioniæ παράπλουν si quis litus legat stadiorū esse tantū CIↃ CCCC, & XXX. Nā quū sint stadia ferè CIↃ. CIↃ CC vt subiicit, inter Ephesum & Smyrnā, quæ pars est tantū Ionicæ oræ, sequitur necessario totam oram Ionicam, quæ complectitur quicquid est inter Posidium Milesiorum & Phocæam longè pluribus constare.

εἰς γὰρ Μυτιλήνην ἑκατὸν καὶ εἴκοσι στάδια) Hæc verba Xylander non agnoscit: at agnoscit vetus interpres: habet etiam Aldus. Xyland. verò non consilio aut dolo omisit: sed deceptus à priore Basiliensi editione, vbi casu ea sunt omissa. Nollem virum doctum tanta negligentia vsum, in hoc præstantissimo scriptore explicando: quæ cum toto opere summa deprehenditur, tū huius libri initio maxima. Nos vero qui pro temporis angustiis, in summis occupationibus nostris omnem lapidem mouimus, vt maculas omnes si fieri posset tolleremus, facile iampridem ex Aldi codice & vetere interprete aliisque autoribus locum totū emendauj-

dauimus:deinde aliquid nos & manuſcripti adiuuére. A
καὶ Σάμου ἧς Ἀγκαῖος ἦρχε,Λέλεγας) Rectè Xylander
Ἀγκαῖος. Quam eius coniecturam Pauſanias cõfirmat
in Achaicis,itemque Callimachus.

οἱ ἐκ τοῦ γένους ὀνομάζονται βασιλεῖς ἔχοντες τινὰς τιμὰς) A-
riſtoteles Πολιτ.lib.III. docet,vſitarum fuiſſe Heroicis
temporibus genus quoddam μοναρχίας βασιλικῆς ἑκουσίας
καὶ πατρίας γιγνομένης κατὰ νόμον: qui enim ciues ſuos primi
aliquo inſigni beneficio affecerant, iis regnum vltro
ab omnibus deferebatur:idque etiam ad filios & nepo- B
tes tranſmittebant. In horum regum poteſtate erant,
res bellicæ, ſacrificia, & iudicia. poſterioribus vero
temporibus inquit philoſophus, quum vel ipſi reges
imperiũ ciuibus remiſiſſent, vel ciues ipſis ademiſſent,
in plerìſque ciuitatibus ſola ſacrorum procuratio regi
eſt relicta.hæc ferè philoſophus: cuius ſententiam hi-
ſtoriæ veteres infinitis locis comprobant:vide Plutar-
chum Quæſtionum Rom.LXIII. Ergo etiam quæ hîc
narrantur de Epheſi regibus,ex Ariſtotele ſunt intelli-
genda:neque putandum eſt vllam poteſtatem regiam C
in his fuiſſe,minus autem tyrannicam: vt grauiter er-
rent qui illum locum D. Lucæ Actorũ XIX.XX. vbi fit
mentio σχολῆς τυράννου τινὸς ex hoc loco Strabonis illu-
ſtrari poſſe putant.

καὶ Μίλητον δ' ἔκτισε Νηλεὺς ἐκ Πύλου τὸ γένος ὤν) Præ-
ter Herodotum & Pauſaniam, vide Ælianum ποικίλ.
lib.VIII.cap.V.

Κυδρῆλος δὲ ὁ νόθος υἱὸς Κόδρου Μυοῦντα κτίζει) Pauſaniæ
Myuntis οἰκιστὴς Cyaretus dicitur,Codri filius. D

Ἀνδρόκλος δὲ Λέβεδον) Libri veteres habent Ἀνδραίμο-
νος. Pauſanias Andræmonem hunc vocat, & ipſum
Codri fil. Strabo alios autores ſequitur.

Πριήνην δ' Αἴπυτος ὁ Νηλέως εἶθ' ὕστερον Φιλώτας) Pau-
ſanias aliter, Πριηνεῦσι δὲ Ἴωσι ἀναμεμιγμένοις ἐς Θηβαίους,Φιλώ-
ταν τε καὶ Αἴπυτον Πύλιοι ἄγων καὶ Αἴγυπτον Νηλέως παῖδας ἔχον
οἰκισταί.

Τέω δὲ Ἀθάμας μὲν πρότερον) Pauſanias, Τέων δὲ ᾤκουν
μὲν Ὀρχομένιοι Μινύαι σὺν Ἀθάμαντι ἐς αὐτὴν ἐλθόντες.

κατὰ δὲ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν Ναῦκλος) Diſſenrit aliquid E
hac in parte Pauſanias. ἐπηγάγετο δὲ ait, Ἴωνας ἐς τὴν Τέων Ἀ-
ποικος ἀπόγονος Μελάνθου τέταρτος,ὃς τοῖς Ὀρχομενίοις, οὐδὲ
τοῖς Τηΐοις νεώτερον ἐβουλεύσατο οὐδέν. Ἔτεσι δ' οὐ πολλοῖς ὕστερον
ἔκ τε Ἀθηναίων καὶ ἐκ Βοιωτίας ἀφίκοντο ἄνδρες· ἡγεῖτο δὲ τοῦ
μὲν Ἀττικοῦ Δάμασος καὶ Νάοκλος,Κόδρου παῖδες, τῶν δὲ Βοιωτῶν
Γέρης Βοιωτός.

καὶ μετὰ τοῦτο Ποίκης καὶ Δαμασθένης Ἀθηναῖοι) Pro Ποίκης for-
taſſe legendum Ἄποικος vt apud Pauſ. & pro Δαμασθένης,
Δάμασος.

καὶ γὰρ οὗτοι ἐκ Βοιωτῶν) Quis ſanus ferat hanc lectionem?
Loquitur de Athenienſibus & ait eos eſſe Bœotos. Sed F
ex Pauſania luce clarius eſt locum eſſe deprauatum,
& ita reſtituendum,καὶ Γέρης ἐκ Βοιωτῶν:nã pro Γέρης ſcri-
pſerunt γὰρ οὗτοι.

Ἐρυθρὰς δὲ Κναῶπος) Putabam ex Pauſania eſſe corri-
gendum,Κλέοπος. Sic ille, τούτων τῶν κατειλεγμένων ἐχόντων
Ἐρυθράς,Κλέοπος ὁ Κόδρου συλλέξας ἐξ ἁπασῶν τῶν ἐν Ἰωνίᾳ πό-
λεων ὅσους δὴ παρ' ἑκάστων ἐπεισήγαγεν Ἐρυθραίοις συνοίκους.
Nunc puto ſequendos eſſe veteres codices qui habẽt
Κνῶπος. Nam ita apud Athenæum hic nominatur, non G
ſemel, ſed iterum ac ſæpius lib.VI.

Φώκαιαν δ' οἱ μετὰ Φιλογένους Ἀθηναῖοι) Pauſanias docet
Phocæenſes Aſiaticos à Phocenſibus Europæis eſſe or-
tos: traieciſſe autem in Aſiam cum Philogene & Da-
mone Athenienſibus.

¶ PAG.436. Κλαζομενὰς δὲ Πάραλος) Neſcio an hic ſit
quem Parphorum appellat Pauſanias, qui rem aliter
narrat.

Χίον δὲ Ἔγερτος σύμμικτον ἐπαγόμενος πλῆθος) Manu-
ſcripti, Ἔγερτλος. De hoc nihil eſt apud Pauſaniam,
qui tamen quomodo Chij ſe Ionibus adiunxerint co-
pioſè narrat.

Σάμον δὲ Τεμβρίων,εἶθ' ὕστερον Προκλῆς) Etiam hæc aliter
Pauſanias. Tymbrionem iterum nominat Strabo lib.X.

προσ-

προσελήφθη δ' ὕστερον καὶ Σμύρνα) Smyrnam quomodo
Æoles amiſerint, & Iones occuparint narrat Herodo-
tus Κλειοῖ.

Μνήσαι δ' εἴκοσί τε) Deſunt hæc aut ſimilia, Σμυρναίους
κατέχειν.

ὡς καὶ ἀπὸ Σισύρβης Σισυρβῖταί τινες τῶν Ἐφ.) Stephanus.
Σισυρβά,μέρος Ἐφέσου,ἀπὸ Σισύρβης Ἀμαζόνος.

ἐκαλεῖτο γὰρ ἡ Ἀθήνη μὲν ἀκτὴ ὁ Πριὼν) Prion erat collis
vrbi imminens. Similiter Prionem appellabant Sar-
diani collem in quo fuit Sardium arx: teſte Polybio
libro VI. Fuit & Carthagine τόπος καλούμενος Πριών, in-
quit idem Polybius libro I. niſi potius vbique eſt ſcri-
bendum πρίων per ι.

Τραχεῖα δ' ἐκαλεῖτο ἡ ὑπὸ τὸν Κορησσὸν παρώρειος) Athe-
næus libro octauo, καὶ διαβάντες οἱ Ἐφέσιοι ἐκ τῆς νήσου, ἔτη εἴκο-
σι οἰκήσαντες . . . . τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ κτίζουσι Τραχεῖαν καὶ
τὰ ἐπὶ Κορησσόν.

κατὰ τὴν καλουμένην Ὑπέλαιον) Athenæus docet Hype-
læum eſſe fontem Epheſi non procul à Sacro portu: vi-
de locum.

περὶ τὸ Ἀθήναιον) Ibidem meminit Athen. templi Mi-
neruæ quod Epheſi fuit.

Μετὰ δὲ τὸ Ποσίδιον) Etiam Plinius Ioniæ deſcriptio-
nem à Poſidio orditur. *In ea primus ſinus Baſilicus, Poſideum
promontorium.*

ἀναβάντι ὅσον ἐκ τοῦ καὶ δέκα σταδίους) Sequitur apud Pli-
nium, *& oppidum Oraculum Branchidarũ appellatum, nunc Di-
dymæi Apollinis, à littore ſtad. XX.*

φησὶ δ' Ἔφορος τὸ πρῶτον εἶναι κτίσμα Κρητικόν) Pauſanias
alios ſequitur autores. Antiquiſſimi inquit qui Mile-
tum obtinuere fuere Anax & Aſterius aborigines, vn-
de nomẽ vrbi Anactoria, poſtea Miletus eſt dicta cum
eò appuliſſet Miletus cum claſſe Cretenſium.

τὸ πλῆθος τῶν ἀποικιῶν) Scribe ἀποικιῶν. Vrbes quas Mi-
leſij condiderunt præſertim ad vtrũque Ponti Euxini
latus multas libro ſeptimo & XII. Strabo commemo-
rauit: vide prouerbium πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μι-
λήσιοι.

¶ PAG.437. ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα λέγομεν) Scribe λέγομεν. re-
ferendum eſt ad totum opus: maximè ad ea quæ præ-
ceſſere.

οὔλιον δ' Ἀπόλλωνα καλοῦσί τινα καὶ Μιλήσιοι) Mileſios Apol
linẽ Οὔλιον coluiſſe docet Menãdri locus apud Macro
bium cuius hæc ſunt de Apolline loquentis, *Eundem
Deum præſtantem ſalubribus cauſis* οὔλιον *appellant, id eſt ſanitatis
autorem: vt ait Hom.* οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε *Menander ſcribit Mi-
leſios* Ἀπόλλωνι οὐλίῳ *pro ſalute ſua immolare.*

καὶ ἡ Ἄρτεμις ἀπὸ τοῦ ἀρτεμέας ποιεῖν) Eadem ratione &
Dianam οὐλίαν appellabant: ait enim Macrobius, *Phere-
cydes refert, Theſea cũm Cretam ad Minotaurum duceretur, vo-
uiſſe pro ſalute, atque reditu ſuo,* Ἀπόλλωνι οὐλίῳ καὶ Ἀρτέμιδι οὐλίᾳ.

καὶ τοὺς αὐτομάτους θανάτους τούτοις ἀνάπτουσι τοῖς θεοῖς) Vi-
de Heraclidis Pontici librum Allegoriarum. Notauit
hoc etiam Euſtathius.

καθ' ἡμᾶς δ' Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ) Hic eſt quem ſeptimum
refert Laertius octo Æſchines nominans.

ἀποκλείσασα Ἀλέξανδρον) Vide Arrian. lib. I.

ἔτι δὲ πρότερον ὑπὸ Περσῶν) Hiſtoriam refert Herodo-
tus Ἐρατοῖ.

καὶ φησί γε Καλλισθένης ὑπ' Ἀθ.) Hiſtoriam refert & He-
rodotus autor Calliſthene antiquior, Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ
δῆλον ἐποίησαν ὑπεραχθεσθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσει, τῇ τε ἄλλῃ
πολλαχῇ, καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν
καὶ διδάξαντι ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον, καὶ ἐζημίωσάν μιν
ὡς ἀναμνήσαντα οἰκήια κακὰ χιλίῃσι δραχμῇσι· καὶ ἐπέταξαν μη-
κέτι μηδένα χρᾶσθαι τούτῳ τῷ δράματι.

πρόκειται δ' ἡ Λάδη νῆσος) Plinius meminit lib. V. cap.
XXXI. & Herodotus Ἐρατοῖ, ac Thucyd. lib. octauo.

καὶ περὶ τὰς Τραγαίας νησία) Thucydid. lib. I. Τραγίαν νῆσον
appellat.

ἑξῆς δ' ἐστὶν ὁ Λατμικὸς κόλπος, ἐν ᾧ Ἡρακ.) Plin. *Inde mons*
Larmus, Oppida Heraclea cognominis Cariæ, Myûs
quod primò condidiſſe Iones narrantur, Athenis

pro-

profecti.

ταύτην ὄφιν) vide lib. priore vbi de Lampsaco. Diodorus libro x. hæc referens ait Myntem habere θάλασσαν εὔιχθυν.

ὑπέρκειται δὲ Μαγνησία ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ) Plinius, *Supra hæc* Magnesia Mæandri cognomine insignis à Thessalica Magnesia orta.

καὶ δικάσαι Βίαντος τοῦ Πειηνέως κρέσσον) Lego ὁ καὶ. Videtur enim Hipponax de aliquo dixisse ὑπερβαλλικῶς ὁ καὶ δικ. &c. Manuscripti tamen habent κρέσσον: vt & Laertius κρέσσον, idem ã non ẽ habet.

τῶν δὲ Τρωγιλίων πρόκειται νησίον ὁμώνυμον) De his paruis insulis vide Plinium lib. v. cap. xxxi. vbi pleræque nominantur.

πρόκειται δ' αὐτῆς νησίδιον ἡ Ναρθηκίς) Suidas, Ναρθηξ νησίδιον ἐγγύς φασι Σάμου ἐν δεξιᾷ τοῖς πρὸς πλέουσιν. Sed apud Stephanum est Ναρθηκὶς vt apud Strabonem.

περίπλους δ' ἐστὶ τῆς Σαμίων νήσου σταδίων ἑξακοσίων) Manuscripti πεντακοσίων perperam. Plinius, *Samum liberam circuitu octoginta septem M. passuum. aut vt Isidorus C.* Cum ait Plinius M. P. LXXXVII. prorsus expressit Græcorum sententiam, qui dicebāt esse stadia ἑξακόσια quomodo scripsisse Strabonem suspicio est.

ἐκαλεῖτο δὲ Παρθενία πρότερον) Plinius, de Samo, *Parthemiam primum appellatam Aristoteles tradit, postea Dryusam, deinde Anthemusam. Aristocritus adicit Melāphyllum dein Cyparissiam: alij Parthenoarusam Stephanam.*

εἶτ' ἐξ Ἰώνων καὶ Κεφαλλήνων ἀποικισάντων) πινὸς ἀποικισάντος Deest aliquod verbum.

χαλεῖται μὲν νῦν καὶ ἄκρα τις Ἄμπελος) Vide Stephanum in Ἄμπελος.

τὰ δ' ἄλλα ἰδιωτῶν) Herodotus omnium vrbium primam vocat.

¶ PAG. 439. κατὰ Πολυκράτη μάλιστα καὶ τὸν ἀδελφ.) De Polycrate & Sylosonte vide Herodotum Thalia. Nota vero omnibus & Polycratis & Sylosontis fortuna admiranda. Sylosonti successit Æaces filius, regno pulsus ab Aristagora, teste Herod.

ὥστε καὶ ἐλευθέρανδρον ἡ πόλις) At Herodotus traditam Sylosonti ait vrbem ἐρήμην.

Ἀθηναῖοι δὲ πρότερον μὲν πέμψαντες στρατηγὸν Περικλέα) Vide Diodorum Siculum in actis anni tertij olympiadis LXXXIIII. & Thucyd. lib. I.

ὕστερον δὲ καὶ κληρούχους ἔπεμψαν δισχιλίους ἐξ ἑαυτῶν) Post annum trigesimum tertiū Perdiccas Samios in patriam reduxit ipsisque vrbem restituit, quam interea occupauerant hi Atheniensium coloni. Vide Diodor. lib. XVII.

ὧν ἦν καὶ Νεοκλῆς) Vide Laertium in Epicuro. Meminit & Cicero.

Σάμιος δ' ἦν Κρεώφυλος) Creophyli huius meminere passim veteres. Vide Laertium in Pythagora, Pausaniam, Apuleium, alios. Epigramma Callimachi exstat etiam apud Eustathium, itémq; Sextum Empiricū: quem nos habemus Græcè manuscriptum. Ibi sic legitur primus versus,

Κρεωφύλου πόνος εἰμί, δόμῳ ποτὲ θεῖον ἀοιδὸν

postremò sic, ——ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι

Γράμμα Κρεωφύλου.Ζ.

ἀφ' ἧς τὸ Ἰκάριον πέλαγος) Nisi potius ab Icaro. Notissimus est Ouidij versiculus,

Icarus Icariis nomina fecit aquis.

¶ PG. 440. Πρῶτον δ' ἐστὶν ἐν τῇ παραλίᾳ τὸ Πανιώνιον) Stephanus Πανιώνιον τέμενος καὶ πόλις ἐν τῇ παραλίᾳ τῶν Ἐφεσίων καὶ Σαμίων. Herodotus, non vrbem, sed χῶρον ἱερὸν. Τὸ δὲ Πανιώνιον inquit ἐστὶ τῆς Μυκάλης χῶρος ἱερὸς, πρὸς ἄρκτον τετραμμένος κοινῇ ἐξαραιρημένος ὑπὸ Ἰώνων Ποσειδέωνι Ἑλικωνίῳ. Similiter & Pomponius Mela & Plinius regionem esse volunt. Melæ verba sunt, *Vbi est Panionium sacra regio, & ob id eo nomine appellata, quod eam communiter Iones colunt.* Plinius ita, *In ora quæ Trogylia appellatur, Gessus amnis. Regio omnibus Ionibus sacra, & ideo Panionia appellata.*

dus

A εἴρηται περὶ αὐτῶν) & copiosè quidem libro octauo, vbi de Achæis

πρὸς τὸ Μαραθήσιον) Stephano Marathesium vrbs est Ephesiorum in Caria.

εἶτα Πύγελα πολίχνιον) Pomponius Mela & Plinius scribunt per Φ. & nomen ἀπὸ τῆς φυγῆς legunt. Melę verba sunt, *Ibi à fugitiuis* (*vt aiunt*) *condita* (*nomen famæ annuit*) *Phygela.* Plinij, *Iuxta fugitiuis conditum* (*vti nomen indicio est*) *Phygela.* Stephanus Strabonem sequitur,

B τὸ ἐγγυτέρω πρὸς τὸ ἀπώτερον.) Scripti, ἀπωτέρω. Semel inonitum lectorem volo in melioris notæ libris scriptis semper in hoc loquendi genere ἐγγυτέρω & ἀπωτέρω coniungi, item ἐγγύτερον & ἀπώτερον: non autem ἐγγύτερον & ἀπωτέρω, aut ἀπώτερον & ἐγγυτέρω.

καὶ τὴν πλησίον ἐλαίαν) Plerique poetę Deli partum Latonæ narrant fuisse. Vide Callimach. Nota illa Catulli,

O Latonia maximi
Magna progenies Iouis
C *Quam mater prope Deliam*
Deposiuit oliuam.

καὶ τὸ περὶ τὸ Κορησσὸν παρωρείας) Scribe Κορησσὸν vt supra & apud Athenæum.

ὥστε κατακλύσαι τὴν πόλιν) Huius inundationis & alterius appellationis mentionem non reperias facile in veteribus scriptoribus. Vide Stephanum Ἔφεσος, qui Duridis Epigramma profert, quod extat & Antholog. lib. I. Εἰς πόλεις.

ἦν δὲ γερουσία καταγραφομένη) Sic dixit vt Romani pa-
D tres conscriptos. nec memini antiquiores Græcos sic loqui.

τὸν δὲ νεὼν τῆς Ἀρτέμιδος, πρῶτος μὲν Χερσίφρων) Libri veteres habent Ἀρχίφρων. Sed nihil esse mutandum docet Plinius lib. XXXVI. cap. XIIII. vbi de hoc tēplo loquens *Operi ait præfuit Chersiphron architectus.*

ὡς δὲ τοῦτον Ἡρόστρατός τις ἐνέπρησε) Contigit incendium templi huius qua nocte Alexander natus est: vnde iocus Timæi apud Ciceronem, De natura Deorum libro secundo, *Concinneque, vt multa Timæus: qui cum in hi-*
E *storia dixisset, qua nocte natus Alexander esset, eadem Dianæ Ephesiæ templum deflagrauisse adiunxit, minime id esse mirandum quod Diana in partu Olympiadis adesse voluisset, afuisset domo.* De hoc incendio & Herostrato vide plura apud Plutarchum, Valerium Max. & alios.

Τίμαιον, καὶ ἄλλως βάσκανον ὄντα καὶ συκοφάντην) Ingenium Timęi ex his Polybij intelligimus, ὁ δὲ πῶς inquit lib. XII. ἐσκοπευμένος ὑπὸ τῆς ἰδίας πικρίας, τὰ μὲν ἐλαττώματα διαφωνικῶς, καὶ μετ' αὐξήσεως ἡμῖν ἐξήγγελκε, τὰ δὲ κατορθώματα συλλήβδην παρῄρηκεν.

F διὸ καὶ Ἐπιτίμαιον κληθῆναι λέγει) Scribo Ἐπιτίμαιον. Diodorus Siculus libri quinti initio, postquam laudauit Timæum τῆς τῶν χρόνων ἀκριβείας, καὶ τῆς πολυπειρίας, addit vituperari eundem propter intempestiuas & longas reprehensiones, καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐπιτιμήσεως inquit, ἐπιτίμαιον ὑπό τινων ὠνομάσθη. Athen. lib. VI. docet ita fuisse eum appellatum à Polybio, & Istro ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν ἀντιγραφαῖς.

¶ PAG. 440. ὅ φησι Χειροκράτους ἔργον) Manuscripti partim Χειροκράτους. partim Δεινοκράτους. & notum est varia-
G re veteres in nomine huius architecti. Vide Plutarchum, in vita Alexandri, & De fortuna eiusdem, vbi & de Atho monte refertur.

ἐκάλουν Μεγαλοβύζους) Vel Μεγαβύζους.

Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι) Marcus Tullius Tuscul. Quæstionum. lib. v. *Est apud Heraclitum Physicum de principe Ephesiorum Hermodoro, vniuersos ait Ephesios esse morte multandos, quòd cum ciuitate expellerēt Hermodorum ita locuti sunt, Nemo de nobis vnus excellat: sed si quis extiterit alio in loco & apud alios sit.* Sed nimis profectò seuerus iudex Heraclitus: qui non meminerat virtutem & Musas perpetuo quodam fato vbique iacere & contemni, sæpe etiam odio esse. Nos animo grandiorę sumus & celsiore: qui ne ei quidem ciuitati bene cupere &

precari definimus, quam de nobis, & doctissimis viris collegis aliquando nostris, iniquissimis temporibus pessimè esse meritam omnes fatentur.

μεθύσος ὀΐνιστος ἴσω) Vox Ionica ὀΐνιστος. Phœnix Colophonius poeta,

Θαλῆς γὰρ ὅστις ἀστῶν ὀνήϊστος,
Καὶ τῶν τότ᾽ ὡς λέγουσι πολλῶν ἀνθρώπων
Εἶναι ἀριστος ἔλαβε πελλίδα χρυσῆν.

δοκεῖ δὲ οὗτος ὁ ἀνὴρ νόμους τοῖς Ῥωμαίοις συγγράψαι) Præter historicos, & Plinium, vide Pomponium leg. II. §. III. D. De origine iuris.

¶PAG. 442. πρεσβεύσας δὲ ὁ Ἀρτεμίδωρος) Artemidorus hic (opinor) est qui Geographicum opus ediderat: à Strabone passim laudatum: fuisse enim Ephesium docet Diodor. Sicul. lib. III.

Εἶτα τὸ Γαλλήσιον ὄρος) Stephanus, Γαλλήσιον, πόλις Ἐφέσου. Plinius Halesium fluuium Colophonem alluere autor est: vbi fortasse putet aliquis Gallesium scribendum.

ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν ποτε παλαιόν) Ita loquitur quasi oraculi nomen tantum sua ætate superesset: quum tamen id tum quoque viguisse ex Cornel. Tacito constet, cuius hæc sunt libro II. Annalium, de Germanico loquentis, *relegit Asiam, adpellitque Colophona, vt Clarij Apollinis oraculo vteretur. Non fœmina illic vt apud Delphos, sed certis è familiis & ferme Mileto accitus sacerdos numerum modò consultantium: & nomina audit: tum in specum degressus hausta fontis aqua, ignarus plerumque literarum, & carminum, edit responsa, versibus compositis super rebus quas quis mente concepit.*

Λέγεται δὲ Κάλχας ὁ μάντις μετὰ Ἀμφιλόχου) Huius fabulæ siue historiæ mentio apud Lycophronem, in Cassandra: vide eius scholiasten ad hoc carmen,

Τὸν μὲν σιωπῶσαι κείμενον κάτω χθονός.

ὅπου δὲ καὶ εἰς Κιλικίαν μεταφέρει τὴν ἔριν) De hoc Sophoclis loco, vide infra plura, vbi de Cilicia agit.

καὶ ὅμηρον δέ τινες ἐντεῦθεν φασί) Notum est carmen poetæ quidem, πιμαζέσου si vis: cæterum ingratissimi erga eum cui nihil non debebat,

Quæ Colophoniaco Scillæ dicuntur Homero.

¶PAG. 443. οἱ δὲ μετῴκησαν εἰς Λέβεδον) Manuscripti & hic Λέβεδον, & mox Λεβέδιον pro Λεβεδίων habent: quod nec prior interpres est secutus.

Μεταξὺ δὲ τούτων Ἄρτις) Meminit Pliu. libro primo, cap. XXXI.

αἱ δ᾽ Ἀρχέννησος καλοῦσι) Monstrum lectionis sic rectè optimè emendaueris, αἱ δ᾽ Ἀρχέννησοι καλοῦνται. & ita legit pinor interpres.

καὶ ὁ Μυόννησος ἐφ᾽ ὕψους χερρονησίζοντος κατοικεῖται) Ascribam elegantem huius loci descriptionem ex Liuij lib. lib. XXXVII. *Myonnesus promontorium inter Teium Samumque est: Ipse collis est in modum metæ in acutum cacumen à fundo satis lato fastigiatus: à continenti arcta semita aditum habet: à mari exesæ fluctibus rupes claudunt: Ita vt quibusdam locis superpendentia saxa plus in altum quàm quæ in statione sunt naues promineant.*

προσέπιπτον δὲ ὑποδρόμων ἢ λαλεῖν) Scipti quidam, λαθεῖν pro λαλεῖν: quam lectionem ita ferri posse puto vt vulgatam malim.

μεταξὺ δὲ τῆς Ἐρυθρῶν καὶ τοῦ ὑποκρήμνου) An postrema vox loci alicuius nomen est? Suadere id phrasis ipsa videtur: & similis paullò antè locus. ἀπὸ Ἀλεξάνδρείου καὶ τῶν χαλκιδέων μέχρι τοῦ ὑποκρήμνου. & alibi.

¶PAG. 444. ὁ δὲ Χῖος τὸν μὲν περίπλουν ἐστὶ σταδίων ἐννακοσίων) quæ sunt mill. pass. centum & tria, ferè. At Plinius habere ait circuitus CXXV. M. pass. si locus mendo vacat.

εἶτα Φάναι λιμήν) Apud Ptol. in descriptione Chij est Phanæa promontorium. Stephanus quoque promontorium esse vult, & nominis rationem explicat. Φάναι, ἀκρωτήριον τῆς Χίου, ἀπό τινος ἐκεῖθεν ἀναφανείσης τῷ Ἀπόλλωνι. Fortasse scripserat Strabo, Φάναι καὶ λιμήν. Nihil affirmo.

εἶτα Λαΐους, καὶ ὅπου ἐφεξῆς αἰγιαλός) Adiecimus hæc è libris scriptis: vox tamen Λαΐους est suspecta. Prior interpres sic transtulit, *Postea Lemos & litus stationis habet.*

ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων) Prior interpres legit in suis ἑξήκοντα.

εἶθ᾽ ἡ Ἀριουσία χώρα) Ita legendum esse & Plinius & Plutarchus confirmant, ac reliqui qui Ariusij vini meminere. At Stephanus scribit Ἀρουσία χώρα. τῆς Χίου καὶ Χῖοι, τραχεῖα καὶ ἀλίμενος ὅσον σταδίων τριακοντα, οἶνον ἀριστον φέρουσα, καὶ λεγόμενον ἄριστον τῶν Ἑλληνικῶν Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ· καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας τοιοῦσδε κάλεῖ· κατὰ συγκοπὴν τῆς οι. ἦν γὰρ ἀρουσιος, ἢ ἀρουσιωός. Hæc Stephan. quem constat in hoc Strabonis loco legisse Αρουσία & τριάκοντα, pro τριακοσίων. Incidit nimirum Stephan. in deprauatos codices: cuius exemplo moneri possumus non hodie atque heri cœpisse deprauari præstantissimi huius autoris scripta. Vibius Sequester huius loci meminit in libello de montibus. *Arius in insula Chio, vnde vinum Ariusium.*

οἶνον ἄριστον φέρουσα τῶν Ἑλληνικῶν) Vide Plinium libro XIIII. cap. VI. & Athenæum lib. primo. Plutarchus, τίς ἂν ἐν τούτῳ χρόνῳ βούλοιτο μᾶλλον Λαΐδι συγγενέσθαι, καὶ πιεῖν οἶνον ἀριστον, ἢ κτίσας Ἀρχίαν ἐλευθερῶσαι τὰς Ἀθήνας;

εὐτυχησε δὲ καὶ ναυτικὴν ποτε Χῖοι) Chiorum fœlicitatem & prudentiam effert Thucydides lib. XIII.

Ἀντίγονος καὶ μετὰ ταῦτα Λυσίμαχος) Vel Aristidem vel Strabonem in voce Ἀντίγονος crediderim esse emendandum. Sic Aristides, μὴ γάρ μοι Λυσίμαχον εἴπῃ, μηδ᾽ Ἀλέξανδρον αὐτὸν, μηδὲ Θησέα καὶ μύθους· ἀλλ᾽ ἡμεῖς ὑμῖν τὰς πόλεις ἔχομεν.

Χυτρίον δέ ἐστι τόπος ἐν ᾧ πρότερον ἵδρυντο Κλαζομέναι) Meminit Aristoteles Πολιτικῶν libro quinto cap. III. στασιάζουσι δ᾽ ἐνίοτε αἱ πόλεις, καὶ διὰ τοὺς τόπους, ὅταν μὴ εὐφυῶς ἔχῃ ἡ χώρα πρὸς τὸ μίαν εἶναι πόλιν· οἷον ἐν Κλαζομεναῖς οἱ ἐπὶ Χυτρῳ, πρὸς τοὺς ἐν νήσῳ.

νησία ἔχουσα προκείμενα ὀκτώ) An Oenusas intelligit? Sic enim vocabantur paruæ quædam insulæ Chio περὶ πρχις. quarum meminere Herodotus Κλειοῖ, & Stephanus. Thucydides hoc videtur innuere qui lib. VIII. similiter vt Strabo, eas vocat τὰς περὶ Χίον νήσους.

ἐν τοῖς ὁμόροις ἐναφησμένον τῶν ἀποπατῶν) Legendum τῶν ἀποπάτων quin enim κοπρῶνας & loca in quibus aluus exoneratur, intelligat, nemo potest dubitare. ἀποπατεῖν autem id vocant Græci non ἀπ᾽ ἀπατᾶν. Pollux libro V. cap. XIIII. Τὸ δ᾽ εἰς ἀφεδρῶνα ἀπελθεῖν, ἀρεῖς εἰς ἀπόπατον εἰς ἀποπατεῖν. Mox, τὸ δ᾽ ἔργον, ἀποπατήσεις, ἀποχωρήσασθαι.

ἐνταῦθα Δολοβέλλας Τρεβώνιον) Historia est apud Dionem lib. XLVII. Liuij epitomen, CXIX.

μετὰ δὲ Σμυρναν αἱ Λευκαί) Intelligit Leucen oppidum, quod Tachos Persa condidit teste Diodoro lib. XV.

δόξων τῷ γένους εἶναι τοῦ βασιλέων) erat Aristonicus filius Eumenis ex pellice Ephesia. Vide Iustinum lib. XXXVI. de hoc bello vide Liuij epitomen libro LIX. & alios historicos.

¶PAG. 445. καὶ ὕπατος Πόπλιος) Crassum vocat consulem, vt Liuius, Cicero, & Orosius. Florus prætorem, Velleius Paterculus proconsulem.

καὶ ἔτι ἐν τοῖς Εσπερίοις Λίβυσι) Cum dicit τοῖς Εσπερίοις: indicat alios esse qui ἑῷοι appellentur: quæ distinctio Lybiũ nusquã opinor lecta: vt nec Lethæum fluuium in Libya quisquam veterum quod sciam collocat: quare non dubito legendum esse τοῖς Εσπερίοις Ἴβηρσι. Omnia optimè conueniunt. Nam Iberes alij sunt occidui, alij orientales: & Lethæum, siue Obliuionis fluuium esse in Hispania quis nescit? Vide ad lib. III.

ἱερᾶσθαι δ᾽ αὐτῆς τὴν Θεμιστοκλέους γυναῖκα) Plutarchus autor est etiam sua ætate fuisse apud hos Magnetes τιμάς τινας φυλαττομένας τοῖς ἀπὸ γένους Θεμιστοκλέους: quibus honoribus tunc frueretur Atheniensis Themistocles ipsius amicus, & apud Ammonium philosophum aliquando condiscipulus.

¶PAG. 446. κεκλῆσθαι δ᾽ ἐπὶ μᾶλλον Λυσιῳδοί καὶ μαγῳδοί) Vide Athenæum lib. XIIII. vbi & de Simo ac Simodia.

κατὰ τὴν ἱπαρχίαν) Vocat ἱπαρχίαν quæ verius ἱεραρχία siue ἱερο-

ἱερωσύνη diceretur. De Asiarchis vide quæ scripsit Cuiacius Obseru. lib. II. cap. XIII. & ad leg. VIII. Cod. De muneribus patrimoniorum: itémque ad legem vnicam Cod. de periculo successorum. Asiarcharum mentio est & apud Lucam Act. cap. XIX.

περιεβέβλητο δὲ καὶ ἐσθῆτα βασιλικήν) Sic dixit vt πλέον τι περὶ βασιλικὴν dicere solent.

ἐξ ὧν δὴ) Lego ἐστὶ τι δὴ vt in simillimo loco lib. superiore vbi de Mithridate Pergameno est sermo.

καὶ τινων Θρᾳκῶν, ἀφ' ὧν τοὔνομα) Quàm id probabile est, à Thracibus esse Tralles appellatas? prius autem vocabatur Anthea inquit Stephanus. Vide Plinium.

¶PAG. 447. ἀχάρακα, ἐν ᾗ τὸ Πλουτώνιον) Lib. XII. scribebatur Χάρακα.

ὑπέρκειται Τμῶλον τὸ ὄρος καὶ τὴν Μεσωγίδα) Xylander qui sustulit vocem Τμῶλον, nunquam in tantum errorem fuisse adductus, si obseruasset quod nos docuimus sub finem lib. prioris, ad illum locum vbi μεσογειότητος καὶ Τμώλου fit mentio: sic nimirum esse legendum, vt pro μεσογειότητος scribatur Μεσωγίδος vide locum. qui vel ex isto potuit emendari, & emendatus vicissim huic prodesse aduersus Xylandrum. Sic autem legit etiam Eustath. hunc locum proferens.

Κοσκινία καὶ Ορθωσία) Κοσκίνια alibi legere memini, quod malo. Plinius Coscinum vocat, meminit & Orthosiæ.

Τὰ Ἀρώματα συστέλλοντες τὸ ρ γράμμα.) Suspicor legendum τὸ ω γράμμα. Nam quæ est ista literæ ρ συστολή? nisi quis putet γράμμα vocari τὴν συλλαβήν. Porrò quod notat scribi οἶνος Ἀρωμεύς, id non obseruatur perpetuò. Nam apud Dioscoridem Ἀρωμίτης οἶνος scribitur. Mirabilis verò Stephani negligentia, si ita ille scripsit vt hodie habetur in eius Epitome quam Hermolaus consarcinauit: eam vide in voce Ἄρωμα.

¶PAG. 448. τὰ ὑπερκείμενα ὄρη τῶν Χελιδονίων νήσων) Insulas Chelidoneas non vno loco Plinius commemorat: idem promontorium Chelidonium videtur appellare hoc Tauri principium. lib. V. cap. XVII. Dionysius Afer Patareum promontorium vocat.

Τῇ δὲ μετ' αἰπολίβυδε Χελιδόνιαι γεγάασι
Τρεῖς νῆσοι, μεγάλης Παταρηΐδος ἔνδοθεν ἄκρης.

Ptolemæus vocat Χελιδονίας σκοπέλους.

ἀρχὴ δὲ τὰ Δαίδαλα) Non ita Ptolemæus, qui Δαίδαλα τόπον in Lycia ponit.

Πρόκειται δ' Ἐλαιοῦσσα νῆσος) Manuscripti, Πρόκειται δὲ τὸ χηλὸν ὄρος Φοῖνιξ καὶ Λεῦσα. nihil muto. Nam Eleusam insulam & Strabo mox & Plinius commemorant.

Κάλυμνα πόλις, εἶτα Καῦνος) Apud Ptolem. Calinda vocatur, quæ hìc Calymna. Sic illè in descriptione Lyciæ μετὰ Καῦνον Κάλινδα. Plinius libro quinto cap. XXVII. Calydnam appellat. antiquam γραφὴν esse existimo Κάλυνδα. Stephanus. Κάλυνδα, πόλις Καρίας. Apud Herodotum Κλεινὰ scribe μέχρι ὅρων τῶν Καλυνδικῶν.

καὶ ποταμὸς πλησίον Κάλβις) Meminit Ptolemæus. Nescio verò an hûc pertineant quæ scribit Stephanus Κάλβις.

ἐστὶ δ' ἐπινοσηρότερος καὶ τοῦ μετοπώρου, διά τε καύματα) Attende quæ hìc dicuntur: miraberis mecum Strabonis ἀπόφασιν. Est inquit in confesso Caunum vrbem esse δυσαέριον propter æstus & abundantiam τῆς ὡραίας. Ego vero suspicor deesse aliquid, inserendámque in hanc sententiam vocem νοσερά, vel νοσώδης: idque Eustath. confirmat locum hunc describens. Ἐστὶ δὲ νοσώδης ἡ τοιαύτη, διὰ τὸ τοῦ ἀέρος οὐκ ἀγαθὸν, ἔν τε θέρει καὶ μετοπώρῳ, διὰ τὰ καύματα καὶ τὴν τῆς ὡραίων ἀφθονίαν. Sic igitur fortasse legendum τοῦ θέρους ὁμολογεῖται παρὰ πάντων εἶναι δυσαέριος καὶ νοσώδης καὶ τοῦ μ. Ita autem intelligendus hic locus, Caunum duabus anni tempestatibus esse parum sanam: æstate, propter nimios æstus, autumno, propter fructuum copiam.

ἐγὼ ἔφη μὴ ποτε θαρρήσαιμι) Scribe vt veteres libri habent, ἐγὼ ἔφη ταύτην θαρρήσαιμι cum interrogatione in fine sententiæ: nam & id est elegantius, & ita Eustathius

A legit.

φασὶ δ' αὐτοὺς ὁμογλώττους μὲν εἶναι τοῖς Καρσὶ ἀφῖχθαι δὲ Κρῆτας, Herodotus lib. primo de Cauniis, *Caunij inquit, vt mihi quidem videtur sunt* αὐτόχθονες: *ipsi tamen è Creta se profectos ferunt: similes sunt Caunij genti Caricæ, aut Cares genti Caunicæ.*

καὶ τὰ ναυτικά) Manuscripti, καὶ τὰ περὶ τὰ ναυτικά. Xylander hunc locum non rectè expressit: non enim laudare voluit Rhodios ob nauales copias: sed propter bene

B constitutā rempublicam, cum in aliis, tum in iis quæ ad res nauticas pertinent. Quis nescit tantam fuisse nauticarum legum præstantiam apud Rhodios, vt etiā apud Iurisconsultos Romanos leges Rhodiæ appellentur αἱ περὶ τὰ ναυτικά? Vide titulum Pandectarum II. libri XIIII. qui titulus est, De lege Rhodia, de iactu,

ἀφ' ὧν αὐτόνομος τε διετέλεσε) Si propriam vocis διετέλεσε significationem spectes, falsum videtur quod Strabo ait: non enim perpetua fuit Rhodiis libertas. Cornelius Tacitus. Annal. lib. XII. *Redditur Rhodiis libertas a-*

C *dempta sæpe aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi seditione deliquerant.* Pendebant autem Rhodij Romani principibus aurum coronarium. quid autem sit aurum coronarium docent Iurisconsulti, & præterea Stephanus cuius verba ascribam, Στεφανικὸν τέλεσμα παρὰ Ροδίοις οὕτως ἐκαλεῖτο· ἐπειδὴ αὐτόνομοι ἦσαν οἱ ῥόδιοι βραχύ δέ τι μέρος ἐπὶ τιμῇ πέμποντες ἐτήσιον ὡς οὐ φόρον ἡγεμόσι μᾶλλον ἢ στέφανον φίλοις διδόντες. Τοῦτο καὶ Ἑλληνομαλάταις τοῖς Ἀγχουραίοις ἐπιχωριάζει τὸ λόγιον· στεφανικὸν γὰρ λέγουσι πᾶν τὸ ἐν χάριτος λόγῳ διδόμενον.

D PAG. 449. ἐπέκεινα δ' ἦν) Plinius, *Ante omnes autem in admiratione fuit Solis Colossus Rhodi, quē fecerat Chares Lindius, Lysippi supradicti discipulus. Septuaginta cubitorum altitudinis fuit. Hoc simulachrum post quinquagesimum sextum annum terræ motu prostratum, sed iacens quoque miraculo est. Maiores sunt digiti quàm pleræque statuæ.* Vide & Festum, *Colossus.* De terræ motu quo cecidit colossus, lege Polybium libro quinto.

οὐκ ἀνέστησαν δ' αὐτὸν κατά τι λόγιον) Iacens itaque colossus visebatur: diu autem ibi mansit: nam temporibus

E demum Constantis qui fuit Heraclij nepos, Agareni Rhodo abstulerunt colossicum æs, vt notat Zonaras.

καὶ αἱ Πρωτογένους γραφαί) De his omnibus lege Pliniū. Ialysi etiam Marcus Tull. meminit non vno loco.

Δωριεῖς δ' εἰσίν) Rhodiorum ἀρχαιολογίαν qui volet petet ex libro quinto Bibliotheces Diodori Siculi. Tangit obiter & Athen. lib. VIII.

Τληπόλεμος μὲν ἐν αὐτοῖς φαίνεται) Eadem leges apud Diodorum lib. IIII.

¶PAG. 450. οἱ Ηλιάδαι μυθεύονται) hi fuere Ἡλίου siue

F Solis filij quem Rhodi Acantho peperit. Cicero De natura Deorum lib. III. *Quartus is, quem Heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur, auum Ialysi, Camiri & Lyndi.*

ὡς ἐνίοις Κερκάφου) Lego ὥς ἐνίοις Κιρκάφου.

ὑφ' οὗ καὶ ὁ Π... παῖδες) Vide libro nono.

ἐκαλεῖτο μὲν τὴν Ρόδον ἔκτισαν) Hæc est quam diximus à Strabone vocari Ροδην libro tertio, & ita hìc quoque puto esse legendum.

ἐν δὲ Δαυνίοις μετὰ Κάνυσιν Ἐλπίας) Stephanus, Ἐλπία πόλις

G ἐν Δαυνίοις κτίσμα Ροδίων.

τὰς Γυμνησίας νήσους ὑπ' αὐτῶν κτισθῆναι) De Gymnesiis eadem reperies apud Diodorum Siculum lib. V. Liquet vero ex hoc loco vnde illa describat Diodorus: nempe è Timæo quod ille suo more nos celat: & tamen eius verbis loquitur. De septem istis insulis vide quæ Eustathius annotat in Dionys.

φασὶ δὲ τὰς γυμνῆτας ὑπὸ Φοινίκων βαλιαρίδας λέγεσθαι) hæc quò pertineat? parum enim videntur ad institutum sermonem facere. Lego autem βαλιαρεῖς λέγεσθαι. Facit hûc Polybij locus è libro tertio, vbi copias Annibalis refert: πρὸς δὲ τούτοις βαλιαρεῖς εἰς χιλίους μὲν καὶ ὀκτακοσίους σφενδονήτας, ὧν δὲ τῆς χρείας ταύτης, ὁμωνύμως καὶ τὸ ἔθνος αὐτῶν προσαγορεύουσι καὶ τὴν νῆσον.

περὶ Σύβαριν ᾤκησαν κατὰ τὴν Χαονίαν) Scribe Χώνίαν. Vide ad lib. VI.

κύκλον ἔχει σταδίων ἑπτακοσίων εἴκοσι) hæc stadiorum summa efficit M.P. centum & XXIX. Sic Plinius Rhodi circuitum vult esse M.P. CXXX. aut secundum Isidorum CIII.

μετὰ ταῦτα δὲ συνῆλθον ἅπαντες εἰς τὴν Ῥόδον) Factum id vt ex Diodori Bibliotheca discimus anno primo Olympiadis XCIII^æ.

Μετὰ δὲ Λίνδον Ἰξία χωρίον) Malim Ἰξίαι numero multitudinis, ita præcipiente Stephano.

εἶθ' ὁ Ἀτάβυρις ὄρος) Stephano est Ἀτάβυρον, quē vide.

εἶθ' ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις) Notatum est à Xylandro Rhodiorum vrbem cum dicit Strabo, debere nos intelligere Ialysum. Sanè Plinius ita sentire videtur, sic scribens de hac insula, *habitata vrbibus Lindo, Camiro, Ialyso nunc Rhodo.* Sed cum manifestissimè dicat Strabo Rhodum vrbem ab Ialyso distare LXXX. stadia, erraret Plinius necesse est si ita sensit. Verum equidem Plinio iniuriam fieri hac vulgata interpretatione censeo, & post vocem Ialyso esse distinguendum: voce enim *nunc* significare hoc voluit, Rhodum multò post alias fuisse conditam, non (vt vulgo putant) hoc, Ialysum & Rhodum eiusdem vrbis esse nomina. Confirmat & Diodorus nostram sententiam sic scribens. Οἱ δὲ τὴν Ῥόδον νῆσον κατοικοῦντες καὶ Ἰάλυσον καὶ Λίνδον, καὶ Κάμειρον μετῳκίσθησαν εἰς μίαν πόλιν τὴν νῦν καλουμένην Ῥόδον. Non est igitur cur quisquam posthac sibi persuadeat Rhodum & Ialysum eandem esse vrbem, praua hac interpretatione inductus, quæ multos decepit.

μεταξὺ δ' ἐστὶ Θοάντιον) Ptolemęo Thoantium est insulæ Carpathi Rhodo adiacentis, promontorium: neque alibi de Thoantio quicquam legere memini.

αἱ Σποράδες αἱ ἐστὶ τὴν Χαλκίαν) Manuscripti αἱ περὶ τὴν Καλχίδα. non rectè: Vide libri decimi finem.

Ποσειδώνιος δ' ἐπολιτεύσατο μὲν ἐν Ῥόδῳ) Non Rhodi tantum commoratus est Posidonius, sed etiam Rhodius appellatus est. Athenæus libro sexto, Ποσειδώνιος δὲ ὁ Ἀπαμεὺς, ὕστερον δὲ Ῥόδιος χρηματίσας. Idem plerisque contigit literas Rhodi profitentibus. Sic & Theodorus Gadareus Rhodius est dictus, & ita dici maluit teste Qointiliano.

σοφισταὶ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μαλακὸς καὶ Μόλων) Hic locus diu me torsit: Apertè enim Strabo duos facit Apollonium quem Mollem vocat, & Molonem: atqui Apollonius est qui cognomento Molon dictus est. Sic enim eum nominant Quintilianus multis locis & Suetonius in Cæsare. Putet aliquis legendum, σοφισταὶ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μαλακὸς καὶ ὁ Μόλων. Sed obstat hic locus paullò post, vbi Alabandenses refert qui Rhodum migrarunt οἷον, τὸ Ἀπολλώνιον καὶ Μόλων. Quid ergo? Dicam quod sentio: puto enim quoties vel apud Quintilianum vel apud Suetonium vel alium occurrit mentio Apollonij Molonis, toties insigne occurrere vel ipsius autoris, vel librarij peccatum: autoris, si ita scripsit & duos viros eiusdem professionis perperam confudit: librarij, si cum scriptum esset ab autore *Apollonius Mollis*, ipse in *Molonem* mutauit: meritò enim suspicetur aliquis quoties Apollonius *Molo* ab his vocatur, toties rescribi debere *Mollis* quod docet nos Strabo: à quo stat Marcus Tullius Molonis auditor vt ipse sæpius testatur: quem quidem ille nunquam Apollonium vocat: idem Cicero Apollonium non Molonem sed Alabandensem appellat: in quo pulchrè ei cum Strabone conuenit.

Μενεκλέους μαθητοὶ τῶν ῥητόρων) Restituimus veram lectionem, legebatur antè μὲν Εὐκλέους μαθ. ineptissimè: restituimus autem ex ipso Strab. qui hunc locum citat mox de Menecle loquens. Sic autem & libri veteres habent.

καὶ ἱερὰ πρὸς αὐτὸν ἀφεῖνος, Οὐδὲ μαλὸν) Facit allusionem ad Homeri carmen quod ita incipit.

καὶ Πείσανδρος ὁ τὴν Ἡράκλειαν γράψας) Vide infra ad lib. sequentis principium.

A χειμερινὰς τε ἐπὶ τὰς ἄρκτους ἐστὶ) Malim χειμερινὴ flexus nam etiam in Manuss. abest τὸ ρ. & χειμερινὴν solet Strabo dicere.

συγγράψας δὲ τὰ Ἀσσυριακὰ καὶ τὰ Περσικὰ) Secuti sumus Aldinum codicem, à quo nihil differunt scripti. Xylander nescio quare Συριακὰ maluit: nō meminerat vir eruditus ita scriptum esse initio Excerptorum quæ hodie supersunt ex libris Ctesiæ. Κτησίας τοῦ Κνιδίου τὰ Περσικὰ ἐν βιβλίοις ἐστὶ κγ. ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς πρώτοις ἓξ τά τε Ἀσσύρια

B διαλαμβάνει καὶ ὅσα πρὸ τῶν Περσικῶν.

καὶ Σύμη νῆσος) Meminit Thucydides lib. VIII. De ea scribit accuratè Diodor. lib. quinto.

ὅ, τε Μαυσώλου τάφος τῶν ἑπτὰ θεαμάτων ἔργον) Plinius de Mausoleo lib. XXXVI. cap. V. *Sepulchrum hoc est ab vxore Artemisia factum Mausolo Cariæ regulo, qui obijt Olympiadis, centesimæ anno secundo. Opus id vt esset inter septem miracula ij maximè artifices fecere.* Sed de Mausoleo & Artemisia quis nescit quæ passim veteres commemorant?

διαβέβληται μάτην οὐκ οἶδ' ὁπόθεν) Quod negat scire se Stra-

C bo, vnde factum sit vt malè audiat fons Salmacis, id fusè docet Vitruuius libro secundo cap. VIII. quem locum vide. De hoc fonte lege Festum. Vibium Sequestrem, & Ouidium.

ἔοικε δ' ἡ τρυφὴ τῶν ἀνθρώπων αἰτιᾶσθαι τοὺς ἀέρας ἢ τὰ ὕδατα) Eadem sententia Græci epigrammatis in Salmacidem fontem.

> Εἰ μὲν ἀνὴρ ὑγιὴς, ἄπιθι ξένε τῆς δ' ἀπὸ πηγῆς.
> Εἰ δὲ φύσει μαλακὸς μὴ με πίνε φεύγων.
> Ἄῤῥεν ἐγὼ ποτὸν εἰμι, καὶ ἀνδράσι μοῦνον ἄριστον.

D

> Τῆς δὲ φύσει μαλακῆς, ἡ φύσις ἐστὶν ὕδωρ.

ἔχει δ' ἀκρόπολιν ἡ Ἁλικαρνασσὸς) Halicarnassi descriptionem habes apud eundum Vitruuium eo ipso loco. Diodorus lib. XVII. ait Halicarnassum fuisse ἀκροπόλεσι μεγάλαις κατεσκευασμένην. Strabo mox δύο ἄκρας habuisse.

ὁ Καλλιμάχου ἑταῖρος) Apparet ex epigrammate quo ei defuncto parentauit, amici morte mœrens. Vide Laertium in Heraclito.

ἑκατόμνω γὰρ τῷ Καρῶν βασιλέως) Manuscripti, ἑκατόμνω γὰρ τοῦ Καρῶν βασιλέως. Historiam quæ hic refertur, pete ab iis

E qui res Alexandri scripsere, Plutarcho, Arriano, Q. Curtio.

ὧν ἡ πρεσβυτέρα Ἀρτεμισία) Placet lectio veterum librorum. ὧν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ἀρτεμισίᾳ συνῴκει Μαύσωλος ὁ πρεσβύτερος τῶν ἀδελφῶν, ὁ δὲ δεύτερος Ἀδα τῇ ἑτέρᾳ ἀδελφῇ.

¶PAG. 451. διέχουσα τῆς ἠπείρου σταδίους τεσσαράκοντα) Atqui Plinius ait distare Con ab Halicarnasso M. XV. quæ sunt stadia CXX. vt suspicer in Strab. deesse vocem ἑκατόν.

μετῴκησαν εἰς τὴν νῦν πόλιν) Factum id anno tertio O-

F lympiadis centesimætertiæ autore Diodoro.

καὶ κώμην καλουμένην Στομαλίμνην) Ita legendum cum veteribus libris & priore interprete: nimirum fuit hic pagus ad aliquam Stomalimnam situs. quid autē veteres Stomalimnam appellarent, diximus non vno loco.

τὴν Σεβαστὸν ἀναθεῖναι τῷ πατρὶ) Plinius, *Venerem exeuntem e mari Diuus Augustus dicauit in delubro patris Cæsaris, quæ Anadyomene vocatur, versibus Græcis tali opere dum laudatur victo, sed illustrato.* Exstant hodiéque versus Græci quos ait Plin. inter Græcanica epigrammata.

G φασὶ δ' Ἱπποκράτην μάλιστα ἐκ τῶν ἀνακειμένων θεραπειῶν ἐνταῦθα γυμνάσασθαι τὰ περὶ τὰς διαίτας) Plinius initio libri XXIX. de medicina loquens. *Tunc eam reuocauit in lucem Hippocrates, genitus in insula Co, in primis clara ac valida, & Aesculapio dicata. Is cum fuisset mos liberatos morbis scribere in templo eius Dei quid auxiliatum esset, vt postea similitudo proficeret exscripsisse ea traditur, atque (vt Varro apud nos credit) iam templo cremato, instituisse medicinam hanc quæ Clinice vocatur.* de hoc more vide quæ notauimus ad lib. VIII.

καὶ Ἀρίστων ὁ ἀκροασάμενος τοῦ περιπατητικοῦ) Aristones fuere varij vt notatum est à Laertio: duo verò nobiles, quorum alter fuit Stoicus, alter peripateticus. illi patria Chius. huic Iulis in insula Ceo: puto autem eum esse quem hic τὸν περιπατητικὸν vocat.

ἐντεῦ-

ἐντεῦθεν δ' ἦν καὶ Θεόμνηστος)Meminit Plutarchus,quem vide.

τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν τῆς Μινδυάδος)Manusſ. Κινδυάδος & mox Κινδύη non Μινδύη. optimè ſanè:& ita legendú. Polyb. lib. xvi. ... διότι τὸ τῆς Κινδυάδος Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ... ὑπαίθριον ὂν οὔτε νίφεται οὔτε βρέχεται ... τοῖς Ἰασεῦσι τὸ τῆς Ἑστιάδος. Deinde ſequitur grauis Polybij reprehenſio eorum qui talibus fabulis ſuas hiſtorias onerarunt.

ὃ περιύεσθαι φασὶ)Ex ſuperiori Polybij loco apparet quid velit Strabo: nimirum hoc templum nunquam complui. Verùm ſi ita Strabo ſcripſit,non habebis me hic quidem laudatorem. Cur enim tam obſcurè id ſignificat vt Oedipo ſit opus ad rem intelligendam? Sed fortaſſe ille ita ſcripſerat, ὃ περιύεσθαι μὲν φασι, ὕεσθαι δὲ hoc eſt, quod templum nunquã complui ſed circumplui tantum aiunt. Sanè eiuſmodi ſententia ſit neceſſe eſt.

¶PAG. 453. ὡς δ' ὁ κάλων ἠχ' ἐπὶ τὴν ὀψοπωλίαν)Mos Græcorum,oola vti ad ὀψοπωλίαν,ſiue venditionem piſciũ ſignificandam. Plutarchus Sympoſiacorum lib. IIII. cap. IIII. docet ὀψοφάγους dici non eos qui vllius alius cibi ſint cupidiores.ſed τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναδιδόντας ἑκάστοτε, καὶ τοῦ κώδωνος ὀξέως ἀκούοντας. Strabo lib. ſequenti docet fuiſſe apud Indos Ædiles qui curarent vt τὰ ὤνια ἀπὸ συστάσεως venirent.

εἰπόντος δὲ Ναὶ) Reſtituimus elegantiam huius loci ex Aldino codice:quam neſcio cur Germani non probauerant,qui magno errore Ναὶ mutauerant in καὶ.

ὁ διαλεκτικὸς Διόδωρος ὁ Κρόνος)Legebatur Θεόδωρος. Nos ex veteribus libris veram lectionem reſtituimus. Vide Laertium.

τὸ τῶν Μιλασίων πολίδιον) Sic leg. ex manuſcriptis & Strabonis multis locis. Vulgo πολεῖδιον ineptiſſimè.

τοῦ Διὸς τό τε Ὀσογὼ καλούμενον καὶ Λαβρανδηνοῦ) De Ioue Oſogo quæro adhuc Iouis Labrandeni frequens mentio veteribus. Herodoto lib. quinto. Plutarcho in Quæſt. Græc. Lactantio & Stephan.

Τρίτον δ' ἐστὶν ἱερὸν τοῦ Καρίου Διὸς) Meminit Herodotus Κλειοῖ,vnde ad verbum deſcribit noſter.

¶PAG. 454. ἐπέλαυσεν ἐν τῇ ἐφόδῳ Λαβιηνοῦ εἰς τὴν Ἀσίαν)Labienus hic eſt qui cum Pacoro Parthorum regis filio magnam Syriæ & Aſiæ minoris partẽ inuaſit, quo tempore Antonius in Ægypto Cleopatræ amori indulgebat. vide Dionem libro XLVIII. vnde etiam diſces qua occaſione homo Romanus à Parthis ſteterit. Notat autem Dio,Labienum Ciliciam,& pleraſque ἠπειρώτιδας πόλεις Aſiæ,facile cepiſſe,præter Stratoniceam. Mylaſſorum autem & Alabandorum non ſine periculo eum eſſe potitum: ideo etiam,ait Dio, Alabandenſes captos ſupplicio affecit: Mylaſſa euertit incolis deſtituta.

ἐκείνου γὰρ εἰπόντος ἑαυτὸν Παρθικὸν αὐτοκράτορα) Etiam Dio notat Labienum voluiſſe appellari, imperatorem Parthicum:idq;, inquit prorſus cõtra morem Rom. qui ſolent ſuis imperatoribus ab hoſte deuicto cognomẽ dare. Labienus verò cõtra, à Parthis ſe cognominauit, quorum dux erat, ὡς καὶ ἐκείνους ἀλλ' οὐ τοὺς πολίτας νικῶν.

δυναστείᾳ τε καὶ βουλευομένῳ περὶ τῶν κοινῶν) Lego δυναστείαν τε καὶ βουλεύοντι.

ὃν μάλιστα ἐπαινεῖ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ῥητόρων ὧν ἠκροάσατο Κικέρων) Locus Ciceronis quem citat Strabo,eſt in Bruto. Sic ille, *Poſt à me Aſia tota peragrata eſt, cum ſummis quidem oratoribus quibuſcum exercebar ipſis lubentibus: quorum erat princeps Menippus Stratonicenſis, meo iudicio, tota Aſia illis temporibus diſertiſſimus: & ſi nihil habere moleſtiarum, nec ineptiarum Atticorum eſt, hic orator in illis numerari rectè poteſt.*

λόφοις ποτὲ συγκαλυπτομένοις ...)Non dubito vocẽ συγκαλυπτομένοις eſſe corruptam. Rectè verò manuſcripti, συγκειμένοις,vel συγκειμένη,quæ puſterior lectio mihi magis placet.

οἱ μετοικήσαντες εἰς τὴν Ῥόδον, τὸ Ἀπολλώνιος καὶ ὁ Μόλων)Ex ſuperiori loco Strabonis,vbi viros Rhodios doctrina claro enumerauit, tam certum eſt quàm quod certiſſimum,eſſe legendum καὶ οἱ μετ. vt ad ſequentia referatur vox μετοικήσαντες.

¶PAG. 455. τά τε ὄχανα ποιοῦντες τὰ κράνεια καὶ τὰ ἐπίσημα, καὶ τοὺς λόφους)Herodotus id prius dixerat,quem vide libro primo. Plinius libro ſeptimo,cap. Quæ quis inuenerit. *Galeam, gladium*, haſtam, Lacedæmonii, Ocreas & criſtas Cares.

ὅτ' ὡς Θουκυδίδης φησὶν)Locus Thucydidis eſt in procemio:mihi verò vt ingenuè dicam quod ſentio,non videtur Thucydides validis deſtrui r... ionibus, quibus ſuam ſententiam aduerſus Strab. noſtrum tueatur:verùm hæc tractent,quibus plus eſt otij.

οὐδέ γε ὅτι μετέχουσι ἡ γλῶττα τῶν Καρῶν) Malo τραχυτάτη, idque ſequentia confirmant.

λέγω δὲ τὰ τῶν μὴ Ἑλλήνων)Ideo opponuntur Ἕλλην & ἀγλώσσος vt ἄλλη & βάρβαρος Sophocles Trachiniis,

οὐδ' Ἑλλὰς οὔτ' ἄγλωσσος, οὐδ' ὅσην ἐγὼ
γαῖαν καθαίρων ἱκόμην ἔδρασέ πω.

Herodotus Euterpe annotat Ægyptios appellare omnes barbaros, τοὺς μὴ σφίσι ὁμογλώσσους vt meritò ſuſpicetur aliquis vocem illam primum Ægyptiis fuiſſe in vſu, indéq; ad Græcos manaſſe:neque ignoro quæ ſint à doctiſſimis viris hac de voce ſcripta.

¶PAG. 456. εἰς δὲ Σμύρναν πεντακόσιοι εἴκοσι)Idem libri huius initio dixit.

εἰς Γαρσύηρα πολίχνιον)Lege Γαρσαύιρα,vt lib. XII.

διὰ Ἡρφόνων πολίχνης,Lege διὰ Ἡρφων. Nam Ἧρφα vocauit libro XII.

¶PAG. 457 κατὰ τὴν δίαιταν τὴν εἰς Κίβυραν πορευομένην) Lege κατὰ τὴν ὁδὸν. hoc eſt, ὁδὸν, vt alibi expoſuimus.

καταρχόντες ἐς Σόλους)Vide paullò poſt.

τοὺς δ' εἰς Δεδυμένην λεγομένους) Manuſcripti Δεδυμένην Legendum Δύμην. Dyme enim eſt Achaiæ vrbs quam intelligit. Vide lib. VIII,& quæ ibi annotauimus.

ὁ πλησίον δὲ Τελμισσὸς)Præter Geographos vide Suidam Τελμισσεῖς.

¶PAG. 458. μετὰ τοῦτον ὁ Κράγος ἔχων ἄκρας ὀκτὼ) Euſtathius locũ proferens in Iliad. ζ. videtur legiſſe δύο pro ὀκτὼ verùm nihil eſt mutandum. nam idem Euſtath. in Dionyſ. legit vt nos. De Chimæra non eſt neceſſe proferre quæ etiam pueris ſunt nota.

εἶτα τὰ Δόουρα δ' ὑπερβολαῖς) Supple σκάφαι, vt alibi loquitur.

πόλις Πάταρα) De hoc,& omnino de Patarorum appellatione plura qui cupit legat Euſtathium ad hæc verba Dionyſij, Παταρεῖς τε λόφων ἄκρων. & Stephanum vnde ille habet. aut erit ἀκόρεστος planè,aut reperiet ἀρχαῖον.

Ἐστι μὲν οὖν αὕτη ἡ πόλις Λυκιακὴ)Sic & Ptolem. Phaſelidem Lyciæ aſcribit, Plinius Pamphyliæ, vt & Dionyſius poeta.

¶PAG. 459. Μετὰ Φασηλίδα δ' ἐστὶν ἡ Ὀλβία τῆς Παμφυλίας ἀρχὴ)Plinius qui Pamphyliç attribuit Phaſelidem non facit eius ἀρχὴν Olbiam, ſed Phaſelidem vtramq; coniunctim referens.

ὁ Καταρράκτης λεγόμενος)Meminit Plin. Ptolem. oram Pamphyliæ ſic deſcribit, *Poſt Phaſelidem Lyciæ vrbem ſequuntur in ora Pamphyliæ, Olbia, Attalia, Catarractæ fl. oſtia Motylos, Ceſtriſi oſtia, Eurymedontis fl. oſtia, Side.*

εἶτα πόλις Ἀτταλία)Scribe Ἀττάλεια.

καὶ Λυρνησσὸς)Meminit Plinius. & Dionyſ. Afer.

καὶ τὸ Κορακήσιον ἀρχὴ τῆς τραχείας Κιλικίας) Ita & Ptolemæus, apud quem ſequitur poſt illa quæ modo retulimus, *Ciliciæ Trachiæ vrbes maritimæ ſunt, Coraceſium & Syedra.*

φησὶ δ' Ἡρόδοτος τοὺς Παμφύλους) Locus Herodoti eſt Polymnia, Οἱ δὲ Πάμφυλοι εἰσὶ οἱ ἐκ Τροίης ἀποσκεδασθέντων ἅμα Ἀμφιλόχῳ καὶ Κάλχαντι : quod autem putat Xylander ex Strab. reſtituendam Herodoto vocẽ λαῶν vehementer fallitur.

τοὺς δὲ λαοὺς μετὰ Μόψου τοῦ Ταύρου ὑπερθέντας) Xylander legit λαοὺς & Laos interpretatur: manifesto errore: nam ita hic vertendum vt paullo ante in Herodoti loco. Solet autem Strabo plurali eius vocis vti. Sic supra de Pygelis loquens ἵδρυμα Ἀγαμέμνονος, οἰκισθὲν ὑπὸ μέρους τῶν ἐκείνου λαῶν. lib. XVI. Τὸν μὲν ἐν Τετραπόλει Ἰορδὰν ἔχοντά τινας τῶν ἐκ τοῦ περὶ λαῶν.

¶PAG. 460. ὑφ' οἱ Σύριοι δὲ φίλοι ἦσαν αὐτοῖς) Manuscripti ὑφ' οἱ Ῥόδιοι quam lectionem probo, cum vetere interprete: erant enim hi Rhodiis vicini, qui tunc temporis maris imperium tenebant. vt multum ab iis iuuari potuerint.

οἱ λῃσταὶ προσποιούμενοι σώματ' ἐμπορεῖν) Σώματα appellat homines seruos & mancipia, quæ & Latinis Iurisconsultis sæpe *corpora* dicuntur. Est ergo sensus, hos piratas tanto facilius piraticam exercuisse, quod sola mancipia se vænum exponere simularent. At Pamphyli piratæ longè impudentiores, qui vt paullo ante dictum est, apertè faterentur ingenuos esse & liberos quos venderent.

ἀλλ' ἐπέμψαν μὲν καὶ Σκιπίωνα τὸν Αἰμιλιανὸν) Huius legationis meminere Marcus Tullius, Plutarchus, Iustinus, Athenæus, alij.

εἰς τὴν κατὰ φύσιν διαδοχὴν) Restituimus hunc locum primum ex coniectura & ingenio, vt alios infinitos: deinde etiam ex veteribus libris.

τοῦτο δ' ἐστὶν Ἀγίδος πόλις) Primum pro τοῦτο legendum videtur ἐν τούτῳ videlicet τῷ παράπλῳ, vel κατὰ τοῦτον: deinde non ἐστὶν Ἄγιδος π. sed ἐστὶ Νάγιδος π. scribendum esse certum est ex reliquis Geographis qui Nagidum hanc vrbem vocant. Stephanus, Νάγιδος πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας.

μετὰ τὸ Ἀνεμούριον) In manuscriptis est, νοα πόλις post Ἀνεμούριον vt videatur scribendum, ἔπειτα μετὰ τὸ Ἀνεμούριον πόλις.

καὶ Κελένδερις πόλις) Non probo lectionem manuscriptorum Μιλένδερις. Nā ita & reliqui Geographi habent.

¶PAG. 461. ἔνθ' Ὅλμος ὅπου πρότερον ᾤκουν οἱ νῦν Σελευκεῖς) Suspicor legendum Ὅλμοι: Nam ita paullo antè, & Stephanus, Ὅλμοι, πόλις Τραχείας Κιλικίας ὅπου πρότερον ᾤκουν οἱ νῦν Σελευκεῖς. Locum hunc Strab. describit Stephanus, & legit Ὅλμοι. Plinius Holmiam vocat libro V. cap. XVII. *Seleucia supra amnem Calicadnum Tracheotis cognomine, à mari relata, vbi vocabatur Holmia.*

φωραθεὶς ἐν τῇ κατὰ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ ἐπιβουλῇ) Huius coniurationis dux & autor Fannius Cæpio, particeps L. Licinius Varro Murena: quanquam de hoc dubitat Dio historiam referens lib. LIIII. Vide Suetonium in Augusto cap. XIX. & Velleium Paterculum.

γνώριμος δὲ τῇ Ἀρείου φιλίᾳ) Floruit hic philosophus Augusti temporibus: magnæ apud eum gratiæ & autoritatis, vt vel ex Plutarchi Antonio in extremo & Apophthegm. intelligitur. Themistius ait Arium apud Augustum non minori loco quàm Agrippam fuisse.

ἐν ᾧ ὁ ἄριστος κρόκος φύεται) Meminere Plinius, Solinus, & poetæ passim. Dioscorides Κρόκος ἐστὶ κράτιστος ὁ Κωρύκιος ... χρησιμώτατος.

ὕστερον μὲν Ἀρχέλαος ἔλαβε πρὸς τῇ Καππαδοκίᾳ) Cappadociam Archelao tradiderat Antonius vt lib. XII. dictū est. & Dio lib. XLIX.

¶PAG. 462. ἑλόντος δὲ τοῦ ὄρους τοῦ Ἰσαυρικοῦ) Lego ὑπὸ τοῦ Ἰσαυρικοῦ. Nam Isaura quidem castellum nominant geographi: montem autem Isauricum nullum quod sciam, & confirmat quod sequitur, πάντα δ' εἷλεν ὁ Ἰσαυρικός.

καὶ μετονομασθεῖσα Πομπηιούπολις) Præter reliquos lege Dionem lib. XXXVI.

ὥστ' ἄλλα τούτων οὐκ ἄξια τοῦ ἀποκροτήματος) Secuti veteres codices nō dubitauimus hæc verba hûc transferre, quæ in reliquis editionibus pessimè postponuntur sequentibus versibus, quod & Stephanus & Eustathius qui hæc proferunt refellunt: vt Athenæum omittam qui lib. duodecimo hanc ἐπιγραφὴν ex Clitarcho (à quo & Strabo habet) totidem literis refert: extat & apud Arrianum ex eodem Clitarcho relata lib. II. Debuere autem hæc ita edi, ΩΣ ΤΑΛΛΑ ΤΟΥΤΟΥ ΟΥΚ ΑΞΙΑ, τοῦ ἀποκροτήματος: ita vt minoribus characteribus notarentur hæc τοῦ ἀποκροτήματος: quæ sunt Strabonis verba, explicantis illud ΤΟΥΤΟΥ Sardanapali: quod facile fuit ad intelligendum iis qui eius τύπον λίθινον viderent qui habuit dextræ manus digitos compositos ad edendum illud ἀποκρότημα. Arrianus hanc interpretationem non adiecit. Athenæus & ipse vt Strabo est interpretatus. Nam post illa verba ταῦτα οὐκ ἄξια, addit de suo τοῦ ἀποκροτήματος εἶναι λέγων: quæ sunt ipsius explicatio: quod notandum est, ne confundas cum verbis ἐπιγραφῆς, quod eruditissimi viri non videntur obseruasse.

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς) Videntur ante hæc verba desiderari quædam. postquam protulit inscriptionem monumento Sardanapali inscriptam quam Clitarchus retulerat: nunc ea Chrysippo profert inscriptos eidem monumento versus. Docet id nos Athenæus lib. VIII. vbi etiam paullo aliter hæc carmina leguntur.

Μέμνηται δὲ Χοιρίλος τούτων) Chœrilus insculptum Sardanapali sepulchro epitaphium versibus expressit. vide Athenæum lib. XII.

ἐν ᾗ Ὄλβος πόλις) Manuscripti Ὄλβη πόλις. Steph. in Ὀλβία reprehendit Philoxenū quod dixisset Olbiam Pamphyliæ esse vrbem. Est enim inquit, non Pamphyliæ, sed Solymorum terræ: neque Olbia vocatur, sed Olba: mihi verò videtur iniqua hæc Stephani reprehensio. Nā à Philoxeno stant Strabo paullò ante, Ptol. & Plinius. at fortasse Stephanus Olbam hanc rarium non Olbiā de qua supra legisse meminerat: & non Σόλων in hoc Strab. loco, sed Σολύμων videntur habuisse Stephani codices.

¶PAG. 463. ὁ ἰσθμὸς τῆς περιλαμβανομένης χερρονήσου) Herodotus nō ἰσθμὸν sed αὐχένα vocat, & effici ab Haly fluuio. qua de re supra multis locis.

ἐστι πρὸς τοῦτο παιδείας) Nihil mutandum. Simillimè dixit libro sexto ... ἐστὶ πρὸς τοῦτο ... ἀσκοῦντες.

Ἡ δὲ Ταρσὸς) Iuliopolis quondam in gratiam Iulij Cæsaris ab ipsis Tarsensibus denominata. Dio libro XLVII. ... τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ καὶ δι' ἐκεῖνον καὶ τῷ δευτέρῳ οἱ Ταρσεῖς εἶχον, ὥστε καὶ Ἰουλιόπολιν σφᾶς ἀπ' αὐτοῦ μετονομάσαι.

καὶ τοῖς παχυνδροῦσι καὶ ποδαγριζοῦσιν) Secuti sumus Xylandri emendationem, quum liber Aldi haberet [illegible] pro ποδαγριζοῦσιν: quam vocem eruditè restituit Xylander ex Plinio lib. XXXI. cap. II. & Vitruuio libro VIII. cap. III. Non dissimulabo tamen Eustathium qui hunc locum citat ac describit, hāc vocem omittere. Sic ille de Cydno loquens in Dionysiū, ψυχρὸν δέ φησι, καὶ ταχὺ τὸ ῥεῦμα τοῦ Κύδνου, καὶ ὠφελεῖ τοῖς παχυνδροῦσι κτήνεσι καὶ ἀνθρώποις. Ex quo loco hoc etiam discimus legendum esse in Strabone ταχὺ non τραχύ: & ita est in scriptis codicibus.

καὶ τῶν λόγων γεγόνασι) philologos intelligit: & ita fortasse legendum.

καὶ εἰσὶ χαλαὶ παρ' αὐτοῖς) Deesse quædam verba videntur: nam alioquin de Alexandrensibus hæc videbuntur dici: quod non est. vel igitur paucula quædam desunt: vel sunt notis parentheseos includenda quæcunque sunt inter ascripta verba, & superiora illa καὶ τῶν λόγων γεγόνασι.

¶PAG. 464. καὶ τοὔλαιον) Olei olim in gymnasiis plurimus vsus, vt ex veterum multis locis apparet.

καὶ προσφέρεσθαι δέ πως τῷ ἐπιεικεῖ) Restituimus veram lectionem, quum ante legeretur δ' ἔτι, ineptissimè. & τὸ ἐπιεικὲς non est æquitas, sed τὸ ἀνεξίκακον, quæ virtus facit vt & tolleremus facile iniuriam, & tardè commoueamur. μακροθυμίαν sacri autores elegantissime vocant.

τὴν νόσον τῆς πόλεως) Festiuo huic dicto dedit occasionem

nem vox νόσον, quę & corporis morbum significat & animi. Sæpe enim pro vitio & prauitate ponitur. Æschylus,

——νόσημα γὰρ
Αἴσχιστον εἶναι φημὶ συνθέτους λόγους.

Euripides,

Ἀκόλαστον ἔχει γλῶσσαν, αἴσχιστην νόσον.

Sed exemplis in re perspicua non est opus. Vide Ciceronem.

τραγικὰ ὥς ἐπιπολὺ) Adeo fuit vsitatum Tarsensibus Tragica carmina componere, vt Tarsica vocarentur eius generis poemata, vt innuit Diogenes Laertius.

πεσόντας δ' ἀμφοτέρους περὶ μάχην μὲν ἐν ἱππεῦσι ἀλλήλους) Hæc ita prorsus narrantur apud Lycophronem in Cassandra.

καὶ οἱ τάφοι δείκνυνται περὶ Μάγαρσα τῆς Πυράμου πλησίον) Lectio est deprauata. Ex Lycophrone sic legendum, περὶ Μέγαρσα. Sic ille,

Αἰπὺς δ' ἀλιβρὸς ὄχθος ἐν μεταιχμίῳ
Μεγάρσου ἀγῶν ἄμφω στεγάσεται.
ὡς μὴ βλέπωσι μηδ' νερτέρων ἕδρας.

Sed præstat legere Μάγαρσα, aut Μάγαρσον: ita enim ab omnibus vocatur. Stephanus, Μάγαρσος, μικρὸς ὄχθος ἐν Κιλικίᾳ πρὸς τῇ Μαλλῷ. Meminit & Arrianus libro secundo.

οὐ φασὶ ἀμφιλέξ μαθητὴν Παναιτίου) Vetus lectio non id relinquit incertum: sic enim habet, ὅ φησι μαθητὴς ἀμφιλέξ Παναιτίου.

Ἀλήϊον πεδίον) Meminit Herodotus. vide Arrianum lib. II.

Αἰγαῖαι πολίχνιον ὕφ.) Ægæas nominat Tacitus libro XIII. Annal. Ptolem. Αἰγάς.

εἶτ' ἀμανίδες πύλαι) Πύλαι quid appellent Græci in montibus notum est. De Amanidibus Pylis præter geographos, lege scriptores rerum Alexandri & Dionem lib. XLVIII.

ἀεὶ μὲν ὑπὸ πλειόνων δυναστευόμενον) Secuti sumus in nostra editione scriptos libros. Ante legebatur οἱ μὲν. sententia hiante. Mihi tamen vehementer placeret vt hæc ad ipsum Amanum referrentur: quem montem perpetui tyranni & latrones obsederunt, Romano nomini hostes infensissimi: de quibus præclaram victoriam Cicero reportauit, quod ex ipsius epistola elegātissima ad M. Catonē plurib. placet exponere: quis enim non delectetur lectione rerum à tanto viro gestarum? adde quod multum illa Strabonem illustrant. Sic igitur Cicero, *Itaque exercitum mihi ducendu per Cappadociæ regionē eam quæ Ciliciā attingeret putaui. Nam si me in Ciliciā demisissem Ciliciam quidem ipsam propter montis Amani naturam facile tenuissem (Duo sunt enim aditus in Ciliciam ex Syria: quorum vterque paruis præsidiis propter angustias intercludi potest, nec est quicquam Cilicia contra Syriam munitius) sed me Cappadocia mouebat, quæ patet à Syria*, Mox *Cumque eo animo venissem vt vtrique prouinciæ si ita tempus ferret subuenirem: tamen id, quod iam ante constitueram vehementer interesse vtriusque prouinciæ pacare Amanum, & perpetuum hostem ex eo monte tollere, agere perrexi*. Paullò post *plerosque nec opinantes oppressimus, qui occisi captique sunt, interclusi reliqui. Fugeranā autem quæ fuit nō vici instar, sed vrbis, quod erat Amani caput, itemque Sepiram Ceminorim, acriter & diu repugnantibus Pontino illam partē Amani tenente, ex antelucano tempore vsque ad horam diei decimam, magna multitudine hominum occisa cepimus: castellaque sex capta: complura incendimus*. Ascripsi paullo pluribus locum Ciceronis: quia non videbar posse aptiorem commentarium in hunc locum Strabonis tibi dare. Nam de Amano, quidem omnes geographi: sed eorum descriptio nihil ad hanc Ciceronis.

ἐχόντων ἐρύματα) Ex Cicerone id intelligimus, qui castella Amani nominat. Fugeranam, Cepiram, Ceminorin. & aliorum meminit.

Ταρκοδήμωτος) Lego Ταρκονδήμωτος. Sic enim Cicero, *Cum exercitum in Ciliciam ducerem, in finibus Lycaoniæ & Cappadociæ mihi literæ redditæ sunt à Tarcondimoto, qui fidelissimus*

A *mus socius trans Taurum, amicissimusque populi Rom. existimatur*. Dio multis locis meminit, & Ταρκονδίμωτον vt Cicero appellat.

καὶ τὴν διαδοχὴν τοῖς μετ' αὐτὸν παρέδωκε) Tarcondimoto illi de quo Cicero loquitur, successit Tarcondimotus filius, cui Augustus patrium regnum dedit, πλὴν τῶν παραθαλασσιδίων τινῶν inquit Dio libro LIIII. quæ Archelao idem Augustus attribuit.

Ἰσσὸς πολίχνιον) Hæc omnia loca nobilitauit insignis

B Alexandri victoria. vide scriptores huius historiæ.

καὶ Μοψουεστία) Ptolemæus Μοψουεστίαν vocat. Cicero scribens ad Appianum Pulchrum, *De nostris rebus quod scire vis: Tarso Nonis Octobribus Amanum versus profecti sumus. Hæc scripsi postridie eius diei, cum castra haberem in agro Mopsuhestiæ*.

καὶ αἱ Πύλαι λεγόμεναι ὅριον Κιλίκων τε καὶ Σύρων An Pylas Amanidas intelligit? an alias? Duo enim sunt aditus in Ciliciam ex Syria. Vide locum Ciceronis quem supra attulimus.

C ¶PAG.466. διαιρῶν ταῦτα ὁ Ἀπολλόδωρος) Miror probari interpreti potuisse hanc lectionem ineptissimam: legendum διαιτῶν ταῦτα ὁ Απ. hoc est, inquirens Apollodorus in eum locum Ephori. διαιτᾶν quid significet apud philosophos, & quàm sit familiaris Straboni vox, nihil attinet dicere: Sciunt omnes qui præstantissimū autorem πραγματεύονται. tantum addam locum vnum qui mox sequitur, vnde vera lectio cognoscitur, φαίνεται δ' ὑπὸ τοῦ Ἐφόρου τὴν ἀπόφασιν διαιτῆν ἱκανῶς. Sed apertè stabilit nostram lectionem Strabo ipse: Subiicit enim, quod

D addit Artemidorus gētem decimam septimam iis sexdecim quas enumerat Ephorus, id non malè quidem dici, cæterum πρὸς τὴν δίαιταν τὴν ὑπὸ τοῦ Ἐφόρου λεγομένην esse ineptum.

πολλὴν ἔχει σύγχυσιν) Scribe ἔχειν. subaudi, ait Artem.

¶PAG.467. κατὰ τὰ ἱερὰ ἴδιον) Nisi volumus ineptire Strabonem, legendum ἴδῃ, quod mendum sæpe occurrit. Sic & libri veteres.

¶PAG.468. ἀπὸ τῆς ἐν Λυδίᾳ τῆς μεταξὺ A.) Locus est perturbatus. Epitomæ autor sic habet, ἀπὸ τῆς ἐν Λυδίᾳ τῆς

E μεταξὺ Ἀταρνέων τε καὶ Περγάμου πολίχνης ἐρήμης ἐκμεμεταλλευμένα ἐχούσης τὰ χωρία, quam lectionem amplector.

χώρα δὲ καὶ προσεχεστάτη τῇ Ἀπαμείᾳ) Restituimus veram lectionem: quam & manuscripti confirmant. At vulgati codices habēt πρὸς ἐχάτη τῇ Απ. qui error mox iterum occurrit, itémque alibi etiam apud Eustath. vt dicemus.

¶PAG.469. Ἔστι δ' ὁ μὲν κύκλος τῆς Κύπρου σταδίων τρισχιλίων καὶ τετρακοσίων εἴκοσι κατακολπίζοντι) Stadia CIↃ CIↃ CIↃ CCCC XX. conficiunt CCCCXXVII. M. pass. & D.

F Itaque è Timosthene videtur hæc scribere Strabo. Ita enim Plinius libro V. cap. XXXI. de Cypro loquens. *Huius circuitum Timosthenes CCCCXXIX M.D. prodidit. Isidorus CCCLXXV*. Differt ab aliis Isidorus, opinor, quia sinus non ingreditur.

εἰσὶ δ' αἱ μὲν Κλεῖδες νησία δύο) Plinius quatuor esse ait. Herodotus Cleidas esse promontorium Cypri. Ptolem. insulas.

ἔστι δ' ἐπεξέμενε τὸ ὅλον τῆς νήσου σχῆμα) Cypri figuram vt exprimerent veteres, ouinæ pelli dicebant esse si-

G milem, autor Eustathius. Xenagoras Κεραστίαν quasi dicas cornutam dictam olim Cyprum putabat, non, vt Xenocles aiebat, quod eam aliquando habuissent homines cornibus præditi: sed διὰ τὸ ἔχειν πολλὰς ἐξοχὰς, ἃς κέρατα καλοῦσι, quod multis veluti cornibus promineret.

τῆς Κρομμύου ἄκρας) Ita omnes hoc promontorium appellant. Fuit ibi & oppidum eiusdem ferè nominis, vt docet postrema pars epistolæ Cassij ad Ciceronē, qua significat datam epistolam Cypro, à Crommiu acride.

Λαπαθός τε ἐστὶ πόλις) Apud Ptolem. & Diodorum lib. XIX. scribitur Λάπηθος per η. Stephanus per ι profertque Alexandri Ephesij carmen,

Βάλε δ' αὖ Κιτίῳ τι καὶ κυρείεσα Ακτάδος.

καὶ Νικωσία) Ex Ptolemæo & Diodoro suspicor legendum, καὶ Κερωνία. nam malè apud Diod. Κερωνία.

καθ' ὃν ἦν Αγίδος) Apparet legendum καθ' ἣν ἡ Νάγιδος ex iis quæ supra diximus, quum similem locum emendaremus.

περὶ τὰς νήσους τὰς Καρπασίας) Ptolemæus vrbem καρπασίαν, insulas καρπασίδας vocat.

καὶ μετὰ ταῦτα ἡ Σαλαμὶς) Plinius Salaminas vocat, & contra Salamina vrbem Cypri esse ait.

εἶθ' ἡ Ἀρσινόη εἶτα εἶθ' ὁ Ἡδύλος) Legendum quod & Xylander vidit, εἶθ' Ἡδύλος ἐστί. Hedylus hic fuit poeta elegiacus & epigrammatarius: quem citat aliquoties Athenæus.

¶PAG.470. πῶς αὐλῶνα χῦμα) Sic vocat fretum quod est inter Ciliciam & Cyprum: quod mare Aulona Cilicium vulgo vocabant.

διάπλους μέν ἐστι) Est περίπλους inquit: sed non διάρμα. διάρμα enim vocant traiectum sine circuitu.

ἔτ' ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν νῆσον, ἔτ' ἐν ἀριστερᾷ) Mirum sanè quod Strabo ait: iis qui à Coryco Curium tendunt Cyprum ita esse circumeundam vt nec ad dextram ea sit nec ad sinistram. quod qui fieri queat, non equidem video, vel potius fieri non posse satis video. Peritus lector cogitet num sit legendum ἔτ' ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν ἤπειρον, ἐν ἀριστερᾷ δὲ. iam aliquot locos memini me emendare ab iis corruptos, qui vsum particulę ℥ in hac senten tiæ non animaduerterant.

καὶ Βοοσούρα) Ptolemæo, Βοοσούρα.

καὶ ἡ Ιεροκηπίς) Plinio, Hierocepia.

Σόλιοι καλοῦνται) vt distinguantur ab incolis Solorum in Cilicia, qui Σολεῖς dicuntur.

κατὰ πόλεις ἐτυραννεῖτο) Hinc intelligi debet quod Pomponius Mela & Plinius aiunt, Cyprum aliquando nouem regna cepisse.

ἕως ὁ τελευταῖος ἦρξεν) Caue hæc interpretetis de eo qui postremus Lagidarum regnauit in Ægypto: sed de eo intellige qui postremus regnum Cypri tenuit, qui & ipse vnus fuit è Lagidis Ptolemæis. historia est apud Plutarchum in Catone iuniore.

¶PAG.470. διαχειρισάμενος ἑαυτὸν) veneno se interfecit Ptolem.

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS ET CASTIGATIONES IN LIBRVM XV. GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

ΤΑ περιλειπόμενα τῆς Ασίας ἐστὶ τὰ ἐκτὸς τοῦ Ταύρου) Quum diuisisset Geographus Asiam in eam quæ est cis Taurum, & eam quæ est trans Taurum: visum ei est ab ea incipere quæ ἐντὸς Ταύρου appellatur: quam quidem tribus libris proximis nobis explicuit: altera quæ ἐκτὸς Ταύρου vocatur, hactenus manet illibata: si paucula quædam excipias quæ priori libro complexus est de Cilicia, Pamphylia & Lycia: quæ quidem regiones ita sunt Tauri radicibus immixtæ, vt potius in ipsis montibus quam ἐκτὸς Ταύρου vel ἐντὸς sitæ dici queant. Iam ergo accedit Strabo ad descriptionem regionum qu sunt trās Taurum. quibus adiiciet partem Asiæ reliquam in qua Syria est & Ægyptus: postremò Africam paucis explicabit. Atque vt paucis rem complectar, restant dicenda quæcunque monti Tauro & mari nostro (quod est in eadem lin a recta cum eo monte) sunt πρὸς νότον.

καὶ οἱ πολλοὶ τῶν ἱστορικῶν καταπλεύσαντες αὐτὴν) Primi qui Indiam Græcis aperuerunt, fuere Alexandri comites in expeditione Indica. Secuti hos sunt Gręci qui orientem regibus Macedonicis eripere sunt moliti: ac partem etiam ademerunt. Hos ait Strabo libro vndecimo, vlterius multo promouisse quam esset ab Alexandro factum. Postremò cepere quàm plurimi in Indiam nauigare mercaturæ faciendæ causa. Atque ex his omnibus videbatur posse disci veritas rerum Indicarum. rectè tamen queritur nunc Strabo id non esse factum: Nam Alexandri quidem comites, ac qui eos sunt secuti Græci, quū infesto exercitu Indiā inuaderent & lustrarent, non potuere nisi obiter & in transcursu ingenium & naturam locorum percipere. Mercatores qui posteà eo nauigarunt, lucri inquit Plinius, non scientiæ causa tantum iter emetiuntur. Eadem querela Marini apud Ptolemæum: quo loco ait mercatores μὴ φροντίζειν τὴν ἀλήθειαν ἐξιστάζειν, ἀσχολουμένους περὶ τὴν ἐμπορείαν· πολλάκις ℥ καὶ αὔξειν δι' ἀλαζονείαν. Hæc cum ita sint, merito petit Strabo vt boni cōsulat lector, si quid in sequentibus repériat, quod minus probabile, vel etiam minus verum videatur.

τὴν Βακτριανὴν ἀποστάντων Ἑλλήνων) Vide ad lib. 1.

¶PAG.472. Δεκαπόλιν ...) qui fuit vnus ex eis Græcis qui rebellarunt.

ἐκεῖνος ℥) Nimirum Macedones. Nam Alexander ad Hypanin vsque venit: sed eum non traiecit.

αὐτὰ τὰ μετ.) αὐτὰ hoc est sola. Sic enim videtur hoc loco accipiendum, vt sit recta antithesis: quāquam quę sequuntur de 100 vrbibus, ad Græcos videntur esse referendam. Itaque locus hic nō est sanus. Pertinet huc Plinij locus. *Alexandri Magni comites in eo tractatu Indiæ quē subegerant, scripserunt V M. oppidorū fuisse nullum Co minus, gentium IX.*

Κῶ τῆς Μεροπίδος) Ita solent veteres insulam illam appellare Co Meropidem· περὶ τῶν, inquit Græcus Thucydidis interpres, quum nulla alia sit insula Cos appellata, vt distinctione opus sit. quod verum est: vetùm vsus ita obtinuit. Diodorus vero Meropidem simpliciter vocat lib. XII. vbi sic est scribendum ex Thucydide Μετὰ ℥ ταῦτα τὴν Μεροπίδα πορθήσας. hodie legitur Μεροπίαν. ineptissimè. Vnde autem Meropis Cos dicta sit, disces ex poetarum Græcis interpretibus.

ἔχων ὡς Καίσαρι τὸν Σεβαστὸν δῶρα) vide infra eodem.

καὶ Μεγασθένης) Megasthenis locum vide apud Arrianum in Indicis.

Ναβοκοδρόσορον ℥) Nabuchodonosor hic est cuius mentio est apud Ezechielem & Danielem. Berosus Chaldæus apud Iosephum lib. I. contra Appionem, ipseque Ioseph. Antiqu. Iudaic. lib. X. Ναβουχοδονόσορον vocant, paullò aliter sacræ literæ. Hunc regem. è Græcis præter Strabonem nemo quod sciam nominat.

¶PAG.473. ἐστι κατ' αὐτὴν) Sic restituimus hos versus qui ante perturbatissimi edebantur.

καὶ μηροτραφὴς ℥ λέγεται) Imo μηρορράφης à poetis dicitur, & apud Eustathium quoque hæc explicantem μηρορραφὴς scribitur. Plinius, *Necnon & Nysam vrbem plerique Indiæ ascribunt montémque Merum Libero patri sacrum vnde origo fabulæ, Iouis femine editi.* Porrò conferat lector quæ habet Arrianus in Indicis cum istis: sunt enim ex eodem autore desumpta.

καὶ Ἀόρνου πέτρας) Arrianus καταρράκτην vocat:

Ἄορνον δή τινα πέτραν) Arrianus, Ἀλλὰ ℥ Ἄορνον ℥ πέτρην ταύτην Ἀλέξανδρος βίῃ ἐχειρώσατο ὅτι Ἡρακλέης ὁ Διὸς οὐ δυνατὸς ἐγένετο ἐξελεῖν, Μακεδόνων κόμπος ἐμοὶ δοκέει τὸ χρῆμα. Diodorus & Curtius aiunt desiisse Herculem Petram oppugnare, pro-

re, propter terræ motus, qui tunc contigerunt.

ἀπογόνους εἶναι τοὺς Σίβας) Et hæc Arrianus totidem fere verbis. Diodorus vero Siculus lib. XVII. Ibos appellat quos Sibas reliqui. Sic ille, προσέμιξεν ἐπὶ τοὺς ὀνομαζομένους Ἴβοις· τούτους δέ φασιν ἀπογόνους εἶναι τῶν μεθ᾿ Ἡρακλέους ἐπὶ τὴν Ἄορνον πέτραν στρατευσάντων.

Βεβαιοῦνται δὲ τὸν μῦθον τοῦτον) hoc est probant hanc narrationem esse fabulam meram & Macedonum κόμπασμα, eo argumento, quòd non dubitarint iidem Macedones Caucasum in Indiam transferre: quo de ridiculo errore satis diximus libro vndecimo. Arrianus cum ab aliis hæc acciperet, tamen ita profert, Mihi, ait, videtur esse quod aiunt de Petra Aorno ab Alexãdro expugnata quum Hercules id olim non potuisset efficere, κόμπασμα Μακεδόνων· καθάπερ καὶ τὸν Παραπάμισον, Καύκασον ἐκάλουν Μακεδόνες, οὐδέν τι προσήκοντα τοῦτον τῷ Καυκάσῳ· καί τι καὶ ἄντρον ἐπιφρασθέντες ἐν Παραπαμισάδαις, τοῦτο ἔφασαν ἐκεῖνο εἶναι τοῦ Προμηθέως τοῦ Τιτᾶνος τὸ ἄντρον.

Καὶ ἡ τοῦ Ἡρακλέους δὲ στολὴ ἡ τοιαύτη) nempe quod leonis pelle est amictus, & clauam gestat.

πλάσμα τῶν τὴν Ἡράκλειαν ποιησάντων) Suidas in Πείσανδρος. Ποιήματα δὲ αὐτοῦ Ἡράκλεια ἐν βιβλίοις β. Ἐστι δὲ τὰ Ἡρακλέους ἔργα· ἔνθα πρῶτος Ἡρακλεῖ ῥόπαλον περιτέθεικε.

εἴτε Πείσανδρος ἦν) Ita video plerosque omnes sentire. Strabo ipse priore libro non dubitanter id dixit. Sic & Apollonij scholiastes eruditissimus. Sic & Theocritus antiquissimus poeta, multis tamen annis Pisandro iunior.

Τὸν τοῦ Ζανὸς ὅδ᾿ ὑμὶν υἱὸν ἀνὴρ
Τὸν λεοντομάχαν, τὸν ὀξύχειρα
Πρᾶτος τῶν ἐπάνωθε μουσοποιῶν
Πείσανδρος ξυνέγραψεν ὡ᾿κ Καμείρου.

Μάλιστα ἐκ τῆς διαίτης ἐδέχετο τῆς τότε) Vide libro secundo.

¶PAG. 474. Τὴν Ἰνδικὴν περιώρισεν) Arrianus, Ὅροι δὲ τῆς Ἰνδῶν γῆς, πρὸς μὲν βορέου ἀνέμου ὁ Ταῦρος τὸ ὄρος. Mox Τὰ πρὸς ἑσπέραν δὲ τῆς Ἰνδῶν γῆς ὁ ποταμὸς ὁ Ἰνδὸς ἀπείργει, ἐς τε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν. Mox, Τὸ δὲ πρὸς νότου τε ἀνέμου καὶ μεσημβρίης, καὶ αὐτὴ ἡ μεγάλη θάλασσα ἀπείργει τὴν Ἰνδῶν γῆν· καὶ τὸ πρὸς ἕω αὐτὴ ἡ θάλασσα ἀπείργει. Omnino ex eodem fonte hæc Arriani manant, vnde haurire se noster profitetur. neque Arrianus tantum, sed & Dionysius periegetes ex Eratosthene Indiæ descriptionem sumsit, quã elegantibus carminib. extulit. vide & Diodor.

καὶ γίνεται ῥομβοειδὲς τὸ τῆς χώρας σχῆμα) Dionysius, de India,

Ἤτοι μὲν πισύρεσσιν ἐπὶ πλευρῇσιν ἀρηρώς
Πάντῃ λοξῇσιν, ἐλιγκίη εἴδει ῥόμβου.

ad quem locum vide Eustathium. Nos vero ad librum secundum ista pluribus aliquando faciente Deo exponemus, & figuris illustrabimus.

σταδίων δισμυρίων) Mirum sanè, iter ab Indiæ occiduis partibus Palibothra vsque dici stadiorum CCIↃↃ CCIↃↃ cum mox dicatur tota India patere in longitudinem stad. sexdecim millia tantum: quod & liber primus nos docet: mirum inquam, sed non verum: neque ita aut Eratosthenes aut Strabo scripsere. Lege σταδίων μυρίων, vt apud Arrianum eundem Eratosthenis locum describentem legitur.

ἔκ τε τῆς ἀναγραφῆς τῶν σταθμῶν) de qua multa libro secundo.

οἱ τρισχίλιοι στάδιοι ποιοῦσι τὸ μέγιστον μῆκος) Hæc si addãtur superiori summę erit longitudo Indiæ ex Eratosthenis sententia stadiorum CCIↃↃ IↃↃ CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ. & ita Strabo iterũ libro primo. Arrianus verò ab Indo ad Palimbothra stadia numerari ait CCIↃↃ. inde ad fines Indiæ orientales, ξὺν τῇ ἄκρῃ τῇ ἀνεχούσῃ ἐς τὸ πέλαγος alia CCIↃↃ. Itaque totius Indiæ longitudinem esse stadiorũ XX. M. Hæc Arrianus: qui tamen Eratosthenem se sequi profitetur.

Κτησίας μὲν οὐκ ἐλάττω τῆς ἄλλης Ἀσίας) Arrianus eleganter, Κτησίας δὲ ὁ Κνίδιος τὴν Ἰνδῶν γῆν ἴσην τῇ ἄλλῃ Ἀσίῃ λέγει, οὐδὲν λέγων.

A Ὀνησίκριτος δὲ τρίτον μέρος τῆς οἰκουμένης) Apud Arrianum pro τῆς οἰκουμένης legitur τῆς Ἀσίας, magna sententiæ iactura. Forte γῆς legendũ ex Plin. lib. VI. cap. XVII.

Νεάρχου δὲ μηνῶν ὁδὸν τεττάρων, τὴν δι᾿ αὐτοῦ τοῦ πεδίου) Interpres non expressit vim vocis αὐτοῦ, quæ videtur esse, vt si Latinè dicas, etiam per campum. voluit enim intelligi quatuor istos menses non absumi τῇ κυκλοπορείᾳ vt quum per montes iter est. Arrianus. Νέαρχος δὲ μηνῶν τεττάρων ὁδὸν τὴν δι᾿ αὐτοῦ τε πεδίου τῆς Ἰνδῶν γῆς.

B ἅπαντες δ᾿ ἀπὸ τοῦ Καυκάσου τὴν ἀρχὴν ἔχουσι) Error communis inquiunt Iurisconsulti, facit ius. Hoc vides in isto loco. vocat enim Geographus Caucasum montes eos qui latus boreum Indiæ faciunt: nihil veritus cum vulgo errare, cuius errorem non vno loco reprehendit.

¶PAG. 475. καὶ μίαν ἐκβολὴν ποιεῖται) Non ita reliqui Geographi: nec Virgilius, Æneid. lib. IX.

ὁ δ᾿ Ἰνδὸς δυσὶ στόμασιν εἰς τὴν) Arrianus de Indo, ἵνα περ αὐτὸς κατὰ δύο στόματα ἐκδιδοῖ, οὐ συνεχέα ἀλλήλοισι τὰ στόματα,

C καθάπερ τὰ πέντε τοῦ Ἴστρου ἐστὶ συνεχέα· ἀλλ᾿ ὡς τὰ τοῦ Νείλου, ὑπὸ τῶν Δέλτα ποιέεται τὸ Αἰγύπτιον· οὕτω τι καὶ τῆς Ἰνδῶν γῆς Δέλτα ποιέει ὁ Ἰνδὸς ποταμός, οὐ μεῖον τοῦ Αἰγυπτίου· καὶ τοῦτο Πάταλα τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ καλέεται.

οὐδὲ γὰρ ἐκλιπαροῦσι) quod faciunt Æthiopes.

Τὴν δὲ Ταπροβάνην) Vide Plin. lib. VI. cap. XXII.

μῆκος μὲν ὡς ὀκτακισχιλίων σταδίων) Plinius, *Eratosthenes & mensuram prodidit longitudinis VIII. M. stad. latitudinis V. M.*

ἰδιοποιήσουσι τὴν χώραν) hoc est, nobis propriam

D reddent hanc descriptionem Indiæ: siue efficiẽt vt meritò cẽteri nostra queat hæc descriptio Indiæ. hæc est istius loci sententia. nam longè errat Xylander.

τοῖς δὲ τῆς Ἀσίας) Corruptus locus. reponendum autem alicuius Indicę gentis nomen · fortasse τοῖς δὲ Ἰππασίοις.

ἔν τε τῇ ὑπ᾿ Ἀσίαν) Legendum puto Ἰππασίων vt paullò post.

¶PAG. 476. τοῦ Ἀκεσίνου πλησίον στρατοπεδεύοντος) Vel στρατοπεδευόντας, legendum est, vel τοῦ Ἀλεξάνδρου Ἀκεσίνου

E πλησίον στρ. Arrianus sic, καὶ ἔφυγεν ἡ Ἀλεξάνδρου στρατιὴ ἀπὸ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ μέσου θέρεος, ὑπερβαλόντος τοῦ ὕδατος εἰς τὰ πεδία.

Ἔτι δὲ ἡμίψυκτον σπείρεσθαι τὴν γῆν, ὑπὸ τοῦ ψύχοντος ὀρυκτοῦ χαραχθεῖσαν) Hũc locũ litera vnica pro altera malè posita mirificè obscurat. Nam quid est χαραχθεῖσα γῆ ὑπὸ τοῦ ψύχοντος ὀρυκτοῦ? Interpretis quidem Xylandri versio, nine Gallica frigidior mihi visa. Legendum est, ὑπὸ τοῦ τυχόντος ὀρυκτοῦ χαραχθεῖσαν. Laudat Strabo hanc terram quod leui sulco aretur, vt de Syria Plinius ait, cuius

F verba ascripsi, vt hunc locum illustrarẽt. *Syria* inquit, *tenui sulco arat, cum multi ariam in Italia octoni boues ad singulos vomeres anhelent.* Errat etiam Xylander cum ἡμίψυχον vertit semigelatam. Nam ita potius locus debuit verti, *Terram autem dum est adhuc sem. sicca, seri, à quolibet fossore leuiter scissam.* Sic loquutus est libro septimo, Ἡ δὲ ἄλλη πεδιάς καὶ εὔγαιός ἐστι πᾶσα, ὥστε δὲ καὶ σφόδρα ἀπὸ χοὸς πεντάκι τὰ γοῦν ἀποδιδόασι διὰ τοῦ τυχόντος ὀρυκτοῦ χαζομένη. Potes etiam vocem ὀρυκτοῦ accipere de instrumento quo terra χαράσσεται quam interpretationem iuuat locus

G lib. vndecimi. πολλαχοῦ γοῦν σπαρῆναι ἅπαξ, δὶς ἐκφέρειν καρπὸν ἢ καὶ τρίς. τὸν δὲ πρῶτον καὶ πεντηκοντάχουν ἀποδιδόασι· καὶ ταῦτα οὐδὲ σιδήρῳ τμηθεῖσαν, ἀλλ᾿ αὐτοξύλῳ ἀρότρῳ.

καὶ πτίζεσθαι ὡς τὰς ζειάς) Manuscripti βαπτίζεσθαι· πτίζεσθαι certè mendo non caret. Nam πτισσεσθαι potius erat dicendum.

ὅν φησιν Ὀνησίκριτος, διότι σπιλός ἐστι) Epitomes autor σῖτος ἐστι. Et sanè vox σπιλὸς mihi est incognita: quam tamen in veterib. codicibus reperias, & priore interprete. bosmori meminit etiam Diodorus libro secundo, πολὺ δὲ ὄσπρειον καὶ διάφορον, ἔτι δὲ ὄρυζα καὶ τὸ προσαγορευόμενον βόσμορον. Sic ibi legendum, vulgo βόσπορον.

¶PAG. 477. τὸ δίκαρπον εἶναι καὶ δίφορον) Plin. *Alia illius cœli facies, aliy siderh ortus: binæ messes in anno, binæ æstates, media inter*

Omni-

inter illa hieme etesiarum flatu:nostra vero brumali. Diodorus, τὰ πολλὰ δὲ τῆς χώρας ἀρδεύεται καὶ διὰ τοῦτο διττοὺς ἔχει τοὺς κατ' ἔτος καρπούς.

τούς τε ξυλίνους καρποὺς γίνεσθαι πολλούς) Græci ξυλίνους καρποὺς vocant omnes fructus qui ex arboribus colliguntur:sicut & Hebræi dicunt עץ פרי qui etiam עץ siue ξύλον pro arbore vsurpant: eósque imitantur, & qui Græcè scripsêre sacri autores vt Iohannes Apocalyps.cap.2. commate 7. Strabo libro quinto καρποὺς ξυλίνους & σιτικοὺς opponit. Athenæus libro tertio, ὅτι δὲ πάντων τῶν καλουμένων ξυλίνων καρπῶν ὠφελιμώτερα ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις τὰ σῦκα, μαρτυρεῖ Ἡρόδοτος ὁ Λύκιος διὰ πολλῶν ἀποδεικνύων. Diodorus libro tertio ait Dionysium docuisse homines τὰς ἀποθέσεις καὶ συγκομιδὰς τῶν ξυλίνων καλουμένων καρπῶν.

ἐκ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἐρίοις καὶ ἐπανθεῖν ἔνια) De lanigeris arboribus vide Plin. Nō prætermittam de iis locum Arriani: quia & elegans est, & interpreti viro alioquin docto, aqua hæsisse ibi videtur. Notat ille. Indos vesci certarum arborum corticibus. vocari autem illas arbores Indorum lingua, *Tala*, nascique in iis sicut in palmarum summitatibus, veluti glomos lanarum carptarum. Verba Arriani ipsius infra scripsi, σιτέεσθαι δὲ τῶν δενδρέων τὸν φλοιόν· καλέεσθαι δὲ τὰ δένδρεα ταῦτα τῇ Ἰνδῶν φωνῇ τάλα· καὶ φύεσθαι ἐπ' αὐτῶν κατάπερ τῶν φοινίκων ἐπὶ τῇσι κορυφῇσι οἷάπερ τολύπας.

ὅτι ποιοῖσι μέλι μελισσῶν μὴ οὐσῶν) Notum est saccharum à veteribus Græcis & Latinis fuisse mel appellatum. Tertullianus lib. De iudicio Dei,

Mella viridanti confragant pinguia canna.

vide Plinium libro XII. cap. VIII. Dioscoridem cap. CCXCII. & Arriani Periplum maris Rubri,

οὐ γὰρ δένδρον εἶναι καρποφόρον, ἐκ δὲ τοῦ καρποῦ μεθύειν) Hic locus mihi est de menda suspectus. sic tamen & veteres codices. vetus interpres de arũdinibus ex quib. saccharum colligitur accepit. Sed an eæ ebrietatem afferant viderint ἰατρῶν παῖδες.

Πολλὰ δὲ καὶ δένδρα παράδοξα ἡ Ἰνδικὴ φέρει) Arborum Indicarum multis locis Plinius meminit. Diodorus quoque Siculus lib. XVII. sic scribit de Indiæ regione quadam δένδρων γὰρ εἶχε γένη διαλλάττοντα, καὶ τὸ μὲν ὕψος ἔχοντα πηχῶν ἑβδομήκοντα, τὸ δὲ πάχος μόλις ὑπὸ τεττάρων ἀνδρῶν περιλαμβανόμενα, τριῶν δὲ πλέθρων σκιὰν ἀποτελοῦντα.

ὥστε πέντε ἀνθρώποις δυσπερίληπτα εἶναι) Diodorus ait quatuor.

ὥσθ' ὑφ' ἑνὶ δένδρῳ μεσημβρίζειν σκιαζομένους ἱππέας πεντήκοντα) Arrianus ex Nearcho refert Sophistas Indorum æstate versari solitos in pratis & palustribus locis sub arboribus tantę magnitudinis vt vnius vmbra ad quinque iugera in circuitu extendatur: posse etiam mille sophistas vnius arboris vmbra contegi.

καὶ ἄλλο δένδρον, οὐ μεγάλοις λοβοὺς λεπίσματα καρποὺς ἔχειν) Locus est miserè corruptus: quem tamen in integrum restitueris si glossema quo est inquinatus sustuleris. Sic igitur lege, λέγει δὲ ὁ Ἀριστόβουλος καὶ ἄλλο δένδρον μέγα, μεγάλους ἔχον λοβοὺς ὡς ὁ κύαμος δεκαδακτύλους. Tollendæ enim omnino sunt illæ voces λεπίσματα καρποὺς. in quibus vocibus dupliciter peccatum est, primum quidem quando in contextu sunt admissæ quum essent eius glossa. deinde ipsæ etiam fuere corruptæ. Nam scribendum fuit λέπισμα τε καρποῦ. hæc enim verba fuerunt ascripta aut superscripta potius (qui fuit veterum mos) voci λοβὸς tanquam eius interpretamentum: & id quidem non malum. Est enim λοβὸς, fabarum integumentum: non illud quidem quo singulæ inuoluuntur, sed quo plures simul. siliquam Latini vocant. Glossarium *Siliqua*. κυάμου καὶ φασήλου λοβός. & λοβὸς τῶν χαρουβίων. In eodem Glossario alibi copiosius exponitur quot modis vox λοβὸς soleat accipi: quem locum ascripsi, λοβὸς ὀσπρίου, Siliqua. λοβὸς ὠτίου, Lamna. λοβὸς ἥπατος, fibra, fiber, λοβοὶ τῶν σπλάγχνων Hæ lactes. vide etiam Suidam.

τὸ ἄνθος ἔχειν πυρῶδες) Arrianus τολύπας vocat quod arboribus ἐριοφόρους innascitur.

¶ Pag. 478. τῶν ἄλλων ἀοίνων λεγόντων τὴν Ἰνδικήν) Arrianus ex Megasthene refert Bacchum οἶνον δεῖξαι Ἰνδοῖσι ποιέειν κατάπερ Ἕλλησι.

ὥστε μηδ' αὐλὸν εἶναι κατὰ τὸν Ἀνάχαρσιν) Anacharsis interrogatus an essent muliereulæ αὐλητρίδες apud Scythas. Atqui ait ille respondens vitem non habent Scythæ. Exstat dictum Anacharsidis apud Aristotelem Analyt. posteriorum lib. priore. Plutarchum, Laertium, Eustathium.

πλὴν κυμβάλων καὶ τυμπάνων καὶ κροτάλων) Apud Gręcos hæc erant Magnæ matris initia & crepundia. Vide lib. X. Indos verò docuit Bacchus, ait Arrianus θεοὺς σέβειν ἄλλους τε καὶ μάλιστα δὴ ἑωυτὸν, κυμβαλίζοντας καὶ τυμπανίζοντας.

καὶ πολυφάρμακον δὲ καὶ πολύρριζον) Sic infra laudat τὴν ἀρετὴν τῶν ῥιζῶν καὶ φαρμάκων Ἰνδικῶν.

καὶ τὸν Νεῖλον δ' εἶναι γόνιμον) Vide libro vltimo.

Ἀριστοτέλην δὲ καὶ ἑπτάδυμά ποτε ἱστορεῖν τετοκέναι) Id verò facile Aristoteli credo: Nam Paulus Iurisconsultus amplius ait, frequens id esse in Ægypto. Verba eius infra scripsi. *Nã traditũ est, & quatuor pariter puellas à matre familias natas esse. Alioquĩ tradidere nõ leues autores, quĩquies quaternas enixã Peloponnesi: multas Aegypti vno vtero septenos. Sed & tergeminos senatores cinctos vidimus Horatios. Sed & Lælius scribit, se vidisse in palatio mulierem liberam, quæ ab Alexandria perducta est, vt Hadriano ostenderetur cum quinque liberis, ex quibus quatuor eodem tempore enixa (inquit) dicebatur, quintum post diem quadragesimum.* Hæc Paulus in lege III. Dig. Si pars hæreditatis petatur: quibus addere potes quæ scribit Iulianus in lege XXXVI. Dig. De solutionibus & liberationibus. Porrò Aristotelis locus hodie non exstat: Suspicatus autem sum aliquando non ἑπτάδυμα scripsisse Strabonem, sed πεντάδυμα. Nã ita video locũ illũ Aristot. ab aliis proferri. A Gell. lib. X. cap. II. *Aristoteles philosophus memoriæ tradidit, mulierem in Aegypto vno partu quinque enixam pueros: eumque esse finem multiiugæ hominum partionis, neque plures vnquam simul genitos compertum. hunc autem esse numerum ait rarissimum.* Ipsius Aristotelis verba sunt in historia animalium lib. VII. cap. IIII. loquentis de partus muliebris ratione varia. τὸ μὲν γὰρ πλεῖστον καὶ ἐν τοῖς πλείστοις, ἓν τίκτουσιν αἱ γυναῖκες· πολλάκις δὲ καὶ πολλαχοῦ δίδυμα, οἷον περὶ Αἴγυπτον· τίκτουσι δὲ καὶ τρία καὶ τέτταρα περὶ ἐνίους μὲν καὶ σφόδρα τόπους ὥσπερ εἴρηται πρότερον· πλεῖστα δὲ τίκτεται πέντε τὸν ἀριθμόν· ἤδη γὰρ ὤφθη τοῦτο καὶ ἐπὶ πλειόνων συμβεβηκός. Vide eundem, De Generatione animalium lib. IIII. cap. IIII. Sanè si scripsit Aristoteles vt Gellius ait, non esse compertum plures vnquam esse natos quàm quinque, ignorabat ille tunc quod ex eo refert Strabo de septem simul natis. Docti virĩ cogitent.

καὶ αὐτὸς πολύγονον κατὰ τὸν Νεῖλον) Plinius Nili aquam genitalem appellat lib. IX. cap. LVIII.

τὸ καὶ τὰς χρόας τῶν πιόντων βοσκημάτων ξενικῶν ἀλλάττεσθαι πρὸς τὸ ἐπιχώριον) Aristoteles idem scribit, Historiæ animal. lib. III. cap. XII. Μεταβάλλουσι δ' ἔνια τῶν ζώων τὰς χρόας τῶν τριχῶν κατὰ τὰς τῶν ὑδάτων μεταβολάς· ἔνθα μὲν γὰρ λευκὰ γίνεται, ἔνθα δὲ μέλανα. Sed vide quæ hac de re scripsit summus philosophus Iulius Cæsar Scaliger Exercitatione LIX. contra Cardanum.

Πλησίον ἀγχιτέρμων ἥλιος διφρηλατῶν) Hoc vult Theodectes, Terrę eius incolas à qua propius abest Sol torreri & nigrescere. Atque ita & philosophi plerique sentiunt: quæritque ea de re Alexander Aphrodiseus Problem. lib. I. Propertius vero poeta Theodectæ sententiam hanc eleganter expressit,

Illi sint comites fusci, quos India torret,
Solis & admotis inficit ignis equis.

Addit Theodectes Solem iis συστρέψαι κόμας, quæ ratio sit, cur eæ gentes crispo sint capillo. Sic quoque Posidonius supra libro secundo dicebatur causam afferre cur & homines earum regionum sint οὐλότριχες, & reliqua animalia οὐλόκερα. Τὰ γὰρ ἄκρα συστρέφεσθαι deficiente humo-

humore & ardente Sole.

ἴσον ἀπέχοντα) Hoc astrologi non concedent Onesicritoi quibus placet Solem quando est in Capricorno terræ esse propinquiorem, quàm quando est in Cancro.

Βέλτιον δ' οἱ τὸ ἧττον αἰτιώμενοι) Hîc aperit Strabo quid sibi videatur in hac sententiarum varietate, maximè probabile.

μηδ' ἄλλο πεπιεσμένως ἐπικεκαῦσθαι) πεπιεσμένως accipit pro σφοδρῶς & vehementer. Sic Laertius in carmine de Bione,

καὶ σιωπῇ βραχέως
πεπιεσμένως ἐδεῖτο.

¶PAG. 479. Καὶ γὰρ πάθη συγγενικὰ ἄλλα λέγεται καὶ ἄλλαι ὁμοιότητες) πάθη συγγενικὰ vocat quæ Aristoteles in simili disputatione σημεῖα συγγενῆ. cuiusmodi, inquit, sunt φύματα & ἧλοι. Antigonus quoq; similiter annotat quosdam στίγματα ἐσχηκότας. hoc est, notas inustas vel casu, vel natura parentum corpori, expressa habuisse. Atque hoc historiæ confirmant. Sic enim legimus in femore Seleuci & Seleucidarum ancoræ notam fuisse. Ausonius de Antiochia Syriæ,

——Illa Seleucum
Nuncupat ingenuum cuius fuit anchora signum.
Qualis inusta solet generis nota certa: per omnem
Nam sobolis seriem natiua cucurrit imago.

Vide Appianum in Syriacis, & Iustinum lib. XV.

καὶ τὸ πάντων δ' ἴσον ἀπέχειν) Defendit Strabo Theodectem aduersus reprehensionem Onesicriti.

ὡς Ὀνησίκριτος δεδίσκεται) Manuscripti habent δέδεκται. cum fuerit legendum Ὀνησικρίτῳ, & ita video fuisse in libris prioris interpretis: cuius versionem Xylander in his posterioribus libris sexcentis locis partim ingenuè vtitur pro sua. mihi vulgata lectio magis probatur: qua significatur malè Onesicritum accepisse vocem ἀγχιτέρμων apud Theodectem: & in hac significatione passim apud Grammatic. & Strabonem ipsum occurrit.

διδάσκει περὶ τοὺς Ἰνδικοὺς ποταμοὺς ὅτι ἐν τῷ θέρ.) Ascribam Arriani locum, ex eodem Nearcho desumptum vt quidem puto. Is postquam dixit æstate restagnare Indiæ fluuios per eiusdem campos ob nimias pluuias quæ in montibus potissimum corrigerunt, addit, ὥστε ἀπὸ τῶνδε ἔξεστι τεκμηριοῦσθαι, καὶ τὸν Νεῖλον τὸ πάθημα τοῦτο ὅτι ἐοικὸς ἦν ὕεσθαι τὰ Αἰθιόπων ὄρεα τοῦ θέρεος, καὶ ἀπ' ἐκείνων ἐμπιπλάμενον τὸν Νεῖλον ὑπερβάλλειν ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν γῆν Αἰγυπτίην, πολλαχῇ ὤν.

Ἀλέξανδρος γὰρ ὁ μάλιστα τῶν ἀνακαλύψας) Sequitur breuis narratio expeditionis Alexandri in Indiam. qua de re fusè Arrianus lib. IIII. & sequentibus, Curtius lib. VIII. & deinceps. & Diodorus Siculus lib. XVII. quanquam Strabo in nonnullis videtur alios sequi autores quàm quos illi se secutos aiunt.

τὴν Κώφην) Alius Κωφήνα dixisset. Strabo Κώφην vt notat etiam Eustathius.

¶PAG. 480. τὰ δὲ μεταξὺ τούτων τῶν δυεῖν ποταμῶν ἔχουσιν Ἀσπάσιοί τε καὶ Μασιανοί) Arrianus. Τὰ ἔξω Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὰ πρὸς ἑσπέρην ἔστε ἐπὶ τὸν ποταμὸν Κωφῆνα Ἀστακηνοὶ καὶ Ἀσσακηνοί ἔθνεα Ἰνδικὰ ἐπικέαται. vide eiusdem, libri quarti finé. vbi prætetea Guræos gentem inter illos duos fluuios commemorat. Scribendum autem in Strab. Νυσαίων per υ non ι.

εἶθ' ἡ Ἀσσακανοῦ, ὅπου Μασόγα πόλις τὸ βασίλειον) Malim Μάσσαγα vt apud Arrianum lib. IIII. & de eadem vrbe puto accipienda esse quæ scribit idem libro octauo, ἐν Ἀσσακηνοῖσι δὲ Μάσσακα πόλις μεγάλη, ἵνα περ καὶ τὸ κράτος τῆς γῆς ἐστὶ τῆς Ἀσσακίης, quare ibi lego Μάσσαγα, vt libro quarto.

ἄλλη πόλις Πευκολαῖτις) Ita potius regio appellatur, vrbs Peucela. Arrianus subiicit iis verbis quæ modò protulimus. καὶ ἄλλη πόλις Πευκέλα ἔστι μεγάλη καὶ αὐτὴ οὐ μακρὰν τοῦ Ἰνδοῦ: quanquam idem Arrianus nisi mendum est eam vrbem vocat Πευκελαῶτιν lib. quarto, vbi præter

A has duas alias commemorat.

περὶ δὲ ζεῦγμα γενέσθαι ὑπ' Ἡφαιστίωνι τῆς στρατιᾶς) De ponte quo Indum strauit Hephæstion, Arrianus lib. V.

μεταξὺ δὲ τοῦ Ἰνδοῦ καὶ τοῦ Ὑδάσπου Τάξιλά ἐστι πόλις) Sic Arrianus *Alexander* inquit, *traiecto Indo Taxila venit vrbem magnam & felicem, omnium quæ inter Indum & Hydaspem sunt maximam.*

ὁ βασιλεὺς αὐτῆς Τάξιλος) Hunc vocat Appianus ὕπαρχον non βασιλέα. Diodorus Siculus autor est, Mophin

B tunc fuisse vocatum quando venit Alexander, sed ab Alexandro Taxilū mutato nomine fuisse appellatum: quod fuerat ipsius patri paullò antè mortuo nomen. in editionibus Q. Curtij quas vidi, *Omphis* est pro *Mophis*. & de mutatione nominis sic idem scribit, *Omphis permittente Alexandro & regium insigne sumsit & more gentis suæ nomen quod patris fuerat: Taxilem appellauere populares, sequente nomine imperium, in quemcunque transiret.*

ἡ τοῦ Ἀβισάρου χώρα) Manuscripti Ἀβισσάρου. Diodorus Siculus Embisarum, Arrianus Abissaren, Curtius Abiasa-

C rem vocat.

τὸν μὲν ὀγδοήκοντα πηχῶν) Etiam in Italiæ regione Hetturia visus aliquando draco pedum LXXXV. autore Dione libro quinquagesimo.

λέγειν δ' οὖν τινα) Scribo λέγει videlicet Onesicritus.

Μεταξὺ δὲ τοῦ Ὑδάσπου καὶ τοῦ Ἀκεσίνου) Sic omnino Arrianus: quem vide.

καὶ ἡ περὶ τοὺς Ἠμωδοὺς ὄρεσιν ὕλη) Hanc describit etiam Diodorus in eadem historia.

D περὶ τὰς ἐκπεσούσας ὑπ' αὐτοῦ πόλεσιν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ) Sic Arrianus. Ἵνα δὲ ἡ μάχη ξυνέβη, καὶ ἔνθεν ὁρμηθεὶς ἐπέρα ἐς τὸν Ὑδάσπην ποταμὸν, πόλεις ἔκτισεν Ἀλέξανδρος. καὶ τὴν μὲν Νίκαιαν, τῆς νίκης τῆς κατ' Ἰνδῶν ἐπώνυμον ὠνόμασε· τὴν δὲ Βουκεφάλαν ἐς τοῦ ἵππου τοῦ Βουκεφάλου τὴν μνήμην, ὃς ἀπέθανεν αὐτοῦ. Idem & Diodorus. Bucephalam & Plinius & Ptolemæus nominant.

ἐκαλεῖτο δὲ Βουκεφάλας ἀπὸ τοῦ πλάτους τοῦ μετώπου) Arrianus sic dictum tradit à bouis figura ei inusta: vel à nota quam in capite habuit cādidam, ipse totus niger.

E Habuit & Cæsar equum similem. vide Suetonium.

¶PAG. 481. Ἡ δὲ ὑπὲρ τοῦ ζώου ὕλη) Describit Diodorus in eadem historia.

ἄλλοι δὲ καὶ τοῦ Ἀκεσίνου ἐρῶν καὶ τοῦ Ὑαρώτιδος) Ita videtur sentire Arrianus. Diodorus vero Catheorum terram à Sopithis ditione separat.

τῆς τοῦ Πώρου οὖν ἀνεψιὸς τοῦ ὑπὸ Αλ.) Pori vtriusque meminit Diodorus, & Arrianus.

ἐν δὲ τῇ Καθαίᾳ κατὰ τὰ πρῶτα ἱστορεῖται τὸ περὶ τὸ κάλλος) Diodorus Siculus de Sophitis regione, quam dicit optimis

F legibus & institutis præditam, τά τε γὰρ ἄλλα περὶ δόξαν πολιτεύονται, καὶ τὸ κάλλος παρ' αὐτοῖς τιμᾶται πλεῖστον. εὐθὺς γὰρ ἐκ γενετῆς παρ' αὐτοῖς τὰ παιδία διακρίνεται, καὶ τὰ μὲν ἄρτια καὶ τὴν φύσιν ἔχοντα πρὸς ἀκριβείαν καὶ ἐκγόνων δυνάμενα τρέφεσθαι· τὰ δὲ κατὰ τοῖς σώμασιν, ἀνάξια τροφῆς ἡγούμενοι διαφθείρουσιν· ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ τοὺς γάμους ποιοῦνται. Quintus Curtius, eadem Latinis verbis sic extulit. *Hinc in regnum Sophitis peruentum est. Gens (vt Barbari credunt) sapientia excellit, bonisque moribus regitur. Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt, aluntque: sed eorum quibus spe-*

G *ctandi infantium habitum cura mandata est. Si quos segnes aut aliqua membrorum parte inutiles notauerunt, necari iubent. Nuptiis coeunt, non genere ac nobilitate coniunctis: sed electa corporum specie.*

τὸ αἱρεῖσθαι νυμφίον καὶ νύμφην ἀλλήλοις) Diodorus Siculus libro XIX. hunc locum explicat, quo loco ait apud Indos legem esse qua sancitum sit vt qui quæue de matrimonio cogitassent, non à voluntate & iudicio parentum penderent, sed ipsi sibi coniugem suo arbitratu conciliarent. Sic ille, ἔννομος παλαιὸς νόμος ἦν τοῖς Ἰνδοῖς τοὺς γαμοῦντας καὶ τὰς γαμουμένας παρθένους μὴ διὰ τῆς τῶν γονέων κρίσεως ποιεῖσθαι τὸν γάμον, ἀλλὰ πείσαντας ἀλλήλους.

καὶ τὸ συγκατακαίεσθαι τεθνεῶσι τοῖς ἀνδράσι τὰς γυναῖκας) Diodo-

Diodorus de iisdem Cathæis, περὶ δὲ τούτοις νόμος ἦν τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσι συγκατακαίεσθαι.

κατὰ τοιαύτην αἰτίαν) Diodorus vnius ob culpam mulieris tradit factū id decretum, quum illa veneno maritū suum sustulisset. Simile infra de aliis narratur. Porrò huius rei meminit Cicero Tusculan. Quæstionū lib. v. *Mulieres vero in India cum est cuiusque earum vir mortuus, in certamen iudiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit. plures enim singulis solent esse nuptæ. Quæ est victrix, ea læta, prosequentibus suis vna cum viro in rogum imponitur, illa victa mæsta discedat.* Eadem leges alio loco apud Diodorum libro xiv. vbi etiam caussam eam affert quam hic Strabo.

λαβεῖν γοῦν τὸν Ἀλέξανδρον παρὰ τοῦ Σωπείθους κύνας πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν) Diodorus Siculus historiam simillimè narrat. Qu. Curtius libro ix. paullò aliter: quem vide.

ὅτι τέτταρας αὐτῷ δώσω σοι) Apud Diodorum est τρεῖς nōn τέτταρας.

¶PAG. 482. ὕστατος δ' Ὕπανις) Ita semper appellat Strabo. Diodorus Hyphasin. Plin. Ptol. & Curtius Hypasin. Dionysio Afro conuenit cum Strabone.

πεντεκαίδεκα δὲ τοὺς σύμπαντας φασὶ συρρεῖν) Plinius de Indo, *Vndeuiginti recipit amnes. Sed clarissimos, Hydaspem quatuor alios afferentem, Cantabram tres. Per se vero nauigabiles Acesinum & Hypasin.* Vide omnino Arrianum.

ὡς δ' οἱ μετριώτεροι πεντήκοντα τὸ πλεῖστον) Plinius inter μετριωτέρους, qui subiicit, *quadam tamen aquarum modestia nusquam latior quinquaginta stadiis aut altior XV.* Vide reliqua & Arrianum.

τήν τε Μουσικανοῦ λεγ. καὶ τὴν Σαβάτα Σινδομανίαν καὶ ἔτι τὴν Πορτικανοῦ) Musicani & Porticani regna ex Diodoro nota sunt. Sabutæ terra videtur esse quā Diodorus appellat τὴν χώραν τῶν ὀνομαζομένων Σαμβαστῶν.

παρ' οἷς Σαββατᾶν ἐκπεσόντος Αλ.) Præter Arrianum, Diodorum, & Curtium Plutarchus sæpe meminit.

ὑπερβαλλόντως ἐγκωμιάζουσιν αὐτὴν) Arrianus Musicani ditionem totius Indiæ partem felicissimam habitam fuisse ait.

ὥστε καὶ τριάκοντα ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν προσλαμβάνειν) Imo vita Indorum ad ducentesimum vsque annum porrigitur si Ctesiæ vlla fides, cuius in Excerptis legūtur hæc, ζῶσι αὐτῶν, ρκ' καὶ λ' καὶ ρ', καὶ σ', οἱ τὰ πλεῖστα βιοῦντες.

καὶ τὸ, αὐτοῖς δούλων τοῖς ἐν ἀκμῇ χρῆσθαι νέοις) Seruis quidem vti Indi non potuere cum apud eos esset incognita seruitus, siquidem verè hæc Diodorus scripsit libro secundo, νενομοθέτηται παρ' αὐτοῖς δοῦλον μηδὲ ἕνα τὸ παράπαν εἶναι, ἀλλ' ἐλευθέρους δ' ὑπάρχοντας τὴν ἰσότητα τιμᾶν ἐν πᾶσι.

Κρῆτες μὲν τοῖς Ἀφαμιώταις) De Aphamiotis Cretensibus consule Grammaticos. Strabo lib. xii. Μνῴαν σύνοδον vocat.

¶PAG. 483. ὅτι μὲν γὰρ μέγιστος τῶν μνημονευομένων) Sic Arrianus lib. quinto ait Indum fluuium excepto Gange omnium Asiæ & Europæ fluminum esse maximum. Cicero de natura deorum Indum appellat sine exceptione omnium fluminum maximum.

τρίτος δὲ καὶ τέταρτος ὁ Ἴστρος καὶ ὁ Νεῖλος) Non puto accipiendum hunc locum vt fecit Xylander, qui Istrum Nilo prætulit, contra veterum sententiam: est ergo animaduertendus chiasmus in verbis Strabonis: & vox τρίτος referenda non ad proximam ὁ Ἴστρος sed ad remotiorem ὁ Νεῖλος. Chiasmi autem huiusmodi passim apud optimos scriptores occurrunt.

Μεγασθένης δ' ὅταν ᾖ μέτριος εἰς ἑκατὸν) Megasthenis sententiam sic Plinius expressit de Gange loquens, *Inde lenem fluere, vbi minimum VIII. M. pass. latitudine, vbi modicum, stadiorum C. altitudine nunquam minore pass. XX.*

ἐπὶ δὲ τῇ συμβολῇ τούτου τε καὶ τοῦ ἄλλου ποταμοῦ) Fluuius alter quē non nominat est Erannoboas. autor Arrianus.

τὰ Παλίβοθρα ἱδρῦσθαι) Alij Palimbotra vocant. fuere ab Hercule condita. Vide Diodor. lib. ii.

Τὸ δ' ἔθνος ἐν ᾧ ἡ πόλις αὕτη καλεῖσθαι Πρασίους) Plin. *Sed omnium in India propè nō modo in hoc tractu potentiam claritatēque antecedunt Prasij amplissima vrbe ditissimáque Palibotra. Vnde quidam ipsam gentem Palibotros vocant, imo vero tractū vniuersum à Gange.* Arrianus gentem vbi sunt Palibothra vocat Gadrosios.

A

Ἀρσάκαι γὰρ καλοῦνται πάντες) Imo Arsacidæ vocabantur, non Arsacæ: & ita legendum. vt Grammaticorum canonas præter eam, scribit Dio libro xl. de Arsace loquens de quo & Strabo lib. xi. ὅθεν περ καὶ οἱ ἔπειτα βασιλεύσαντες αὐτῶν, Ἀρσακίδαι προσηγορεύθησαν. Exempla autem regum qui idem nomen quasi hereditarium gesserunt plura notauimus ad lib. xi.

B

οἷα τὰ τῶν χρυσωρύχων μυρμήκων) De formicis Indicis, & reliquis eius regionis animalibus præter Aristotelem, Plinium & Ælianum, lege Diodorum Ctesiam & Arrianum.

¶PAG. 484. ἔτι δὲ τῶν ἀναφερομένων ἀτμῶν ὀλκαστικαί τινες εἶεν) Sic accipe, τινὲς τῶν ἀναφερομένων ἀτμῶν ὀλκαστικαί εἰσι καὶ ἀναφορητικαί. Sensus enim est, quosdam è vaporibus qui exhalantur & sursum feruntur, habere hanc vim vt trahant ad se & quasi absorbeant quod superuolat.

C

φησὶ δὴ τὸ τῶν Ἰνδῶν πλῆθος εἰς ἑπτὰ διῃρῆσθαι) φησὶ videlicet Megasthenes, nec rectè φασὶ legeris, vt ex sequentibus liquet. Porrò diuisionem hanc Indorum retulere & Arrianus in rebus Indicis, & Diodorus Siculus lib. ii. quos si libet potes consulere.

κατὰ τὴν μεγάλην λεγομένην σύνοδον) Sic & Diodorus. Arrianus obscurius Μεγάλης συνόδου meminit.

περί τε τῶν καὶ περὶ ζώων καὶ πολιτείας) Lego περὶ εὐετηρίας καρπῶν τε καὶ ζώων, καὶ περὶ πολιτείας.

καὶ σύμπεδα διομεῖν) Existimo legendum συμπεδοδιομεῖν, vnica dictione. nec mira videbitur hęc vox ei qui in lectione huius autoris fuerit versatus.

D

Θῆραν δὲ τῶν θηρίων τούτων τοιαύτη) Arrianus eādem θήραν narrat post explicata septem illa genera Indorum. Vide vero Plinium Aristotelem, Ælianum.

¶PAG. 485. τῶν δ' ἁλόντων ἀπολέξαντες) Hos nō seligunt vt eos necent: sed selectos dimittunt. vide Arrianum.

ὥστε ἐγγὺς εἶναι λογικῷ ζώῳ) Legenda omnino quæ hac de re habet Arrianus, qui hoc etiam testatur, vidisse se elephantem κυμβαλίζοντα aliosque in orbem saltantes.

E

ἐπειδὰν οἴκοι κατέχηται) Manuscripti, ἐπειδὰν εἴσω κατέχηται: quæ lectio, & vera est & elegans.

κύειν δ' ἢ μὲν πλεῖστα ὀκτὼ ἔτη) octo ait Arrianus. Diodorus sex vt hic.

πρὸς ὀφθαλμίαν μὲν βόειον γάλα προσεγχυματιζόμενον) Arrianus, καὶ ἔστιν αὐτοῖσι τῶν μὲν ὀφθαλμῶν ἴαμα, τὸ βόειον γάλα ἐγχεόμενον.

F

τραύμασι δὲ πιεῖν μὲν βούτυρον· ἐξάγει γὰρ τὰ σιδήρια) Hoc Arrianus prætermittit. Plinius verò sic scribit, *Olei potu tela quæ corpori eorum inhæreant, decidere inuenio.*

τὰ δ' ἕλκη σαρξὶν ὑείαις πυριῶσι) Arrianus vocem πυριῶσι interpretatur. ὅσα δὲ τοῖσιν ἕλκεσι, τὰ ὕεια κρέα ὀπτώμενα καὶ καταπασσόμενα.

κύισιν δὲ δεκαετίαν) Hæc vulgi opinio. Plinius, *Decem annis gestare in vtero vulgus existimat.*

Μεγασθένης δὲ περὶ μυρμήκων τοῦτο φησι) Vide etiam Herodotum Thalia.

G

¶PAG. 486. μετὰ γὰρ νέους εἶναι) πολλὰς διὰ τὴν λιτότητα τῆς διαίτης) Arrianus, καὶ πολλὰ δὲ ἐν Ἰνδοῖσι πάθεα γίνεται, ὅτι αἱ ὧραι σύμμετροι εἰσὶν αὐτόθι· εἰ δέ τι μεῖζον καταλαμβάνοι, τοῖσι σοφισταῖσιν ἀνεκοινοῦντο· καὶ ἐκεῖνοι οὐκ ἄνευ θεοῦ ἰδόκεον ἰᾶσθαι, ὅ, τι περ ἰᾶσθαι.

ἕκτοι δ' εἰσὶν οἱ ἔφοροι) Arrianus ἐπισκόπους appellat. Diodorus vt Strabo, ἕκτον δ' ἐστὶ τὸ τῶν ἐφόρων.

ἀναγγέλλειν λάθρα τῷ βασιλεῖ) referunt quæ resciuerunt ad regem, vbi rex est, ad magistratum in ciuitatibus liberis. Arrianus, ἀναγγέλλουσι τῷ βασιλεῖ ἵνα περ βασιλεύονται Ἰνδοὶ ἢ τοῖς τέλεσιν ἵνα περ αὐτόνομοί εἰσι. Sic & Diodorus.

πλὴν εἰ τῶν φιλοσόφων τις εἴη· ἐᾶσθαι γὰρ τοῦτον δι' ἀρετὴν) Arrianus aliter: Nam quum videatur Strabo dicere philosophis esse concessum vt ad nouum vitæ genus transeant: idque ob eorum virtutem: contraria tamen ex verbis Arriani sententia elicitur: non licere cuiquā discedere à suo & maiorum suorum instituto, nisi fortè ve-

tè velit ad philosophiam se conferre. Arriani verba sunt: μοῦνον σφίσιν αἰτεῖται, σοφιστὴν ἐκ παντὸς γένεος γίγνεσθαι, ὅτι οὐ μαλθακοὶ οἱ σοφισταί εἰσι τὰ πρήγματα, ἀλλὰ πάντων ταλαιπωρότατοι.

καὶ τοῖς βίοις παρακολουθοῦσι) Si hæc lectio non est vitiosa quod suspicor, sic eam interpretor: ædiles istos solitos diligenter curare quomodo peregrini acciperentur, & alerentur. Sic παρακολουθεῖν τοῖς βίοις erit observare diligenter victum qui hospitibus peregrinis præbetur. παρακολουθεῖν quid significaret alibi docuimus: non ausim tamen affirmare locum menda carere. Cæterum de sententia facile est constituere: præsertim ex hoc loco Diodori, quo idem refertur Indorum institutum. Locum ascribam vt cum isto possit conferri & eum illustrare. Εἰσὶ δὲ παρ' Ἰνδοῖς καὶ ἐπὶ τοὺς ξένους ἄρχοντες τεταγμένοι, καὶ φροντίζοντες ὅπως μηδεὶς ξένος ἀδικῆται· τοῖς δ' ἀρρωστοῦσι τῶν ξένων ἰατροὺς εἰσάγουσι, καὶ τῆς ἄλλης ἐπιμελοῦνται, καὶ τελευτήσαντας θάπτουσι, πρὸς δὲ τούτοις τὰ καταλειφθέντα χρήματα τοῖς προσήκουσιν ἀποδιδόασιν. quorum verborum sententia est hæc, *Sunt apud Indos præfecti peregrinis, quorum munus est prouidere ne cui peregrino vlla fiat iniuria: quod si quis peregrinus in morbum inciderit, illi medicum adducunt, & quæ præterea necessaria sunt ægroto, curant. si moriatur, sepeliunt: hoc etiam amplius, pecunias si quas forte relinquat, propinquis ipsius restituunt.*

τῷ μὴ παραμετρεῖσθαι τὰ σταθμὰ) Non dubito corruptam esse vocem παραμετρεῖσθαι. Sed quid eius loco substituam non nunc occurrit: nisi forte παρακινεῖσθαι alicui probetur.

φρουρὰ δεομένης γυναικὸς τῷ Σανδροκόττῳ στρατοπέδῳ) Forasse φρουρᾶς legendum. De hac autem Megasthenis ad Sandracottum profectione dictum & lib. 11. meminit & Arrianus.

¶PAG.488. ὅτι δὲ ἐπιδύνας) Quid sit ἐπιδύνας δίκας Ignorare me ingenue fateor. συνδύνας si legas, plana & perspicua erit sententia.

γυμνάσιον δὲ μάλιστα τρῖψιν) Τρῖψις, genus exercitationis apud veteres. Fiebat autem διὰ σκυταλίδων, vt mox subiicit.

σινδόσι τε ἀρεστῶς ἐσθῆτι) Arrianus autor est Indos vti veste linea λίνου τοῦ ἀπὸ τῶν δενδρέων. Linum autem appellat lanam quæ ex arboribus colligitur.

καὶ σκιάδια αὐτοῖς ἕπεσθαι) Idem Arrianus ex Nearcho refert, Indorum ὅσοι ἐν Ἰνδοῖσιν ἀξιόλογοι σκιάδια προφέρονται τοῦ θέρεος.

καλάμους δὲ μήκους μὲν τριάκοντα ὀργυιῶν) Ctesiæ in Excerptis legimus, calamum Indicum tantam in altitudinem crescere, quanta est mali altitudo nauis ὅσον ἱστός.

τοὺς δὲ χαμαιζήλους πολυπλασίους) Probabile est, arundines quæ iuxta terram se spargunt obliquæ magis etiam crescere quam quæ rectæ stant. Xylander falsus est, quum putauit mendosum esse hunc locum: nec animaduertit arundinum alias in excelsitatem nasci, alias obliquas quas Strabo χαμαιζήλους vocat. vide Plinium.

¶PAG.490. ἐκεῖθεν γυμνοὶ ἐκ πόντων) Apparet graui menda affectum esse hunc locum: qui tamen quomodo sit emendandus, coniicere nondum potui, quod quidem mihi satisfaciat. Vetus interpres quum in suis libris nihil reperiret quo hac in parte iuuaretur, totam hanc periodum transiliit.

περὶ τὸ ὑποκαθάρασθαι) Manuscripti περὶ τῶν ὑπὸ καθάρσεων. non dubie corrupte: nam illa vox composita dignissima est elegantia Strabonis.

ἀγαθὸν δὲ ἢ κακὸν μηδὲν εἶναι τῶν συμβαινόντων ἀνθρώποις) Dogma Pyrrhonia, & reliquorum eius sectæ apud Græcos.

τῆς δὲ κοσμοποιίας ὕδωρ) Thaleti apud Græcos ita fere visum: isti vero videntur ex primo capite Geneseos hanc sententiam hausisse.

περὶ δὲ τοῖς τέτταρσι στοιχείοις πέμπτη τις ἐστὶ φύσις) Hæc Aristotelis est sententia. Vide libros de Cœlo.

¶PAG.491. ὥστε ἐφ' ἑνὸς σώματος ἀκίνητον διατελεῖν ἡμέραν ὅλην) Ne hoc quidem exercitationis genus Græci

A Græci ignorarunt. vel vide quæ de Socrate narrat Laertius.

καταχεῖν αὐτοὺς τοῦ σησαμίνου λίπους) Manuscripti αὐτῶν, vt intelligatur oleo sesamino perfundi non eos qui sophis istis fiunt obuij, sed ipsos. atque ea vera lectio: quod manifestissime arguit locus qui paullo post sequitur, quem ascribam vt hic illustretur. Ait ibi de eorundem Indorum philosophis loquens, ὅταν δ' εἰς ἀγορὰν παρίωσιν, ὅποι ἂν τύχωσι, λαμβάνειν δωρεὰν παρέχοντος· εἰ

B δ' ἔλαιον εἴη, καταχεῖσθαι αὐτοὺς καὶ ἀλείφεσθαι.

κόχλῳ τε καὶ τυμπάνοις ἀντὶ σάλπιγγος καὶ τὸ πολεμικὸν σημαίνουσι) Restituimus Ald. & veterum librorum lectionem, & edidimus κόχλῳ non ὄχλῳ quod in Germanicis editionibus reperias. cur enim mutarent nulla causa fuit: nisi quod forasse κόχλον existimarunt parum aptum ad signum in bello dandum: sed fallebantur. Nam contra, concha in hanc rem veteres esse vsos constat. Virgilius,

Sed tum forte caua dum personat æquora concha.

C Sic apud Theocritum non vno loco. Sed & ad nuptias celebrandas concha veteres vsi. In Europa,

Κοχλοισι πάντα ἐς γάμον μολὼν ὑπό. τις.

¶PAG.492. Τὸ παλαιὸν φασί) Manuscripti ἔφη. Nemo autem opinor dubitabit hæc legens quo ex fonte manarit. Satis enim liquet ex eo esse hæc ficta quæ nos Sacra pagina docet de statu primi parentis ante lapsum: maxime id apparet ex illis verbis, καὶ διὰ πόνου τὸν βίον ἀπολέξει. Quod quid aliud est quam quod ait Iehoua apud Mosem, In sudore frontis tui panem tuum comedes.

D εἰ οἱ πείθοντες φρονοῖεν) hoc est, Si, vt placet Platoni, vel qui imperant darent philosophiæ operam, vel qui sunt philosophi imperarent.

αὐτῷ συγγνώμη εἴη) Deest aliquid: sed sententia est perspicua. Prior interpres legisse videtur, εἴη συγγνώμη αὐτῷ εἰ.

Τὰ δὲ σώματα ἀσκεῖν) Ante hæc verba deesse aliquid videtur.

¶PAG.493. τὸ τὰς παρθένους ἆθλον προκεῖσθαι τῷ πυγμῇ νικήσαντι) Non pugilatu tantum parabant sibi

L Indi vxores, sed & lucta, & cursu, & aliis id genus facinoribus. Arrianus γαμέουσι δὲ οὔτε τι διδόντες, οὔτε λαμβάνοντες· ἀλλὰ ὅσαι ἤδη ὡραῖαι γάμου, ταύτας οἱ πατέρες προάγοντες ἐς τὸ ἐμφανὲς κατιστᾶσι, τῷ νικήσαντι πάλην, ἢ πύξ, ἢ δρόμον, ἢ κατ' ἄλλην τινὰ ἀνδρείαν προκριθέντι.

σπιθαμιαῖα δ' ἐστὶ τόξα καὶ οἰστοὺς τριπήχεις) Similiter Arrianus scribit gestasse Indos arcus pares sibi magnitudine: sagittas autem trium cubitorum.

ἢ σαύνιον) Saunium est iaculi genus: manauit ea vox a barbaris ad Græcos. Hesychius, Σαύνια, ἀκόντια βαρ-

F βαρικά. Pollux quoque libro decimo cap. XXXI. his verbis meminit. καὶ ξυστὰ δ' εἴποις ἄν, καὶ ζιβύνας πλατέα, σαύνια, σιγύννια. Exstat & alio loco apud Strabonem, de Persis loquentem, Θηρῶσι δὲ σαύνια ἀφ' ἵππων βάλλοντες καὶ τοξεύματα καὶ σφενδονῶντες. Inde est σαυνιάζειν apud Diodorum libro quinto, κατασπεύδοντες δὲ τοὺς ἱππεῖς σαυνιάζειν τοὺς ἐναντίους. Ridiculus error in hac voce apud Arrianum, quo loco idem narrat cum Strabone, οἱ δ' ἱππέες ἀκόντια δύο ἑκάστοτε ἔχουσιν, οἷα τὰ Δαύνια ἀκόντια. Velim me aliquis doceat quænam appeller Daunia iacula. Interea legam οἷα τὰ σαύνια ἀκόντια. Nemo qui Stra-

G bonem legerit ita esse legendum ignorabit.

καὶ μετὰ τὸ πλῆσαι) Eruditus interpres de emendatione huius loci desperauit: quanto nos est æquius despondere animum, qui hac præsertim ætate, nec ingenio nec eruditione cum doctissimo viro comparari volumus? Et tamen animum ne sic quidem despondebimus: quin pro virili dabimus operam vt hic quoque locus purgetur & emendetur: tollaturque grauis menda quæ eum obsidet. Legendum autem putamus πιλῆσαι pro πλῆσαι, adiecta vnica literula ι. Sententiam existimamus esse hanc: Indos esse ita ingeniosos vt etiam spongiarum arte effingendarum rationem excogitarint. Ratio autem fuit hæc. Pilos primum & funes & licia discerpserunt, &

in lanæ speciem redegerunt: deinde id totum coegerunt ac densarunt, vt quæ impilia & coactilia Latini vocant: ac vt imitarentur spongiæ τὸ μανὸν καὶ πολύτρητον traxere & dilatauere: postea ne quid ad similitudinem spongiæ deesset, colore eo inunxerunt quo viderêt esse Macedonū spongias. Atq; hanc esse huius loci sententiam, tunc nobis persuadebimus, quum doctis viris ita videri intellexerimus.

τῶν δ' ἄλλων χάμαισι μὴ χρῆσθαι φαυλῶν) Supra ex Megasthene vt videtur dicebat, Indos χάμαιστα ἐκ εἰδέναι.

καὶ ὁ περὶ τοῦ Καλανοῦ λόγος) Vide Plutarchum & Arrianum qui Megasthenem sequitur. vide & Diodorum in actis anni tertij Olympiadis cxiii. Calani passim veteres meminere.

εἶος ἦν καὶ ὁ Κάλανος ἀκόλαστος ἄνθρωπος) Cicero vocat ignarum & barbarum. *Calanus Indus inquit indoctus ac barbarus in radicibus Caucasi natus, sua voluntate viuus combustus est.*

¶PAG.494. τὸν δὲ Μάνδανιν ἐπαινέσαι) Arrianus Dandamin appellat: itémque Plutarchus.

μήτε ἐκεῖνον φάναι δεῖσθαι) Apud Arrianum paullò aliter respondet Dandamis. Respondisse eum dicit, ὡς Διὸς υἱὸς καὶ αὐτὸς εἶναι εἴπερ καὶ Ἀλέξανδρος· καὶ ὅτι οὐδὲ δεῖταί τι τῶν παρ' Ἀλεξάνδρου.

ὡς ζῶντι μὲν ἀρκοῦσαν εἴη τροφὴν ἡ Ἰνδική) Apud Arrianum, ζῶντι μὲν γὰρ οἱ τὴν Ἰνδῶν γῆν ἐξαρκεῖν, φέρουσαν τὰ ὡραῖα· ἀποθανόντα δὲ ἀπαλλαγήσεσθαι ἐκ οὐκ ἐπιεικοῦς ξυνοικου τοῦ σώματος.

ἐν δὲ ταῖς κατὰ τὰς ἑορτὰς πομπαῖς) Confer cum descriptione πομπῆς Antiochi Epiphanis, & Ptolemæi Philadelphi apud Athen.lib.IIII.

καὶ ποδάλεις) Antè hæc verba legebatur in vulgatis codicibus, καὶ . . . . . . ασοι, καὶ π. Sed nos secuti sumus libros scriptos in quib. nihil tale reperitur: quod & vetus interpres probauit.

ὃν λαλιώτατον μὲν εἴρηκε τὸν ὀρίωνα) Clitarchi locus est apud Ælianum, Historiæ animalium lib. xvii. cap. xxii. μέλος δὲ μουσικὸν ὑπὸ τῆς φύσεως πεπαιδευμένοι, οἷα δήπου μέλη τοῦ τε ὑμνεῖται γλυκεῖα, καὶ ὡραίως τῆς ἀηδόνος ὑμνοῦσιν ἥδιστα. Orionis auis etiam Hesychius meminit.

τῆς δὲ λοιπῆς εἰκονογραφίαν παρ' ἐκείνῳ λαβεῖν) Clitarchi scripta ad quæ reiicit nos Strabo hodie non exstant. exstat tamen hodiéque ille locus de quo nunc agitur. qui quum sit singularis, eum non grauabor ex Æliano proferre ac interpretari. Sic Ælianus, Κατρέα ὄρνιθα, Ἰνδὸν ὄρνιθα, τὴν φύσιν ὄντα λέγει Κλείταρχος εἶναι τὸ κάλλος ὑπερφυᾶ· τὸ μέγεθος γὰρ εἶναι πρὸς τὸν ταὼν· τὰ δὲ ἄκρα τῶν πτερῶν ἐοικέναι σμαράγδῳ. ὁρῶν μὲν ἄλλως, οὐκ οἶδας εἰς ὀφθαλμοὺς ἔχει· εἰ δὲ εἰς ἀτενὲς ὁρῷης κινναβάριν εἶναι τὸ σῶμα, πλὴν τῆς κόρης· ἐκείνη δὲ μήλῳ τὴν χρόαν παρείκασται, καὶ βλέπει ὀξύ· τὸ γε μὴν τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς λευκὸν, ἀλλὰ τοῖς τῆς κατρέως τοῦ ὠχροῦ· τὰ τῆς κεφαλῆς πτίλα, γλαυκωπὰ καὶ ἔχει ραντίδας εἰσπεπτωκυίας κρόκῳ παρεικασμένας, ἄλλην ἄλλῃ διεσπαρμένας· πόδες δὲ αὐτοῦ σανδαράκινοι· ἔχει δὲ καὶ φώνημα ἐμμελὲς, καὶ κατὰ τὴν ἀηδόνα τορόν. quæ sic Latinè cursim & obiter vertimus, *Clitarchus ait catreum auem Indicam eximia esse pulchritudine. magnitudine accedit ad taonem: alarum extrema pars smaragdum refert. oculos quales habeat non facile dignosceas solo aspectu: sin te ille intueatur, dicas eius oculos præter pupillam esse cinnabari: pupilla melino colori est affinis, ceruitque acutum. Capitis plumæ sunt illæ quidem cæsij coloris, sed guttis hinc inde sparsæ quæ crocum referant. Pedes colore sunt sandarachino: vocem habet suauem, & instar luscinia argutam.*

καὶ περιχωρίας) hoc est, & rusticos. intelligit enim vt quidem puto eos qui dicuntur mox ζῶντας ἀγρίους.

καὶ πτιάπτων) Manuscripti περιαμμάτων. Nihil mutandum censeo: quæ sint autem ista amuleta vide apud Laertium in Bione, vbi etiam περίαπτα vocantur.

ἀνηλδῶνες πλεξίδας) Veteres quidam, κατωτισμένους. Lego autem ἐσταλμένους vel κατωτισμένους.

καὶ πώγωνα τρέφειν πάντας) Q. Curtius, *Mentum semper intonsum est.*

καὶ τὰ περὶ τῶν Νικολάου Δαμασκηνοῦ) Fuit hic, philosophus

A phus peripateticus, Augusto charissimus. vide Athenæum lib. xIIII.

¶PAG.465. τὴν τι Ἑρμᾶν, ὑπὸ τῶν ὤμων ἀφῃρημένον ἐκ παιδὸς τὰς βραχίονας) Eleganter Ἑρμᾶν appellat hominem brachiis carentem: propriè autem sic veteres vocabant Mercurij simulachra, quæ sine lacertis fingebantur. & Mercurius ipse *Cyllenius* ait Festus, *dictus, quod omnem rem sermo sine manibus côficiat: quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ vocatur.* Dionis verba libro quinquagesi-

B mo quarto erunt instar commentarij, οἱ Ἰνδοὶ προκηρυκευσάμενοι πρότερον φιλίαν, τότε ἐσπείσαντο δῶρα, τίγρεις τε ἄλλα τε καὶ τίγρεις πρῶτον τότε τοῖς Ῥωμαίοις, νομίζω δ' ὅτι καὶ τοῖς Ἕλλησιν ὀφθεῖσας, καί τι καὶ μειράκιον αὐτῷ ὤμων, οἵους τοὺς Ἑρμᾶς ὁρῶμεν, ἔδωκαν. Subiicit deinde Dio, vulgo dici hunc hominem manibus brachiísque carentem pedibus loco manuum esse vsum, ita vt & arcum intenderet, & sagittam mitteret, & tuba caneret: quod tamen parum sibi verum videatur. Atqui nos vidimus huiusmodi hominem truncum brachiis, qui pedum mini-

C stetio longè difficiliora præstaret. Nam etiam tormenta sclopetaria tendebat laxabâtque, & quod magis miratus sum, pedibus nô malè scribebat: habemúsque penes nos inscriptam ab eo chartam. Meminit etiam Manilius Astronomic. libro quinto, hominum qui planta præstarent id omne fere quod manu solét alij. Sic autem canit,

Ille potens turua pede fundere concita pila,
Ille pilam celeri fugientem prendere planta,
Et pedibus pensare manus, & ludere saltu,
D *Per totumque vagas corpus disponere plantas.*

ad quem locum vide quæ sunt à doctissimo interprete annotata.

Ζαρμανοχηγὰς Ἰνδὸς) Libri veteres habent Ζαρμανὸς Χηγὰς distinctim. Dio Indum istum Zarmarum nominat.

Μετὰ δὲ τῆς Ἰνδικῆς ἐστὶν ἡ Ἀριανή) Post Indiæ descriptionem, agit de Ariana. Arianam vocat regionem vastissimam, sed ferè desertam, quæ ab occiduis Indiæ finibus porrigitur ad Carmaniam vsque & Gedrosiam. quod docuit nos Geographus libro secundo. Plinius libro

E septimo, cap. xxIII. sic describit, *Infra hæc omnia ora ab Indo, Ariana regio ambusta feruoribus, desertisque circumdata, multa tamen interfusa opacitate: cultores congregat circa duos maximos fluuios, Tonderon & Arosapen.* Caue autem confundas Arianam cum Aria, non tantum cum interprete, (de cuius errore alibi diximus) sed etiam cum aliis doctis viris, qui discrimen quod inter Ariam & Arianam est non animaduertentes, vnam esse & eádem regionem putant. Atqui Aria regio est parua cis Taurum vel in ipso Tauro potius, vt docuit nos Geogra-

F phus libro xi. nos autem ibi notauimus, Ariam eo loco intelligi à Strabone eandem quam Ptolemæus in nona Asiæ tabula descripsit. Non est ergo cur miremur cum Xylandro, parum similia esse quæ hîc à Strabone de Ariana dicuntur, iis quæ Ptolemæus dicto loco de Aria docet. Miror non venisse Xylandro in mentem, nec quæ libro vndecimo de Aria, nec quę libro secundo tot paginis disputauit noster de sphragidibus Eratosthenis: ex quibus facilè fuit Arianæ περιοχὴν intelligere. quæ quidem vasta est vt diximus regio, mul-

G tásque prouincias sub se complectitur. Dionysius Afer postquam de Indo egit, subiicit de gentibus quæ sunt ei ad occasum.

Ἤτοι μὲν δύνοντος ἐπὶ χεῖλος ἠελίοιο,
Ὠρείτας τ' Ἀρβιάς τε, λινοχλαίνους τ' Ἀραχώτας,
Σατραΐδας δ' ὅσσοι τε ὑπὸ σφυρὰ Παρμανισοῖο
Ξυνῇ ὁμῶς μάλα πάντας ἐπωνυμίην Ἀριηνούς.

Ptolemæus verò gentes Arianæ diligenter explicans libro sexto, id tamen retinet de quo nos Dionysius monet: gentes omnes illas quæ iuxta Indum porriguntur ab occidentali parte, Arianas communi nomine appellari. Iam ergo habemus & quid Aria sit, & quid Ariana: quod qui non obseruarunt, grauissimos errores sæpe errant. Scribit Pomponius Mela libro primo,

Indis

Indis proxima est Ariane, deinde Aria & Gedrosis, & Persis ad sinum Persicum. Ait Mela quod Strabo his verbis Μετὰ δὲ τὴν Ἰνδικὴν ἐστὶν ἡ Ἀριανή: quare fallitur & quidē grauiter vir eruditus. Andreas Schottus quum putat legendum *proxima est Carmania.* quam emendationem, vel hic Plinij locus refellit scribentis de Parthia libro sexto, cap. xxv. *Habet ab ortu Arios, à meridie Carmaniam & Arianos, ab occasu Pratitas, Medos, à Septentrione Hyrcanos, vndique deserta cincta.* vbi vides separari manifestissimè Arios ab Arianis. Sed de his plus satis.

B οἰκοῦσι δ' Ἀρβῖες πρῶτοι) Dionysius Aribas vocat. Arrianus Ἀραβίτας, nisi scribendum est Ἀρβίτας. Plinius Arbios. Vide Ptolemæum in descriptione Gedrosiæ.

ὅσον χιλίων σταδίων ἔχοντες παραλίαν) Arrianus ex eodem Nearcho, μῆκος τοῦ παράπλου, παρὰ μὲν χώραν τὴν Ἀραβίων, ἐς χιλίους μάλιστα σταδίους.

Ἰνδῶν δ' ἐστὶ μοῖρα καὶ αὕτη) Hæc nisi addidisset Strabo, valdè fuisset nobis laborandum in eo Plinij loco vbi Oritas ait ab Indis Arbi fluuio disterminari, qui locus
C ex his Strabonis verbis planus est & perspicuus. Vide & Arrianum.

εἶτ' Ὠρεῖται ἔθνος αὐτόνομον) Meminere Dionysius, Plin. Ptolem. Arrianus libro sexto. καὶ ἅμα ἐν τοῖς Ὠρείταις τοῖς ταύτῃ Ἰνδοῖς αὐτονόμοις ἐκ πολλοῦ οὖσιν, ἀφίκετο ἐπὶ πεζῶν.

τούτων δ' ὁ παράπλους χιλίων ὀκτακοσίων) Putabam aut Strabonem emēdandum, aut Arrianum qui sic habet, παρὰ δὲ τὴν Ὠρειτῶν γῆν, ἑξακοσίους καὶ χιλίους, sed etiam in sequentibus variant.

ὁ δὲ τῶν ἑξῆς Ἰχθυοφάγων ἑπτακισχίλιοι τετρακόσιοι) Arria-
D nus vero longè aliter: aliquantò plures enim esse cIↃIↃ.

ὁ δὲ τῶν Καρμανίων τρισχίλιοι ἑπτακόσιοι) In hac summa & Arrianus consentit.

Ἀλιτενὴς δ' ἐστὶν ἡ τῶν Ἰχθυοφάγων) Ichthyophagorum genus multiplex apud Geographos: alij enim sunt ad mare rubrū: de quib. lib. sequenti. De istis vero qui orā maritimæ quæ est inter Carmanos & Oritas obtinent, præter Geographos consule Arrianum & Diodorum Siculum lib. xvii.

E φοινικῶν καὶ ἀκανθῶν πρὸς καὶ μυρίκης) Locus mihi est suspectus, & videtur ex Arriano aliter esse legēdum posse intelligi.

καὶ τὰ κρέα δὲ τῶν θρεμμάτων ἰχθύων προσβάλλει) In veteribus quibusdam est προσβάλλει. Sed nihil est mutandum: longéque falsus est Xylander quum existimauit locum esse mutilum & deprauatum. Sententia vt ex Arriano constat, hæc esse debet: pecorum quoque carnes piscis gustum & odorem præ se ferre, quum ipsa
F quoque pecora piscibus vescantur. Sic Arrianus, καὶ τῶν προβάτων τὰ κρέα ἀλλ' ὅτι ἦν ἰχθυώδεα, ὡς τὰ τῶν ὀρνίθων τῶν πελαγίων, ὅτι καὶ αὐτὰ ἰχθύας σιτεῖται. Iam ergo cum de sententia docuerimus, de verbis tantum quæstio restat. Nego autem quicquam hîc aut deesse aut esse corruptum: προσβάλλειν enim ἰχθύων per quam eleganter dixit pro sapere piscem, & odorē piscis habere. Sic μύρου προσβάλλειν dicunt pro redolere vngenta. Athenæus lib. xiii. καὶ κιναίδους καλοῦντες τοὺς ἢ μύρου προσβάλλοντας, ἢ μικρὸν μαλακωτέραν ἠμφιεσμένους ἐσθῆτα. Sic alibi Strabo λιβανωτοῦ. subaudiendum autem in his loquendi gene-
G ribus vocem ὀσμὴ, vt quum dicit Æschylus, προσέπτα μοι ὀσμὴ ἀφεγγής. Porro oues piscibus vesci, non est sine exemplo. Vide Ælianum lib. xv. cap. xxv. Athenæus quoque libro octauo, boues in Thracia fuisse docet qui pisces comederent.

οἰκήσεις δὲ ποιοῦνται τοῖς ὀστέοις τῶν κητῶν χρώμενοι) Addit Diodorus idem narrans, squamas piscium illis fuisse pro latere. Narrat hoc & Arrianus, & quidem fere verbis iisdem.

¶Pag. 496. περιβάλλονται δὲ καὶ δικτύοις φλοιῶν φοινικίνων) Omnino φλοιῶν φοινικίνων legi debet. Fiebant hæc retia palmarum corticibus, quibus instar lini vtebantur. Arrianus. οἱ δὲ δίκτυα ἐστὶ τοῖσδε πεποίηνται, μεγάθος καὶ ἐς δύο σταδίους τὰ πολλὰ αὐτῶν· πλέκουσι δ' αὐτὰ ἐκ τοῦ φλοιοῦ τῶν φοινίκων στρέφοντες τὸ φλοιὸν ὥσπερ λίνον.

A Τετάρτηνται δὲ τούτων ἡ Γεδρωσία) Diodorus Siculus Kedrosiam vocat. Arrianus Γαδρώσων χώραν. Eum vide omnino lib. vi.

τὸ δὲ ναυτικὸν Νεάρχῳ καὶ Ὀνησικρίτῳ τῷ ἀρχικυβερνήτῃ) Nearchus toti classi fuit præfectus. Onesicritus naui regiæ. Itaque ἀρχικυβερνήτης vocatur Nearchus simili ratione ac dicitur archiatros qui est τοῦ ἄρχοντος ἰατρὸς, non qui reliquis medicis est præpositus, vt malè qui-
B dam putant. Ipse tamen Onesicritus hanc suam appellationē aliter voluit intelligi: nec dubitauit se ipse ναύαρχον appellare. contra veritatem inquit Arrianus. Nō desunt tamen qui Onesicrito credant. Sic enim Plutarchus de eo scribit, constitutum fuisse ab Alexandro ἄρχοντα τῶν κυβερνητῶν.

δι' Ἀραχωτῶν ἦει καὶ Δραγγῶν εἰς Καρμανίαν) Drangos Arrianus vocat Zarangos qui sic scribit, αὐτὸς δὲ Κρατερὸν κατὰ τῶν Ἀραχώτων καὶ Ζαράγγων ἔπεμπεν ἐς Καρμανίαν.

πολλὰ δ' ἐταλαιπώρησεν ὁ Ἀλέξανδρος) Arrianus ait tan-
C tum tollerasse molestiarum & laborum Alexandrum in hoc itinere, quantum vix reliqua tota expeditione.

φασὶ δὲ φιλονικῆσαι Ἀλέξανδρον καίπερ εἰδότα τὰς ἀπορίας) Solus contrarium sensit Nearchus. Arrianus libro sexto. Οὐ μὴν ἀγνοήσαντα Ἀλέξανδρον τῆς ὁδοῦ τὴν χαλεπότητα ταύτῃ ἐλθεῖν, & quæ sequuntur.

¶Pag. 497. εἰ δ' ἐσώθησαν) & paucissimi quidem seruabantur eorum quibus id contigerat. Vide Arrianum.

μῆκος δ' ἀπὸ Κασπίων πυλῶν) De his interuallis & libro
D vndecimo dictum est: qui locus conferendus cum isto. Plinius quoque libro sexto cap. xvii. eadem refert, & iam suo tempore variasse vetera exemplaria in numerorum notis annotat.

ἐν τοῖς ἀπαρτικοῖς σταθμοῖς) Itineraria Diogneti & Betonis intelligit, quos Plinius vocat itinerum Alexandri mensores, Polybius βηματιστάς.

εἰς Ὀρίασανα) Scribe Ὀρτόσπανα vt lib. xi. & apud Plin. Marcell. & alios.

εἶτα πάλιν ἡ λοιπή) Suspicor legendum ἡ αὐτή, si qui-
E dem non aliquod grauius hîc latet vlcus. nam in manuscriptis plerisque locus ita habetur, εἶτα πάλιν . . . μέχρι. in vno sic, εἶτα πάλιν ἡ λοίπη μέ. fortasse pro ἡ λοιπή.

τοῖς Παραπαμισάδαις δὲ παράκειται πρὸς τὴν ἑσπέραν Ἄρειοι) Potuitne clarius Strabo Arios ab Arianis distinguere? omnino autem ei cum Ptolemæo conuenit qui Paropanisadas similiter ait περιορίζεσθαι ἀπὸ δύσεως τῇ Ἀρείᾳ. Ariæ autem πρὸς ἑσπέραν Parthiam constituit.

ἐπὶ δρομάδων καμήλων) quas etiam Curtius dromades camelos appellat. Diodorus ait tanta celeritate esse
F præditas camelos dromades vt paullò minus mille & quingentis stadiis vno die conficiant. Sed de variis camelorum generibus lege eundem Diodorum libro secundo. Isidorus, *Dromeda genus est camelorum, minoris quidem staturæ, sed velocioris. Vnde & nomen habet: nam δρόμος Græce cursus velocitas appellatur. Centum & amplius milliaria vno die pergere solet: quod animal sicut bos & ouis & camelus ruminat.*

ἐπί τε τοὺς Εὐεργέτας οὓς ὁ Κῦρος οὕτως ὠνόμασε) Prius appellabantur Arimaspi, deinde à Cyro sunt Euergetæ
G appellati. autor Diodorus qui causam pluribus refert in actis anni vltimi Olympiadis cxiiæ.

πλὴν τερμίνθου θαμνώδους ὀλίγης) Tollenda fortasse est τελεία στιγμὴ post vocem ὀλίγης, & ponenda ὑποστιγμή. nā etiam infra τέρμινθον refert inter ea quibus homines montani vescerentur.

καὶ τὴν Χααρηνήν) Libro vndecimo Χαρηνὴ vocatur. Scripti malè Χαριανήν.

προσεσχάτη Ἰνδικῇ) Ita restituimus cum legeretur πρὸς ἔσχατα Ἰνδικῇ: de qua mendā non semel occurrente diximus ad libri superioris finem.

Ἡ δὲ Καρμανία τελευταία μέν ἐστι) An hoc ait, Carmaniam esse vltimam partem Arianæ?

τὸ μέντοι πρῶτον αὐτῆς ἄκρον) Harmozonta vocant: vi-

de libro sequenti.

ἡ δὲ σύμφορος ἡ μεγάλη ἀμπέλῳ) Vide Arrianum. Marcellinus ait Carmaniam fructuariis arboribusque fœtibus esse cultam.

Ονομάζεσθαι δὲ λέγει ποταμὸν) Hyranin vocant. Plinius, *Flumen Carmania Hytanis portuosum & auro fertile.*

ἔχει δὲ τινα καὶ ἐρημίαν) Hæc est Carmania deserta: de qua vide Ptolemæum.

πυκνόρραγα τε ὄντα καὶ μεγαλόρραγα) Analogia suadet vt scribamus duplici ρρ πυκνόρραγα & μεγαλόρραγα. Sic πυκνόρριζος.

ὅτι τε δοκεῖ τοῖς Ἀρείοις Πέρσαις σέβεσθαι θεῶν μόνον) Martem solum Deorum à Persis fuisse cultum cui persuadebit Strabo? nemini certè qui recordetur eorum quæ infra de Persarum institutis ac moribus scripsit, vt missam faciam Xenophontis Παιδείας, quæ ἀντικρυς falsitatis arguit hanc lectionem. Atque hic locus maximos viros habuit exercitos. Magna verò gratia habeatur doctissimo viro Cornelio Bertramo, non sacrarum tantum literarum quas diu magna cum sua laude eil professus, sed totius etiam humanitatis peritissimo, qui veram lectionem diuinauit, eámque mihi ante aliquot annos ostendit. Placet autem illi, vt pro ἐν Πέρσαις σέβονται θεῶν μόνον legamus ὅτι ἄρη καὶ σέβονται θεῶν μόνον. qua coniectura nihil ingeniosius nihil probabilius dici queat. Porro Ἄρης hic, quem à Carmanis coli ait, nescio an sit Ἀρμαίας, quem Persæ colebant vt Hesychius testatur.

καὶ ὁ Μάγος) Falsa lectio. Scribendum, καὶ Μαγοι. autore Plinio libro sexto, cap. XXVI. id & ex Herodoto liquebit.

Κυρτοι δὲ καὶ Μάρδοι) Legendum est καὶ Μαρδοι. Non semel in hac voce peccatum, vt etiam ante ostendimus. vide ad illum locum libri vndecimi καὶ οἱ ἐν Περσίδι Κυρτοι καὶ Ἀμαρδοι (καὶ ἄλλοι) &c.

καὶ χρῆσθαι τὸ μὲν ἄλλο τοῦτο) Lego καὶ χρῆσθαι, id est cum melius esset & conducibilius.

παραγωγάς τινας μεγάλας ἐπί τινας χρῆναι) Videndum num legendum sit potius ἐπὶ θάλατταν, de quo iudicet periti huius linguæ.

Λέγεται γὰρ ὅτι ἀπὸ Τιθωνοῦ τε Μέμνονος) Narrat Diodorus Siculus libro secundo, non procul a principio.

ὁ δ' ἀκρόπολιν ἐκάλει τὸ Μεμνόνειον) Ita appellant Herodotus & Diodorus. Herodoti verba sunt in Terpsichore, καὶ δὲ λέγει πεδίοις εἶναι τῆς πάντας τὰς ἐπὶ θάλασσαν τὰς ἑλληνικὰς μέχρι Σούσων. τοῦτο γὰρ Μεμνόνειον ἄστυ καλεῖται &c. notat & alibi.

λέγονται δὲ καὶ Κίσσιοι οἱ Σοῦσοι) Apud Herodotum Cissiorum multis locis mentio. Æschylus in Persis Susa & τὸ παλαιὸν Κίσσιον ἕρκος separat, & iterum paullò post, his verbis,

——μὴ πόλις πᾶσα

τῆς Κισσίων ἀντίδουπον ἔσται

καὶ τὸ Κίσσιον πόλισμα.

Ταρλῶσα δὲ λέγεται Μίμνον) Aliter Diodorus libro secundo.

ἐκ τῆς σοικτικῆς Σιμωνίδου) Lego ἐκ τῆς σαμαικῆς Σούσων ὁ Ηλίου. autore Suida qui ita scribit, Σοῦσα Ηλίου, χαμαιπετὶς τιγχελα δηλονότι ἱεροῦ. Scio aliter statuere de hoc loco doctos viros, quos non sequor.

¶PAG. 502. τὸ μὲν τὸ Ὀζάν) An est quam vocat Ταὰν Ptolemæus?

ἐπὶ τοῦ Χοάσπη ποταμῷ ἐσχάτως ἐπὶ τῷ ζεύγματι) Miré errat hic Xylander. Nam primum ἐπὶ non est *trans*, sed *ad* & *iuxta*. Sic accipiendum & apud Herodotum Terpsichore quando de Choaspe loquens scribit, ἐπ' ὧ Σοῦσα πόλις πεπόλισται. Dionysius Afer,

——χεῖται δὲ Χοάσπης

ἄλλαν ὑδάτων εὐειδὲς ἀμφὶ τε μέσαι χθόνα Σοῦσον.

quod rectè Eustath. interpretatur ἐγγύτερον τῶν Σούσων. Deinde malè putat Xylander Susa fuisse iuxta pontem. Nam verborum Straboois hæc videtur esse sententia, Susa sita esse ad Choaspem fluuium paullò vlterius (id est, à mari remotiùs) quàm sit pons ei flumini superstructus.

τὸ λίμνην τὴν καλουμένην) Huius lacus meminit Plinius lib. VI. cap. XXIII. vide etiam cap. XXVII.

ἐπὶ τὸ Ὀροάτιδος) Ὀροάτιν modo vocabat. Sed Plinius semper Oroatin, & Persidis ait esse initium.

καὶ ὁ Πασιτίγρις ἐκ τῆς Οὐξίας καὶ αὐτὸς ῥεῖ) Ascribam de hoc flumine quæ habet Curtius. *Rex, inquit, quartis castris peruenit ad fluuium, Pasitigrim incolæ vocant: oritur in montibus Vxiorum, & per quinquaginta stadia syluestribus ripis præceps inter saxa deuoluitur. Accipiunt deinde eum campi quos clementiore alueo præterit, iam nauium patiens: sexcenta stadia sunt mollioris soli, per quod leni tractu aquarum Persico mari se insinuat.*

ὁ Κυρος ἐστὶ) Meminit Diodorus lib. XIX. ἐπεὶ δὲ παρῆλθον εἰς τὸν Κόπρατην ποταμὸν, τὸ ῥεῖ ἐκ τινὸς ὀρεινῆς παρεμβάλλει εἰς τὸν Πασιτίγριν.

ἐστὶ δὲ καὶ Κύρος ποταμὸς) Hic locus valdè mihi est suspectus, idque multis de causis. Primum quod Cyrum fluuium in Perside constituit, reperio hunc Corum nominari non Cyrum. Dionysius Afer cui in plerisque cum Strabone conuenit, de Persidis fluminis loquens.

Χεῖται μὲν Κόρος ἠδὲ μέγας, χεῖται δὲ Χοάσπης.

deinde quod subiicit hunc fluuium sic fuisse à Cyro appellatum cum antè appellaretur Agradates, id ego nusquam reperio: contra enim fluuium qui à Cyro nomen accepit, alium esse docet manifestissimè Ammianus, eum videlicet Cyrum quem & Strabo lib. XI. commemorauit, & in Caspium mare se exonerare dixit.

ὁ μετέλαβε τὸ ὄνομα) Imo μετέβαλε non μετέλαβε. μεταλαμβάνειν enim ὄνομα, de ipso fluuio dicitur qui antiquum nomen mutat, vt libro sequenti, de Oronte, τὸ δ' ὄνομα τοῦ χρηματίσαντος αὐτοῦ Ὀρόντε μετέλαβε, χαλκευθὲντος ὑπὸ Τυφῶνος.

φέρει αὐτὸ ὁ Περσεπόλει τὸ Ἀράξης λέγω) Hic fluuius Ptolemæo aliter nominatur: scriptoribus rerum Alexandri Araxes similiter. Diodorus. lib. XVII. διαβὰς ὁ Ἀλέξανδρος τὸν ποταμὸν ὃν ἐκάλουν Ἀράξην διαβὰς ζεῦξας, διεβίβασε τὰς στρατιάς. Porrò non alluebat mœnia Persepoleos Araxes, sed nec multum ab iis erat remotus. Quintus Curtius de Persepoli, *Hanc vrbem non intrauerat nisi Araxes amnis ostenderet, haud procul mœnibus fluxerat: inde vrbem fuisse XX. stadiis distantem, credunt magis quàm sciunt accolæ.*

Ην δὲ ἡ Περσέπολις ἄλλως βασίλεια ἐκοσμεῖτο) Describit hanc vrbem Diodorus diligentissimè, eius incendium omnes commemorant. fuerat exstructa vt idem Diodorus Siculus libro primo ait, ex direptione Thebarum Ægyptiacarum. combusta est ab Alexandro hortatu maximè Thaidis, nobilis scorti. Miror autem quum dicat Q. Curtius Persepolin semel incensam & dirutam, nunquam postea resurrexisse, recenseri tamen eam à Ptolemæo, non secus ac si tunc quoque floruisset. Q. Curtij verba sunt hæc, quæ propter elegantiam ascripsi, *Hunc exitum ait habuit regia totius Orientis, vnde tot gentes ante iura petebant: patria tot regum, vnicus quondam Græciæ terror, molita decem millium nauium classem, & exercitus quibus Europa inundata est, contabulato mari molibus, perfossisque montibus in quorum specus fretum immissum est. Ac ne longa quidem ætate quæ excidium eius secuta est, resurrexit.*

¶PAG. 503. ἐστι γὰρ δὲ καὶ τὸ Κύρου τάφον ἐν Πασαργάδαις) Arrianus sub finem libri sexti pluribus describit ex Aristobulo, cuius descriptionem iuuabit cum Straboniana conferre.

πύργον μὲν οὐ μέγαν) Explicat Arrianus. καὶ αὐτὸν μὲν τὸν τάφον τὰ κάτω λίθου τετραγώνου ἐς τετράγωνον σχῆμα πεποιῆσθαι.

ἄνω δὲ στέγην ἔχειν καὶ σηκὸν στενὸν τὰ λοιπὰ ἔχοντα τὴν εἴσοδον) Arrianus ἄνω δὲ οἴκημα ἐπεῖναι λίθινον ἐστεγασμένον, θυρίδα ἔχον ἐς αὐτὸ φέρουσαν στενὴν, ὡς μόλις ἂν ἑνὶ ἀνδρὶ οὐ μεγάλῳ πολλὰ

ἀλλὰ κατασπάσαντα παρελθεῖν.

καὶ τὴν πύελον μετατεθῆναι, τὸν νεκρὸν δ' οὐ δῆλον ἐξῃρῆσθαι) Ex Arriano constat, quando rediit Alexander ad Cyri monumentum, repertisse eum omnia fuisse exportata præter lectum & πύελον: quæ tamen & ipsa loco fuerant mota & non aliam ob causam relicta, quam quod facile exportari non potuerant. inde videtur Strabo velle colligere, fuisse Cyri sepulchrum à prædonibus spoliatũ, non à satrapa: quod tamen multis visum: & si credimus Curtio, non alia Orxinæ satrapæ causa perniciei: quanquam Arrianus paullò aliter narrat. Hæc cum ita sint, putamus legendum in Strabone καὶ τὴν πύελον μετατεθῆναι· τὸν νεκρὸν δ' οὐ. (subintellige ἐκκεκομίσθαι) ὡς δῆλον.

ὥστε τὸν λαμβανόντων καθ' ἡμέραν πρόβατον, διὰ μηνὸς δ' ἵππον) Si nihil deest, nimis profectò festinabat magnus scriptor cum ex Aristobulo hæc transferret. Nam quis obsecro qui hæc legat, non statim putet equinis carnibus vesci solitos istos magos? id enim Strabonis verba sonare videntur. Atqui non erant isti magi Scythæ abij & ἱππημολγοί, multo etiam minus ἱπποφάγοι. Sed ex Arriano quid Aristobulus scripserit liquet: refert ille fuisse intra ambitum, prope ipsum sepulchrum magis exstructum οἴκημα σμικρὸν qui à Cambyse fuerant primùm constituti loci custodes, atque his inquit, πρόβατόν τε ἐς ἡμέραν ἐδίδοτο ἐκ βασιλέως, καὶ ἀλεύρων τε καὶ οἴνου τεταγμένα, καὶ ἵππος κατὰ μῆνα ἐς θυσίαν τῷ Κύρῳ.

ταῦτα ποιεῖν οὐ δυνάμην) Apud Athenæum legimus inscriptum fuisse monumento Cyri, ἐδυνάμην καὶ οἶνον πίνειν πολλὸν, καὶ τοῦτον φέρειν καλῶς.

¶PAG. 503. τὰς δὲ κριθὰς διαπυρίους εἰς τὴν ἡλίου ἀλιάσας) Autor Epitomes pro ἀλιάσας legit φρύξας· mihi vulgata lectio ferri posse videtur, vt sit hęc sententia, hordeum Soli expositum torreri & parari ad molẽdum, vt quæ in aliis locis igni torrentur. Nam quæ erãt molenda, igni torrebantur. vide Seruium ad illud Virgilij,

Et torrere parant flammis & frangere saxo.

κατὰ δὲ τὰ ἐν τοῖς ὄρεσι τὰς κάγχρυς) Melius κάχρυς vt in Epito. leges. Sic autẽ appellabant πεφρυγμένας κριθὰς πρὸς ἀλφιτοποιίαν.

τούτοις καὶ Μῆδοι τὰ αὐτά) Ideo lib. XI. Mediam describẽs dicebat se de Medorum institutis dicturum quando & de Persicis, cuius loci videtur lectorum memoriam voluisse renouare.

Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται) Ex Herodoto ad verbum hæc sunt desumpta: nisi quod Strabo Ionicè non loquitur. Sic ille, Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοιοῖσι χρεωμένους· ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι. Vide & Laertium in operis procœmio.

θύουσι δ' ἐν ὑψηλῷ τόπῳ) Præter Herodotum, notat hunc morem Persarum Xenophon Παιδ. lib. VIII. ἔθυσεν ἐν ἀκρῷ ἱερὰ Διΐ τε πατρῴῳ καὶ Ἡλίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς, ἐπὶ τῶν ἄκρων ὡς Πέρσαι θύουσι. Non est autem dubium à Persis hunc ritum hausisse Hebræos quos toties Deus per prophetarum os obiurgat quod in excelsis sacrificẽt: quin eorum lingua vox eadẽ במה & locum excelsum & altare significat.

τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία) Herodotus, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες.

τιμῶσι δὲ καὶ Ἥλιον ὃν καλοῦσι Μίθρην) Quod Soli sacrificent & Herodotus ait aliique multi: quod Solem vocent Mithram, dissentit ille qui sic Venerem à Persis vocari scribit: nisi quis Μίτραν & Μίθραν differre putet. Straboni multi assentiuntur. Hesychius Μίθρας ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις. Μίθρας ὁ πρῶτος ἐν Πέρσαις θεός.

καὶ Σελήνην καὶ Ἀφροδίτην, καὶ πῦρ, καὶ γῆν, καὶ ἀνέμους, καὶ ὕδωρ) Eadem turba cœlitum apud Herodotum, θύουσι δὲ ἡλίῳ τε καὶ σελήνῃ καὶ γῇ καὶ πυρὶ καὶ ὕδατι καὶ ἀνέμοισι. Deinde subiicit de Venere.

θύουσι δ' ἐν καθαρῷ τόπῳ κατευξάμενοι καὶ παραστησάμενοι τὸ ἱερεῖον ἐστεμμένον) Herodoti verba sunt, Τῶν δὲ ὡς ἑκάστῳ θύειν θέλῃ ἐς χῶρον καθαρὸν ἀγαγὼν τὸ κτῆνος καλέει τὸν θεὸν ἐστεφανωμένος τὸν τιάραν μυρσίνῃ μάλιστα. vbi vides non victimam dici coronari solitam, sed ipsum qui sacrificat. nam

A Non fuit autem nobis difficile puerile mendum tollere καὶ πευξάμενοι. Verbo κατεύχεσθαι vtitur in eadem rẽ Herodotus: quem si consuluisset Xylander, nunquam preces in imprecationes commutasset: quæ eius est insignia negligentia, cuios vbique impressa videas vestigias: quæ nos tantisper prætermisimus, dum otium nacti erimus ad nouam versionem tam excellentis operis cudendam.

μελίσαντος δὲ τοῦ μάγου τὰ κρέα τοῦ ἱερουργήσαντος τὴν ἱερουργίαν)

B Discedit hic aliquid ab Herodoto, qui hostiam in partes secari ait ab eo qui sacrificat: mago autem tribuit partes in sacrificiis τοῦ ἐπαείδειν θεογονίην.

¶PAG. 504. ὅμως δὲ τι ἐπίπλουν τι μικρὸν ἐπιθέντος ὥς λέγουσί τινες ἐπὶ τὸ πῦρ) Catullus de magis Persarum.

Gratus vt accepto veneretur carmine diuos
Omentum in flamma pingue liquefaciens.

οὐ νεκρὸν ἐπὶ πῦρ θέντες) Herodotus in Thalia, docet nec Persas, nec Ægyptios cadauera solitos cremare: diuersa tamen inquit ratione Persæ quia ignẽ habent

C pro Deo, Ægyptij, quia Feram esse putant.

τῷ δὲ ὕδατι, ἐπὶ λίμνην ἢ ποταμὸν ἢ κρήνην ἐλθόντες) Huius moris non infrequens apud veteres mentio: ferè autem equum fluminibus sacrificabant, & quidem album ait Herodotus de Xerxe sic scribens & eius itinere per Thraciam, ἐς δὲ τὸν ποταμὸν πόρον ἐς αὐτὸν τὸν Στρυμόνα, ἐς τὸν οἱ μάγοι ἐκαλλιερέοντο σφάζοντες ἵππους λευκούς. Cornelius Tacitus lib. VI. Annalium, de Vitellio & Tiridate qui copias ad ripam Euphratis habebant,

D *Sacrificantibus, cum hic more Romano Suouetaurilia daret, ille equum placando amni adornasset.* quem locum mirificè Strabonis & Herodoti verba illustrant, obscurum doctis viris visum. quanquam vt dixi huius consuetudinis nõ infrequens apud veteres mentio: neque verò Persas tantum sed & Romanos id factitasse legimus. Vide Plutarchum in Lucullo.

ῥαβδοὺς λεπτὰς ἱεροῦντες οἱ μάγοι) Ita peragebant sua sacra Persæ. Phœnix poeta apud Athenæum lib. XII. de Nino,

E οὐδὲ μάγοισι πῦρ ἱερὸν ἀνῆψεν
ὥσπερ νόμος, ῥάβδοισι τοῦ θεοῦ ψαύων.

Fuit & apud Scythas genus μαντικῆς διὰ ῥάβδων. de qua lege Herodotum Melpomene. De iisdẽ gentibus Scythiæ Ammianus Marcellinus lib. XXXI. *Futura miro* præsagiũt modo. Nã rectiores virgas fœminæ colligentes, easque cum incantamẽtis quibusdam secretis præstituto tempore decernentes, apertè quid portetur norunt.

ἐν δὲ τῇ Καππαδοκίᾳ) Persicis institutis plerisque vsos

F Cappadocum & Ponti accolas, etiam ex eo intelligas, quod sacra in excelsis locis faciebant vt de Persis paullò ante relatum est. Appianus de Mithridate, ἔθυε τῷ στρατίῳ Διῒ πάτριον θυσίαν ἐπὶ ὄρους ὑψηλοῦ κορυφὴν μείζονα ἄλλην ὑπὸ ξύλων ἐπιθείς. Veruntamen de Pyræthis Persarum & Cappad. nihil alibi legisse meminimus.

καὶ πῦρ ἄσβεστον φυλάττουσιν οἱ μάγοι) Ignem hunc solitum exstingui quando rex esset mortuus repetio in Bibliotheca Diodori obseruatum. quod non putauimus esse prætermittendum.

ἐς γὰρ ποταμὸν οὔτε ἐνουρέουσι, οὐδὲ λοῦνται) Herodotus, ἐς

G ποταμὸν δὲ οὔτε ἐνουρέουσι, οὔτε ἐμπτύουσι, οὐ χεῖρας ἐναπονίζονται, οὐδὲ ἄλλον οὐδένα περιορῶσι.

Γαμοῦσι δὲ πολλὰς καὶ ἅμα) Omnino sunt ex Herodoto: cuius verba quia prolixiora sunt, parcam ascribere.

ἀπὸ δὲ πέντε ἐτῶν ἕως τετάρτου καὶ εἰκοσι) Herodotus παιδεύουσι δὲ τοὺς παῖδας ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι μέχρι εἰκοσαέτεος τρία μοῦνα, ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀληθίζεσθαι. At Xenophon ista pluribus initio Παιδείας.

καλοῦνται δ' οὗτοι Κάρδακες) Vide Hesychium in κάρδακες. quanquam quid Hesychius sibi velit, non facile dixerim.

¶PAG. 505. καθάπερ οὐδὲ τὸ πῦρ κατὰ πενθῶν) Non apud Persas tantum, sed etiam apud Græcos Romanosque ignis in luctu nullus vsus. & vt notat Glossarij autor, λύχνος

ἄξιον ἐν πῖνδει ἢ θέμις.

Δεσπῶσι πολυτελῶς Πέρσαι) Horatius,

Persicos odi puer apparatus.

Non ita olim Persæ, ante occupatum Medicum imperium. Vide Xenophon.

οἶνον δ' ἐκ Συρίας τὸν Χαλυβώνιον) Vide Athenæum libro primo.

ὕδωρ δ' ἐκ τοῦ Εὐλαίου) Fortasse & aquam Nili bibebāt: nam inde mitti solitam notatū est ab Athenæo lib. II. idem Athen lib. XII. aquam fuisse docet propriam regi Persarum & filio maximo natu. vide locum. De Choa-

A spis aqua regia notum ex Herod. Plin. Catullo.

¶ PAG. 506. τοὺς εἰς Ἀσίαν Ἕλληνας) εἰς Ἀσίαν, pro ἐν Ἀσίᾳ, vt *in ciuitatē*, pro *in ciuitate*: nisi scripserat τοὺς εἰς Ἀσίαν ἀφικόμενους aut simili modo.

κατέσχεν Δαρεῖον ὄντα τοῦ γένους τῶν βασιλ.) Erat astandes. Vide Plutarchum & Diodorum.

αὐτὸς ἦρξε δέκα ἢ ἕνδεκα ἔτη) Imo regnauit Alexander si Diodorum audimus annos XII. menses VII. Verùm de his omnibus consulant studiosi doctorum Chronologorum nostræ ætatis scripta.

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS

ET CASTIGATIONES IN LIBRVM XVI.

GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

Η Περσίδι καὶ τῇ Σουσιανῇ συνάπτουσιν οἱ Ἀσσύριοι) Huius libri cū superiore cōnexio in promptu est, & παράλληλος. Continet autem, quicquid est inter Persidem & Susianam, ac Ægyptum.

καλοῦσι δ' οὕτω τὴν Βαβυλωνίαν) Et tamē videas apud Geographos distingui à Babyloniis Assyrios. Dionysius vero Afer Assyrios ad Euxinum submouet: nimirum ita vocat, quos Strabo ait mox Syros fuisse appellatos.

ἧς ἐν μέρει καὶ ἡ Ατουρία ἐστὶν) Aturiæ ergo Assyriæ pars est: nescio vero quam id verū sit quod scribit Dio in Troiano, sic à barbaris fuisse vocatam τὴν Ἀδιαβηνήν, mutato σ in τ. Sanè Plinius & Marcellinus autores sunt prouinciam vbi fuit Ninus Assyriam prius fuisse vocatam, postea Adiabenē. Aturiam autem non nominant.

καὶ ἡ Ἀπολλωνιᾶτις) quæ olim Sitacena, vti libro superiore dixit: ali. er alij.

καὶ ἡ περὶ τὸ Ζάγρον ὄρος Χαλωνῖτις) Scribendum, Χαλωνῖτις. Vt apud Plin. & supra. Dionysius Afer,

Αὐτὰρ ὑπὲρ Βαβυλῶνος, ἐπὶ πνοιὴν βορέαο,

Κισσιοι Μεσσαβάται τε, Χαλωνῖται τε νέμονται.

Sic ferè apud Polybium libro sexto vbi legendum, διαχειμάσαντες γὰρ εἰς τὴν Χαλωνῖτιν περὶ αὐτοὺς αἰσθανόμενοι τὴν εἰς τὸν Ζάγρον ἀναβολήν.

ἀπὸ μὲν τῆς Βαβυλωνίας μέχρι τοῦ Ἰσσικοῦ) Hesychius annotat Συρίαν λέγεσθαι γῆν, τὴν ἀπὸ Φοινίκης μέχρι Βαβυλωνίας. Qui versati sunt in sacris literis, sciunt quàm latè pateat terra *Sur* Hebræis dicta.

οἱ γοῦν Κατ πάδοκες ἀμφότεροι) Vide ad lib. XII.

οἱ δ' κατέχοντες τὴν Σύρων ἀρχὴν) quod vsitatius Assyriorū imperium appellatur. Iustinus, *Imperium Assyrij qui postea Syri dicti sunt mille trecentis annis tenuere.*

τά τε χώματα, ἃ δὴ καλοῦσι Σεμιράμιδος) Vt quæ lib. XII. commemorauit, quum dicebat Zela vrbem ἐπὶ χώματι Σεμιράμιδος τετειχισμένην. Cæterum de Nino & Semiramide, & eorum operibus consule Herodotum, Diodorum Iustinum alios. Sunt enim omnia decantatissima.

μέχρι Σαρδαναπάλλου καὶ Αρβάκου) quorum quidem ille vltimus Assyriorum rex fuit, hic primus Medorum. Vocatur & Arbarus. Strabonis verba obscuriora sunt.

πολὺ δὲ μείζων ἦν τῆς Βαβυλῶνος) Fuit eius figura ἰσόπλευρος. duo illa latera quæ erant longiora stadiis constabant CL. quæ breuiora stadiis XC. circuitus stadiorum CCCCLXXX. nec postea vlla vmquam vrbs pat huic ma nitudine fuit ędificata. Hæc Diodorus lib. II.

ἐστάθμευον τόπους ἐπιτηδείους ὅπου) Prorsus aliter Arrianus qui de hoc loco sic scribit, πόλις οὐκ ἦν, ἀλλὰ κώμη οὐ μεγάλη οὐδὲ ὀνομαστὸς ὁ χῶρος, οὐδὲ εἰς ἀκοὴν ἡδὺ τὸ ὄνομα. Sed & Stra-

A & Strabo mox fatetur fuisse κώμην ἄσημον.

μεθερμηνευθεῖσαν γὰρ ἐστι καμήλου οἶκος) Nescio an è lingua Hebræa vocis ratio peti possit. de posteriore quidem parte non est dubium: de priore credat fortasse quis ita esse: quum בג hebræis sit locus eminens & excelsus Verum periciores earum linguarum de his statuant.

PAG. 458. Οἱ μέντοι Μακεδόνες) Eadem leges apud Arrianum lib. VI. Diodorum vero miror Gaugamelorū nullam fecisse mentionem.

B τὴν μάχην καὶ νίκην κατεφήμισαν) Scribe κατεφήμισαν.

ἡ δὲ χώρα Αρκταχηνὴ λέγεται) Iosephus Scaliger vir prorsus admirabilis & cum nemine nostræ ætatis comparandus, censet legendum Αραχηνὴ λέγ. vt intelligatur regio *Arec* cuius meminit Moses Geneseos capite X. de Nemrodo loquens, *eius* inquit *regni caput fuit Babylon, Arec, Acad, & Calne in terra Senaar.* De eadem putat ille accipiendum Tibulli hunc locum lib. IIII.

Ardet Arecteus aut vnda perhospita campis

εἶθ' ἡ τοῦ νάφθα πηγὴ) De naphtha vide Plin. lib. II.

C cap. CV. & alibi. item Plutarchū in Alexandro. & alios.

καὶ τὰ πυρὰ) Videtur intelligere Babyloniæ locum de quo Plinius lib. II. cap. CVI. *Campus Babyloniæ flagrat quadā veluti piscina iugeri magnitudine.* Meminere & alii, vt Dio in Tito de Vesuuio loquens.

καὶ τὸ τῆς Αναίας ἱερὸν) Videtur esse τῆς Αναΐτιδος cuius toties meminit.

ἡ δὲ Βαβυλὼν καὶ αὐτὴ μὲν ἐστιν ἐν πεδίῳ) Herodotus in Babylonis descriptione, κέεται ἐν πεδίῳ μεγάλῳ.

τὸ δὲ κύκλον ἔχει τοῦ τείχους τριακοσίων ὀγδοήκοντα πέντε σταδίων) Herodotus ait Babylonis ambitū fuisse stadiorum

D CCCCLXXX. Plinius Herodotum secutus sexaginta mill. pass. Diodorus CCCLXV. qui hoc etiam addit, voluisse Semiramidem stadiorum numero dierum anni totius numerū æquare. In reliquis dimensionibus non minor varietas, quam lectori apud ipsos autores quos nominaui videndam relinquo.

καὶ ὁ κρεμαστὸς κῆπος) Meminit Diodorus. Ὑπῆρχε δὲ καὶ ὁ κρεμαστὸς καλούμενος κῆπος παρὰ τὴν ἀκρόπολιν οὐ Σεμιράμιδος &c. quæ sunt Strabonis verbis simillima. Berosus apud

E Iosephum nō κῆπον sed παράδεισον vocat, & à Nabuchodonosoro fuisse constructum ait in vxoris gratiam quæ in Media regione montana educata, syluis delectabatur.

ἔστι δὲ καὶ ὁ Βήλου τάφος αὐτόθι) Lege Arrianum lib. VII. & Ælianum lib. XIII. variæ historiæ. Plinius de Babylone loquens *Durat adhuc ibi Iouis Beli templum.*

τὴν Σελεύκειαν ἐπὶ τῷ Τίγριτι) Hæc est quæ vocatur Seleucia ad Tigrin, inquit Plinius, Idem sic scribit lib. V. cap.

cap. xxvi. *Scinditur Euphrates à Zeugmate* LXXXIII. *M. P. circa vicum Massicen & parte laeua in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam circa eum praefluentem infusus Tigri.*

ἐν τριακοσίοις τοῦ σαδίοις ἐτείχισε Σέλευκος ὁ Νικάτωρ) Plinius de Babylone, *Caeterum in solitudinē redit, exhausta vicinitate Seleuciae, ob id conditae a Nicatore intra nonagesimum lapidem in confluente Euphratis fossa perducti atque Tigris quae tamen Babylonia cognominatur, libera hodie ac sui iuris, Macedonumque moris.* Vides etiam diuersitatem in interuallo quod est Babylone Seleuciam. Nam millia pass. siue vt loquitur Plin. lapides nonaginta, stadia sunt IDCCXX.

οὐδὲ γὰρ κατομβροῦνται) imbribus carent, pluuia non omnino. vt docent Arrianus & alij.

¶ PAG. 509. καὶ γὰρ ἀφωρισμένη ποτὲ κατοικία ἀποδέδεικται) Plinius, *Orchenis quoque tertia Chaldaeorum doctrina in eodem situ locātur, ad meridiem versi* Meminit & Ptolem.

καὶ Βορσιππηνοί) Stephan. Βόρσιππα πόλις Χαλδαίων, ἀπὸ τῆς... ex hoc loco Strab. & sequēti Iosepho est Βορσιππηνός.

ὁ δὲ Ὦπις) Meminit etiam libro secundo De Alexandro pluribus habes apud Arrianum libro septimo, ἐκεῖθεν δὲ αὖθις inquit, ἐπλει ἐς Ὦπιν, πόλιν ἐπὶ τῷ Τίγρητι τοὺς καταῤῥάκτας τοὺς κατὰ τὸν ποταμὸν ἀφανίζων, ... οἱ δὴ ἐκ Περσῶν ... τὰ μή τινα ἀπὸ θαλάσσης ἀναπλεῦσαι εἰς τὴν χώραν αὐτῶν ... ἐπεποίηντο δὲ ... Πέρσαι. & quae sequuntur.

πλημμυρεῖ γὰρ ὁ Εὐφράτης κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς θερινῆς ἀπὸ τοῦ ἔαρος ἀρξάμενος) Plinius de Euphrate, *Increscit autem & ipse Nili modo statis diebus, paulum differens ac Mesopotamiam inundat Sole obtinente vicesimam partem Cancri. Minui incipit in Virgine, & Leone transgresso. In totum vero remeat in vigesimanona parte Virginis.*

¶ PAG. 510 ... αἰτίαν τῆς πόλεως φασί) Legebatur ... ineptè. Arrianus eadem pluribus persequitur.

καὶ ποιεῖν τὰς ... καὶ τὰ βάραθρα) etsi omnes voragines possunt appellari βάραθρα, tamen hic suis interpretibus ea vox retinenda cum sit locis de quibus loquitur propria. Diodorus Siculus lib. 1. de iisdem locis τὰ μὲν ... ἀνωνόμασται βάραθρα. Idem docet etiā lib. XVI. & lib. XX.

τὰ δὲ Κάσσια) Lege cum priore interprete τὰ δὲ Κοσσαῖα. quorum montium & lib. 11. meminit.

¶ PAG. 511. ἡ μὲν ὑγρὰ ἣν καλοῦσι νάφθαν) Plinio non placet inter bituminis genera referri naphtham. *Sunt* inquit, *qui & naphtham de qua in secunda diximus volumine bituminum generi ascribant. Verum ardens eius vis ignium naturae cognata procul ab omni vsu abest.* Idem tamen liquidum bitumen commemorat quod à Babylone inuehitur.

ἀλλὰ μαλθῇ) Refert Plinius lib. 11. de maltha quae hùc videntur pertinere.

...) Paero nomē Stephano. Vide Plutarch.

... τοὺς λύχνους καίειν) Idem Plinius de alio bitumine, *Vtuntur eo ad lucernarum lumina olei vice.*

νῦν δὲ Σελεύκεια μᾶλλον ἡ ἐπὶ τῷ Τίγρει λεγομένη) Verè hęc de suis temporibus Strabo. mox aliò translatum est imperium. Plinius postquam egit de Seleucia *Inuicem* ait, *ad hanc exhauriendam Ctesiphontem iuxta tertium ab ea lapidem in Chalonitide condidere Parthi, quod nunc est caput regni.*

¶ PAG. 512. ἀπὸ δὲ τῆς Σελευκείας ...) Atqui ipsa Seleucia Babylonia appellabatur: vt mirum nō sit Seleucenses, Babylonios non tantum à nomine regionis, sed etiam ab altera vrbis appellatione fuisse dictos: tamen & Laertius de Diogene Babylonio idem notat plures eiusdem nominis referens τέταρτος inquit, Στωικὸς ... Σελευκεύς, καλούμενος δὲ Βαβυλώνιος διὰ γειτνίασιν.

... καὶ ἡ Σιττακηνή) Ptolemaeus post Artemitam Sittaceen vrbem refert.

τοῖς γὰρ Ἑλυμαίοις ...) Idem dixit libro XI.

Ἀντίοχον μὲν τὸν μέγαν τὸ τοῦ Βήλου συλᾶν ἱερὸν ἐπιχειρήσαντα) Iosephus lib. XII. Ἀρχαιολογίας cap. XIII narrat Antiochum Epiphanem templum Dianae in Elymaide spoliare

A liare conantem, magna clade accepta Babylonem recessisse: vbi cum paullò post accepisset nuntium de altera clade à suis accepta in Iudaea dolore sit confectus. Idem & D. Hieronymus refert in Danielem. refert & Iustinus sed paullò aliter lib. XXXII. Sed quia de Epiphane narrantur, non de Magno docti censent nihil ea pertinere ad hunc locum. Antiochi autem Magni interitum reperies apud Iustinum lib. XXXVIII.

καὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος Ἄζαρα) Hoc illud esse videtur Dia-
B nae fanum de quo Iosephus intelligit. Puto autem legendum τὰ Ζάρα Nam inde dicta est Diana Ζαρῆτις. Hesychius, Ζαρῆτις, Ἄρτεμις Πέρσαι.

ὑπὸ Γαβιανὴ καὶ ἡ Μασσαβατική) De Massabatica diximus ad lib. XI. Gabianae meminit Diodorus lib. XIX.

¶ PAG. 513. τῆς μὲν οὖν Ἀδιαβηνῆς ἡ πλείων πεδιάς) De Adiabena locus est elegans apud Marcellinū lib. XXIII. *Iuxta hūc circuitu Adiabena Assyria priscis tēporibus vocitata, longaque assuetudine ad hoc translata vocabulum, ea re quod inter Oenam & Tigridem sita nauigeros fluuios, adiri vado nunquam*
C *potuit: transire enim διαβαίνειν dicimus graeci: & veteres quidem hoc arbitrantur. Nos autem id dicimus quod in his terris amnes sunt duo perpetui, quos & transiuimus Dianas & Adianas, iunctis naualibus pontibus. Ideoque intelligi Adianenam cognominatam.* Ex his melius docemur vbi fuerit quae Adiabene vocabatur regio, quàm ex Stephano qui hoc tantum ait, esse χώραν μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγριδος. & addit quod falsum iure videatur ἣ καὶ Μεσηνὴ ἐκαλεῖτο. Nam aliud Mesene aliud Adiabene. vide Plinium.

ἴδιον δὲ τὸ καθίστασθαι τρεῖς ἄνδρας) Herodotus Κλεινὸν
D paullò aliter hunc Assyriorum morem refert. cum si vacat lege.

Πάντες δὲ τῶν Βαβυλωνίων ἴδιον κατὰ τὶ λόγιον ξένῳ μίγνυσθαι) Etiam haec sunt ex Herodoto, δεῖ inquit, πᾶσαν γυναῖκα ἐπιχωρίην ἱζομένην ἐς ἱρὸν Ἀφροδίτης, ἅπαξ ἐν τῇ ζόῃ μιχθῆναι ἀνδρὶ ξείνῳ.

θώμιγγα δ' ἔχουσα ἑκάστη) Herodotus, ἐν τεμένεϊ Ἀφροδίτης κατέαται στέφανον περὶ τῇσι κεφαλῇσι ἔχουσαι θώμιγγος πολλαὶ γυναῖκες. In quibusdam exemplaribus ante vocem
E θώμιγγα legebantur haec, σειρὰν ἐκ σχοινίων. quod ortum existimo ex glossa vocis θώμιγξ. quanquam θώμιγξ non est σειρὰ, sed funiculus.

Τοὺς δ' ἀῤῥώστους εἰς τὰς τριόδους ἐκτιθέντες) Herodotus, τοὺς κάμνοντας ἐς τὴν ἀγορὴν ἐκφορέουσι· οὐ γὰρ δὴ χρέωνται ἰητροῖσι. Meminit Strabo huius consuetudinis iterum libro tertio, vbi suspicor legendum ὥσπερ οἱ Ἀσσύριοι non vt vulgo ὥσπερ οἱ Αἰγύπτιοι.

¶ PAG. 514 Διαῤῥεῖ δ' ὁ Τίγρις τὴν Θωπῖτιν καλουμένην λίμνην) Dionysius Periegeta.

Ἔστι δέ τις κατὰ λίμνη Θωνῖτις ... λίμνη.
F Οὔτ' ... ἐν μυχοῖς Τίγρις,
Δινῶν πολλὸν ... ἐξ αὐτῆς ἀναχεῖ
Ὀξύτερος ... ποταμῶν.

... Plin. de Tigri, *Fertur autē & cursu & colore dissimilis transuectusque occurrente Tauro monte in specu mergitur: subterque lapsus, à latere altero eius erumpit. Locus vocatur Zoroanda. Eundem esse manifestum est, quod demersum perfert. Alterum deinde transit lacum, qui Thospites appellatur, rursusque in cuniculos mergitur, & post XXV. M passuum circa Nymphaeum redditur.*

G οὕτω σφοδρῶς ἀναβάλλει τὸν λάρυγγα) Legō σφοδρῶς & ita fuit in Eustathij exēplaribus: alioquin ῥεῦμα esset subaudiendum. ἀναβάλλει autem quod habetur in scriptis, non postposuerim vulgatae lectioni ἀναβάλλει vel διαβάλλει quod apud Eustath. legitur. Porrò Tigris celeritatem nomen testatur ipsum. Curtius, *Itaque à celeritate qua defluit Tigri nomen est inditum: quia Persica lingua Tigrim sagittam appellant.*

καὶ πλοῦν τοῖς ...) Similis est πλοῦν ὑπερπετικῷ. vide libro secundo.

ἐν ᾗ ἐστιν ἡ Νίσιβις, ἣν καὶ αὐτὴν Ἀντιόχειαν) Plinius, *Oppida Alexandria, item Antiochia, quam Nisibin vocant.* De Nisibi Dio in fragmento libri XXXV.

καὶ Σίτρακα) Scribitur Σιτάκη apud Appianum in Par-

rhicis. vbi & de Crasso & de Surena leges. vide & Plutarch. in Crasso.

ἐς οἱ πάλαι Καρδοῦχοι ἐλέγον) Ita appellantur à Diodoro, & Xenophonte multis locis. Ἀναβάσεως libro quarto.

τὴν Γορδυηνὴν) Apud Dionem Κορδουηνὴ scribitur.

ἔχουσι Σκηνῖται Ἄραβες Plinius, *Nomades infestatoresque Chaldæorũ Scenitæ, (vt diximus) claudunt, & ipsi vagi, sed à tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metantur vbi libuit.* Scenitas autem postea Saracenos fuisse dictos ex Ammiani non vno loco constat.

ῥεῖ καὶ ἄλλος ποταμὸς βασίλειος καλούμενος) Basilij fluuij meminit etiam Ptolemæus in descriptione Babyloniæ. Fuit autem Euphratis dioryx ad Ctesiphontẽ ducta, ab Assyriis Naarmalcha dicta, quam vocem Græci sunt interpretati Βασίλειον ποταμὸν, nam & vox illa fluuium regium sonat. Ammianus libro XXIIII. *Hinc pars fluminis scinditur largis aquarum agminibus duces ad tractus Babylonios interiores, vsui agris futura, & ciuitatibus circumiectis, alia Naarmalcha nomine quod fluuius regum interpretatur Ctesiphonta prætermeat.* Placet autem doctis viris, quod & mihi probatur, ita fuisse hanc diorygẽ appellatã quod regis cuiusdã Babylonij iussu fuisset diducta. multis vero secutis pòst annis in eadẽ laborarunt Traianus ac mox Seuerus. Ammianus, *Ventũ est hinc ad fossile flumẽ Naarmalcha nomine quod amnis regum interpretatur, tunc auidum. Id antehac Traianus postea Seuerus egesto solo fodiri in modum canalis amplissimi, studio curauerant summo, vt aquis illuc ab Euphrate transfusis, naues ad Tigridem commigrarent.*

καὶ περὶ τὴν Ἀνθεμουσίαν ἄλλος Ἀβόρρας) Anthemusia est inquit Ptolem. pars Mesopotamiæ Armeniæ vicina. Idem fluuium in Mesopotamia agnoscit, qui in Euphratem ingreditur & oritur non procul Anthemusia in Masio monte eúmque appellat Χαβώραν. qui fluuius mihi videtur is esse quem Strabo nunc intelligit, vt vel in Ptolem. vel in Strabone menda necessariò inoleuerit. Ammianus autem Aboram nominans lectionem Strabonis firmat. Sic ille libro XIII. repetam autem paullò altius, vt de re facilius fit vnicuique statuere. *Batne, inquit, municipium in Anthemusia conditum Macedonum manu priscorum, ab Euphrate flumine breui spatio disparatur, refertum mercatoribus opulentis.* Mox, *Hanc regionem præstitutis celebritatis diebus inuadere parans dux ante dictus, per solitudines Aboræque amnis herbidas ripas, suorũ indicio proditus est.* Non est dubium Aboram hic ab Ammiano vocari eum ipsum, quẽ Ptolemæus Chaborã appellat, Aborã Strabo: vt in Strabone nihil mutãdum videatur, sed in Ptolemæo potius pro Χαβώρας legendum Ἀβόρρας. Nam ita habent & Ammiani & Strabonis omnia exẽplaria nostra, & Epitome. Putant tamen doctissimi quidã viri Chaborã Ptolemæi esse fluuiũ Chebar, ad quẽ fuisse se cum plebe deportatum Ezekiel testatur. quod si verè annotatum est ab eruditissimis viris, nec in Ptolemæo quicquam mutandum est, nec dubitandum & Strabonis & Ammiani codices esse emendandos. Verùm me non pœniteat eorum esse sententiæ qui Chebarem Ezekielis eundem potius esse opinantur cum Regio fluuio: est autem ea summi viri Iosephi Scaligeri coniectura admodum probabilis. quam lectori videndam relinquo in eius libris De emẽdatione temporũ. ego hac in parte vnũ desidero in tãto viro. Vellẽ enim docuisset nos, quomodo errẽt Strabo & Ptol. fluuiũ Chaborrã separantes à Basilio. equidem fluuium regiũ & Chaborram siue Aborrã nunquam adducar vt credã idem esse.

Ἡ μὲν ἦν ἀνάβασις τοῦ Εὐφράτου) Vetus interpres legit διάβασις quod probo. & ita mox.

¶ PAG. 515. καὶ Ἱερὰν πόλιν καλοῦσι, ἐν ᾗ τιμῶσι τὴν Συ.) Ad verbũ Pli. *Bambycen quæ alio nomine Hierapolis vocatur, Syris vero Mageg. Ibi prodigiosa Atargatis Græcis autẽ Derceto dicta colitur.*

χωρὶς λίπου διστα) Lego χωρίον vel ἐν ᾧ. Sed quid appellat Camelinas? videntur enim esse qui alibi χαμηλίμπορες verum hîc aliquid difficultatis reperio.

οἱ γὰρ παροικοῦντες ἑκατέρωθεν τὸν ποταμὸν Φύλαρχοι) quid mouit Xylandrum vt φυλάρχους redderet *regulos*? Non

A recordatur vir doctus toties Phylarchorum istorum Arabiæ in historiis, & (vt alios missos nunc faciam) in ipso Strabone fieri mentionem: quare retinenda vox illa omnino fuit. de qua vide infra.

ὑπὸ ὃν ἦγε ἐπιθέμενον εἰς τὴν Ἀσίαν Πάκορον) qui à Ventidio est interfectus. vide Iustinum lib. XLII. Plut. in Antonio & Appianum.

τοῦ Ἀραβίου) Atrauasdem intelligit. vide lib. XII. & Dionem ac Plut.

B καὶ Φραάτην καὶ Βοάτην) Legendum Φραάτην & Βονώνην ex historia.

Ἡ δὲ Συρία) Vide Plin. lib. V. cap. XII.

Ἡ ἐλάττους τῶν πεντακοσίων) Quis hoc non credat? Equidem scio à mari ad Zeugma in Euphrate esse stadia non dicam haud pauciora quadringentis, sed multò plura. Plinius de Syria, *Longitudo eius inter Ciliciam & Arabiam CCCCLXX. M. pass. est. Latitudo à Seleucia Pieria ad oppidum in Euphrate Zeugma CLXXV. M. p.* hunc Plinij locum considerantibus nobis, non fuit difficile

C veram lectionem Straboniani loci diuinare, videamus igitur quot stadia efficiant CCLXXV. M. P. quæ Plinius habet pro istis quadringentis stadiis Strabonis. Sunt autem stadia CIↃ & CCCC. ne vno quidem plus minúsue. Quare me autore repone veram lectionem in Strabone ad hunc modum οὐκ ἐλάττους τῶν α, καὶ πεντακοσίων. hoc est τῶν χιλίων καὶ πεντ.

¶ PAG. 516. τοῦ Κομμαγηνοῦ) Commagenes regem intellige, cuius præter historicos meminisse videtur Cicero ad M. Catonem scribẽs. *Publicè propter duas causas nihil*

D *scripsi: quod & ipsum Commagenum legati dicebant ad senatum statim nuntios literásque misisse.*

ἐν ᾗ τὴν Σελήνην ἐπολιόρκησεν Τιγράνης αὐλάς) Hæc vidua Antiochi quum esset multis autor fuerat vt Tigranem excluderẽt: vide Iosephum Ἀρχαιολογίας lib. XIII. & ἁλώσεως libro primo.

¶ PAG. 516. καλεῖται δὲ Τετράπολις καὶ ἔστι) Aliter reliqui Geographi.

οἰκείως δὲ τῇ τετραπόλει καὶ εἰς σατρ.) Huius periodi lectio

E deprauata est: quum autem nihil hic libri me iuuent, sequar priorem interpretem, qui sic legisse videtur, Οἰκείως δὲ τῇ τετραπόλει, καὶ εἰς σατραπείας διῄρητο τέτταρας ἡ Σελευκὶς ὥς φησι Ποσειδώνιος, εἰς ὅσας καὶ ἡ Κοίλη Συρία· εἰς μίαν δὲ ἡ μεσοποταμία. quanquam postrema hæc verba mihi valdè sunt suspecta.

ὑπέρκειται δὲ τετταράκοντα σταδίοις ἡ Δάφνη, κατοικία) Hinc dicta Antiochia ἐπὶ Δάφνῃ vt paullò ante, vel Epidaphnes vt apud Plinium. Daphnen appellat Dio lib. LI. τὸ τῆς Ἀντιοχείας προάστειον.

F μέγα δὲ καὶ συνηρεφὲς ἄλσος.) Fuit hic lucus cupressis obsitus. De eo vide titulum Cod. De cupressis ex luco Daphnensi &c. lib. XI.

καὶ ποιοῦσι τὸ Ῥήξασθαι πηγήν) Manuscripti, καὶ ποιοῦσι τὸ ῥῆξαι τὴν γῆν. & ita vetus, qui sic vertit, *& vt fons erumperet effecisse.*

¶ PAG. 517. ἐφ' ᾧ τὸν Βάλαν Ἀλέξανδρον μάχῃ νικήσας ὁ Φιλομήτωρ Πτολεμαῖος ἐτελεύτησεν ἐκ τραυμάτων) Historiam tangit quæ in libris Maccabæorũ pluribus narratur & apud Iosephum Ἀρχαιολογίας lib. XIII. Ex iis intelligitur legendum esse τὸν Βάλαν Ἀλέξανδρον non Ἀλέξανδρος. Io-

G sephi verba sunt, ἐβασίλευσε δὲ τῆς Ἀσίας Ἀλέξανδρος ὁ Βάλαν λεγόμενος, ἔτη ε. Vocant autem & Iosephus & Maccabæi Alexandrum hunc Antiochi Epiphanis filium, at Liuij Epitome de eo sic habet lib. LI. *Alexander homo ignotus & incertæ stirpis occiso Demetrio rege in Syria regnabat. hunc demetrius Demetrij filius, qui à patre quondam ob incertos belli casus ablegatus in Gnidon fuerat contempta secordia inertiáque eius, adiuuante Ptolemæo Aegypti rege, cuius filiam Cleopatram acceperat in matrimonium bello interemit. Ptolemæus in caput grauiter vulneratus inter curationem dum ossa medici terebrare contendunt, expirauit.* Vide Iustinum lib. XXXV.

Ἐλύπησε δ' ὁ Καίκιλιος Βάσσος καταφυγὼν εἰς αὐτήν) Historiam reperies apud Dionem lib. XLVII. & in Epitome Liuij lib. CXXI.

λίμνη ἐπὶ κεκλιμένη μεγάλη ἐπὶ πλατὺ) Legendum εἰς πλατὺ & mox διαχεομένη. Sic enim loqui solet.

ἔχει ὅτι δὲ Πέλλα) Nescio an hæc sit Pella quam commemorat Polybius lib. v. est enim in Syria.

ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ λοιπὸν τὸ στρατιωτικὸν) Manuscripti τὸ λογιστήριον τὸ στρατιωτικὸν Vulgata lectio turpissimè est deprauata.

¶ PAG. 518. ὅτε ὁ Τρύφων ὁ ἐπικληθεὶς Διόδοτος [illegible]) Hic fuit vnus è ducibus Alexandri Balæ de eius rebus gestis & interitu lege primum lib. Machabæorum, & Iosephum Ἀρχαιολογ. lib. XIII.

πολὺν χρόνον) tres annos regnauit.

Βάσσος δὲ Καικίλιος) Historiam refert Dio lib. XLVII. Bassi huius etiam Cicero meminit.

καὶ Ἀρέθουσα, καὶ ὁ Σαμψικέραμος) Imo legendum, καὶ Ἀρέθουσα, ἣν Σαμψικεράμου. Sic mox καὶ [illegible] Σαμψικεράμου Ἀρέθουσα. Fuit autem Sampsiceramus vnus è Phylarchis Arabum. Sic enim vt iam diximus duces Arabum & mox Saracenorum sunt appellati. Sampsiceramo filius fuit Iamblichus Romani nominis studiosus. vt Cicero testatur in epistola ad Coss. his verbis, *Eodem die ab Iamblicho Phylarcho Arabum quem homines opinantur bene sentire amicumque esse reipubl. nostræ, literæ de eisdem rebus mihi redditæ sunt.* Nam quod Dionysius Lambinus doctissimus alioqui vir *pharorcho* legēdum eo loco putabat, indignū est eo nomine in quo vel tantillum sani iudicij superfuerit, quod mecum fatebuntur quicunque literas græcas penitius nouerint. Porrò Iamblicho huic filius fuit alius Iamblichus, & ipse Romanorum amicitiam secutus, cui ab Augusto patrium regnum est restitutum.

φυλάρχαις τὸ ἐκείνων ἔθνος) Arabum gens fuit in [illegible] diuisa, φυλὰς ipsi vocabant, vnde Phylarchos appellarūt suos dynastas. Suidas, Φυλάρχαι οἱ δυνάσται [illegible] Τραϊανῷ [illegible] ἐκβασιλεύσαντος [illegible] χώρας δυνάσται [illegible] φυλάρχας ὀνομάζουσιν ἐκεῖνοι, ὅτι καὶ τὰ χωρία αὐτῶν φυλαὶ ὀνομάζονται.

ὑπὸ Πτολεμαίῳ τῷ Μενναίου) De hoc Ptolemæo plurimis locis Iosephus.

Ἀλχαίδαμνος ὁ τῶν Ῥαμβαίων βασιλεύς) Hic à Dione Ἀλχαυδόνιος nominatur libro XLVII.

καὶ ἡ Γαμβάρα, καὶ ἡ Θίμιλλα) Lego καὶ ἡ Γαμβάρα Θίμιλλα καὶ ἄλλαι τοιαῦται. & ita fere libri scripti.

ἐστὶ ἄδηλα τῶν Ἀραδίων παρακλ) Videndum num legendum potius sit [illegible] quod genus mendi etiam alibi occurrit.

καὶ Ταξύμιρα τὸ ἰσθμῷ χωρίον) Legendum καὶ τὰ Σύμυρα, vel potius τὰ Σίμυρα. Stephanus vocare Σίμυρα videtur. Plinius & Ptolem. Σίμυρα.

πηγὴν ἔχοντες ὕδ.) Lego ἔχοντος videlicet τοῦ πόρου. Plinius, *Nam dulcis haustus in mari plurimis locis, vt ad Chelidonias insulas, & Aradum, & in Gaditano Oceano.* Lucretius libro sexto,

Quod genus endo mari spirat fons dulcis aquai,
Qui scatit, & salsas circum se dimouet vndas.

quibus verbis non est dubium Aradi fontem à Lucretio describi, neque potest melior commentario explanari ille locus quàm istis Strabonis verbis. At eruditissimus vir Lambinus de Arethusa accipit, nunquam id facturus si poetæ mentem vllo modo vidisset, à qua planè aliena sunt, quæcunque ille de Arethusa maiore studio quam iudicio congerit.

¶ PAG. 520. ὑπὸ Καλλινίκου Σελεύκου καὶ Ἀντιόχου τοῦ Ἱέρακος) Fratres hi, fuere filij Antiochi τοῦ Θεοῦ, cui pater Antiochus Soter.

τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον) promontorij nomen.

τριῶν γάρ ἐστι πόλεων κτίσμα, Τύρου, Σιδῶνος, Ἀραδίου) Non tantum Tripolis à tribus vrbibus fuit condita, sed etiam, tribus vrbibus stadij vnius interuallo inuicem distantibus constabat. Diodotus libro XVI. κατὰ τὴν Φοινίκην ἐστὶ πόλις ἀξιόλογος ὄνομα Τρίπολις οἰκείαν ἔχουσα τῇ φύσει τὴν προσηγορίαν· τρεῖς γὰρ ἐν αὐτῇ πόλεις σταδιαῖον ἀπ' ἀλλήλων ἔχουσαι διάστημα· [illegible] δὲ τούτων ἡ μὲν Ἀραδίων, ἡ δὲ Σιδωνίων, ἡ δὲ Τυρίων.

μεταξὺ δὲ Τριήρης χωρίον τι) Meminit Polybius libro quinto.

Δύο δ' ἐστὶν ὄρη τὰ ποιοῦντα τὴν Κοίλην καλουμένην Συρίαν) Si hunc

A Si hunc locum rectè intelligo Cœlen Syriam, siue Cauam inter Libanum & Antilibanum includit: in quo multum dissentit ab aliis. Polybius quidem libro v. conuallem quæ est inter Libanum & Antilibanum Marsyā appellari docet: & in eo αὐλῶνι nasci tradit τὸν μυρεψικὸν καλαμον inter Libanum & Antilibanum: quod Plinius reprehendit lib. XII. cap. XXII.

διαρρεῖται δὲ ποταμοῖς) Videtur includere Iordanem inter Libanum & Antilibanum. quod si sensit, errauit

B grauissimè. nam Iordanes etsi oritur in radicibus Libani montis totus tamen extra conuallem fluit quæ Libano & Antilibano montibus clauditur. Sed & alium errorem videor mihi in Strabonis descriptione animaduertere. Nā quum dicit ab Aradiis sursum versus nauigari Euphratem sicut Lycū, quē mox dicit prope Byblum in mare se exonerare, satis nisi fallor apertè indicat eum se sequi autores quibus parum erat hic fluuius cognitus: quod non mirabitur qui huius gentis ἀμιξίαν cum reliquis cognouerit: qua de re lege Iose-

C phi librum contra Appianum. Porrò Iordanem & Genesareticum lacum nobilitarunt Euangelistarum scriptores dum res gestas à Domino nostro Iesu Christo referūt: qui totum fere tempus quo officium suum est exequutus, ad ripas illius lacus est commoratus.

¶ PAG. 521. κάτω δὲ Βότρυν καὶ Γίγαρτον) Manuscripti Βότρυν & ita legendum est ex Plinio.

καὶ Βύβλος) Manuscripti Παλαιβυβλος. optimè. Vide Plinium. Ptolemæo est Παλαιόβυβλος.

οἱ Λεχέλωνες πάρχοντες) Iosephus sæpe meminit.

D ἐν οἷς καὶ σπήλαια ἦν βαθύτατα) Ascribā illarū speluncarū descriptionē ex Iosephi lib. XV. Ἀρχαιολογιας, vbi de latronibus loquitur qui illos tractus obsidebant. ἔστι γὰρ πόλις αὐτοῖς, ὅτι κτήσις ἀγρῶν [illegible] δὲ κατὰ γῆς, καὶ σπήλαια, καὶ κοινὴ μετὰ τῶν βοσκημάτων δίαιτα· μεμηχάνηνται δὲ καὶ συναγωγὰς ὑδάτων, καὶ παρασκευὰς τροφῶν, καὶ δύναιντ' ἂν πλεῖστον ἐξ ἀφανοῦς ἀντέχειν [illegible] τὰ δὲ ἔνδον ἄπιστον μεγέθη, καὶ πρὸς ἀρχαιείας ἐξειργασμένα, τὸ δ' ὑπὲρ τὰς οἰκήσεις ἔδαφος οὐχ ὑψηλόν, ἀλλ' [illegible] τὸ σύμπαν σκληρὸν καὶ δύσοδον· quorum verborum

E hæc fere est sententia. *Illi neque vrbem habent, neque agros possident, sed sub terra receptacula & specus, vitamque vna cum pecore degunt: aquarum etiam & cibariorum copia sibi vt esset operam dederunt, ita vt quamplurimum hosti resistere hi qui non apparent muniti præsidiis queāt. Aditus specuum ita sunt angusti vt singulos ingredi oporteat: interiora, supra quàm facilè quis credat magna & latissimè patentia: solum quo veluti tecto teguntur, non est altum sed planum & reliquo solo fere æquale. Totus locus asperus & est imperuia rupes.* &c.

τὴν περὶ Ζηνόδωρον) Veteres codices quidam Ζηνόδοτον.

F malè, vt ex Iosephi lib. XV. cap. XIII. constat.

ἡ δ' ὑπὲρ ταύτης μεσόγαια) Adimit Strabo Iudæis oram maritimam: rectè. Sic Iosephus ait Iudæos, οἰκεῖν χώραν οὐ παράλιον, esséque eorum vrbes μακρὰν ἀπὸ θαλάσσης ἀνῳκισμένας.

αἱ δ' ἐν Λιβύῃ καὶ τὴν Ἰβηρίαν ἀποικίαι) Plinius eleganter de Tyro, *olim partu claro, vrbibus genitis, Lepti, Vtica, & illa Romani imperij æmula, terrarum orbis auida Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis.* Tyriorum ἀποικίας Strabo multas commemorat. Libro autem vltimo quodam loco

G non pauciores fuisse trecentis narrat. vide locum.

Τύρος δ' ἐστὶν ὅλη νῆσος) Plinium si sequimur non iam est, sed fuit. *Tyrus* inquit *quondam insula præalto mari septingentis passibus diuisa, nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens.* Vbi miror quod ait de septingentis passibus, cum Diodorus & Curtius quatuor tantum stadiorum freto fuisse a continenti tunc diuisam sint autores.

¶ PAG. 522. καὶ τοῖς πορφυρείοις) Plinius, *Nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura constat.*

Τιμᾶται δὲ καθ' ὑπερβολὴν Ἡρακλῆς) Testantur passim historiæ, maximè scriptores rerum Alexandri. Spoliatum fuit donariis Tyrius Hercules à Cæsare ob receptam ab eis vxorem Pompeij. Dio lib. XLII.

κεχειρόσ

dem.censuerit,adeo ei non restagabor,vt contra libentissimè sim assensurus.

εἶθ' ὁ τῶν Γαζαίων λιμὴν) Videntur Gazæi afflicta vrbe sua primû ab Alexandro,deinde à Ptolemæo,vt scribit Diodorus,mox ab aliis,pristinas sedes reliquisse & vbi ante portum habuerant, habitasse. qui locus Γαζαίων λιμὴν à Strabone dicitur,vulgò Maiuma vocabatur vt testatur Sozomenus libro secundo. Sic duæ quodammodo fuere Gazæ,vt etiam Hieronymus ait: vrbs Gaza septem stadiis à mari distans: & Gazæ portus,siue Maiuma, quò vt diximus plerique Gazæi recesserant. Verumtamen neque vrbs Gaza penitus derelicta, & deserta fuit: neque Gazæorum portus ante Constãtinum Magnum vrbis speciem habuit: Constantinus autem, vt Sozomenus scribit,vrbem ibi ædificauit, & pro Maiuma Constantiam à filio suo denominauit. quod igitur ait Strabo mansisse desertam ab Alexandri temporibus Gazam,non ita accipiendum,quasi diceret prorsus eam fuisse destitutã: sed longè minus quam antè frequentatam.

Ῥαφία,ἐν ᾗ μάχη συνέβη Πτολεμαίῳ) Hoc prælio victor euasit Ptolem. Historiam habes apud Polybium lib. v.

εἰ Αἰλαν πόλιν) Interpres εἰς Ἐλαια rectius.

ἀπὸ τῶν εἰσωχισμένων τὰς ῥῖνας ὑπὸ κεκολουμένη) Deesse aliquid videtur Lego autem, ἀπὸ τῶν εἰσωκισμένων, λελωβημένων τὰς ῥῖνας, ὑπὸ κεκολουμένη, vel simili modo. Res ex Diodoro & aliis nota.

¶ PAG. 523. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐφεξῆς τοιαύτην ἐσχηματισμένην ἔχουσα) Lego, ἔτι δὲ μᾶλλον ἡ ἐφεξῆς τοιαύτη ἐσχηματισμένη ἔχουσα τὴν Σερβωνίδα λίμνην.

παράλληλον πρὸς τῇ θαλάττῃ μικρὰ διέχον ἀπ.) Vide num legendum sit potius, παράλληλόν πως τῇ θαλάττῃ. Sic alibi dicebat, παρεκτέταται δ' ἡ Σιρβωνὶς τῇ θαλάττῃ &c.

μέχρι τοῦ ἐκρήγματος) Meminit Diodorus libro x i x. vide ad librum primum.

θινώδης τις λόφος) Casio vicina esse arenosa, confirmat Aristides, qui arenarum eius loci ita meminit, ἐπεὶ καὶ αἱ περὶ τὰς ἐκβολὰς τὰς ἐξ Ἀράβων εἰς Αἴγυπτον ψάμμοι, ἐν τοσούτον ἰσχυρὸς παρέχουσι ῥεῦμα ὕδατι.

καὶ ὁ Χαβρίου λεγόμενος χάραξ) Plinio Chabriæ castra. videtur à Chabria Atheniensi dicta,de cuius in Ægyptum profectione Diodorus lib. x v. Meminit & Athenæus lib. x i i.

ἣν Ἡρώδης Σεβαστὴν ἐπωνόμασε) Testatur Iosephus non vno loco.

Αἰγυπτίους ἀποφαίνει τοὺς προγόνους) Sic multi veterum Græcorum existimauere, nõ tamen omnes: Nam alius voluit Iudæos esse progeniẽ gymnosophistarum Indiæ, alius Creta insula profugos,alius Æthiopum prolem, alius aliter. Vide Iosephum contra Appionem, Cornelium Tacitum Historiarum lib. v. & Iustinum. Omnes quàm procul à veritate aberrarint, scimus hodie nos Christiani . postquã Deo opt. maxim. singulari misericordia etiam gentibus sacrosanctum verbum suum communicate visum est: quo sanè nomine, ridiculi sunt & inepti qui veteribus scriptoribus (quorum miseranda potius est conditio) audent insultare, & ignorantiam obiicere. quo in genere singularis est quorundam homuncionum impudentia, qui Aristoteli principi philosophorum ἀσεβείας & ἀθεότητος γραφὴν intendunt, nõ ob pæanem nescio quem, vt olim factum à male feriatis Atheniensibus, sed, quia non conuenit illi in Ethicis & Metaphysicis cum Mose. quanquam quid boni illi viri in Aristotelis scriptis intellexerint aliàs videbimus.

κατέσχε δὲ ῥᾳδίως οὐκ ἐπίφθονον ὂν τὸ χωρίον) Ait Iudæam nõ esse fœlici solo, nec valdè περιμάχητον. in quo videtur parum Straboni conuenire cum verbo Dei, vbi toties terræ Chananææ bonitas commendatur. verũ dubium non est, quin Strabonis temporibus multò deteriorem agrum Iudæi colerent, quam coluissent olim: quod & ex iisdem sacris literis probare posse mihi videor, si id ageretur.

καὶ θεοσεβεῖς ὡς ἀληθῶς ὄντες) Notentur aureis literis hæc verba: quæ veritas ipsa ab ore hominis profani extorsit. his verbis Strabo fatetur religionem illam veram esse, quam Moses Iudæos olim docuit. Notetur etiam magni scriptoris candor, & φιλαλήθεια, quæ procul à Taciti superstitione & multorum κακοηθείᾳ abest.

¶ PAG. 524. Καὶ οἵ γε ἀρχαῖοι τὸ παρὰ τῶν θεῶν) Simillimus locus apud Diodorum Siculum lib. 1. non procul à fine.

δι' ἐννέα ἐτῶν ὥς φησι Πλάτων) Plato ait, nono quoque anno, non per nouennium vt somniant interpretes.

παρὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις οἱ Τυῤῥηνικοὶ ὀρνεοσκόποι) Vocem ὀρνεοσκόποι esse corruptam semper iudicaui. Legendum, vel ἱεροσκόποι: nam Dionysius Halicarnasseus annotat ἱεροσκόπους Græcis esse qui Latinis aruspices: vel potius, quod verum est, Τυῤῥηνικοὶ οἰωνοσκόποι. ex eodem Dionysio, qui Τυῤῥηνικὴν οἰωνοσκοπικὴν sæpe commemorat. primum fuit scriptum Τυῤῥηνικοὶ οἰωνοσκόποι. deinde mutatum τὸ ν in ρ. Strabo infra Τυῤῥηνικῶν θεοπροπιῶν meminit.

πρῶτος ἀνθ' ἱερέως ἀνέδειξεν ἑαυτὸν βασιλέα Ἀλέξανδρος) Imo Aristobulus est, qui primus sacerdotium in regnũ mutauit. Verum quia parum is vixit post assumptum diadema, eique successit frater Alexander, excusari ea ratione potest Strabo. Vide Iosephũ ἀρχαιολογίας libro x i i i. cap. x i x. & x x. itémque primum librum ἁλώσεως.

διαφερομένων δὲ περὶ τῆς ἀρχῆς, ἐπῆλθε Πομπήϊος) Historia est apud Iosephum Ἀρχαιολογίας lib. x i i i i. & Dionem lib. x x x v i i.

¶ PAG. 525. τὴν τῆς νηστείας ἡμέραν) non semel eo modo captaqua de re vide pulchrum Agatharchidis locum apud Iosephum, lib. priore contra App.

Ην δὲ διοικῶν) Omnia ista apud Iosephũ reperies, multis locis.

ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ φοινικών) Iosephus de Hierichũte, ἔνθα τὸ τῆς Ἰουδαίας πιότατον, φοίνικά τε παμπόλλην καὶ βαλσάμου φέρει· τοῦτο λίθοις ὀξέσιν ἐπιτέμνοντες τὰ πρέμνα συλλέγουσι κατὰ τὰς τομὰς ἐκδακρῦον. De Iudææ balsamo vide præter Plin. Diodor. Sic. lib. x i x.

τὸν καρυωτὸν φοίνικα) Plinio capitata palma, Varroni caryota.

Η δὲ Σιρβωνὶς λίμνη πολλὴ μὲν ἐστι) Iampridem notus est viris eruditis Strabonis error, Sirbonim paludem quæ est ad Casium, cõfundentis eum Asphaltite lacu, à quo Iordanes ebibitur: non defuisse autẽ Straboni autores quos hac in parte sequeretur, vel ex eo intelligimus, quod Plinius refert, quosdam tradidisse Sirbonem lacum habere CL. M. pass. circuitum.

μικρῷ τι πλείον τῶν διακοσίων σταδίων μῆκος ἐπὶ παραλίᾳ τεταμένη) Hæc eadem de Sirbonide Diodorus libro primo, ἔστι γὰρ inquit ἀνὰ μέσον τῆς τε κοίλης Συρίας καὶ τῆς Αἰγύπτου λίμνη τῷ μὲν πλάτει στενὴ παντελῶς, τῷ δὲ βάθει θαυμάσιος, τῷ δὲ μήκει ἐπὶ διακοσίους παρήκουσα σταδίους· ἡ προσαγορευομένη μὲν Σερβωνὶς &c. quo ex loco hoc etiam discimus βαθύτατον in Strab. legendum. aut vtrunque retinendum, βαθύτατον καὶ βαρύτατον: nam hoc posterius habẽt manuscripti.

τοῦτον δ' ἀναφυσᾶται κατὰ καιροὺς ἀτάκτους) Diodorus Siculus de Asphaltitide, ἐξ αὐτῆς δὲ μέσης ἐκφυσᾶται κατ' ἐνιαυτὸν ἀσφάλτου στερεᾶς μέγεθος &c. Diod. κατ' ἐνιαυτὸν ait pro eo quod dixit Strabo κατὰ καιροὺς ἀτάκτους. cui repugnat Tacitus, cuius sunt hæc, *Certo anni tempore bitumen egerit*, & ita Plinius. Zenophilus apud Antigonum tertio quoque anno egeri scribit.

λόφου φαντασίαν παρέχει) Diodorus ait insulæ. Iosephus ταύρων ἀκεφαλαίων.

ὑπὸ δὲ τοῦ καπνοῦ τὸν χαλκὸν γνωρίζουσιν οἱ προσοικοῦντες ἀρχομένην τὴν ἀναβολὴν τῆς ἀσφάλτου) Eadem sententia apud Diodorum Τὴν δ' ἔκπλωσιν φανερὰν συμβαίνει γίνεσθαι πρὸ ἡμερῶν εἴκοσι· κύκλῳ γὰρ τῆς λίμνης ἐπὶ πολλοὺς σταδίους ὀσμὴ τῆς ἀσφάλτου προσπίπτει πνεύματος μοχθηρᾷ, καὶ πᾶς ὁ περὶ τὸν τόπον ἄργυρος καὶ χρυσὸς καὶ χαλκὸς ἀποβάλλει τὴν ἰδιότητα τοῦ χρώματος. Ex his facile erit Antigoni locum emendare qui vulgo

vulgo editur corruptissimus vbi loquitur de hac eadem re, hoc est περὶ αἰγιαλοῦ τοῦ ἀσφάλτου. Sic ille, ὅταν δ' γίνεται τοῦτο περὶ τοὺς ἐντὸς πεντήκοντα σταδίων οἰκοῦντας, ἰοῦται (vel κατιοῦται) τὰ χαλκώματα. hodie editur μεθοῦται per quam ineptè.

χεῖλος κατα χεῖρας) Diodorus vocat δεσμοὺς καὶ ἄμμον.

τὸ μὲν ὑπὸ συμβαίνον τούτων) Eadem Taciti videtur esse sententia, *Sed gnari*, inquit, *locorum tradunt vadantes bitumine moles pelli, manuque trahi ad littus: mox vbi vapore terræ, vi solis inaruerint securibus cuneisque vt trabes aut saxa discindi*.

ὑ ὄρος ἢ ἄλλα δυνάμενα ὑγρά) menstruis mulierum cedit & lotio: idque non vt rem fictitiam Iosephus narrat. πληρώσαντι δ', διακόπτειν οὐ ῥᾴδιον, ἀλλὰ δι' ἀτονίας παρατείνεται τῷ ἐμφάσματι σκάφος, ἕως ἂν ἐμμηνίῳ γυναικείῳ αἵματι, καὶ οὔρῳ διαλύσωσιν αὐτόν, οἷς μόνοις εἴκει.

¶PAG. 526. γεφύρας τὰ πίστις ἐκ κλειστάδων λεσχιδίας) Xylander legit λιθάδων: quo commodius nihil nunc succurrit.

τοῖς θρυλλουμένοις ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων) Res nota est ex libris Mosis. Tacitus non magis credidit quam Strabo.

ἔστι δ' καὶ ἐν τῇ Γαδαρίδι ὕδωρ μοχθηρόν) Eadem Gadaris hîc intelligitur ac paullò antè. Vide quæ notauimus Marci capite quinto.

ἀπέδειξεν . . .) Sic manuscripti: ex historia constat Hyrcanum à Pompeio creatum Pontificem maximum. Vide Iosephum.

καὶ ὁ μὲν ἐν φυγῇ διετέλει) Vide Iosephum lib. XVIII.

ὡς ἐξ Ἀρμόζοντος τὸ τῆς Καρμανίας ἀκρωτήριον) Legebatur ἁρμόζει: Nos ex scriptis veram lectionem restituimus. Ammianus ex eodem vt videtur Eratosthene, de Persico mari loquens, *cuius ostia adeo esse perhibentur angusta, vt ex Harmozonte Carmaniæ promontorio contra oppositum aliud promontorium, quod appellant incolæ Mates sine impedimento cernatur*.

¶PAG. 527 καὶ λευκὴ φύεται δένδρον) Vide Plinium. lib. XIII. cap. XXV.

ὡς ἐπιγράφειν τὸ σελίδιον) Legerem ἐπιτειχίζειν vt alibi, εἰκὸς ἐπιτειχίζειν τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν. Sed & vulgata lectio ferri potest. Lib. secundo, πολὺ δ' ἂν ἐπηγάγετο τὸ ἀρχαῖον ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν.

καλοῦσι δ' τὴν πόλιν Δειράδα) Stephanus Δῶρος legisse videtur qui scribit, Δῶρος, νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ. nam quod XV^us^ Strabonis liber citatur, cum hic sit XVI^us^, familiaris est Stephano error, aut librariorum potius.

¶PAG. 528. πρῶτος δ' Καταβάθμος) Scribe Κατάβανις. Ptolemæo Κατάβανοι. Sic & Κατάβανία mox scribendū vt apud Stephanum qui locum citat.

¶PAG. 529. μέχρι μὲν Πτολεμαΐδος τῆς τῶν ἐλεφάντων θήρας) Hæc est quæ Ptolemais ἐπὶ θήρας appellatur. Plinius tradit appellari Ptolemaidem Epitheras.

συνάγεται εἰς σταδίους ἑξήκοντα) Plinius ait IIII. M. D. P. Arrianus in Periplo, stadia LX. vt Strabo.

καλοῦσιν Ἀκίλαν) Manuscripti, Ὀκίλαν. melius. Ptolem. & Arriano Ocelis.

εἶτα Μυὸς ὅρμον καὶ Ἀφροδίτης ὅρμον) Lego Μυὸς ὅρμον ὃν καὶ Ἀφροδίτης ὅρμον καλοῦσι. Agathar. ἑξῆς δ' λιμὴν μέγας ἐκδέχεται· ὃς πρότερον μὲν Μυὸς ἐκαλεῖτο ὅρμος, ὕστερον δ' Ἀφροδίτης ὠνομάσθη. Nā & hęc & quæ sequūtur apparet omnia esse ex Agatharchide desumpta: quæ inter se comparent studiosi harū rerū, quibus plus otij est quàm mihi: cui necessitatem festinandi cum alia multa imponunt, tum nundinæ Frācfordienses imminentes: quæ typographum vocantes cogunt me scientem prudentém plurima præterire.

¶PAG. 530. Τηνέσις λέγεται) Nescio an sit Tenupsis Plinii oppidum Semberritarum, qui videntur esse Sebritæ Strabonis.

παροικοῦσι δ' τόποις οἱ Ῥιζοφάγοι) Diodorus lib. III. Κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν ὑπὲρ τὴν Ἀσὰν καλουμένην ποταμόν, παροικεῖ τὸ τῶν Ῥιζοφάγων ἔθνος. Vide quæ sequuntur.

εἰσὶ καὶ Σπερματοφάγοι καλούμενοι) Manuscripti Σπερμοφάγοι. minus rectè. Diodorus Siculus, Ἐχόμενοι δ' τούτων εἰσὶν οἵ τε

A οἵ τε ὑλοφάγοι καὶ οἱ σπερματοφάγοι καλούμενοι. Porrò descriptionem Spermatophagorum quam Strabo profert, ego non concoquo. & videtur ὑλοφάγοις potius conuenire.

ἔστι δ' περὶ τούτων ὡς περὶ μονομαχίας οἱ Κυναμολγοί) Hos Diodorus Siculus Cynamynos vocat. Sed Agatharchides vnde vterque sumsit ad verbum, vocat Cynamolgos: neque aliter Ælianus De animal. lib. XVI. cap. XXXI. qui tamen ex Ctesia Gnidio historiam sumit, &

B Indicam gētem esse tradit. Cynamolgorum & Plinius meminit.

¶PAG. 531. κατοικοῦσι δ' ἐλεφαντοφάγοι τὴν θήραν ποιούμενοι τοιαύτην) Est etiam apud Agatharchidem περὶ τῶν ἐλεφαντοφάγων, quæ si libet poteris conferre.

τοὺς δ' κυνηγοὺς οἱ Νομάδες ἀκαθάρτους καλοῦσι) Sic apud Agatharch. Ὃν τῶν κυνηγῶν τούτων οἱ νομάδες ἀκαθάρτους καλοῦσιν εἰώθασι. Et apud Diod. quoque legimus Acathartum sinum in descriptione Arabici sinus. Strabo iterum paullò post, ὑπὸ τῶν μαγείρων καλοῦσιν ἀκαθάρτους. idq; ex

C Agatharch.

ὑπέρκεινται δ' τούτων ἔθνος οὐ μέγα στρουθοφάγων) Struthophagorum gens est Cynegis Acathartis ad meridiem. Vide Agatharchidem & Diod.

πλησιάζουσι δ' τούτοις οἱ Σιλοὶ καλούμενοι Αἰθίοπες) Agatharchides appellat Simos non Silos, & ita Diodorus quoque: vt meritò videatur in Strabone scribendum οἱ Σιμοί.

πλησιόχωροι δ' τούτοις εἰσὶ) Acridophagos hos appellant Agatharch. & Diodorus Siculus. De his Plinius,

D *Pars quædam Aethiopum locustis tantum viuit fumo & sale duratis in annua alimenta: ij quadragesimum annum vita non excedunt*.

Τούτων δ' ἔρημος ὑπέρκειται νομαῖς δαψιλεῖς ἔχουσα) Agatharchides Ὃν τῶν ἀκριδοφάγων, φασίν, ἀσυγείτων χώρα πολλὴ καὶ νομαῖς ἔχουσα ποικίλαις διαφόρους. & quæ sequūtur. Eadem fere apud Diodorum.

συνάγουσι δ' τοὺς ἀμπώτιδας οἱ Ἰχθυοφάγοι) De istis Ichthyophagis qui alij sunt ab iis de quibus lib. superiore dictum est vide Agatharchidem, & Diod. lib. III.

E τὴν δ' σάρκα πατήσαντες μάζας ποιοῦνται) Diodori verba, μετὰ δ' ταῦτα τὰς μὲν σάρκας ἐπί τινας λιθοπετρίας καταπεπιλημένας πατοῦσιν ἐπιμελῶς ἱκανὸν χρόνον καὶ καταμιγνύουσι τὸν τοῦ παλιούρου καρπόν.

¶PAG. 532. φυλλάδες δ' ἐλαῖαι) hoc est quod in Excerptis Agatharchidis legimus Ichthyophagos quosdam τὰς τῶν ἐλαιῶν κορυφὰς ἀλλήλαις συνάπτοντας, εἶτα σκιάδας ποιοῦσιν. vbi dicitur etiam harum olearum fructus esse similes fructui castaneæ. At Diodorus ita habet, πρῶτος δ' πρόσεστι τοῖς Ἰχθυοφάγοις τὴν σκηνώσεως τρόπος· ἐλᾶαι

F φύονται πάνυ πολλαί. quæ cum sint ex eodem Agath. ad verbum descripta, non est dubium legendum esse ἐλαίας.

οἱ δ' Χελωνοφάγοι) Meminere iidem.

καὶ περσέαν καὶ συκάμινον Αἰγυπτίαν) & persea & sycaminus arbores, quondā Æthiopibus & Ægyptiis peculiares. vide lib. sequenti. itaque malè Xyland. locū conuertit.

ὑπέρκειται δ' ἡ Λίχα θήρα) id est, Lichæ venatio. nam Λίχα patrij casus est: vt Πυθαγγέλου & Πυθολάου.

¶PAG. 533. καὶ λέοντες οἱ καλούμενοι μύρμηκες) Agatharchi-

G des μυρμηκολέοντας nuncupat, eum vide.

. . . . ἐπὶ σμικρὸν τοῦ μύκητος) Et hæc corrupta sunt: & deesse aliquid ex sequentibus constat, quibus videtur Apollodorum reprehendere. descriptio Strabonis est ex Agath. Sed de rhinocerote & plerisq; istis animalibus, vide quę post Agath. ab aliis sunt scripta. vt Dione lib. LI.

Γίγνονται δ' ἐν τούτοις τοῖς τόποις καὶ αἱ καμηλοπαρδάλεις) Vide Agatharch. & descriptionē Plinij eius animalis quod Æthiopas nabin vocare ait, quod & ouem feram dici tradit. Describit camelopardalim Romæ visam, Dio lib. XLIII.

καὶ οὗτοι, λέοντες μὲν φύσιν ἔχοντες) Non est ergo κροκόττας quem ait Aristoteles esse τρίστοιχον ἔχοντα ὀδόντων. Verùm &

rùm & χῦπος & κῶζ@ & κύβος.

χρόκουτίας δ' ἐϛὶ) In Excerptis Agath. & apud Diodor. & Ælianu n est κρικόπας.

εἰς γε κ̀ πόα ὀπιπεφυκέαι λίγεται) Inepta est & falsa quam commentus est Xylander lectionem πλεγὰ. veram lectio 1em ex Strab. restituimus. cuius hæc sunt lib. vl timo, δ' ἔχοντός τι λίγει μεγάλως εἰς κ̀ πόας ὀπιπεφυκέαι λίγεται.

Νομαδικὸς μὲν ἐν ὁ βίος τῶν τρωγλοδυτῶν) In Excerptis Strabonis annotatum legimus, Ὅτι τρωγλοδύται αὐτοὺς τοὺ λ, λίγει ὁ Στράβων. quæ (vt puto) quum legisset vir quidam eruditus non dubitauit scribere, perpetuò Troglodytas istos apud Strabonem vocari: quod nos, qui Strabonem non nimis negligenter legisse videmur, perpetuò falsum reperimus. Nam etsi τρωγλὼ & τρωγλῶ dici certum sit, tamen in Strabonis editis & scriptis codicibus omnibus, Troglodytæ hi perpetuò vocantur, & ita apud reliquos. Cæterum de istis Troglodytis Agathar. & Diodorus eadem. Sunt & alij duobus in locis Troglodytæ à Strabone collocati.

στίζονται δ' ὄπισθεν αἱ γυναῖκες) Nescio quid cogitabat vir eruditus cum reponeret στῶνται. Vera lectio est στίζονται. De stibi & stimmi, lege Dioscoridem & Plinium.

γίνεται δ' ἐν Σαβαίοις κ̀ τὸ λάσαρον ἀπὸ δένδρων θυμίαμα) λάριμνα appellat Agathar. & vocem esse Arabicam annotat.

ἐκ δ τῆς ἀπορίας ἐποι τὶ κ̀ Γερραῖοι) Vetus interpres cuius versionem vsurpat Xylander, legit εὐπορίας. Sed vulgatam lectionem hæc Agathar. verba confirmant, ἐδὲν γὰρ ἀπορώτερον Σαβαίων κ̀ . ἐστίν ... δοκεῖ γέν@.

¶ Pag. 536. ϖρὸς τῆ θαλ. Βοῆξ τὸ γένος ἰσοβάσιν) Bene habet, quod hodiéque locus ille Agatharchidis exstat, quem si adeas non dubitabis legendum esse ϖρὸς τῆ Βοῆξ, τὸ γένος Πέρσου. Cæterum de Rubri maris appellatione, non est obscurum quid Plinius, Curtius & alij scribant.

φρουρὸμ@ γυναῦ ϖρὸς τοῖς πατρίοις) Constanter affirmo legendum esse Πετραίοις. vulgata lectio inelegans inepta, ac ne græca quidem est.

ὅτ᾽ ἡγεμὼν ἦν Αἴλι@ Γάλλ@) Hic est Gallus ille poeta egregius qui Euphorionem Latinis versibus expresserat, Virgilio apprime charus, vt testatur Ecloga postrema, & ibi Seruius. Fuit & Augusto aliquando charissimus: à quo primus omnium constitutus est ὕπαρχος Αἰγύπτου, qui vocatur præfectus Augustalis eiusdémque iussu hanc expeditionem suscepit: postea in odium Augusti ita venit, vt coactus sit ipse suis manib. se interficere, vt testatur Eusebius in Chron. & Sueton. ac Dio, qui modò eum Γάλλον Κορνήλιον appellat, vt Suetonius Cornelium Gallum: modò Αἴλιον Γάλλον, vt Strabo & Iosephus. Eusebio dicitur, Caius Cornelius Gallus. alijs vt Eutropio Cn. Cornelius Gallus. Historiam huius expeditionis refert Dio lib. LIII.

¶ Pag. 537. ὧν ἦσαν Ἰουδαῖοι μὲν πεντακόσιοι) Iosephus id notauit, Ἀρχαιολογίας lib. XV. cap. XI.

τὸ μὲν βασιλ. ὡς Ὀβόδα) Vulgo Ὀβεῖδα. perperam. nam in veteribus exemplaribus Ὀβόδας hic vocatur rectius, vt ex Iosepho apparet.

ἤδη στομακάκην τε κ̀ σκελ. τύρβη πιεζομένης τῆς στρατιᾶς ἐπιχωρίοις πάθεσι) Tunc primum videntur medicis fuisse cognita hæc morborum genera: quæ mox exercitum Germanici Cæsaris infestarunt. vide Plinium lib. XXV. cap. tertio. Scelotyrben etiam Galenus ait esse εἶδ@ παραλύσεως.

εἶθ' ὑπέθηκεν εἰς Κόπτον) Locus est corruptus. Fortasse legendum εἶθ' ὑπέθηκεν εἰς Κόπτον τῆς Θηβαΐδος. κειμένην ἐν διώρυγι τοῦ Νείλου· ἐκεῖθεν δ' εἰς Ἀλεξάνδρειαν. nonnihil hanc emendationem sequens mox locus confirmat. Sed quæ lib. sequenti de Copto & diοryge ad Coptum narrantur, vix sinunt nos dubitare, quin rectè emendemus.

εἰς τὴν Ἀρέτα γῆν) De hoc rege, vel alio cognomine multa Iosepho mentio.

¶ Pag. 538. ἐλέγχεσθαι δ ϖρὸς αὐτῇ τῇ πορνείᾳ) Scribe, ϖρὸς ταύτῃ τῇ πενυρίᾳ.

ὁ δὲ φήσαντος εἰπεῖν) Narrat Herodotus Melpomene.

¶ Pag. 539. χιτῶνες δ' ἐν ἐκ ζώματι, Lego Ἀχιτῶνες.

ἐπ' οἱ ἱππικοὶ χρῶνται πόασι) Ita emendabat Crates.

¶ Pag. 540. τάχα δ' οἱ Ἕλληνες Ἀραμαίους ἐκάλουν) Imo Græci Syros appellant qui se ipsi Arammæos nuncupabant. Iosephus, Ἀραμαίους δ Ἀραμαῖος ἔσχε, οὓς Ἕλληνες Σύρους προσαγορεύουσι.

τὸν Δαρήκην Δαρεῖον ἐκάλεσαν) Puto scripsisse Strabonem τὸν Δαριαύην. Nam Hebræis Darius vocatur דריוש Dariaues. Ctesiæ Δαριαῖ@. Æschylo nescio quare Δαρεῖαν.

Ἀταργάτην δὲ τὴν Ἀθάραν) Supra Ἀταργάτις. Vocatur & Astarte. Vide Lucianum lib. de Syria dea, Plutarchum, & Hyginum.

εἰ μὲν ἔχοντες ϖροσδέχονται αὐτοῖς εἰ δ μὴ) Elegans χρῆμα ἐλλείψεως, Atticis familiare, vt docuerunt iampridem docti viri. Herodotus plena locutione vtens, docet quid sit subaudiendum, ἢν μὲν πείθωνται, ταῦτα δὴ τὰ κάλλιστα ἢν δὲ &c.

ISAACI CASAVBONI COMMENTARIVS

ET CASTIGATIONES IN LIBRVM XVII. GEOGRAPHICORVM STRABONIS.

ΠΕΡΙ' δὲ τὴν Ἀραβίαν ἱστορήσαντες, κ̀ τοὺς κόλπους συμπεριλαβόντες) Etiam huius lib. connexio cum præcedente perspicua est. Continet quæ supersunt de Asia nondum dicta: hoc est Ægyptum & Æthiopiã. itémque Lybiæ totius descriptionem, cum eleganti coronide in operis totius fine.

ἐννακισχιλίους σταδίους διέχειν τὸν Νεῖλον) Falsissimum est dixisse vnquam Eratosthenem distare Arabicum sinum à Nilo stadia ↄↄ ↀ ↀ ↀ ↀ. id dixit scilicet is qui inter Euphratem & Nilum statuebat tantum stad. ↄↄ. sed nemo sanæ mentis dubitabit locum esse corruptum, ac legendum esse potius ἐν ἀκτοῖς.

Ρυεὶς γὰρ φησὶ ἀπὸ Μερόης) Iampridẽ ex vetere interprete locum hũc restituerã: postea accessit veterũ librorum autoritas. Hæc autem Eratosthenica Nili descriptio quantum discrepet à Pliniana lib. V. cap. IX. satis apparet: neque proferam quæ de hoc fluuio certatim omnes Geographi, historici etiam plurimi, in his Herodotus, Diodorus, Ammianus, itémque duo præstantis-

simi sophistæ Aristides & Heliodorus, necnon Philostratus, (vt Lucanum & reliquos poetas taceam) studio magno conscripsere: Nam & omnibus hodie ea nota sunt, & nos temporis premimur angustiis: cui vix paucæ horæ supersunt, ad reliqua percurrenda. Quare ea tantum notauimus, quæ minus commode prætermitti posse videbantur.

¶ PAG. 541. ὅν ὁ μὲν Ἀσταβόρας καλεῖται) Astaboram & Astapum & Ptolem. commemorat: sed quod vult Eratosthenes cingere eos Meroen, longe aliter Ptolem. Heliodorus non multum ab Eratosthene dissentit lib. decimo. vbi de Meroe sic scribit, Ἡ γὰρ δὴ Μερόη μητρόπολις οὖσα τῶν Αἰθιόπων, τὰ μὲν ἄλλα ἐστὶ νῆσος, τριγωνίζουσα ποταμοῖς ναυσιπόροις· τῷ τε Νείλῳ καὶ τῷ Ἀσταβόρᾳ, καὶ τῷ Ἀσασόβᾳ περιρρεομένη· τοῦ μὲν κατὰ κορυφὴν ἐμπίπτοντος τοῦ Νείλου, καὶ πρὸς ἑκάτερα σχιζομένου ἐπὶ ἑκατέραν δὲ αὖθις κατὰ πλευρὰς ἑκατέρας ὑπὸ τῶν ἄλλων περιρρεόντων καὶ αὖθις ἀλλήλοις συμπιπτόντων καὶ εἰς ἕνα τὸν Νεῖλον τό, τε ῥεῦμα, τό, τ᾽ ὄνομα ἐκνικωμένων. Hæc mentem istius loci aperiunt. Astapum autem Heliodorus non nominat, sed Asasobam: qui est Eratost. Ἀστοσόβας, & ita in Heliodoro lego. Vide Plinium, & Vitruuium.

Σεμβρίται δ᾽ ὑπὸ γυναικὸς) Plinius ait Semberritas reginæ parere. quæ sequuntur, nescio quomodo cum his consonent. maximè cum iis quæ lib. superiore de iisdem narrauit.

Ἀπέχει δ᾽ εἰς Μερόη ὁ βασιλεὺς ἡμερῶν ὁδὸν εἰς κατὰ τὴν Αἰθ.) Vellé addidisset quot putet stadia in vniuscuiusque diei iter: Si vt alibi sæpe CCC. putauit, erunt stadia plus minus CIↃ CIↃ CIↃ. Supra dixit distare Meroen à mari iter dierum circiter quindecim.

Νοῦβαι κατοικοῦσιν ἐν τῇ Λιβύῃ) Plinio Nubei Æthiopes.

μέχρι τῶν Ἀγκώνων) Prior interpres legit ἀγκώνων: vt non sit populi nomen: sed flexus Nili intelligantur, de quibus dictum paullò antè.

σταδίων τρισχιλίων τετρακοσίων) Herodotus addit trecentos. Diodorus verò ait Ægyptum habere δισχιλίων σταδίων τῆς παραθαλαττίου πλευρᾶς. infra legitur inter Pelusiacum & Canobicum ostia, quæ sit Ægypti basis, esse stadia CIↃ & CCC. totius autem Delta ambitum esse stad. CIↃ CIↃ CIↃ. vt difficile sit in tanta varietate de vera lectione vbique statuere.

τὴν παρ᾽ αὐτοῖς διαίρεσιν εἰς νομοὺς ἔχει) Νομοὶ sunt *præfecturæ* vt vertit Plinius. quidam putant hanc vocem esse Ægyptiacam, quos falli & omnes sciunt qui aliquid Græcè sciunt, & Diodorus disertè admonet.

¶ PAG. 542. ὅτι γοῦν ἐφ᾽ ἡμῶν Πετρωνίου ἄρχοντος) Petronius Ælio Gallo successit, fuitque secundus præfectus Augustalis.

ὅτι ἐπὶ πεντεκαίδεκα πήχεις ἀνέβαινεν ὁ Νεῖλος) Atqui iustum eius incrementum est cubitorum XVI. ait Plinius. cuius ascribam verba, *Iustum incrementum est cubitorum XVI. Minores aquæ non omnia rigant, ampliores detinent, tardius recedendo. Hæ serendi tempora absumunt solo madente, illæ non dant sitiente. Vtrunque reputat prouincia. In XII. cubitis famem sentit, in XIII. etiamnum esurit: XIIII. cubita hilaritatem afferunt XV. securitatem: XVI. delicias.*

οὐ γὰρ ἐπὶ κορυφὴν σχιζόμενος ὁ Νεῖλος ὥς φησιν ὁ Πλάτων) in Timæo. vbi est κατὰ κορυφὴν non ἐπὶ. & ita Heliodo.

¶ PAG. 542. ἡ ὑποστησομένη ἑκάτερα τοῦ Νείλου) ἑκάτερα hoc est ἑκατέρωθεν. *quæ vtrinque Nilo est contigua.* Sed vocem ἑκάτερος quis ita accepit? non tamen ignoro aliquoties eam legi in hoc scriptore vbi sic videtur posse accipi. Verum illos locos esse corruptos ex antiquis exemplaribus docuimus.

ἔοικεν οὖν χειρὶ ἐψιλωμένῃ ἐπὶ μῆκος) Prior interpres legisse videtur χειρὶ nec videtur ineptum dictu, Ægyptum similem esse manui expansæ: nam ostia τοῦ Delta referunt quodammodo manus digitos, vt Nilus supra Delta brachium: non puto tamen veram esse hanc lectionem. nam quid esset χεὶρ ἐψιλωμένη? Xylander legit καιρίᾳ τῇ ταινίᾳ. sententia non mala. sed à veteri lectione recedens mirum quantum.

Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι στοχασμῷ τὸ πλέον) Primus videtur Agathar-

A gatharchides Gnidius hanc causam Nili ἀναβάσεως commentus. Diodorus Siculus, Ἐγγυτάτω δὲ τῆς ἀληθείας προσελήλυθεν Ἀγαθαρχίδης ὁ Κνίδιος· φησὶ γὰρ κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν ὄρεσι γίνεσθαι συνεχεῖς ὄμβρους ἀπὸ θερινῶν τροπῶν μέχρι τῆς μετοπωρινῆς ἰσημερίας· εἰκότως οὖν τὸν Νεῖλον ἐν μὲν τῷ χειμῶνι συστέλλεσθαι, τὴν κατὰ φύσιν ἔχοντα ῥύσιν ἀπὸ μόνων τῶν πηγῶν, κατὰ δὲ τὸ θέρος διὰ τοὺς ἐκχεομένους ὄμβρους λαμβάνειν τὴν αὔξησιν. Sanè constat, sub æquinoctiali, & vbicunque etiam intra tropicos Sol sit perpendicularis, tantos im-

B bres solitos contingere, vt hoc sit illis loco hyemis, & molestissimæ quidem: cum omnia veluti diluuio quodam natent. hanc tamen esse causam cur Nilus intumescat nescio an concedere debeamus. Cur enim Nilo proprium esset hoc πάθος? Itaque doctis nostræ ætatis viris placet, à subterraneis potius causis Nilum intumescere: idque eo argumento maximè probatur, quòd & in Delo fons est Inopus nomine qui Nilo συμπληροῦται, ideòque Nili ἀπόρρωξ à quibusdam dictus. Atqui dici non potest vllos imbres qui tunc nulli sunt, aut non

C certè magni in Delo, in causa esse cur inflétur Inopus.

διαδεξάμενος δ᾽ ὁ Φιλάδελφος ἐπιλαβών) Ptolemæus secundus. Vide Plin. & Diodor.

¶ PAG. 544. ἐγὼ γοῦν ἄπορος ἦν ἀντιγράφων εἰς τὴν ἀντιβολήν) Sensus huius loci est, Strabonem cum incidisset in codices horum scriptorum Eudori & Aristonis, minus emendatos, vellétque eos collatione aliorum exemplarium emendare, iis destitutum, ex ipsorum inter se collatione vtrunque codicem se emendasse: quod facere non potuisset, nisi vt initio dixit iis-

D dem verbis Eudori & Aristonis opera fuissent contexta: vnde apparet alterum necessario plagiarium & furem fuisse. vter vero autem prior scripsisset, difficilis inquit quæstio. hæc est Strabonis sententia. Mihi idem omnino contigit aliquando. Nam quum emissem à Græculo quodam Iohannis Curopalatæ historiam, reperi postea paucis exceptis, iisdem verbis eam esse cōscriptam, quibus est Cedreni historia, siue ille à Cedreno acceperit siue contra. Ac quum me ab illo Græculo deceptum qui magna me pecunia emun-

E xerat iniquè ferrem: hoc me tamen recreabat, quod ex vtriusque collatione multa posse in vtroque emendari videbam. Cedrenum enim ita esse editum sciebam, vt multa passim in eius scriptis turpissima relicta sint menda. Sed vtinam omnes mendæ quæ meliores Cedreno autores obsident, in Cedrenum & eius farinę scriptores possent transferri.

τὰ μέχρι τῆς Αὐάσεως) Manoscripti Ἀναβάσεων. corrupte omnino: Vetus interpres Ἀβάσεων pro Αὐάσεων, vide mox.

F Αὐάσεις δ᾽ ἡ Αἰγύπτου καλοῦσι) Idem & lib. II. Prior interpres semper legit Ἀβάσεις. Stephan. Ὕπερ Αὐάσεις. Sic ille, Αὐάσις, πόλις Αἰγύπτου· λέγεται δὲ καὶ Ὄασις καλοῦσι, ἐοικυῖαν παρδαλῇ, ἐκ τοῦ ποικίλος χέρσου ἀνύδρου γῆς καὶ ἐρήμου τὰς οἰκήσεις ἔχουσι· τὰ τοιαῦτα Αὐάσεις Αἰγύπτιοι φασι. Oasin & Auasin implicat vt vides, Stephanus. Plinius Auases commemorat quod sciam nusquam: sed nomos duos Oasitas ibi collocat.

χιλίων που καὶ τριακοσίων σταδίων) Vide supra initio libri.

πρὸς ἑκάτερα τῇ ἠπείρῳ) Lego προσεχέστατον τῇ ἠπείρῳ.

G quomodo aliquot iam locos emendauimus similiter affectos, vt sub finem lib. XIIII. & alibi. Eustathius tamen hunc locum proferens habet & Ipse πρὸς ἑκάτερα τῇ ἠπείρῳ: quod tamen me non mouet. miror magis Eustathium si ita scripsit mendam non animaduertisse.

λιμένα πρὸς ἀμφοῖν ποιεῖ ἀμφίστομον) Virgilius eadem de re,

——*Insula portum*
Efficit obiectu laterum.

& Cæsar libro tertio Belli ciuilis. *Hæc insula obiecta Alexandriæ portum efficit.*

καλεῖται δ᾽ Ἀκρολοχίας) Vel Λοχίας ἄκρα vt infra.

καὶ ποιεῖ τὸν λιμένα ἀμφίστομον) Vetus interpres, *ore optimo.* vitius & libro quinto. Xylander vertit *ore arcto,* facetè

cetè in veteribus codicibus est *ἀμφίστομον* vt paullò antè. quod non probo.

ταύτην δ' ἀνέθηκε Σώστρατος Κνίδιος φίλος τῶν βασιλέων) Plinius lib. XXXVI. cap. XII. *Magnificatur & alia turris, a rege facta in insula Pharo, portum obtinente Alexandriæ, quam constitisse DCCC talentis tradunt: magno animo ne quid omittamus Ptolemæi regis, quod in ea permiserit Sostrati Gnidi architecti structuræ ipsius nomen inscribi.* Lucianus in libello De rectè conscribenda historia, non permissu regis vt ait Plinius, sed eleganti Sostrati fraude, factum tradit vt ipsius nomen fuerit insculptum: eum vide. Ammianus de Pharo loquens, ab aliis dissentit.

Ἐπίγραμμα. Σω.) Nescio an vox *ἐπίγραμμα* sit Strabonis. potest enim abesse. Eadem inscriptio est apud Lucianum.

¶ PAG. 545. *τῷ Ἑπτασταδίῳ καλουμένῳ χώματι*) Cur Heptastadiũ noluit dicere interpres vt Ammianus quē vide.

διαβεβλημένοι πρὸς ἅπαντας τοὺς πλέοντας καὶ μάλιστα τοὺς Ἕλληνας) Diodorus refert Ægypti priscos reges non permisisse vt vllus peregrinorum eo appelleret. Verbum autem *διαβάλλεσθαι* significat *ἀπεχθάνεσθαι*, odio habere, interdum, vt hic. quam significat. one notum est quam frequenter apud Philostratum occurrat, vt in epistola Apollonij ad Vespasianum, *διαβέβλημαί σοι πρὸς Ἕλληνας, οἷς ἀνῆκας ἑαυτοὺς ἐλευθέροις εἶναι, τί οὖν ξυνόντος δεῖ;* Sic alibi *διαβεβλῆσθαι πρὸς φιλοσοφίαν*. Al ubi paullò aliter de Tantalo, *ὅτι δὲ μὴ διαβέβληνται αὐτῷ οὐ γὰρ οἱ θεοὶ ἀπήχθοντο* &c.

τὴν προσαγορευομένην Ῥακῶτιν) Quidam vocant *Ῥακώτην*, vt Cedrenus. Meminit Tacitus.

Βουκόλοις περιοίκουν) V. de apud Heliodorum libro primo elegantem descriptionem eorum locorum in quibus habitabant qui Bucoli appellabantur.

μυριάνδρους οἰκεῖν ... τὴν ὑπερκειμένην τῆς κτίσματος) Vide Ammianum.

αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι πόλεις) Excipit Rauennam lib. V.

¶ PAG. 546. *ἔστι δὲ χλαμυδοειδής*) Idem Diodorus & alij.

ἐξ ὑψηλοῦ ἐπ' αὐτῶν) Ex *ἐξ ὕψους*. de Vlyssis ædibus.

καὶ τὸ Μουσεῖον ἔχον καὶ περίπατον καὶ ἐξέδραν) Musei meminit Suetonius in Claudio. XLII. & alij. De hexedra vide Vitruuium.

καὶ τὸ καλούμενον Σῶμα) Si rectè habet hæc lectio. sic videtur locus dictus in honorē Alexãdri, cuius *τὸ σῶμα* ibi positũ esset. De Ptolemæi studio ergа defunctum Alexandrum & de eius sepultura consule Diodorum qui copiosè rem explicat. Meminit huius monumenti Lucanus, & Suetonius in Augusto.

ὁ Κόκκης καὶ Παρείσακτος ἐπικληθεὶς Πτολεμαῖος) qui & Cybiosactes est appellatus, vt mox dicemus. & crediderit fortasse aliquis pro *Κόκκης* hic quoque *Κυβιοσάκτης* olim fortasse scriptum, quod tamen non affirmamus.

τὸ Τιμώνιον προσηγόρευσεν) Vide Plutarchum in Antonio.

¶ PAG. 547. *τὸ Σαράπιον*) Miris laudibus Sarapium effert Ammianus libro XXII. De eo Tacitus Historiarum libro IV.

Πτολεμαῖοι γὰρ ὁ Λάγου διεδέξατο Ἀλέξανδρον) In horum regũ cognominibus differunt inter se scriptores. Epiphanius ita eos appellat, & hoc ordine regnasse docet.

I. Ptolemæus Lagi F. annos	XL.
II. Ptolemæus Philopator	XXI.
III. Ptolemæus Epiphanes	XXII.
IIII. Ptolemæus Pilopator II. annos	XXXIIII.
V. Ptolemæus Philologus & Euerg.	XXIX.
VI. Ptolemæus Soter	XV.
VII. Ptolemæus Alexas.	XII.
VIII. Ptolemæus Alexandri frater	VIII.
IX. Ptolemæus Bacchus.	XXXI.
X. Cleopatra in qua defecit stirps Lagidarum	XXXII.

Sed de his consulãtur docti nostræ ætatis Chronologi.

ὁ δεύτερος Εὐεργέτης) ipse quidem Euergeten se appellabat: sed Alexandrini Cacergeten nuncupabant.

ἐπιμεταπεμψάμενοι ἀλλ' ἔκ τινος ἐκ τῆς Συρίας Κυβιοσάκτην τινὰ) Dio lib. XXXIX. Seleucum appellat. *Σέλευκόν τινα ὡς καὶ ἐκ τοῦ βασιλείου γένους τοῦ ποτὲ ἐν τῇ Συρίᾳ ἀνθήσαντος ὄντα μεταπεμψάμενοι, ἄνδρα τε ἐπεγήμαντο, καὶ κοινωνὸν τῆς τε βασιλείας καὶ τοῦ πολέμου ἐποιήσαντο· ὡς δὲ ὁ ἄνθρωπος ἐν τοῖς ἄλλοις μικροπρεπὴς ἐφάνη, τοῦτον μὲν ἀπέκτεινεν.* Sed quid est quod Strabo hunc vocat *Κυβιοσάκτην*? Xylander quum non concoqueret hanc vocem, locum putauit esse corruptum & emendandum. in quo deceptum fuisse eum, docent & veteres codices, qui hanc lectionem constanter retinẽt: & hoc amplius locus Suetonij, vbi extat eadem vox. Scribit ille de Vespasiano, *Alexandrini Cybiosacten eum vocare perseuerauerunt, cognomine vnius e regibus suis turpissimarum sordium.* quanquam apud Suetonium vera lectio hactenus ignorata est Cybiosaten legi placet interpretibus, qui etiam in Strabone sic esse legendum dicere audent. Sed profectò explodenda est istorum & emendatio & interpretatio. Errant enim non mediocriter. quum putant Cybiosaten dictum fuisse istum *παρὰ τὸ τάττειν τὰ κύβια*, siue ab ordinandis familiæ cybiis. Nos non dubitamus peritiores huius linguæ mecum esse affirmaturos, illam vocem à Græca lingua alienam esse nec ferri posse, quum sit contra omnem rationem & analogiam. Quid ergo? Nimirum retinenda nobis est omnino Strabonis librorum lectio *Κυβιοσάκτης*: quæ lectio, siue analogiam spectes (vt oportet) siue significationẽ, optima est. Nam quum esset iste Seleucus sordidus, & *αἰσχροκερδής*, quique ea omni re lucrum captaret, dici cœpit ab Alexandrinis, quorum nota est scurrilitas, Cybiosactes non *παρὰ τὸ τάττειν τὰ κύβια*, vt ineptè argolantur: qui saltem *Κυβιοτάκτης* dicere debuerunt. sed *παρὰ τὸ σάττειν τὰ κύβια*. simillimè vt *παρὰ τὸ ἐσθίειν τοὺς ἰχθῦς* dicuntur *ταριχοφάγοι*. Cybium vt etiã Plinius docet genus fuit salsamẽti. *σάττειν* autẽ propiè est onus iumento imponere, vt faciunt merciũ vectores & camelitæ: & pro *ἐμπορεύεσθαι* accipi potest. *Κυβιοσάκτης* igitur idem plane est quod *ταριχέμπορος*. Iam qui sciunt quale conuicium fuerit, dici *ταριχέμπορος* & *τὰ ἄξια τῶν ἀπεμπολουμένων*, vt de suo patre Bio dicebat, ij facile huius scommatis venustatem animaduertent. Atque ita existimamus & Strabonem esse explicandũ, & Suetonium emendandum.

ὅτε δ' αὐτ' ἐκεῖνο) Vide Dionem, eodem loco. Ibi habes & de Gabinio, vt Ciceronis epistolas omittam.

ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶς τὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τάξιν) Similiter Cornel. Tacitus *Ægyptum* inquit, *copiásque quib. coercetur iam inde à diuo Augusto equites Romani obtinent loco regum.* Hic est autem præfectus augustalis, de cuius officio vide titulos Digest. & Cod.

ὑπ' αὐτῷ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότης) His est Iuridicus Alexandriæ, qui erat sub præfecto Augustali. De huius etiam officio habes in Dig. & Cod.

ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος) Quum temporibus Augusti & Tiberij hæc fuerint à Strabone scripta, nõ est dubiũ *ἴδιον λόγον* appellari ab eo, qui in Digestis appellatur procurator Cæsaris vel rationalis. Postea verò inter plures hoc munus fuit diuisum. vt in Codice & Notitia vtriusque imperij videre licet. Non tantum autem *ἴδιος λόγος* procurator Cæsaris appellatus: sed etiam *καθολικὸς* vt à doctissimis viris est annotatum.

ἐκ τῶν ἀδεσπότων) bona vacantia vocantur ICtis.

καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων) *Κυριολογία*. Caduca enim vocantur.

παρέπονται δὲ τούτοις ἀπελεύθεροι Καίσαρος) qui ideo in Codice appellantur Cæsariani. vt in leg. V. Cod. De iure fisci.

εἰσὶ δὲ καὶ ὁ ἐπαρχίας πρὸς) Prior interpres *ἱππαρχίας* legit. quod verius videtur.

καὶ ὁ ὑπομνηματογράφος) Latinè Commentariensem dicere potes. Alexandrini hypomnematographi mentio est in leg. LIX. Cod. De decurionibus &c.

A ¶PAG.549. καὶ νομάρχας) Lego καὶ νομάρχας qua voce Diodorus vtitur. sic appellabantur præfecti singulorum nomorum.

ἔν τινι λόγῳ Κικέρων φράζει) Locus Ciceronis non exstat.

προσόδους φόρου τελεῖν τῶν μυρίων καὶ δισχιλίων πεντακοσίων) At Diodorus Siculus qui vt ipse testatur, eodem Ptolemæo regnante in Ægyptum iuit, longè à Cicerone dissentit. Reditum enim Ægypti fuisse tantum

B ɔɔ ɔ c i ɔ talentorum.

σεῖτον μὲν γὰρ οὐδ' εἶκοσι) Vide libro secundo.

καὶ γὰρ δὴ καὶ μονοπωλείας ἴχει) De monopoliis vide Iurisconsultos. Tolluntur monopolia omnia constitutione Zenonis in Codicem relata libro quarto titulo LIX.

πλείω δεχομένα τῆς θαλάσσης ἢ οἶνον) ait totum istũ tractum vino parum abundare: ideóque plus diffundi in dolia aquæ marinæ quam vini. Nota sunt quæ de vino aqua salsa temperato, siue τεθαλασσωμένων scribunt Plinius & Athenæus. Ægyptij vero non tantùm vinũ

C ita temperatum seruabant, sed etiam Nili aquam meram instar vini in dolia diffusam. Aristides in Ægyptio docens Nili aquam non σήπεσθαι, addit, καὶ μόνοι ἂν ἰσμὲν Αἰγύπτιοι κεράμια ὕδατος ὥσπερ ἄλλοι οἴνου πιμπλάντες· καὶ ἔχουσι τριῶν καὶ τεττάρων ἐτῶν ὕδωρ· καὶ ὅτι πλειόνων καὶ τῷ χρόνῳ σεμνύνουσι ὥσπερ ἡμεῖς τὸν οἶνον.

σπάνιοι τε μάλιστα αἱ Αντίφραι) εἰς εὐτελεῖς videlicet, quasi essent omnium minimè δ' οἴνου.

¶PAG.550. τὸν Μαραιώτην οἶνον) Scribe Μαρειώτην vel Μαρεώτην.

D ὁ Αἰγύπτιος κύαμος ἐξ οὗ τὸ κιβώριον) Aliter Athenæus, οἱ δὲ φυόμενοι φησὶ κύαμοι ἐν τῷ κιβωρίῳ. & Diodorus lib. primo, τὸ, τε κιβώριον διαψιλὲς φυόμενον ὑπάρχει, φέρον δὲ τὸν καλούμενον Αἰγύπτιον κύαμον. Vide Plin.

διαίτας ἔχουσι καὶ σκέψεις τοῖς καταπυρίζειν βουλομένοις) Vocat διαίτας & σκέψεις, locos ad commessandum & genio indulgendum accommodatos, procul ab hominum conspectu summotos. Legebatur καπυρίζειν, ineptissimè καπυρίζειν est gulę indulgere & ventri seruire. vnde dicti καταπυρισταὶ lib. XIIII. τρυφερὸν δ' ἐστὶν οἱ ἄνθρωποι, καὶ καταπυριστὴν ἔχουσι ψαλτρίας πολλάς. inde etiam καπυρεία dicta,

E de quibus Athenæus. Has διαίτας describit Ammianus lib. XII. de Canopo loquens, *Hæctenus* inquit, *impendio locis sanis & diuersoriis latis exstructum, auris & salutari temperamento perflabilis, ita vt extra mundum nostrum morari se quisquam arbitretur in illis tractibus agens, quum sæpe aprico spiritu immurmurantes audierit ventos.*

ἀρχή τε Κανωβισμοῦ καὶ τῆς ἐκεῖ λαμυρίας) Ait locos illos de quibus modo egimus esse initium κανωβισμοῦ, id est vitæ Canopiticæ. Canopitarum delitiosa & volu-

F ptuosa quantum fuerit vita, testis optimus Iuuenalis,

——horrida sanè
Aegyptus: sed luxuria quantum ipse notaui,
Barbara famoso non cedit turba Canopo.

Inde illud Augusti de Antonio apud Dionē, τοῦτο γὰρ αὐτ' ἐκεῖνον αὐτὸν ἐθελοντὴς ἀπέδειξε, καὶ πάντα τὰ πάτρια τὰ σεμνολογήματα ἀπορρίψας, ἐκ τῶν ἀπὸ Κανώβου κυμβαλιστῶν γέγονε.

¶PAG.551. ἐπώνυμος Κανώβου τοῦ Μενελάου κυβ.) Ita tradunt Græci, quos & Latini sequuntur. At docti Ægyptiorum olim existimabant vocem esse Ægyptiacam,

G quæ significet si Latine vertas *Aureum solum.* autor Aristides.

ἐν δὲ τῷ Βούτῳ Λητοῦς ἐστι μαντεῖον) & quidem ἀψευδέστατον ait Herodotus.

ὡς δὲ Πίνδαρος φασίν, οἱ τράγοι ἐνταῦθα γυναιξὶ μίσγονται) Contigisse id testatur Herodotus, dum ipse versaretur in Ægypto. atque id ἀναφανδὸν & propalam. Pindarici loci meminere Priscianus & Ælianus Περὶ ζώων lib. VII. cap. XIX.

Μένδητα παρὰ κρημνὸν θαλάσσης, ἔχει) Aristides Pindari hunc locum diligenter excutiens, docet peccatum fuisse à poeta vehementer, quum tota Mendesia præfectura sit procul à mari. Eum vide.

¶PAG.552. καὶ ἔστιν ὁ Λεοντοπολίτης νομὸς) Scribe ὁ Προσωπίτης. ex Herodoto. Ptolem. Stephano.

καὶ αὐτὸ δὲ τὸ Πηλούσιον κύκλῳ περικείμενα ἔχει ἕλη ἃ τινες Βέρεθρα) Vulgò Βάθρα. de his barathris supra diximus & tres Diod. locos annotauimus. Idē mendũ ex Polybio tollendum lib. quinto, καὶ παρῆγε inquit, παρήγαγε τὴν πορείαν, παρὰ τὸ Κάσιον καὶ τὰ βάθρα καλούμενα διὰ τῆς ἀνύδρου. Legendum hic quoque βάραθρα.

Μυθεύεται γὰρ δὴ) Copiose de his Diodorus Siculus libro primo.

B ¶PAG.553. ἐτμήθη δὲ ἡ διῶρυξ) Vide quæ notauimus ad lib. I.

ὧν δύο καὶ εἰς Ῥώμην ἐκομίσθησαν) Vide Plinium lib. XXXVI. cap. IX. & sequentibus. item Ammianum libro XVII.

διὰ τῶν πικρῶν καλουμένων λιμνῶν) Sic legendum ex manuscriptis. Alij πικρὰς λίμνας vocãt vt Diodor. lib. XVII. Plinius Fõtes amaros. vnde legebã κοιλιῶν pro ὑγρῶν.

¶PAG.554. τετρακαίδεκα ἔτη ὡς εἴρηταί που) Epitome autor habet ἔτη τρία. Diodorus & Diogenes Laertius anno-

C rum numerum reticent.

¶PAG.555. ὁ δὲ νομὸς Λητοπολίτης ἐστι) Scribe Λατοπολίτης vt apud Ptol. Steph. & alios.

δι' ὧν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τροχοὶ καὶ κοχλίαι τὸ ὕδωρ ἀνάγουσι) Diodorus Siculus autor est Ægyptios ad suos agros Nili aqua irrigandos plurimum vti solitos cochlea, quam machinam Archimedes in Ægypto cum esset inuenit. Eius cõficiendæ rationem docet Vitruuius lib. X. cap. XI. Sic mox Strabo ait τινὰς ἴξειλκε κοχλίας ἀρδεύοντας.

ὅπου ὁ Βοῦς ὁ Ἆπις ἐν σηκῷ τινὶ τρέφεται) Describitur ab He-

D rodoto in Ægyptiacis, siue Euterpe.

διάλευκος τὸ μέτωπον καὶ ἄλλα τινά) Apis veri indicia quę fuerint vide apud Herodotum libro tertio siue Thalia.

¶PAG.556. ἄλλοι δ' ὀνομάζουσι Ῥοδώπην) Scribe Ῥοδῶπιν. Sic autem nominatur ab Herodoto. quo nomine reprehenditur ab Athenæo lib. XIII. aliam enim Doricham (quam Δωρίχαν ille vocat non Δωρίχαν vt hic) esse, aliam Rhodopin. Herodotum sequi videtur & Diodorus. De Rhodopide scorto vide prætetea Ælianum lib. XIII. cap. XXXIII.

E ἐκ γὰρ τῆς λατύπης σωρεύοντες περὶ τῶν πυραμίδων κεῖνται) Manifestò refellit hæc Diodorus, negans vllum eius rei vestigium apparere, idque valdè esse mirum καὶ τὸ θαυμασιώτατον inquit, τὸ τηλικοῦτον ἔργον κατεσκευασμένων, καὶ τοῦ περιέχοντος τόπου παντὸς ἀμμώδους ὄντος, οὐδὲν ἴχνος ἐστὶ τοῦ χώματος, οὔτε τῆς τῶν λίθων ξεσουργίας καὶ λαξεύσεως ἀπολείπεται. nisi de vnica tantum pyramide Diodori verba accipias. Sanè Strabonis autoritas qui præsertim vidisse se dicit, multis Siculis apud me præualet.

φασὶ δ' ἀπολιθωθῆναι λείψ.) Tale quid narrat Aristote-

F les in Admirandis, de vasis in lapidem mutatis, in Lydiæ metallis. Vide locum.

λίθου πωρείας) Ita appellat qui πῶρος vulgo dicitur.

ἀλλ' αἴτιον μὲν ἐν τῷ αἰγιαλῷ τῷ διὰ τοῦ ῥεύματος) Strabonis est hæc sententia, Calculos & ostrea, ac similia quæ in littore reperiuntur, generari marinæ aquæ agitatione, ideo etiam libro tertio dicebat, vbi maximi fiunt ęstus, ibi & ostreorum plurimum reperiri.

ἀπορολογίας παρέχουσι) hoc est, de iis aptè potest dispu-

G tari, tractarique, num sit ea causa quã modo diximus. ἀπορολογεῖν & ἀπορολογία voces sunt iis non inauditæ qui Plutarchum, Laertium & Athenæum legerunt. Xylandri tanta fuit hoc loco negligentia, vt nihil supra. qui mendum in editione priore Basilieñ tantum commissum non animaduertens, in plus quàm puerilem errorem incidit.

Τρωϊκόν τι καλεῖται πετρῶδες ἱκανῶς ὄρος) Meminit & Ptolem. τοῦ Τρωϊκοῦ λίθου ὄρους.

θαυμαστὴν δὲ καὶ τὴν λίμνην ἔχει τὴν Μοίριδος) Sunt qui Μύριδος appellent. eius veteres passim meminere. vide lib. I.

¶PAG.557. Περὶ δὲ τόπους ὁ τοῦ Λαβυρίνθου κατεσκεύ.) Opus decantatissimum, describitur ab Herodoto, Diodoro, & Plinio.

¶PAG.

PAG. 558. Ἰσμάνδης δ' ὄνομα ὁ ταφεὶς) In Epitome scriptum est Μαίνδης. Hūc Diodorus ait ab aliis Μένδην ab aliis Μάῤῥον appellari. Strabo verò paullò post Memnonem ab Ægyptiis Ismandem dici ex quorundam sententia refert.

εἶτα τὸ μετέωρον κατήρασε) Καταῤῥᾶν est solo illidere. affine voci ἐξεράν qua libro primo usus est. In Epitome exponitur κατέπεσε. malè. Sed aliter fortasse scribendum.

¶PAG. 559. ὁ πρὸς τῷ Ἀβάτῳ) Manuscripti habent hic Ἀβάτῳ quomodo legendum esse supra docuimus ex Stephano

ὅτι τὸ ἀρχαῖον μᾶλλον ἦν ἐν τιμῇ) Similis querela libro superiore.

Ὁ γοῦν Καλλισθένης φησὶ τὸν Ἀλέξανδρον) De Alexandri ad Ammonis oraculum profectione habes apud Arrianū lib. III. Diod. lib. XVII. Curtium, Plutarchum in vita, & Iustinum lib. XI.

¶PAG. 560 ὅπου δ' ἅπαντα τὰ τείχη ἀνέχει, καὶ διαφθείρει) Plin. lib. XXXVIII. cap. III.

ὄντες δ' ὅμοιοι τοῖς ψύλλοις) Adde & Marsos, itémque Ophiogenes de quibus supra. De Psyllis vide præter alios Dionem lib. LI.

¶PAG. 561. ἱερὸν δ' ἐστὶν ἐν τῇ Ἀβύδῳ ὅπου τὸ Μεμνόνειον) Erat hoc templum è regione Thebarum in altera Nili ripa, prope locum qui vocabatur Syringes. autor Pausanias in Atticis.

τὰ ἀπὸ τῆς καθέδρας πεπτωκότα σεισμοῦ γενηθέντος) Pausanias non terræ motu corruisse, sed fractam à Cambyse hanc statuam tradit. τοῦτο inquit τὸ ἄγαλμα Καμβύσης ἀπέκοψε, καὶ νῦν ὁπόσον ἐκ κεφαλῆς ἐς μέσον σῶμα, ἐστὶν ἀποῤῥιμμένον. Iuuenalis satyra XV.

Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ.

ἅπαξ καθ' ἡμέραν) Plinius ait quotidiano solis ortu contactum radiis, crepare. lib. XXXVI. cap. VII. & ita Cornelius quoque Tacitus libro secundo Annalium referens visam fuisse Germanico hanc Memnonis saxeam effigiem.

αἳ καλοῦνται ὑπ' Ἑλλήνων παλλάδες) Sic est legendum: Nam ita veteres omnes, & Epitome. Xylander insigneio fecit iniuriam istis castissimis Palladibus, quas voluit esse παλλακαί. Eustath. de voce Παλλάς agens, ἡ δὲ ἱστορία φησὶ ταύτην ἄγειν τῇ νεανίδι τὴν παλλάδα, ὅτι παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὰς ἀκμαίας ὁ νεανίζειν λέγουσι.

¶PAG. 562. καὶ Νειλομέτριον κατὰ τὴν Μέμφιν) Addidimus ex veteribus libris verba illa κατὰ τὴν Μέμφιν. Sic Heliodorus qui totum hunc Strabonis locum descripsisse videtur, ἐν δὲ ταύτῃ φρεατίας τὸ Νειλομέτριον ἐδείκνυσαν· τῷ κατὰ τὴν Μέμφιν παραπλήσιον. De hoc puteo vide etiam Aristidem in Ægyptio.

Ἔστι δὲ τὸ Νειλομέτριον σὺν μονολίθῳ κατεσκευασμένον ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τοῦ Νείλου φρέαρ) Ita habetur hic locus in omnibus codicibus scriptis editisque: mendosissimè: quod facilè nos animaduertimus, quorum aures ferre nō poterant hoc loquēdi genus σὺν μονολίθῳ κατεσκ. nō nobis magis quā græco solo vniuerso inauditū. poteramus fortasse falli nisi remansisset illud σύν. quū μονολίθου ædificio tū etiam paullò ante sit facta mentio. verū ea nihil ad hūc locum: legendum enim est συννόμῳ λίθῳ κατεσκευασμένον. Nam etiam libro quinto eandem vocem à librariis fuisse corruptam ostendimus: neque hoc tantum, sed etiam apud Heliodorum libro nono quo loco videtur Strabonis hæc verba descripsisse idem error est cōmissus. Sic ille ἐν δὲ τὴν τε φρεατίαν τὸ Νειλομέτριον ἐδείκνυσαν τῷ κατὰ τὴν Μέμφιν παραπλήσιον, σὺν νόμῳ μὲν καὶ ξεστῷ λίθῳ κατεσκευασμένον. Legendum hic quoque est συννόμῳ. neque dubitamus apud Strabonem quoque prius fuisse scriptum συννόμῳ λίθῳ ut apud Heliodorum: quod postea semidoctus aliquis corrigere voluit & in μονολίθῳ mutauit. Porro συννόμου λίθους interpretatur Suidas μεγάλους, ἀμυδρούς. & affert hoc exemplum incerti autoris, ἐξεφρίδωσαν τὸ τὰς θύρας ἔχον· ἦν γὰρ ἐκ συννόμων λίθων ᾠκοδομημένον ἐπὶ καὶ λίαν ἀσφαλὲς τὸ κατὰ γῆς διὰ τῆς ἐπιμάξεων ἀπέσχεν. mihi

A videtor Heliodorus cum addit καὶ ξεστῷ explicare voluisse quid esset συννόμος λίθος. est igitur quod à Latinis architectis *saxum quadratum* vocatur.

καὶ ποιεῖ τοὺς γνώμονας ἀσκίους κατὰ μεσημβρίαν) Plutarchus verò scribit sua ætate non amplius τοὺς ἐν Συήνῃ γνώμονας ἀσκίους φαίνεσθαι περὶ τροπὰς θερινάς. sed de his omnibus obseruationibus consule Plinium & Astrologos.

ὥσπερ ἑρμαῖα πέτρα ἀδιάβατος) Prior interpres legit ἕρματα non quidem ineptè: sed nec rectè etiam. Nam vera est vulgata lectio ἑρμαῖα. Sic enim appellant Græci lapidum cumulos, in honorem Mercurij congestos in viis. Hesychius. Ἑρμαῖος λόφος, τοὺς σωροὺς τῶν λίθων ἑρμᾶς τοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς γενομένους εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ. Vocabantur & ἑρμακες, vt docet Nicandri scholiastes explicans hoc carmen.

Τὴν οἱ μὲν λιθακάς τε καὶ ἕρμακας ἐστάσαντες

¶PAG. 563. οὐ δύνανται) Restituimus negationē ex libris.

οὐδὲ καὶ τὸ φάσκειν, ὅτι τὰς πηγὰς τὰς περὶ τὴν Συήνην) Locus Herodoti est in Ægyptiacis. Ille vero hoc ita narrat ab aliis auditum vt à se non credi satis significet. At Aristi des in Ægyptio totum illum Herodoti locum de Syene & montibus vicinis, & de catarractis, diligentissime excussit: quem si lubet adire potes.

ἀπὸ μὲν τῆς ἄρκτων ἀλιμένου παραλίας) Adeo importuosa est ora hęc, vt neget Diodor. inter Parætonium quod Lybiæ est, & Ioppen, quod in Phœnicia, vllum portū commodum reperire præter Pharum: quum sit illud interuallum stad. ferè 5000.

¶PAG. 564. οὐκ ἀδίκοιντο ὑπὸ τῶν μονάρχων) Lego hic quo-D que vt supra νομαρχῶν.

οἱ τῆς βασιλίσσης στρατηγοὶ τῆς Κανδάκης) Alia est Candace de qua Lucas in Actis. Fuit enim id nomen multis reginis commune, vt Plinius annotat. De huius autem Candaces expeditione vide Dionem libro LIIII.

¶PAG. 565. τὸ δὲ νῆσον θυρεοειδῆ φασι τῷ σχήματι) Diodorus Siculus de Meroe. ταύτην δὲ τῷ μὲν σχήματι φασὶν ὑπάρχειν θυρεῷ παραπλησίαν, τῷ δὲ μεγέθει &c.

καὶ τὸ Ἀστασόβα) Superiori libro vocabatur Ἀστάβορα. Sed hanc lectionem omnes autores confirmant.

E ἐπὶ ψάβοις λιμένι) Aliis ψαβὼ dicitur. vide Stephan.

τῶν δὲ περὶ τὸ διακεκαυμένον τινές) Atlantes hi vocantur: de quibus vide apud Herodotum in Melpomene.

¶PAG. 56. βασιλέας τὸ καθιστᾶσι τοὺς κάλλει διαφέροντας) Notauit Herodotus, & ex eo alij. Aristoteles in Politicis ait in quadam Æthiopię parte deferri regna ad eos qui μεγέθει διαφέρουσι.

ἡ δὲ περσέα ἐστὶν οὐ μόνον καὶ περὶ Αἰθιοπίαν) Supra scribebatur περσαία. In Diodoro πέρσαι vel περσέαι. Hāc arborem emi vendique vetat lex pri. Cod. De cupressis ex luco F Daphnensi, vel perseis &c.

πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα) vt qui φαγρώριος vocatur. de quo Hesychius. Pisces vero Nili enumerat Athenæus libro septimo.

ὡς καὶ Νίκανδρος ὁ τὰ θηριακὰ γράψας εἴρηκε) Nicandri versus,

Τὰς ἤτοι μύκητας μὲν, ὁ κύντατον ἔγχεα αἶα,
Ὀρχόμενον.

ἀνεργότερον δὲ ἡ ἶβις) De Ibi præter Herodotum Aristotelem, Plinium & Ælianum. sic Cicero de natura deo-G rum libro primo, *Ibes maximam vim serpentium conficiunt, cum sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceróque rostro: auertunt pestem ab Aegypto, cum volucres angues ex vastitate Lybiæ vento Africo inuectas, interficiunt, atque consumunt. Ex quo fit, vt illa, nec morsu viua noceant, nec odore mortua.*

καὶ οἱ κόλλιξ δὲ ἴδιόν τι ἄρτου εἶδος) Herodoto κυλλῆστις vel κυλλῆστις, certum est panis genus apud Ægyptios.

καὶ τὸ κίκι λεγόμενον) Herodoti & Plinij codices vocem scribunt κίκι quod grammatici confirmant.

καὶ τὰ κίκινα δὲ πλέγματα) Legebatur κατακέκαυται ineptissimè. Sed nec libri veteres quos sumus secuti mendo carēt. Legendum enim καὶ τὰ κίκινα. Hesychius, κάϊκες ἐν αἰθιοπίᾳ φοινικῶν εἶδος καὶ τὰ πλέγματα τῶν φύλλων τῶν ἀνδρῶν σκεῦος, φόρμον. Vide etiam Pollucem.

τὸ πάντα τρέφειν τὰ γεννώμενα παιδία) Merito hoc institutum Ægyptiorum laudat: Nam apud alias gentes prolem exponere nimis crescentem moribus fuit receptum: quod Tertullianus in libro aduersus gentes meritò exagitat. neque eam crudelissimam consuetudinem Aristoteles in totum aut damnat aut probat. Ælianus Thebanos hac culpa alicubi liberat.

¶PAG.567. φησὶ δ' Αριστόβουλος) Idem notarum lib. xv.

Περὶ δὲ Λιβύης ἐφεξῆς λέγωμεν) Post descriptas Europam & Asiam, subiicit de Africa quædam. Hanc veteribus ferè incognitam nostra autem & patrum nostrorum ætate Hispanorum Lusitanorum nauigationes nobis aperuisse constat: quare eorum scripta legantur.

εἴρηται μὲν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ πρότερον) Lib. II. & lib. III. quædam, & alibi obiter.

Μαυρούσιοι μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλ.) Notant hoc & alij. Sed Liuius Maurusios dicere, non dubitat aliquando: & contra Dio græcè scribens Μαυρουσίαν interdum dicit non Μαυριτανίαν.

¶PAG.568. Λύγγα δ' Αρτεμίδωρος προσηγόρευσε) Τίγγα ergo & Λύγγα & Λίξον eiusdem oppidi esse nomen putare debemus. Ptolemæo Λίξ fluuius est Λίξα vrbs. Alexandro cuidam apud Stephanum fluuius Λίξος dicitur, vrbs Λίξα. Iam sæpe diximus nullam certam analogiam esse veteres secutos in efferendis barbaris nominibus. Caue vero confundas vrbem hanc cum Tingi Mauritaniæ: quam nemo veterum Lyxum appellauit, vt vt rectè affirmauit Hermolaus Barbarus: malè à quibusdam reprehensus. qui non videntur animaduertisse quid inter Tingin & hanc vrbem intersit.

ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν Ὀφρύων διέστασαν) Manuscripti, ἀπὸ τῶν Ὀφρύων διέστασαν. Nihil hic succurrit: quod quidem affirmare ausim.

¶PAG.569. εἰς δὲ τὴν ἐκτὸς θάλασσαν) Semper ita hic legimus Vulgò ἐντός. quod refellunt libri veteres, neque iuuat quod Plinio autore ora interni maris ab Abyla & septem fratribus incipit.

Τιμοσθένης δ' ἐπ' ἀντικρὺ Μασσαλίας) Corrumpit hunc locum Xylander: optimè enim habet: neque vlla emendatione opus, ad vocem quidem Μασσαλίας quod attinet. Sententia est, Metagonium esse è regione Carthaginis nouæ, vrbis in Hispania sitæ, non Massiliæ, vt putauit Timosthenes: magno errore, quum inter Massiliam & Carthag. nouam sit διάστημα stadiorum ↄↄ CIↄ. Totus locus sic legi debet Τιμοσθένης δ' ἐπ' ἀντικρὺ Μασσαλίας φησίν· ἔστι δ' ἐπὶ Καρχηδόνος &c.

ψαύειν τ' ἀλλήλων ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀποφεύγουσι) Ratò inquit dum vnà deambulant se cõtingunt, vt maneant compositi capilli, nec deformentur, quod fieret si se inuicem contingerent. Xylander aliter. sed errat.

ἱππεῖς δὲ χαλινῶν χωρὶς) Polybius & Liuius non vno loco docẽt: & Virgilius Numidas infrenos vocat.

Ἰόβας παρέλαβε τὴν ἀρχὴν) Narrat Dio libro LIII.

υἱὸς Πτολεμαῖος) De cuius nece vide Dionem libro LVIII.

ἐξ Ἀντωνίου θυγατρὸς) Huic nomen Cleopatræ. autore Dione. lib. LI.

πλησίον δ' ἐπὶ τὴν ἄκραν ἣ καλοῦσι Τρίτων) Non est dubium de eo promontorio hæc intelligi quod reliqui Geographi Tritum vocant. Quare legendum censeo, ἣ καλοῦσι Τρῖτον, ὅριον τῆς τε &c.

ὅριον τῆς τε Μασσαισυλῶν καὶ τῆς Μασσυλίβων γῆς) Retinuimus lectionem quam habẽt hic manuscripti, quam tamen non dubitamus esse corruptam. Massylibes enim nulli vsquam à veteribus commemorãtur. Sed Massyli & Massæsyli inter Numidas gentes. Dionysius Afer,

> Τοὺς δ' ἐπὶ δὲ Νομάδων παρεκτέταται ἄσπετα φῦλα
> Ἔνθα Μασαισύλιοί τε καὶ ἀγρόμενοι Μασυλῆες.

Vtriusque populi meminere Polybius & Liuius itemque Stephanus quod iam ante me docuit ad Liuij lib. xxIIII. uir doctrinæ & iudicij magni Carolus Sigonius. quo magis miror Xylandrum adeo mẽdam huius loci

A loci nõ animaduertisse vt contra ex hoc corrupto loco alios quamplurimos corrumpere non dubitarit.

Ζάμα τὸ τούτου βασίλειον) Scripti Ζῶμα. non rectè vt docet præter Geographos Polybius, Hirtius, & Vitruuius.

¶PAG.571. ἐν δὲ τοῖς πεδίοις ὀστρακίων καὶ χηραμύδων πλῆθος) Pompon. Mela, de Numidia loquens. *Interius & longè satis à littore (si fide res capit) mirum in admodum spinæ piscium, muricum ostreorumque fragmenta, saxa atrita, (vti solent) fluctibus, &*

B *non differentia marinis, infixa cautibus anchoræ.* Mela χηραμύδας hac periphrasi explicat, *saxa attrita vti solent fluctibus.*

διακοσιοπεντακοντάπηχυ) Ita lego cũ Epitome. Vulgò ineptè, διακοσίων καὶ πεντήκοντα πήχεων. Sic apud Polybium legendum ὁ πεντηκοντάπηχυς χάρτης. non vt vulgò ὁ πεντήκοντα καὶ πέντε χάρτης.

ἀσπίδας ἔχοντες ὠμοβοΐνας) Alludit huc magnus poeta, quum canit de Carthaginiensibus,

> *Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram*
> *Purpureoque altè suras vincire cothurno.*

C ¶PAG.572. ἡ δὲ μεταξὺ τῆς Καρχηδονίας καὶ τῆς Μασαισυλίων) Ita legendum autoribus libris scriptis. Sunt quos Massylos vocauimus paullò antè. At Xylander Μασσυλιέων legit.

εἷλε δ' ἐξ ἐφόδου Καῖσαρ τὴν νῆσον) Opinor legendum esse τὴν νῆσον Κέρκιναν, quam emendationem nisi fallor historiæ fides comprobat. vide Hirtium De bello Alex. libro primo.

¶PAG.573. καὶ ἐπ' αὐτὴν πόλις ὁμώνυμος) Lego ἐπ' αὐτ. Vrbis quæ appellabatur Laromiæ. meminit Diodorus

D libro xx.

¶PAG.575. Ἡ δὲ μεγάλη Σύρτις τὸν μὲν κύκλον ἔχει σταδίων ἐνακοσίων τριάκοντά που) Lectionis deprauationem nemo tam puer est qui non videat. Legi autem potest σταδίων πεντακισχιλίων. Nam ita libro secundo: & ita refert Eustathius. verum ita recessetimus à vestigiis huius lectionis mirum quantum.

ἔστι δὲ καὶ λιμὴν Ἑσπερίδων) Verus interpres legisse videtur λίμνη. De Hesperidum vrbe quæ fuit in hoc tractu vide quæ notauimus sub finem libri secundi.

E καὶ ποταμὸς ἐμβάλλει Λάδων) Lego Λάθων. vt quidam libri habent: Athenæo quodam loco est Λήθων.

ἐν διάρματι σταδίων τρισχιλίων ἑξακοσίων) Lib. x. dixit esse stadia CIↄ CIↄ CIↄ CCC.

πόλις ἐστὶ Τάυχειρα) Scripti Τάρχειρα. Lego Ταύχειρα. vt etiam apud Herodotum & Diodorum legitur.

ἐν διάρματι δισχιλίων ἑκατὸν) Libro octauo, ἀπὸ τῶν πλοίων studuit, quum esse dixit stadia ter mille.

¶PAG.576. ἐν διάρματι δισχιλίων σταδίων) Ita omnino legendum ex lib. x. Nam vulgata lectio ferri nullo modo

F potest.

ἀρξάμενοι τὴν περὶ Θύμβραν) Vide Diodorum libro XVIII.

ὧν δὲ τῶν ἐξ Ἀκαδημίας) Lego Οὗτός τε δὲ vt alibi multis locis. De his omnibus philosophis abundè Laertius.

κατὰ Κεραυνὸν τῆς Κρήτης ἐν διάρματι χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων) Et loci nomen, & numerum stadiorum habeo suspecta.

¶PAG.577. ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τῆς μεγάλης Σύρτεως τοὺς κατ' αὐτὸ μαλακῶς βαδίζοντας) Nullus est in toto Strabone lo-

G cus tam ancipitis lectionis atque hic est. Nam illa τοὺς κατ' αὐτὸ μαλακῶς, benè habere meritò videantur, modo αὐτὴν legas non αὐτό. erit enim non incommoda sententia: posse ab ore Syrtis maioris ad intimum eius recessum perueniri quatriduo: etiam si quis μαλακῶς βαδίζοι, nec nimis festinet. rursus qui meminerit Automala fuisse vrbẽ in eo recessu, meritò suspicetur verba illa τοὺς κατ' αὐτὸ μαλακῶς retinere potius vestigium veræ lectionis, quàm ipsam esse. Priorem vero interpretem locum aliter legisse ex interpretatione apparet: Nam pro illis ὡς ἐπὶ χειμερινὰς ἀνατολὰς legit ἐφ' ἑσπέραν. Ac cum dixerit lib. secundo maioris Syrtis τὸ βάθος esse ἀφ' ἑσπερίδων εἰς Αὐτόμαλα, agatque hoc loco de eodem interuallo, extet autem vtriusque vocis hic vestigium, fortasse

A fortasse non ineptè affirmarit aliquis vtranque vocem
esse restituendam. Cæterum quid sit statuendum, ἐν Αὐ-
γούστου ἴδοι τις ἄν.

ὡς Καῖσαρ ὁ Σεβαστὸς διέταξεν) De hac Augusti diuisio-
ne prouinciarum lege quæ scribunt Suetonius in Au-
gusto cap. XLVII. & XLVIII. & græcus paraphrastes In-
stitutionum Iuris libro secundo titulo primo. Sed o-
mnium maximè videndus Dio, qui libro quinquagesi-
motertio, & partitionem hanc prouinciarum refert, &
B de iis qui mittebantur in vtrasque prouincias tam Cæ-
saris quàm populi Rom. tractat cum cura & studio ma-
gno. Strabo iterum libro tertio historiam tetigit.

ἐπεὶ γὰρ ἡ πατρὶς ἐπέτρεψεν αὐτῷ τὴν προστασίαν τῆς ἡ-
γεμονίας) Legem regiam intelligit, quæ de Augusti impe-
rio lata est: qua lege populus ei & in eum omne impe-
rium suum & potestatem concessit. ait Iustinianus Im-
perator, Institutionum lib. I. tit. II.

¶PAG. 578. Καὶ εἰς μὲν τὰς Καίσαρος ἡγεμονίας καὶ δουκιτὰς
Καῖσαρ πέμπει) Lego, καὶ εἰς μὲν τὰς Καίσαρος, ἡγεμόνας καὶ διοι-
C κητὰς Καῖσαρ πέμπει.

εἰς δὲ τὰς δημοσίας ὁ δῆμος στρατηγοὺς ἢ ὑπάτους) Magis pro
priè dixisset στρατηγικοὺς ἢ ὑπατικοὺς, vt loquitur paullò
post. Nam vt disertè notat Dio, Cæsar τὸ ὄνομα τό, τε
τοῦ στρατηγοῦ καὶ τὸ τοῦ ὑπάτου in Italia voluit retineri. Sic ta-
men etiam lib. III. Strabo est loquutus: vt nihil sit te-
metè mutandum.

πολίσας ὑπατικαὶ μὲν δύο) Sic libri scripti, subauditur autem ἐπαρχίας. vulgò ὑπάτους.

Λιβύης ὅση) Seruius de hac Libyæ parte, *Cerui* inquit, *non sunt in prouincia proconsulari ad quam venit Aeneas.*

ὅση ἐστὶ τῆς Βαίτιν ποταμὸν καὶ τὸν Ἄτακα) Transpositione vocum, fœdè hic locus est corruptus. Nam vt verba sunt ordinata, legendum esset καὶ τὸν Ἄναν non Ἄτακα. Ille, fluuius est Hispaniæ, Bæticam ab occasu & septentrione terminans. Atax mediam fere Narbonensem prouinciam secat. Si lectionē vulgata retinemus, omnino hæc verba καὶ τὸν Ἄτακα istis sunt postponenda, καὶ τῆς Κελτικῆς. Verū quid opus fuerit Atacis mentionē facere nō video. prorsúsq; de hoc loco certi aliquid statuere, nec nos possumus, nec alius fortasse qui æquè fuerit ac nos sumus (hîc quidē) ope veterū exemplarium destitutus. Cæterum notat Dio lib. LIII. Galliam Narbonensem & Cyprum, quæ hîc inter prætorias prouincias recensentur, ab Augusto populo fuisse cōcessas, quum ipse prius eas retinuisset: missósque proconsules à popul. Rom. in vtranque prouinciam fuisse.

εἰσὶ δὲ καὶ ἱππικοὺς) Videntur hæc pertinere ad id quod libro quarto notauit, εἰς τοὺς τελέως βαρβάρους mitti solitum aliquem ἔπαρχον. Veruntamen etiam aliæ prouinciæ ab equitibus regebantur. Sed de his satis.

Τῷ Θεῷ δόξα καὶ χάρις.